
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
C
33
NAPOLI

Digitized by Google

B
X



Biblioth. Secret. Coll. Neap. Soc. Jesu
Catal. Inscrip. 16 April. 1676

[illegible]

[illegible] Google

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ,
TOMUS PRIMUS.


Cum Commentariis & adnotationibus HERMOLAI BARBARI, PINTIANI, RHENANI, GELENII, DALECHAMPII, SCALIGERI, SALMASII, Is. VOSSII, & Variorum.

Accedunt præterea variæ Lectiones ex MSS. compluribus ad oram Paginarum accuratè indicatæ.

Item JOH. FR. GRONOVII Notarum Liber Singularis ad Illuſtrem Virum *Johannem Capelanum.*



LUGD. BATAV.
ROTERODAMI. } Apud HACKIOS, A°. 1669.



TYPOGRAPHI
Candido LECTORI.

QUum jam ab aliquot annis, Benigne Lector, apud nos depoſitæ eſſent quædam in C. PLINIUM SECUNDUM lucubrationes Clariſſ. p. m. Viri, Corn. Schrevelii, qui multa nobis & rei literariæ utiliter præſtitit; idemque, fato functus, ſui nobis deſiderium reliquiſſet: diu multumque dubii hæſimus, utrum in lucem auctorem hunc præſtantiſſimum ederemus, an verò tenebris eum damnaremus, quod non temerè tanti operis magnitudo, & difficultas haud vulgaris, tanquam gravis quædam adverſaria, ſeſe nobis objiceret. Vicit tandem potior ſententia, ſuaſitque alacri opus animo aggredi; idque in detexenda tela feliciter provenit. Exegimus igitur, Benigne Lector, præclarum hoc opus, quod vides ita nitidum & elaboratum, ut majorem ab homine diligentiam repetere bono jure nemo debeat. Quid vero in hac editione à nobis præſtitum ſit, paucis habe. Verba Plinii, quæ in pleriſque Edd. (præſertim Francof. A. MDCVIII. à Marnio) adeo diſtorta, depravata, & hiulca vidimus, ut nihil ſupra, omni ratione, & cum optimæ fidei Editionibus inſtituta collatione, emendavimus, reſtituimus, concinnavimus.

Dalechampii Commentarios, verum longè emendatiores, damus integros, paſſim inſertis ſuo loco Doctiſſimorum noſtri ſeculi Virorum

annotationibus, ex Italis *Hermolai Barbari*, ex Hiſpanis *Pintiani*, ex Germanis *Gelenii*, ex Gallis *Turnebi*, *Scaligeri*, *Cl. Salmaſii*, & aliorum; (ut latius ex ſerie Auctorum huic Tomo præfixâ patet) necnon Clariſſimi Celeberrimiq; Viri, non ſine honoris præfatione nominandi, *Joh. Friderici Gronovii*, J.C. Græcæ Linguæ & Hiſtor. Profeſſoris meritiſſimi, qui nos pro ingenuo animi candore, vacillantes, & alioqui oneri ferundo impares, conſilio, & re juvare haud dedignatus eſt, & exquiſitiſſimæ eruditionis Notas in aliquot libros calci Operis adjecit. Et ne quid, Benigne Lector, Operi deeſſet, quod inveſtigantibus moleſtiam pareret, de novo unicuique Tomo tres accuratiſſimos & locupletiſſimos ſubjecimus Indices: Primus continet Res & verba memorabilia; alter ad Geographiam pertinentia; tertius denique memoratu digna, quæ in Commentariis occurrunt. De Chartæ nitore, Typorum elegantia, quæ omnium oculis conſpicua, aliquid addere, ſupervacaneum judicamus, utpote de quibus (hac noſtrâ Editione cum aliis collatâ) æquus Lector, ſepoſito partium ſtudio, facile judicare poterit. Hæc ad te præfari viſum fuit, Candide Lector, nec moramur diutius, niſi, ut hæc eadem fronte, quâ noſtra omnia, accipias, & indies plura molientibus nobis faveas, cremus. Vale.

JACO-

JACOBI DALECHAMPII
PRÆFATIO
Ad Candidum LECTOREM.

PErmultos *equidem miraturos proſpicio, in medicina facienda mihi occupatiſſimo quid venerit in mentem, Plinium ut tractare vellem, ſcriptorem, ob rerum quas mandavit literis varietatem ac obſcuritatem, paucis familiarem, opera mea ut is emendatior prodeat, & quæ ad poſteros tranſmiſit, ductu meo cunctis ſint clariora & faciliora: præſertim cum jam plures inſignes eloquentia, doctrina, judicio, ex Italis Barbarus, ex Hiſpanis Pintianus, Gelenius ex Germanis, Turnebus ex noſtratibus laborem ſuſceperint, illoque ſtrenue ac feliciter defuncti ſint. Inceptum profecto meum vel prorſus abrumpere, vel tardare ſaltem & labefactare debuit tantorum hominum, qui ſuo tempore ſumma cum laude floruerunt, propoſitum exemplum. Ab illis enim ſperanda omnia fuerant, quæ in hac commentationum & ſtudiorum ratione optare ac expectare conſuevimus, ut de iis merito dici queat, quod olim de Commentariis Cæſaris jactatum eſt, omnibus illum ſcribendi cupiditatem excitaſſe, facultatem vero cunctis præripuiſſe. Ego me Hercule quamvis ſtultiſſimum foret cum illis ævi noſtri luminibus, vel ingenio vel eruditione me conferre, non ideo tamen diſcedendum ab eo putavi quod deſtinaram, multis de cauſis non ſolum adductus, verum etiam accenſus, quas hic commemorare, benigne Lector,*

† 4 *non*

non abſurdum erit, mihi ut æquior ſis, & intelligant omnes non gloriæ ſtimulis & aviditate me percitum, laborioſiſſimum hoc onus ſubiiſſe, ac toleraſſe per decennium, ſed ut quocunque modo liceret prodeſſem reipublicæ literariæ, erga quam animatus ſemper optime fui, & ne me mortuo lucubrationes hæ qualeſcumque ſint, intercidant, ſi bene auguror non futuræ iis inutiles, qui nobiliſſimi hujus auctoris lectione delectantur, & uberrimum capere fructum ex ea poſſunt. Primum igitur, ex quo ſtudia humaniora deguſtavi, ea mihi fuit ingenita mentis propenſio, ut quæ ad rerum cognitionem faciunt, iis anteponerem, quæ ad ornatum & copiam orationis quæruntur, ac comparantur, quod arbitrarer, interiorum literarum ſcientiam homini cordato magis convenire, quam dicendi vim, ac facundam venuſtatem. Itaque cum inter Græcos Athenæus, Plinius inter Latinos, editis libris ea prodiderint, quæ aliis intacta vel primariis auctoribus, ignota nobis eſſent, horum ſcripta niſi ſupereſſent, ac extarent, in Athenæo quidem optima fide vertendo, in Plinio corrigendo ac explicando noctes dieſque ſudare, anhelare, fatiſcere non recuſavi, ut quæ ex ærumna decennali mea perventura eſſet ad nepotes utilitas, aliqua ex parte nobis imputaretur, & quam aſſidua ſollicitudine reipublicæ commodis ſerviam etiam hac ætate peſſima, & ferme decrepita, omnibus teſtatum eſſet. Addo quod cum præter libros ſex ordine priores, nihil à Plinio traditum ſit, quod medicorum artem & ſupellectilem

non

non augeat, & non locupletet, ſive de homine & reliquis animantibus terreſtribus, aquaticis, volucribus diſſerat, ſive de omnifariis ſtirpibus ſermonem habeat, ſive aquarum quæ medicatæ ſunt naturam expendat, ſive de metallis agat & gemmis, ut nihil medico futurum ſit conducibilius, quam quæ Plinius conſignavit literis, evolvere tam ſæpe, verſare, perlegere, ut penitus infixa hæreant ac inſideant animo, idque propterea curioſius, quod auctores ab eo primo libro citati, quorum teſtimonio fidem ſcriptorum ſuorum fulcivit, temporum vetuſtas & caries nobis inviderit. Ad eum vero conatum cum valde jam proclivis eſſem, nihil me vehementius impulit, quam quod propitia fortuna, exaratos penna ſex codices nactus ſum, & inter eos antiquiſſimum ac saniſſimum Vezontinum, è Chiffletii bibliotheca, medici doctiſſimi ac probiſſimi: cujus beneficio mihi conceſſum eſt per annum totum examinare ſingula in impreſſis codicibus ſuſpecta, proſpero, niſi fallor, ſucceſſu, quod innumeris locis ea reſtituta ſint, quæ deplorata credebantur. Attulit quoque multum opis D. Cujacii non ſine præfatione laudis & honoris appellandi, liber manuſcriptus, è pulverulentis cœnobii cujuſdam tablinis erutus, poſt Chiffletianum præ aliis integer ac incorruptus, quo me pro ſua ingenti munificentia donavit. His adjutus ſubſidiis, magni profecto momenti, alacrius & audentius Plinium ita ſum aggreſſus, ut dies ac noctes quantum valetudo & privata negotia permiſerunt, manum à tabula nunquam re-

moverim. Fuere ſane quidam, qui me ſic attentum & pertinacem objurgarent, inanem meum laborem futurum admonentes: ideoque expedire magis, ut caſſas illas meas, futiles, abortivas obſervationes ſupprimerem, quam iis publicatis exiſtimatio mea traduceretur, & faſtidioſæ moroſæque cenſuræ nepotum carpenda & vellenda objiceretur. Eorum ſententiæ nec obſequi, nec parere libuit, quod mea, qualiacunque ſint (hoc citra τὴν φιλαυτίαν *dictum eſto) poſteris non vana & infructuoſa fore mihi perſuadeam: & quamvis non tantum præſtem, quantum fortaſſis de me ſibi literatorum ſenatus & conſeſſus promittit: in illis tamen ſæpiuſcule feſtinatis meis perſcriptionibus, emendationibus, adnotationibus reor aliquid fore, quod etiam delicatorum palato & auribus placeat, hoc meo fœtu maturiore ac ſeriore; ſed mihi ſi dexter Apollo vocatus adſit, cæteris meis omnibus magis vitali. Vale.*

C. PLI-

C. PLINII CÆCILII
JUNIORIS
EPISTOLÆ II.
In quibus de Vita ſenioris Plinii avunculi ſui narratio continetur.

LIB. III. EPIST. V.

C. PLINIUS CÆCILIUS [1] *MARCO SUO S.* 1 Macro:

PERGRATUM eſt mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quæraſque qui ſint. Fungar indicis partibus, atque etiam, quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam. Eſt enim hæc quoque ſtudioſis non injucunda cognitio. [2] De jaculatione equeſtri unus. *2 Librorum Plinianorum catalogus.* Hunc, cum præfectus alæ militaret, pari ingenio curaque compoſuit. De vita Q. Pomponii Secundi duo, à quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus, exolvit. Bellorum Germaniæ viginti, quibus omnia quæ cum Germanis geſſimus bella, collegit. Inchoavit cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit enim ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimæ victor ibi periit. Commendabat memoriam ſuam orabatque, ut ſe ab injuria oblivionis aſſereret. Studioſi tres, in ſex volumina propter amplitudinem diviſi, quibus Oratorem ab incunabulis inſtituit & perficit. Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone noviſſimis annis, cum omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius, periculoſum ſervitus feciſſet. A fine Aufidii Baſſi XXXI. [3] Naturæ hiſtoriarum XXXVII. 3 Naturalium. opus diffuſum, eruditum, nec minus varium, quam ipſa natura. Miraris, quod tot volumina, multaque in iis tam ſcrupuloſa, homo occupatus abſolverit? Magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſas actitaſſe, deceſſiſſe anno VI. & L. medium tempus diſten-

[1] Diſtri-ctum.

[2] a. d. VI. Kal. Sept. uti habent omnes faſti vet. non autem X. ut notarum ignorantia perperam putat Catanæus.

[3] qui.

[1] diſtentum impeditumque qua officiis maximis, qua amicitia principum egiſſe. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia. Lucubrare à [2] Vulcanalibus incipiebat non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi ſtatim à nocte multa: hieme vero ab hora ſeptima, vel cum tardiſſime, octava, ſæpe ſexta. Erat ſane ſomni parciſſimi, nonnunquam etiam inter ipſa ſtudia inſtantis, & deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperatorem: nam ille quoque noctibus utebatur: inde ad delegatum ſibi officium. Reverſus domum, quod reliquum temporis, ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſæpe, quem interdiu levem & facilem veterum more ſumebat, æſtate, ſi quid otii, jacebat in ſole: liber legebatur, adnotabat, excerpebatque. Nihil enim unquam legit quod non excerperet. Dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, [3] ut non aliqua ex parte prodeſſet. Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur. Deinde guſtabat, dormiebatque minimum. Mox quaſi alio die, ſtudebat in cœnæ tempus. Super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim. Memini quendam ex amicis, cum lector quædam pronuntiaſſet perperam, revocaſſe, & repeti coëgiſſe: huic avunculum meum dixiſſe, Intellexeras nempe: quum ille annuiſſet, Cur ergo revocabas? decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate à cœna luce, hieme inter primam noctis, ſed tanquam aliqua lege cogente. Hæc inter medios labores urbiſque fremitum. In ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum diſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid aut dictabat. In itinere, quaſi ſolutus cæteris curis, huic uni vacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cujus manus hieme manicis muniebantur, ut ne cœli quidem

dem aſperitas ullum ſtudiis tempus eriperet. Qua ex cauſa Romæ quoque ſella vehebatur. Repeto me correptum ab eo, cum ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere. Perire enim omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impartiretur. Hac intentione tot iſta volumina peregit, [1] electorumque commentarios CLX. mihi reliquit opiſthographos quidem, & minutiſſime ſcriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe, potuiſſe ſe, cum procuraret in Hiſpania, vendere hos commentarios [2] Largio Licinio CCCC. millibus nummum, & tunc aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi recordanti quantum legerit, quantum ſcripſerit, nec in officiis ullis, nec in amicitia [3] principum fuiſſe? Rurſus cum audis quid ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe? Quid eſt enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia non poſſit efficere? Itaque ſoleo ridere, cum me quidam ſtudioſum vocant, qui, ſi comparer illi, ſum deſidioſiſſimus. Ego autem tantum, [4] quem partim publica, partim amicorum officia [5] diſtringunt? Quis ex iſtis qui tota vita literis aſſident, collatus illi, non quaſi ſomno & inertiæ deditus erubeſcat? Extendi Epiſtolam, [6] quamvis hoc ſolum, quod requirebas, ſcribere deſtinaſſem, quos ſcilicet libros reliquiſſet. Confido tamen hæc quoque tibi non minus grata, quam ipſos libros, futura, quæ te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad ſimile aliquid elaborandum poſſunt æmulationis ſtimulis excitare. Vale.

1 Electa.
2 Lartio. al. Laertio.
3 principis.
4 quantum.
5 non abundant, (tantum vaco)
6 quam.

LIB.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

PETIS ut tibi avunculi mei exitum ſcribam, quo verius tradere poſteris poſſis. Gratias ago. Nam video morti ejus, ſi celebretur à te, immortalem gloriam eſſe propoſitam. Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum ut populi, ut urbes, memorabili caſu, quaſi ſemper victurus, occiderit. quamvis ipſe plurima ſcripſerit, plura tamen perpetuitati ejus ſcriptorum tuorum æternitas addet: Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos vero quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus & ſuis libris & tuis erit. Quo libentius ſuſcipio, depoſco etiam,
1 *Plinii ſenioris acta ultima.* — *quod injungis.* [1] *Erat Miſeni, claſſemque imperio præſens regebat.*
Cal. Novemb. hora fere ſeptima, mater mea indicat ei apparere
2 e ſole ut. — *nubem inuſitata & magnitudine, & ſpecie. Surgit ille,* [2] *ut è ſo-*
le ſolebat, frigida guſtata: jacens enim ſtudebat. [3] *Popoſcit ſoleas,*
3 poſcit. — *aſcendit locum, ex quo maxime miraculum illud conſpici poterat.*
4 Veſenum, *al* Veſubium. — *Nubes incertum procul intuentibus ex quo monte* [4] *(Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur: cujus ſimilitudinem & formam non alia magis arbor, quam pinus expreſſerit. Nam longiſſimo velut trunco efflata in altum, quibuſdam ramis diffundebatur. Credo, quia recenti ſpiritu evecta, dein ſeneſcente eo deſtituta,*
5 altitudinem. — *aut etiam pondere ſuo victa, in* [5] *latitudinem vaneſcebat, candida interdum, interdum ſordida & maculoſa, prout terram cineremve ſuſtulerat. Magnum id, propiuſque noſcendum, ut eruditiſſimo viro viſum eſt. Iubet liburnicam aptari: mihi, ſi venire una vellem, facit copiam. Reſpondi ſtudere me malle: & forte ipſe, quod ſcriberem dederat. Egrediebatur domo: accepit codicillos.*
6 Retinere amici, imminenti periculo exterrere. 7 ejus. 8 orabant. — [6] *Retinæ claſſiarii, imminente periculo exterriti. Nam villa* [7] *ea ſubjacebat: nec ulla, niſi navibus, fuga. Vt ſe tanto diſcrimini eriperet,* [8] *orabat. Vertit ille conſilium, & quod ſtudioſo animo inchoaverat, obit maximo. Deduxit quadriremes, aſcendit ipſe, non Retinæ modo, ſed multis (erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxilium: properat illuc, unde alii territi fugiunt, rectumque curſum, rectaque gubernacula in periculum tenet, adeo ſolutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras ut deprehenderat oculis, dictaret, enotaretque. Iam navibus cinis inciderat: quo propius accederet, calidior & denſior: jam pumices etiam, nigrique & ambuſti & fracti igne lapides: jam vadum ſubitum, ruinaque montis litora obſtantia.*
9 Cunctantique. — [9] *Cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti, Fortes, inquit, fortuna juvat: Pomponianum pete.*
10 juxta hic erat: 11 diremptus. — [10] *Stabiis erat;* [11] *perveneratque ſinu medio. Nam ſenſim circumactis curvatiſque litoribus mare infunditur. Ibi quanquam nondum periculo appropinquante, conſpicuo tamen, & cum creſceret, proximo, ſarcinas contulerat in naves, certus fugæ, ſi contrarius ventus reſediſſet. Quo tunc avunculus meus ſecundiſſimo invectus complectitur trepidantem,*

conſolatur, hortatur: utque timorem ejus ſua ſecuritate leniret, deſerri ſe in balineum jubet: lotus [1] accubat, cœnat, atque hilaris, aut quod [2] æque magnum eſt, ſimilis hilari. Interim è Veſuvio monte pluribus locis latiſſime flammæ atque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebras noctis [3] excipiebat. Ille agreſtium trepidatione igni relictas deſertaſque villas per ſolitudinem ardere, in remedium formidinis dictitabat. Tum ſe quieti dedit, & quievit veriſſimo quidem ſomno. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis gravior & ſonantior erat, ab iis, qui limini obverſabantur, audiebatur. Sed area, ex qua diæta adibatur, ita jam cinere [4] miſtiſque pumicibus oppleta ſurrexeſat, ut ſi longior in cubiculo mora eſſet, exitus negaretur. Excitatus procedit, ſeque Pomponiano, cæteriſque qui pervigilarant, reddit. In commune conſultant, intra tectane ſubſiſtant, an in aperto vagentur: nam crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub dio rurſus, quanquam levium exeſorumque pumicum caſus [5] metuebatur: quod tamen [6] malorum collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt. Id munimentum adverſus incidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus nigrior denſiorque: quam tamen faces multa variaque lumina ſolvebant. Placuit egredi in litus & ex proximo adſpicere quid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum & adverſum permanebat. Ibi ſuper abjectum linteum recubans ſedit, atque iterum frigidam popoſcit, hauſitque. Deinde flammæ flammarum, que prænuntius odor ſulphuris, alios in fugam vertunt: excitant illum, qui innixus [7] ſervis duobus aſſurrexit & ſtatim concidit (ut ego [8] conjecto) craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura invalidus, & anguſtus, & frequenter intus æſtuans erat. Vbi dies redditus is, ab eo, quem noviſſime viderat, tertius, corpus inventum integrum, illæſum, opertumque ut fuerat indutus. Habitus corporis quieſcenti, quam defuncto, ſimilior. Interim Miſeni ego & mater. Sed nihil ad hiſtoriam. Nec tu aliud, quam de exitu ejus, ſcire voluiſti: finem ergo faciam. Vnum adjiciam: omnia me, quibus interfueram, quæque ſtatim, cum maxime vera memorantur, audieram perſecutum. Tu potiſſima excerpes. Alıud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam, aliud amico, aliud omnibus ſcribere. Vale.

1 diſcumbit.
2 e. æ. m.
3 pellebat.
4 miſſiſque.
5 metuebant.
6 periculorum.
7 innitens. *Plinii ſenioris interitus.*
8 colligo:

Nomina

Nomina eorum, quorum Commentationes, Variantes Lectiones, & Notæ ad Textum PLINIANUM hac Editione exhibentur.

AGricola.
Alexander ab Alexandro.
Anguillara.
Baptiſta Egnatius.
Briſſonius (Barnabas.)
Bayſius.
Bochartus.
Brodæus.
Budæus.
Camerarius (Joach.)
Canterus.
Capella (Martianus.)
Caſaubonus.
Conſtantius Fanenſis.
Crinitus. (Pet.)
Cujacius.
Dalecampius.
Delrio (M. Ant.)
Dorleans.
Eraſmus.
Fortunatus (Matthæus.)
Garcias.
Gelenius.
Gerbelius (Nic.)
Goltzius (Hub.)
Glareanus.
Gronovius.
Grucchius.
Guillandinus.
Gyraldus.
Hartungius.
Hermolaus Barbarus.
Junius (Hadrianus.)
Leo (Joh.)
Leopardus.
Lipſius.
Longolius (Chriſtophorus)
Magius (Hieronymus.)
Maſſarius (Franciſcus.)
Mercurialis.
Merula.
Meurſius.
Mitalerius.
Muretus.
Nonius.
Onuphrius Panvinius.
Ortelius.
Oviedus.
Palmerius.
Pancirollus.
Pintianus.
Pithœus (Pet.)
Politianus.
Popma.
Rævardus.
Reineſius.
Rhenanus.
Rhodiginus.
Rondeletius.
Ruellius.
Salmaſius.
Scaliger.
Sigonius (Car.)
Thevetus.
Turnebus.
M. Velſerus.
Victorius (Pet.)
Voſſius (Iſ.)
Urſinus (Fulv.)

D E

DE
C. PLINII
SECUNDI
PATRIA,
A
PAULO CIGALINO
Novocomenſe Ticinenſis Gymnaſii publico, & primario Medicinæ profeſſore.

LECTIO PRIMA
HABITA
In Perill. Aſſidatorum Academia.

QUANTUM onus, quam grave, quamque laborioſum mihi ſubeundum foret, Illuſtriſſ. Princeps, voſque viri graviſſimi, ac nobiliſſimi Academici, nec tum ignorabam, cum me Plinium de materiæ medicæ hiſtoria tractantem de ſuperiore, & honeſtiſſimo hoc loco interpretari juſſiſtis; & nunc, quam ſit difficile, quam ſollicitum, & moleſtiæ, ac periculi plenum, cum me ad aggrediendum accingo, inſigni cum animi mei perturbatione ſentio. Cum enim duo mihi primo ſeſe offerant, de quibus agendum videatur, Plinii patria quæ fuerit, ac quo ſæculo vixerit Dioſcorides Anazarbeus is, quem in hiſtoria medicæ materiæ explicanda olim Græci omnes, & Arabes æque probarunt, nunc nemo non auctorem ſequitur, & anteſignanum: illud annexam, atque conjunctam habet quandam quæſtionem, quam ſi attigero, neque temporis, neque loci rationem habuiſſe videri poſſim. Hoc vero præterquam quod intra conſtitutos mihi à vobis dicendi cancellos non continetur, etiam vereor ne, ſi quod ſentio, liberè pronuntiavero, cum in eo à communi omnium conſenſione me penitus ſubtraxerim, mihi aut plus aſſumpſiſſe videar, quam deceat, aut quam debueram arrogaſſe, & ſermones ea de re minus commodos à vobis incurram, aut potius ſubeam graviorem

reprehenſionem, quaſi in eo mihi conſilium defuerit, in hoc conſilio nihil, temeritate me plurimum poſſe notum fecerim. Nam quod antiquos interpretes, quicunque celebriores habiti ſunt, de patria eorum, quos ſibi ad explicandos propoſuiſſent, aliquid prius conſtituiſſe obſervaviſſem, admonebar præclarum tantorum virorum exemplum ſine mea aliqua culpa neglectum iri non poſſe, quod ſi fuiſſem imitatus, contentionem quandam inter Novocomenſes meos, & Veronenſes non excitatam modo; verum etiam multos annos ſcriptis exagitatam videbam, aut ſine civium meorum offenſione non poſſe diſſimulare, vel ſine gravi reprehenſione præter opinionem veſtram, & communem tot lectiſſimorum juvenum expectationem attingere. Si verò de ætate, qua Dioſcorides floruiſſet, egiſſem, cum vos conſilium meum demiratos hoc mihi fuiſſe propoſitum, de quo dicerem, eſſe inficiaturos, tum hos adoleſcentes, quos video frequentes conveniſſe, de Dioſcoride, quando vixerit, ſe non veniſſe audituros, ſed quid de Plinii materiæ medicæ hiſtoria ſibi à me de ſuperiore hoc loco explicaretur pedum ſupploſione ſignificaturos. Verum enimverò hoc ejuſmodi eſſe intelligebam, quod neque ſine diminutione exiſtimationis veſtræ, quæ maxima eſt, reticeri, neque ſine meæ, ſi qua eſt, jactura diſſimulari poſſet. Quod enim pervagatum eſt, & quidem jam diu Plinium ex Dioſcoride pleraque omnia de materia medica à ſe ſcriptis conſignata exſcripſiſſe, id pro conſtanti jam receptum, & communi ſcribentium conſenſu quodammodo ſancitum effecit, cum in nonnullis à Dioſcoride Plinium diſſentire materiæ medicæ ſtudiodioſi obſervaviſſent, ut furti ſimul, & inſcitiæ ipſum non ſolum accuſare, verum etiam indicta cauſa condemnare non vererentur; ita vos quidem, Patres, in deligendo auctore, quem in hoc frequenti ingenuorum adoleſcentium concurſu interpretarer, rationem in conſilium negligentius adhibuiſſe videbimini, qui maxime prudenter de rebus omnibus deliberare conſueviſtis. Ego vero, ſi quod aliud inconſulte, hoc maxime onus temere ſuſcepiſſe judicabor, ex quo perſpicitis, ut hoc dicam, non tam meam cauſam poſtulare, quam veſtra, ut ne id ipſum reticeam, intereſſe. De patriæ vero Plinii habendo ſermone ita ſtatuebam, aut ſi tacerem contra veterem conſuetudinem, ac contra priſtinum illum continuata tot ſæculorum obſervatione confirmatum interpretum morem eſſe me facturum; aut ſi ab antiquo inſtituto non diſcederem, conjunctam adeo cum tractatione patriæ, ac quodammodo natura copulatam contentionem hanc noſtram, ut una ab altera divelli non poſſit, eſſe mihi attingendam. Quæ cum ita ſint, cum neceſſitate quadam impellar, ut propoſitorum neutrum prætermittam. Committite vos Patres graviſſimi, patiamini, ſtudioſi adoleſcentes, Plinio noſtro de furto, & inſcitia graviter accuſato mihi per vos, & humanitatem, ac lenitatem veſtram, ut liceat paucis patrocinari. Date officio, date meo erga dulciſſimam patriam amori, & gratæ, quæ mihi civium meorum in mente verſatur,

tur, recordationi concedite, ut illis civem ſuum, & meum, Plinium, quantum in me eſt, dicendo hodierna die conſervem, dignitatem, nobilitatem, ac gloriam tuear, quam in hoc civi agnoſcimus minime contemnendam, nec gravemini audire Novocomenſem de Plinii patria Veronenſibus Alexandro Benedicto, Torello Sarainæ, & Onuphrio Panvinio viris graviſſimis, maxime vero Antonio Pantheo reſpondentem nullum non lapidem moventi, quo Tribu ſua motum Plinium, & in alienam inſertum transferat Veronam, cujus alioqui opinione mea tanta nobilitas eſt, tantus ſplendor, ut ingentium molium ſtructura, ædium elegantia, fertilitate agrorum, virorum omni genere laudis illuſtrium copia, atque antiquitate longe clariſſima non indigeat lumine Plinii noſtri, & alienæ hujus gloriæ acceſſione, quam Pantheus magno non ſolum conatu, ac ſtudio curavit, verum etiam totis ingenii viribus adnixus procuravit. Nec defuerunt illi ſcriptores haud contemnendi, quorum auctoritate ſtipatus nobis Plinium noſtrum eripere tentaret, in primis Franciſci Petrarchæ teſtimonio fretus ſeniorem Plinium inter Veronenſes apertiſſime in Famæ triumpho referentis, quem principem, ac familiæ ductorem Perottus, & Laurentius Valla cum aliis nonnullis ſequuti idem affirmarunt. Sed Plinius junior ad Maximum ſcribens Veronenſes ſuos in hunc modum appellavit: *Recte feciſti, quod gladiatorium munus Veronenſibus noſtris promiſiſti.* Idem in epiſtola ad Falconem, Catullum ſuum vocat: & proximum ſibi eſſe Patavinum municipium ad Iunium Mauricum ſcribens ait. *Habet Minutius aviam maternam Serranam non procul à me municipio Patavino.* Quæ quis non videt ſeniorem Plinium Veronenſem exſtitiſſe demonſtrare? Quis non perſpicit, quia ſenioris filius adoptivus junior Plinius eſſet, hoc nomine civem Veronenſem effectum Catullum, cæteroſque Veronenſes ſuos appellare, & Patavium ſibi proximum dicere potuiſſe? qui ut Comenſis, neque proximum Patavium habuit, à quo plurimum Comum diſtat, neque Veronenſes ſuos nominare debuit. Pluris faciendum eſt, quod ille ipſe Plinius Senior, de quo lis eſt, in hiſtoriæ ſuæ naturalis præfatione Catullum ſummo omnium conſenſu Veronenſem conterraneum ſuum vocat his verbis: *Ut obiter emolliam conterraneum meum Catullum.* Addit Pantheus Secundorum familiam, ex qua Plinius deſcendit, plurimam Veronæ fuiſſe, cujus in antiquo marmore tribus millibus ab urbe paſſibus ſequens legitur epigramma:

LÆLIÆ CLEMENTINÆ UXORI INCOMPARABILI Q. FURIUS SECUNDUS MARITUS ET SIBI VIVUS FECIT.
FUNCTA IACES HIC SED VIVIS
VIVESQUE SECUNDO
LÆLIA TUO.

Haud ita vero procul à Benaco:

L. AQUILIUS SECUNDUS L. AQUILIO
CHARITONI ET PUBLICIÆ VENERIÆ
PARENTIBUS PIENT. LIBERT. LIBERTAB.

Sed ad ripam Benaci antiquam ejuſmodi marmoream Tabulam extare ſcribit:

SEX. LÆTIBIO SEX. F. FAB. VI. VIR. AUG.
LÆTIBIÆ VERA ET SECUNDA
FRATRI PIISSIMO.

In ipſa quoque urbe ſimilem Secundorum ſpectari memoriam.

L. SOLLIUS L. F. SECUNDUS PAP.
TICINENSIS SIBI.
PAULONIÆ L. F. MAXIMÆ UXORI.

Quid quod in agro Polyzelano diœceſis Veronenſis Secundorum cognationis inſigne monumentum obſervatione dignum in lapidea tabula inſculptum affert Pantheus, quod ita habet:

CALPURNIA L. F. PRISCA SIBI
ET L. CALPURNIO QUADRATO PATRI
VALERIÆ C. F. SECUNDÆ MATRI
L. CALPURNIO PUDENTI FRATRI
V. VIR. AUG.

In hoc porro epigrammate Valeriam Secundam C. Plinii Senioris filiam fuiſſe aſſerit, quæ L. Calpurnio Quadrato filiam pepererit Calpurniam Priſcam Junioris Plinii conſobrinam, ad quam binæ ejuſdem litteræ ſcriptæ leguntur, una, qua conqueritur de Calpurniæ ſeceſſu in Campaniam, altera, qua Calpurniæ litteris reſpondet, cujus ad patrem Quadratum alteræ duæ Plinii Junioris epiſtolæ extant, una libro VI. altera libro IX. Denique triumphum canit ſequenti titulo in æde D. Blaſii invento, quod ita legitur:

PLINIUS SECUNDUS AUGUR PATRI
MATRI MARCELLÆ TESTAMENTO
FIERI JUSSIT.

Hoc nihil videri poteſt ad Panthei placitum confirmandum, & querelam noſtram opprimendam aptius deſiderari potuiſſe, quam ut Plinius Veronæ patri, & matri monumentum erigi teſtamento juſſerit.

Ex adverſo Novocomenſes mei ſe, ſuamque cauſam non deſeruere, quorum princeps Benedictus Jovius latine, græcè, & hebraicè literatiſſimus, atque antiquæ lectionis inveſtigator diligentiſſimus, & cum eo pater meus Franciſcus egregiè partes ſuas ſuſtinuere, quibus acceſſit viri graviſſimi, & Juriſconſulti celeberrimi Andreæ Alciati Mediolanenſis firmiſſimum patrocinium, & Thomæ Porcachii pro nobis differentis veriſſima defenſio. Sive enim teſtium auctoritatem, ſive rationum certitudinem, ſive denique antiquorum epigrammatum

tum acceſſionem requiramus, nihil eſt, quod in hac cauſa ab his patronis deſideremus. Teſtes proferunt Suetonium Tranquillum, Euſebium Cæſarienſem, D. Hieronymum, antiquam impreſſionem anno à partu Virgineo, milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Tarviſii editam, Hermolaum Barbarum, Policianum, (ſcitis Patres quos viros nomino) Georgium Merulam, Bernardinum Corium, Raphaelem Regium, & Heliam Capreolum. In eo enim opere, quod de viris illuſtribus Suetonius conſcripſit, de Plinio ſcribens inquit: *Plinius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis egregiè functus, procurationes quoque ſplendidiſſimas, atque continuas ſumma integritate adminiſtravit: mortuus eſt, cum Miſenenſi claſſi præeſſet, & flagrante Veſuvio ad explorandas propius cauſas Liburnicas prætendiſſet.* Euſebius verò, aut interpres D. Hieronymus, *Anno*, inquit, *duodedecimo Imperii Trajani Plinius Secundus Novocomenſis Orator, & Hiſtoricus inſignis habetur, cujus plurima ingenii opera extant, periit dum inviſit Veſuvium.* In antiqua Plinii editione ſic legitur: *C. Plinius Secundus Novocomenſis T. Veſpaſiano ſuo ſalutem*: ibidem operi præfixa ſunt, quæ de Plinio Suetonius, aut Euſebius ſcripſerunt. Cæterum hæc omnia haud firmioribus reſponſionibus Pantheus refellit, quam ſolidis fundamentis ſuam de Plinii patria opinionem conſtituerit, Suetonium de Viris illuſtribus egiſſe inficiatur, eodem cum Sereno Sammonico errore lapſum duos Plinios patrem, & filium unum feciſſe, aut etiam volentem, & ſcientem peccaſſe, vel patriæ mentionem, quam Suetonius præteriiſſet, ab alio accepiſſe, à quo forte in antiqua Plinii editione littera depravata ſit loco verbi *Veronenſis*, altero perperam ſubrogato *Novocomenſis*. Videte Patres, quo deſiderium (leni verbo & remiſſo dicendi genere utar) homines præcipites impellat, quid non faciat comminiſci, licentia pluſquam imperatoria uſus Pantheus Suetonio ſua opera adimit, adulationis notam inurit, objicit lapſum, verba expungit, lectiones immutat. Si quæratis rationem, nulla eſt; ſed ejus loco voluntas nobis accipienda eſt. Quid Pantheus facturus fuiſſet, ſi quis verbum illud *Conterraneus*, quo maximè nititur, & quod totius diſputationis, & opinionis ſuæ veluti baſim, ac firmiſſimum fundamentum conſtituit, neget Plinii eſſe, neget juniorem Plinium Patavium ſibi proximum feciſſe, quo argumento nobis ereptum Plinium putat; ſi in exſcribendo antiquo epigrammate, cujus auctoritate nos de cauſa noſtra prorſus cecidiſſe gloriatur, majorem in eo fidem requirat, ſi cognationem illam, quam adeo jactat, ut Plinium Veronenſem eſſe convincat, fabulam eſſe, quiſpiam dixerit, quid, dico, Pantheus fuiſſet facturus? magnam quidem ſibi injuriam illatam non addubito fuiſſe exclamaturum, negari omnia ſine ratione, quod equidem ego quoque faciendum non eſſe confirmo, & cum eo in hoc convenio, ut ratione, non voluntate contendamus. Quamobrem ne poſthac dictum à nobis quicquam conqueratur, cujus ratio incomperta ſit, audite Patres, quid Hermolaus Barbarus patritius Ve-

netus, non Comenſis, vir eruditionis minime vulgaris, & ætatis ſuæ doctiſſimorum Virorum nemini ſecundus, ac Plinii lectione emendandæ, non patriæ inquirendæ incumbens, de hoc verbo *Conterraneus* ſcribens prodiderit in hunc modum: *Quidam non Conterraneum, ſed Concerronem, ſive, quod idem eſt, congerronem meum legunt, & quod exemplaria quædam ſunt, in quibus Concerraneum ſcribatur, & quod caſtrenſe id verbum eſſe dicant ex hiſtoria, & Plautus, nec uno loco. Hic, inquit, aderit congerro meus.* Quanta vero ratione aut ego negaverim Plinium juniorem ſibi proximum eſſe Patavium dixiſſe, aut illi eundem Patavio proximum eadem auctoritate affirmaverit; accipite. In epiſtolarum volumine pluribus ab hinc annis impreſſo libro primo ad Iunium Maurium ſic legitur. *Habet aviam maternam Serranam procul à me municipio Patavino*; quibus tantum abeſt, ut Plinius Patavio ſe proximum faciat, ut etiam plurimum abeſſe profiteatur. Dicet ille demptam eſſe notam negationis, quam ſuum exemplar habeat; ego contra additam ſuo contendam, qua meum careat, neque enim, cum ratione, aut teſtimonio deſtituamur in inſtituta controverſia, majorem ille ſibi auctoritatem arrogare debet, quam apud me eſſe velit: vel cum utrinque paribus teſtimoniis contendatur, pluris ſuum facere, quam meum à me fieri velit. Etenim Patres, ut intelligatis me in hac cauſa non favere Novocomenſibus, quia unus ex his ſim, ſed quia cum eorum querelam juſtam eſſe non addubitarem, inique facturum eſſe me arbitratus, ſi cum poſſem, communem cauſam non complecterer, & ad defendendum non ſuſciperem: civibus ergo meis adfui patronus, quod non ignorarem, quanquam à viris nobiliſſimis fuerit abunde cauſa perorata, quoſdam, ſive quod non viderint, quæ ab iis ſcribuntur, ſive quod argumentorum vim negligentius inſpexerint, ſive quod non intellexerint, Plinium Veronenſem eſſe obſtinate potius, quam ſcite contendere. Ut inſtitueram dicere, veritati ſtudens ingenue fateor, neutram mihi probandam lectionem videri: nihil enim referebat Plinio dicere hoc loco pro re propoſita ſe procul Patavio potius abeſſe, quam proximum eſſe, quod facit, ut credam eam veram, ac genuinam eſſe lectionem, quæ in eodem meo volumine in margine ſic habet: *Habet aviam maternam Serranam Proculam è municipio Patavino, noſti mores.* Sed ſive negligentia, ſive inſcitia ſcribæ factum eſt, ut à verbo, *Proculam*, ultima ſyllaba avulſa legeretur, quam, quod ſignificatu careret, emendator ex præpoſitione *à*, & ſequentis verbi, *me*, prima littera conflatam eſſe falſo conjiciens disjunxit, & littera, *m*, præpoſitioni *è* adjiciens, *me*, legi pro, *è*, fecit; priorem vero litteram videri præpoſitionem in hunc modum, *procul à me*, & cognomine *Proculam*, quod divulſum copulatione indigeret, magis diſtracto, totius orationis ſenſum conturbavit, ac prorſus diſtorſit. Venio ad antiquum illud epigramma, cujus initium eſt Plinius Secundus, de quo ex Panthei fautore quæro, an hoc nomen, ac cognomen

in eo

in eo lapide integrum, atque perfectum legerit, vel mutilum, detritis per vetuſtatem ſyllabis, aut litteris nonnullis, de ſuo ingenio *Plinius Secundus* ſit interpretatus: dicat, an neget, mihi curæ non eſt, qui ſciam eum utrovis modo cauſæ noſtræ plus eſſe profuturum, quam ſcribendo animo à nobis Pantheus olim alieno fuerit. Si enim dixerit nihil nomini Plinii, ac cognomini defuiſſe, habeo quos proferam teſtes adverſos viros integerrimos Veronenſes Alexandrum Benedictum, maxime vero Onuphrium Panvinium antiquorum epigrammatum ſtudioſiſſimum, quorum uterque in nomine litteras nonnullas deſiderari, in cognomine etiam ſyllabas fateatur. Sin ob id, quod eſt, vere, & ingenue, reſpondeat vetuſtatem nomini quaſdam litteras abſtuliſſe, cognomini ſyllabam priorem, ut Alexander Benedictus, aut pene totum deleviſſe, teſte Panvinio ··· NDV ··· tantum legente. Cur rurſus interrogo te, perinde ac integrum Pantheus ſcripſit, neque lectorem deficientium in primo litterarum, in altero ſyllabarum admonuit? Quid ita, inquies? Quid? quia volo clientis tui hoc loco aſtutiam, ne doli graviori verbo utar, elucere. videbat homo ſagaciſſimus in epigrammate nomen, ac cognomen integrum relatum ad traducendos legentium animos in ſententiam ſuam plurimum auctoritatis eſſe habiturum, quod ſi mancum retuliſſet, & ob vetuſtatem mutilum eſſe dixiſſet. ...INIUS primo loco tantum ſupereſſe, exeſo principio, altero ...CUNDUS, ut Alexandro videtur ...NDV... ut Panvinio placet, detritis pluribus ſyllabis, eo ſe nihil eoſdem fuiſſe commoturum. Hoc dico, intelligens Pantheus, aſtutus patronus, licet falſus, videri maluit, quam ineptus & incallidus defenſor, atque advocatus veris teſtibus productis, id effecit, ut Andreas Alciatus epigrammatis initium omnino ſic habere, ſicut dicebatur Plinius Secundus, arbitratus, quanquam Plinium Comenſem eſſe non dubitaret, eo uſque tamen perplexus pro nobis pronuntiare non fuerit auſus, donec certior factus deficientium in Plinio primarum litterarum: cum ex his quæ nondum decidiſſent, ſibi non potius *Plinius*, quam *Caninius*, *Licinius*, *Aſinius*, aut *Cominius* legi debuiſſe, videri conſtantiſſimè aſſeruit, tum controverſiæ nervos & firmamentum tam infirmò argumento commiſiſſe ſatis Pantheum demirari non potuit. Sed faciamus non ...inius ...cundus. verum potius, quod amor patriæ fecit Panvinio videri, C. P..inius legi à ſculptore, non Panvinii conjectura fictum, ut, incipiente verbo à litera P. & in ...inius deſinente, quodammodo neceſſe eſſe videatur *Plinius* interpretari. Quid? num ideo quia *C. Plinius* eſt, *Secundum* etiam eundem fuiſſe ſequitur? Negabunt hoc Novocomenſes mei, apud quos *C. Plinius Philocalus*, *C. Plinius Valerianus*, & *C. Plinius Calvus* in antiquis monumentis leguntur, quæ diſtuli oportuniori loco referenda. At ...ndv.. in ſcriptis habet, quod nulli cognominum propoſitorum accommodari poteſt: non abnuo, neque à me idcirco adducuntur, ut velim tres illas litteras horum cognominum ali-

quod ſignificare poſſe; ſed ut intelligant *C. Plinii* prænomen & nomen ſibi neceſſariò cognomen *Secundi* non aſciſcere, quod ut ...CUNDUS. neceſſariò non refert, ut Pantheus cenſet, ita multo minus ...NDU. ſicut Panvinio viſum eſt, & ſyllabæ ...CUNDUS. & litteræ ...NDU... quam ex cognomine *Secundus* haud minus reliquæ eſſe poſſunt ex altero *Iucundus*, aut *Verecundus*, quorum primi exemplum extat Romæ in muſæo Carpenſi, quod habet:

D. M.
CORNELIA IUCUNDO
V. A. XIV.
CORNELIA LASCIVA
PATRONO BENEMER.

Et ibidem in hortis:

D. M.
T. FL. IUCUNDO
EX. LEG. XXX. ULP.

In Luſitania verò:

EGO GALLUS FAVONIUS IUCUNDUS L. F. QUI BELLO CONT. VIRIATUM OCCUB. IOCUNDUM ET PUDENTEM FILIOS EX TEST. HERR. RELINQUO ET BONORUM IOCUNDI PATR. MEI ET EORUMQVÆ MIHI ADQVISIVI.

ac quæ ſequuntur.

Alterius cognominis tale apud ædem D. Zenonis Veronæ viſitur:

MARCELLI VERECUNDI ET CÆSIÆ FUNAM.

Quibus conſtat, quia *C. Plinius* monumentum habeat, ex eo etiam, *Secundum* eum fuiſſe non convinci. Quamquam ſi verbum hoc inchoatum P...INIUS ad examen non fucatum revocaverimus, an *Plinius* ſignificet, dubium, & incertum eſſe deprehendemus; poteſt enim *Pleminius* explicari, cujus proprætoris Livius libro ab V. C. XIX. meminit; fortè etiam uſque adeo obſcurè littera illa, quam P. Panvinius eſſe conjecit, apparet, ut C. æque eſſe potuerit, ac P. & *Clinius* totum verbum ſignificare, cujus Romæ tale extat epigramma.

C. CLINIUS C. F. IIII. VIR.

Ita nihil favebit Panvinio C. P...INIUS ..NDU... nihil Alexandro Benedicto ...INIUS. ...CUNDUS. aut PLINIUS SECVNDVS Torello, & Pantheo, quem (ad eum enim mihi redeundum eſt) excuſabit fortè quiſpiam totius erroris culpa in amicum rejecta, qui exſcriptum epigramma ad eum à ſe pro ...INIVS, PLINIVS, & ...NDV... SECVNDVS reſtitutum tranſmiſit, reſtitutionis ſuppreſſa mentione. Accipio excuſationem, nolo Pantheum fraudis alienæ pœnas dare, volo non fideliter inſcriptionem retuliſſe. Sed ità ut ne nos eas pœnas luere excuſationis auctor velit, quas repetere debuimus ab amico Panthei, ut ne nobis in culpam ejus innocentiam, aut amici dolum adſcribat, ut ne quam ſimpliciter, & candidè inſcriptio recitata eſt tam pro

ſe ad-

ſe adverſus nos concludere arbitretur; & quia in hoc fidelis Pantheus extiterit, nos cauſam injuſtam tueri ſentiat.

De quo quia ſatis multa, transfero ſermonem ad cognationis fabulam, quam an jure, vel injuria hoc nomine appellaverim, non faciam, ſed perficiam, ut omnes intelligatis. Panvinius cum priora Panthei argumenta retuliſſet, quibus Veronenſem eſſe Plinium oſtendi exiſtimabat, de hoc ne verbum quidem ullum fecit, quod intelligeret ab iis, quæ de nominandi Romanorum conſuetudine à ſe aliquot ante annis edita leguntur, nihil alienum magis dici potuiſſe, quàm *Secundum*, & *Secundam* familiæ nomen eſſe, non eſſe *Valeriam*, aut *Plinium*: contra enim prorſus illud cognomen eſt, *Valeria* & *Plinius* ad familiam pertinent, quod ſequitur patrem Plinium ex una familia profectum, filiam ex Valeriorum gente non Pliniorum deſcendiſſe. Ex hac fabula cætera, quæ ſequuntur de cognatione, eadem ſomniis ſimillima, ortum habuere. Calpurniam Priſcam Valeriæ, & L. Calpurnii Quadrati filiam, L. Calpurnii Pudentis V. Vir. Aug. ſororem, Plinii ſenioris neptem, Iunioris vero conſobrinam, ad quam epiſtolæ Plinii nonnullæ datæ leguntur, extitiſſe. Quæ aliis quoque argumentis, quàm ut falſo initio nitantur, ab omni veritate plurimum abeſſe, me vobis eſſe facilè demonſtraturum ſpero. Cur enim Plinius Senior ſibi C. Cæcilium ſororis filium adoptavit, non nepotem L. Calpurnium Pudentem? veriſimile non eſt, neglecto nepote, ſive filiæ filio, ſibi ſororis filium adoptare voluiſſe. Calpurniam vero Priſcam eam eſſe, de cujus ſeceſſu in Campaniam libro epiſtolarum ſexto Plinius conqueritur, ac rurſus paullo poſt litteras ſimiles eidem dedit, puto neminem eſſe non hoc pro commento habiturum, qui, non ſicut Pantheus feſtinans potius, ut ait Cato, quam properans, has epiſtolas accuratè legerit: ſunt enim amatoriè ſcriptæ, ac quales deceat uxori maritum dare, non conſobrinæ, feminæ præſertim adeo religioſæ, & ſanctis moribus ornatæ, quam eam Pantheus effinxit, quales item ab uxore maritum accipere conveniat, non conſobrina. Scribit hæc, *unum hoc ſe ſolatium habere, quod Plinii libellos teneret, ipſoſque in veſtigio ſuo collocaret.* *Invicem* Plinius reſpondet, *ego epiſtolas tuas lectito: atque identidem in manus quaſi novas ſumo: ſed eo magis ad tui deſiderium accendor.* Sed volo has epiſtolas potuiſſe dare, accipereque conſobrinum, & conſobrinam; num etiam decuit eumdem Plinium ad Conſobrinam libro ſeptimo ſcribere *magnam ſe noctium partem traducere inſomnem, defixum in imagine Calpurniæ, quibus item horis interdiu ad eam ire conſueverat, ad ejus diætam ipſum ſe ut dicitur, ducerent pedes, qui denique æger mente, & ſimilis excluſo à vacuo limine recederet?* Taceo reliqua. Non eſt igitur Patres, non eſt hæc illa Calpurnia Priſca Panthei Veronenſis: ſed altera junioris Plinii uxor Novocomenſis L. Calpurnii Fabati neptis, cujus ſimilis Comi titulus in marmorea tabula legitur.

L. CALPURNIUS L. .F OVF.
FABATUS.

VI. VIR. IIII. VIR. I. D. PR. M. PRÆF.
PRÆT. TRIBU. M. LEG. XXI. RAPAC.
PRÆF. COHORTIS VII. LUSITAN.
ET NATION. GETULIC. ARSEN.
QVÆ SUNT IN NUMIDIA
FLAM. DIVI AUG. PATRIMONIO
D. F. I.

Hunc *proſocerum* ſæpius in epiſtolis Plinius appellat. Ad eumdem libro octavo de neptis abortu ſcribit, per quem illi pronepotem, ſibi vero filium ſurreptum conqueritur. Proximè ad Hiſpullam filiam Fabati proſoceri, ſoceri vero ſororem, & amitam Calpurniæ de abortu eodem ſcribit, quem excuſari ab ea patri Fabato vellet. ad quem libro quarto de Calpurniæ ſtudio litterarum ſcribit, *ſuos libellos habere, lectitare, addiſcere, verſus cantare, ac formare cithara, non artifice aliquo docente, ſed amore*, quæ Calpurniæ, ad quam epiſtolæ, quas proxime dicebamus, extant, convenire nemo dubitare poteſt; niſi qui ſibi obſtinationem mordicus tenere, non rationem amplecti conſtituerit: quibus Sidonii quoque auctoritatem addere viſum eſt libro epiſtolarum ſuarum ſecundo ſcribentis: *Sine fine lectiturias, neque patiaris, ut te ab hoc propoſito propediem conjux domum fœliciter ducenda deflectat, oppidoque memineris, quod olim Martia Hortenſio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Ruſticiana Symmacho legentibus, meditantibuſque candelas, & candelabra tenuere.* Venio ad Calpurnium Quadratum Calpurniæ Priſcæ patrem, quem eum eſſe cui Plinius junior nonnullas epiſtolas dederit, ſimili cum prioribus argumento Pantheus contendit, quem licet everſa fundamenta abunde redarguant; tamen placet aliis etiam nominibus inconſultam hominis hoc loco patefacere deliberationem. Namque is Quadratus, quem Plinius in epiſtolis nominat, non eſt Calpurnius, ſed Caſſius ex Plinio libro ſeptimo ad Geminium cum lætatur futurum, ut domus C. Caſſii domino ſerviat, non minori, cui Quadratus priſtinam dignatem ſit reſtituturus. Addatis Quadratum eum, ad quem de Helvidii ultione ſcribit, per ætatem ei intereſſe non potuiſſe, quamquam ab obitu Domitiani evenerit, in qua de Publicio Certo Vectii Proculi primæ Plinii uxoris vitrici, quam ſub id tempus amiſiſſet, collega agatur. Qua ratione quis non videt, ac perſpicue cernit, tum Quadratum filiam natu jam grandem, & adultam habere non potuiſſe, ad quam ſive conſobrinam, ſive uxorem jam ſenex Plinius litteras ſimiles daret, cum re ad interregnum ob ſublatum Domitianum adducta, recens adhuc luctus ex primæ uxoris interitu domi eum contineret, ut ab omni ſimilitudine veri longiſſime abeſſe videatur, tandiu uxorem alteram ducere diſtuliſſe, donec Quadratus filiam habere nubilem potuerit Calpurniam priſcam. Pudet me in re adeo manifeſta diutius immorari, & longiorem de ea orationem habere.

habere. Quare deſino dicere, quam recte, quæ adverſarius noſter affirmabat, nos negaverimus, dicturus jam, quam ille perperam negaverit, quæ nos affirmabamus Suetonii Plinium Seniorem Novocomenſem facientis teſtimonium adducentes, quod ille nullum eſſe (non auſim dicere) exiſtimabat, vix enim de eo hoc perſuaderi poſſum, certe, affirmavit hoc argumento, quod nuſquam opus de Illuſtribus Viris ſub nomine Suetonii appareat, quaſi vero omnes ille Europæ angulos perluſtraverit, omnes omnium bibliothecarum libros viderit, excuſſerit, evolverit, nec multi cum Græci, tum Latini ſcriptores proxime venerint in lucem, quos patres noſtri ne nominare quidem audiviſſent: videbunt fortaſſe etiam poſteri, quos noſtro hoc ſæculo deſideramus. Extant rurſus certorum auctorum quædam fragmenta, quorum aut omnes lucubrationes perierunt, aut illæ ipſæ, quarum fragmenta ſunt, interciderunt, quas, ſi hoc nomine ſuis auctoribus adimendas eſſe judicaverimus, quid L. Siſennæ, C. Fannii, Valerii Antiatis, Caſſii Heminæ, Ælii Tuberonis, Atteii Capitonis, quorum opera omnia aut prorſus extincta ſunt, aut latent nunquam apparitura? Quid dico Plinius, quid Gellius, aliine his aut juniores, aut vetuſtiores ſcriptores nonnulli meminere? Quid M. Varronis, & Cornelii Nepotis, quorum pleraque opera magno noſtro incommodo interiere, viri magni hoc ævo nominis fragmentorum utuntur auctoritate? Si enim horum nulla auctoritas eſt, ſi, ſubductis ex hominum oculis operibus, quorum fragmenta ſunt, aut auctoribus ipſis ſolo nomine cognitis, ea nullius apud nos auctoritatis, nullius ponderis eſſe velint, non quorum ſententias referrent Plinius, cæterique, ſpectare debuerunt, ſed quorum opera non mutila, ac manca, ſed integra ad poſteros, & abſoluta pervenire poſſe ſperarent, aut potius vaticinarentur: hæc ſibi proponere, ex quibus excerperent, quæ futuris ſeculis legerentur. Quæ cum ſint à ratione valde aliena, id quoque ſequitur cum ratione non conſentire hoc, quod Suetonio inſcriptum fragmentum circunfertur, ideo Suetonii non eſſe, quod nullum adhuc opus de Viris illuſtribus ſub nomine Suetonii apparuerit. Sed ſentio quid ſit adverſarius reſponſurus fragmento fidem non abrogari, quia opus ipſum, cujus fragmentum eſt, temporum injuria perdiderit, aut etiam ſuſtulerit omnes ejuſdem auctoris lucubrationes. Sed eo potius quod Suetonium de Viris illuſtribus ſcripſiſſe nullius antiqui ſcriptoris auctoritate conſtet, aut dempta vetuſtioris impreſſoris fide valdè incerta, aut potius nulla, quod, qui fragmentum Suetonii eſſe teſtetur, eo antiquior nullus ſcriptor inveniatur: quorum utrumque quam ſit dictum temere, quam falſo, paucis, Patres ut cognoſcatis, operam dabo. Vincentius Bellovacenſis annis ab hinc plus trecentis de Plinio ſeniore ſcribens libro decimo ſui ſpeculi hiſtorialis cap. ſexageſimo ſeptimo auctorem Tranquillum citat in catalogo Virorum Illuſtrium ea de Plinio referentem, quæ ex Suetonio in vetuſtiore Plinii hiſtoriæ naturalis impreſſione leguntur. Ceterum D. Hieronymus cum hujus fragmenti non meminerit, tamen hortatu Dextri præ-

prætorio præfecti de ſcriptoribus eccleſiaſticis verba facturus in initio hæc habet: *Hortaris Dexter, ut Tranquillum ſequens eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digeram, & quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit illuſtribus, ego in noſtris faciam.* D. igitur Hieronymo, & Dextro teſtibus de viris illuſtribus Suetonius egit. Nam, quod *gentilium litterarum Viros Illuſtres* Aldus Manutius ſenior quadam in epiſtola ad Aloyſium Mozenicum grammaticos, & rhetores interpretatur, brevioribus terminis *gentilium litterarum* ſignificatum mihi videtur definiviſſe, & contractum in anguſtum nimis adduxiſſe, quod omnem non ſolum philoſophiam, verum etiam omne genus litterarum complectitur, id ſolam grammaticam, & rhetoricam D. Hieronymo ſignificare profeſſus, quarum ſtudium, quam aliarum quarumcunque liberalium diſciplinarum, non adamaſſe magis, ac profeſſos eſſe gentiles, unus mihi pro multis argumento ſit M. Varro, de quo Cicero in Academicis quæſtionibus: *Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum, locorum, tu omnium divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti.* D. vero Auguſtinus libro de civitate Dei ſexto *in omni eruditione, quam nos ſecularem, illi autem liberalem vocant, ſtudioſum rerum tantum* docere *Varronem* ſcribit, *quantum ſtudioſum verborum Cicero delectat. Secularis eruditionis* nomine, haud dubiè id ipſum intelligens, quod *litteræ Gentiles* D. Hieronymo ſignificarunt. Quid? dico D. Auguſtino *litteras ſeculares* hoc, quod D. Hieronymo *litteræ gentilium*, ſignificare, cum idem ipſe in Epiſtola ad Magnum oratorem Romanum eaſdem *litteras* modo *ſeculares*, modo *gentiles* appellet philoſophiam nominatim comprehendens; imo vero, ſicut diximus, omnem diſciplinam hoc nomine complexus eſt, cum citet Clementis Alexandrini opera, in quibus ex omni genere litterarum viri excellentes nominantur, quod omnem, ſi qua eſſe potuit de *viris illuſtribus gentilium litterarum*, quid D. Hieronymo ad Dextrum ſcribenti ſignificent, dubitationem tollit, non grammaticos, & rhetores, ſed quovis genere diſciplinarum præſtantes hoc nomine viros intelligi apertiſſime demonſtrans, quamquam hoc opus teſtimonio non erat, cum D. Hieronymus ad Dextrum ſubjungens. *Fecerunt quidem hoc idem apud latinos Varro, Santra, Nepos, Higinius, & ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus*, haud obſcure interpretationem meam confirmet. Cornelium enim Nepotem Cariſius ex *libro* XV. & XVI. *de Viris Illuſtribus* citat. Idem Ciceronis vitam Gellii teſtimonio noctium Atticarum libro XV. pluribus libris perſecutus eſt: Ab eodem vero Pomponii Attici vita diligenter ſcripta teritur manibus veſtris. Quos, quamquam hoc ſint nomine *virorum Illuſtrium* à Nepote comprehenſi; nemo tamen, quod ſciam, inter grammaticos, & rhetores nominavit. Iulius quoque Higinius *de vita, rebuſque illuſtrium virorum* agens alios à grammaticis, & rhetoribus attigit teſte Gellio lib. VII. quorum ſi ſcribendi ratio, atque argumentum idem eſt,

eſt, quod Suetonii, in opere *de Viris Illuſtribus gentilium litterarum* à D. Hieronymo vocato, in eo ipſum alios, quam rhetores, & grammaticos ſolos perſecutum eſſe neceſſe eſt, quibus altera quædam adjuncta ſequitur neceſſitas Plinium ſeniorem in illuſtribus viris recenſendis Suetonium non prætermiſiſſe, patriam ejus non ignoraſſe, & cum juniore unum eſſe non exiſtimaſſe. Quo vero argumento, quove auctore hoc dicam, accipite. Plinio juniori tanto uſu, conſuetudine & neceſſitudine conjunctus erat Suetonius, ut nemo fortè conjunctior: pro ſe, ut actionis cujuſdam dilationem peteret, Plinium rogaſſe, ex epiſtola Plinii ad eum libro primo conſtat; ut tribunatum, quem ſibi impetraverat, in Cæſennium propinquum ſuum conferret, libro epiſtolarum Plinii flagitaſſe eundem apparet: ſed inſtar omnium ſit petitum ab Imperatore Trajano pro Suetonio jus trium liberorum, & impetratum ab eo, qui parciſſimus eſſet in eo concedendo: quod quanti ſit, atque ex eo quantum Suetonius Plinio deberet, quantum viciſſim hic Suetonium amaret, non poſſum verbis melius exprimere, quam ipſius Plinii intercedentis, & Trajani indulgentis epiſtolis, quas ne pigeat vos audire in hunc modum ſcriptas. *PLINIUS TRAIANO. Suetonium Tranquillum probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſequutus, & ſtudia jam pridem Domine in contubernium aſſumpſi, tantoque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inſpexi. Huic jus trium liberorum neceſſarium faciunt duæ cauſæ, nam & judicia amicorum promeretur, & parum felix matrimonium expertus eſt, impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit: ſcio Domine quantum beneficium petam, quod peto à te, cujus in omnibus deſideriis meis pleniſſimam indulgentiam experior, potes autem colligere quantopere cupiam, quod non rogarem abſens, ſi mediocriter cuperem. TRAIANUS PLINIO. Quam parce hæc beneficia tribuam, utique mi Secunde cariſſime hæret tibi, cum etiam in ſenatu affirmare ſoleam non exceſſiſſe me numerum, quem apud ampliſſimum ordinem ſuffecturum mihi profeſſus ſum: tuo tamen deſiderio ſubſcripſi, & ut ſcias dediſſe me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua aſſuevi, referri in Commentarios meos juſſi.* Magnæ, ac graves cauſæ, magni ſtimuli, ac tanti, ut non debuerit, aut non potuerit Suetonius in conſcribendis Illuſtrium virorum vitis ſine ingrati animi infami, ac deterrimo crimine ſeniorem Plinium de litteris ſi quis alius illo ævo, adeo benèmeritum non illuſtri ornatum elogio commemoraviſſe. Quod intelligens Pantheus, ut erat acri ingenio vir, denuo ad aſylum negationis confugit aſſerens nomen patriæ ab imperito viro, vel impoſtore additum eſſe: quaſi vero ſit ab eo, qui ſimiles hiſtorias texuerit, maxime à Suetonii conſuetudine valde alienum patriam apponere, qui ne in Imperatorum quidem vitis tradendis eam prætermiſit. Hoc factum eſſe puto, ut Pantheus ſentiens ſe ſatis tutum non eſſe in iſto negationis perfugio, ignominia Suetonium afficere ſit auſus, & ea quidem ſatis turpi, quæ non ſolum fidem illi infirmaverit, verum etiam abrogaverit omnem

omnem auctoritatem, objectis, aut ignavia, vel nimia certe negligentia, per quam junioris Plinii patriam ſeniori adſcripſerit, aut longe deteriori crimine, quod in gratiam junioris Plinii ſeniorem patria Veronenſem, Novocomenſem eſſe improbiſſime affirmare non erubuerit, ac fraudare mendaciis poſteritatem. Si tuendæ cauſæ noſtræ gratia, & refellendi Panthei cupiditate, huc nos, Patres prolapſi eſſemus,ut quantam ſibi licentiam Pantheus aſſumpſit, tantam ipſi nobis arrogaviſſemus, tantum auſi, quantum voluiſſemus, quot nos dictis, putatis, ille inceſſiſſet? nam horum cupidiorem eſſe multis aſperſa ipſius diſputatio oſtendit: certe pluribus oneraviſſet, & ut exiſtimo, irridendorum finem ullum non feciſſet, quocum ego ſimili erga Novocomenſes meos affectus voluntate, qua ille erga Veronenſes ſuos; ſed diſſimili audacia contendam, rationem, non opinionem ſequutus. Quanquam à me quodnam adeo firmum, atque adeo ſtabile in hac cauſa jaci fundamentum jam poſſit, quod non aut demoliri fuiſſet auſus, aut ejus imitatione fautor, & cupidus Panthei laudis convellere, non video ullum. Sed vos Patres alloquor, non præſentem Pantheum: veſtrum expecto judicium, non Panthei negationes quas demonſtrationibus, & firmis conjecturis,non fabulis ſcio commoveri.Ergo Suetonius hiſtorias jam oſcitanter,& ſupine conſcribebat,ut in locum patriæ ſenioris Plinii,junioris alteram nolens ſubſtitueret? Aut eo impudentiæ pervenerat, & frontem adeo perfricuerat, ut in gratiam Plinii junioris, ſeniorem patriæ ſuæ ademptum, adſcriberet non ſuæ? Sed enim hunc virum opinione virtutis, & doctrinæ dignitate, auctoritateque nobiliſſimum, quis credat Suetonium Comenſibus adjunxiſſe ereptum Veronenſibus, nec eorum quemquam adverſatum eſſe? neminem latrocinium, & mendacium exprobraſſe? Quis animum inducat, ut credat antiquiſſimam, opulentiſſimam, & potentiſſimam coloniam Veronam tam abjecto, & demiſſo animo fuiſſe, ut tanta injuriæ propulſandæ cauſa hiſcere non auderet? Tam impudentem Suetonium, ut eum tanti mendacii non puderet? Hac patres conjectura valde commoveor ad credendum ab omni ejuſmodi crimine, quod illi Pantheus objecit, Suetonium penitus liberum extitiſſe. Sed illa maxime,quod cauſam, ob quam aut Plinius junior ſibi in avunculi patria referenda Suetonium adulari concupiverit, aut is illi debuerit aſſentari, non video ullam; niſi eam, quæ ineptiſſima, & abſurdiſſima eſt, quod eorum alter, aut uterque ex patriæ diverſitate nonnullam Plinio ſeniori exiſtimationis acceſſionem, aut deceſſionem fieri arbitraretur, quæ in juniorem Plinium redundaret. Quod ego dici non patiar, hoc loco pro Veronenſibus, & ampliſſima Italiæ civitate libenter certamen adverſus eos ſubiturus, qui ſeniorem Plinium exiſtimationis ſuæ nonnullam facere jacturam affirmare auſi fuerint ob patriam Veronam, & ſplendorem junioris quadamtenus hoc nomine obſcurari, quod lege patrem habuerit Veronenſem, qui natura Novocomenſis eſſet. In quæ ego, cum oculos infero, & introſpicio diligentius, longe à Suetonii moribus, ab opinione Plinii junio-

ris,

ris, ab illius ſæculi imperantis Trajani libertate, hæc aliena eſſe intelligo. Abeſt à veritate, plurimum abeſt, ut vel ille tam turpiter, atque inepte fuerit adulatus, vel Plinius, quod ſibi ornamento maximo eſſe potuit, nonnullo fore dedecori parum prudenter arbitratus ſit: aut Veronenſes, quorum haud parum multi ex his reliqui adhuc viverent, qui Plinium agnoviſſent, (nondum enim ab ejus obitu anni triginta, aut triginta quinque effluxerant) tantam injuriam diſſimulaturi fuerint, vel cæteri mendacium expreſſum, atque turpiſſimum æquo animo toleraturi: Ceterum ſi quis Pantheo nimis addictus omnino eam animo imbiberit opinionem, qua fragmentum hoc, quod de Plinio ſub nomine Suetonii circumfertur, ex ejus officina prodiiſſe noluit, ut ſecum de eo diutius contendam non valde laboravero, modo mihi viciſſim ille concedat, quod nemo inficiari poteſt, fragmenti auctorem, quiſquis fuerit, antiquum extitiſſe, cum enim in recentiorem fragmentum referendum non eſſe Vincentii Bellovacenſis ante annos, ut diximus, pluſquam trecentos ſcribentis firmiſſimo teſtimonio conſtet, admonet nos ſtylus ante Vincentium ſexcentis, aut pluribus, ipſum ab antiquo ſcriptore originem habuiſſe. Nam, qui intra hos annos locutione ſimili ſit uſus, ſcio neminem Latina lingua à barbaris nationibus valde jam inquinata, & deformata aut bellis inteſtinis majores noſtros miſere exercentibus, atque ab omni bonarum litterarum ſtudio longiſſime avertentibus. Sed an antiquus hic ſcriptor Cornelius Tacitus eſt? Hoc ſibi hactenus fuiſſe inauditum: audire videor, qui affirmet, nec ego adverſor, etiam admitto tale quid neminem unquam forte fuiſſe ſuſpicatum, tamen ad id facientes conjecturæ non deſunt, quarum mihi auctor Plinius Iunior eſt libro epiſtolarum ſuarum ſexto, in epiſtola ad Tacitum, cujus initium eſt: *Petis, ut tibi avunculi mei exitum ſcribam: quo verius tradere poſteris poſſis.* Ex qua apparet de vita Plinii ſenioris, & exitu ſcripturum eſſe Iuniori ultro Tacitum pollicitum eſſe, quod & præſtitiſſe veriſimile eſt. Sed latuiſſe Suetonio adſcriptum nonnulla conjectura fieri poteſt ex narratione exitus, quæ cum epiſtola Plinii collata facile credatur ex ea deſcripta. Quod Miſenenſi enim claſſi Plinius præeſſet, ut habet fragmentum, cauſas incendii Veſuvii exploraturus propius liburnicas prætendiſſet, adverſantibus ventis remeare non poſſet, vi pulveris, & favillæ oppreſſus ſit, hæc eadem Plinius habet: *Erat*, inquit, *Miſeni claſſemque imperio præſens regebat.* Et paulo poſt: *Nubes, incertum procul intuentibus ex quo monte, Veſuvium eſſe poſtea cognitum eſt, oriebatur.* Poſt pauca vero: *Magnum propiuſque noſcendum, ut eruditiſſimo viro viſum, jubet liburnicam aptari.* Et alio in loco: *Ibi, quamquam nondum periculo appropinquante, conſpicuo tamen, & cum creſceret proximo, ſarcinas contulerat in naves certus fugæ, ſi contrarius ventus reſediſſet.* Et alibi: *Placuit egredi in litus & è proximo conſpicere ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum, & adverſum permanebat.* Rurſus: *Deinde flammæ flammarumque prænuntius odor ſulphuris alios in fugam vertunt,*

exci-

excitanti illum, innixus duobus ſervis adſurrexit, & ſtatim concidit, ut ego conjecto, craſſiore caligme ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura invalidus, & anguſtus, & frequenter interaſtuans erat. Nec vero valde commoveor, quod multa de exitu à juniore Plinio ſcripta fragmenti auctor prætererit: omnem enim difficultatem eadem epiſtola Plinii adimit, in cujus calce hæc leguntur: *Omnia, quibus interfueram, quæque ſtatim, cum maxime vera memorantur, audiveram, vere perſecutus ſum, tu potiſſima excerpes: aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam, aliud amico, aliud omnibus ſcribere.* Opinioni noſtræ libro quoque epiſtolarum ſeptimo Plinius favit, Tacito modeſtiſſime deſiderium ſignificans, quod teneretur, ſe ut ſuis hiſtoriis insereret, quas immortales fore auguraretur. Porro præter Annales, Agricolæ vitam, & de claris oratoribus diſputationem à Tacito habemus, ac legimus; ne miremur eum, qui hæc ſcriptis conſignavit ſenioris Plinii vitam litteris mandare potuiſſe, qui ſe præſertim ultro, ut diximus, de vita patris, & avunculi ſcripturum eſſe Plinio amicitia conjunctiſſimo pollicitus eſſet. Sed vero ubi Tacitum hujus fragmenti auctorem quiſpiam eſſe negaverit à ratione, vel ſimilitudine veri, opinione mea non fuerit alienum; prorſus ex Titinio Capitone, quem de Viris Illuſtribus ſcripſiſſe Plinius Iunior ad Minutianum auctor eſt, hoc manaſſe: ſic enim ait libro Epiſt. VIII. *Scribit exitus Illuſtrium Virorum in iis quorundam mihi cariſſimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumque exequias celebrare non licuit, horum quaſi funebribus laudationibus ſeris quidem, ſed tanto magis veris intereſſe.* Ut in pauca conferam, non dubito, ſi fragmenti auctor non eſt Suetonius, ab aliquo tamen eſſe profectum antiquo ſcriptore, de quo an fuerit Tacitus, vel Titinius Capito, nihil temere ſtatuo, veſtrum Patres eſto judicium, mihi ſatis eſt nonnullas conjecturas vobis indicaſſe. Quod mea intereſt, hoc perſequar, eſſe me prope jam certum, non dicam vos Patres, ſed hoſce lectiſſimos adoleſcentes, & in cauſa hac noſtra magnæ auctoritatis eſſe hoc fragmentum intelligere, & agnoſcere quanta cum ratione, aut potius quam cum nulla, vel impreſſoris inſcitiam Pantheus accuſaverit, aut emendatoris malitiam damnaverit, quos ab omni, non facto modo, verum etiam ſuſpicione dubiæ fidei, & initæ pro nobis adverſus Veronenſes conſpirationis, cum hoc longe abſuiſſe demonſtrat, patria ambos eſſe Tarviſinos, quibus nulla cum Novocomenſibus meis conſuetudo eſſet, neceſſitudo nulla, aut conjunctio, omnino inter quos, & Novocomenſes commune intercederet nihil; tum illud maxime liberat, quod Vincentio Bellovacenſi annis ante antiquam Plinii impreſſionem prope ducentis quinquaginta, ante omnem imprimendarum notarum litterarum cognitionem, ducentis ſcribente, humanum ingenium controverſiam hanc de Plinii patria nondum parturiret, cujus præcipuus auctor extitit Franciſcus Petrarcha ætate poſterior Bellovacenſi.

Tranſeo ad Serenum Sammonicum, quem hallucinatum duos Plinios ſeniorem, & juniorem unum feciſſe ait Pantheus, atque hactenus ver-

veriſſime, una vero hac de cauſa lapſum eſſe; quod nomen, ac cognomen utrique idem eſſet, ni ego fallor, falſo aſtruxit. Cum enim Plinium imperante Trajano vixiſſe pro certo Serenus recepit: unde id ſumpſit, niſi ex Iunioris Panegyrico Trajano dicto, aut ex epiſtolarum volumine, in quorum inſcriptione Novocomenſis fuiſſe, legeretur? Quare, & quidem; ut exiſtimo, ſatis apertè colligo, aut ſi naturalis hiſtoriæ ſcriptorem patria Novocomenſem fuiſſe Serenus legit, litem adverſarios amiſiſſe,& fruſtra hunc civem ſuum extitiſſe Pantheum contendiſſe: aut ſi Veronenſem eſſe intellexerat, omni ſtupidiſſimo ſtupidiorem Serenum videri, qui duos unum potius eſſe voluerit; quia nomine, & cognomine convenirent; quam quod patriæ diſtinguerentur, de diverſitate argumentari. Sed faciamus hiſtoriæ Plinii naturali patriæ mentionem defuiſſe; an ne *conterraneum* quidem ſuum in præfatione Catullum Plinius appellavit, aut ejus ne loco aliquid aliud ſubſtitutum Serenus legit? Hoc fautores Panthei, ut admittant, non puto adeo oſcitantes fore, quo nihil aut Pantheo magis adverſari, aut Novocomenſibus meis favere magis poſſit, defuiſſe præfationi Plinii verbum illud, quod totius controverſiæ caput eſt, & fundamentum ſibi à Pantheo opinionis ſuæ conſtitutum. Vocaverit igitur Plinius *conterraneum* ſuum Catullum, an hoc verbum cum Franciſco Petrarcha & Pantheo *ejuſdem territorii*, aut *ejuſdem provinciæ* cum Hermolao Barbaro, & Andrea Alciato, vel tertio quodam modo Serenus interpretatus eſt? Si primo modo, cum Catullum fuiſſe Veronenſem nemo neſciret, ſequitur tum graviſſimum veternum Serenum occupaſſe, cum allocutus imperatorem Severum duos Plinios Veronenſem, ac Novocomenſem patria quamvis diſtinctos, nominis ac cognominis ſimilitudine inductus, unum eſſe ineptiſſime, ac barde eſt argumentatus. Quiſi aut altero modo, aut tertio verbi ſignificatum accepit, convulſo præcipuo ſuæ opinionis fundamento, ac funditus everſo, de patria Plinii Novocomenſibus meis Panthei fautor deſinat poſthac eſſe moleſtus. Quis enim adeo vel inops conſilii, vel Panthei fautor juratus eſſe poſſit; ut de verbi Latini ſignificatu Franciſco Petrarchæ plus fidei adhibeat, ac tribuat auctoritatis, quam Sereno? Quis Hetruſcum virum rudi illo ſeculo natum, quo Latina lingua jacebat pene extincta, atque in Hetruſca educatum, Sereno uno vix ſeculo Plinio poſteriori, qui Latinam linguam cum lacte hauſiſſet, eaque tum imbutus eſſet, cum plurimum antiqui ſplendoris adhuc retineret, in Latini verbi vera ſignificatioue eſſe anteponendum exiſtimet? Quis, hoc, dico, ſentiat, niſi qui pro conſilio pertinaciam, pro ratione vero ineptiam amplecti ſibi in animum amentiſſime induxerit? Opinione igitur mea non idem prænomen; nomen, ac cognomen ſeniori, juniorique Plinio commune Serenum fefellit: ſed cum his utrique eadem patria communis Comum, effecit, ut hoc nomine C. Plinii ſecundi unum, non duos ſcriptores ſignificari arbitraretur.

Simili in errore Euſebium deprehendiſſe Pantheus ſe jactat, de quo

Serenum accuſaverit, duos Plinios unum eſſe exiſtimantem, ſeniorem Trajano imperante floruiſſe, perperam tradidiſſe, quod ut recte à Pantheo dictum videri poteſt, ita velim eam animi ingenuitatem adhibuiſſet, quam ille ipſe Plinius quem ſuum facere contendit, tantopere commendavit Hermolao Barbaro nominato, ex quo hujus argumenti integras rationes exſcripſit, quem utinam in reliquis imitatus eſſet: non enim opinionem ſuam adeo adamaſſet, ut Plinii vel per vim inter Veronenſes referendi cauſa Euſebii negligeret auctoritatem, atque contemneret. Etſi enim nullam inter Plinium juniorem, ac ſeniorem differentiam Euſebius agnoviſſet; tamen non dixerim venia, ſed excuſatione dignus eſſet, nam duos celebri fama cognitos, nomine, prænomine, ac cognomine, adde etiam patria convenientes, quibus homines invicem diſtinguuntur, unum eſſe exiſtimaſſe: non tam arguit Euſebii negligentiam, quam diſtinctionis difficultatem, ex qua Pantheus, aut cæteri poſteriores, cum quibus me quoque volo numerari, Plinii ſublatis epiſtolis, ſe numquam expedire, atque explicare potuiſſent. Excuſationem hanc ſubodoratus Pantheus, aliis nonnullis Euſebii lapſibus propoſitis ejus auctoritatem labefactare, ſibi vero juſtioris in eum animadverſionis fidem apud lectores conciliare ſtuduit, quod & exiſtimat abunde præſtitiſſe Perſii, & Ennii exemplo, quorum primum Volaterranum eſſe Euſebius prodidit qui ſe Ligurem faciat, alterum Tarentinum, quem graviſſimi viri imprimis M. Tullius pro Archia poëta Rudium fuiſſe teſtantur. Cæterum de Perſio quicquid Aleardus in colloquium à Pantheo admiſſus, ut haberet, qui annueret, ac renueret, ad nutum ſuum, fautor opinionis acceſſerit; ſecus ſentiunt viri auctoritatis minime vulgaris, advenam, non indigenam Liguria Perſium fuiſse affirmantes, qui iſthuc forte ſeceſſiſset, ut ex his intelligitur, quæ paulo poſt ea carmina, quæ ut Ligur eſse crederetur, effecerunt, in hunc modum leguntur ſcripta.

.... Mihi nunc Ligur ora
Intepet hybernatque meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa litus ſe valle receptat;
Lunai portum eſt operæ cognoſcite cives.

De Ennio dicerent viri litterati ſibi idem non videri Tarenti natum eſſe, & eſſe Tarentinum, exiſtimare ſe Tarenti naſci Ennium potuiſſe, quemadmodum Euſebius habet, eo parentibus divertentibus, qui Tarentinus non eſſet; viciſſim Tarenti non naſci alium potuiſſe; qui Tarentinus eſſet. Aut Tarentinum facere Ennium maluiſſe Euſebium, quamquam Rudius eſſet, quod ob loci obſcuritatem à pleriſque regionem, in qua natus eſſet ignoratam iri vereretur, quæ palam fieret Tarento nominato ob urbis celebritatem. Nam, ut Strabo libro ſuæ Geographiæ ſexto auctor eſt, præter Tarentum, & Brunduſium reliquæ Iapigiæ, ſive Calabriæ urbes cladibus afflictæ in oppida exigua degeneraverant, quo ſpectans forte Cicero de Ennio pro Archia cauſam agens dixit: *Ergo iſtum, qui hæc fecerat, Rudium hominem*

minem majores noſtri in civitatem receperunt : nos hunc Heraclienſem de noſtra civitate ejiciemus ? Vel quod agro Tarentinorum fonte Rudiæ adſcriptæ forent, iidem ab Euſebio Ennium Tarentinum eſſe factum affirmarent, ſicut Catullum, qui ſemet ipſe in inſula Benaci natum eſſe teſtatur, Veronæ in lucem editum eſſe idem Euſebius profeſſus eſt, non ignoravit Rudias Calabriæ oppidulum eſſe, quod Ptolemæi imitatione Rhodiam vocat paulo poſt ſcribens quorundam opinione Ennii oſſa ex Ianiculo Rhodiam eſſe tranſlata. Sed ſint hæc omnia non dubia modo & incerta, verum etiam falſa, adeo ne hoſpes in Euſebii lectione Pantheus erat, adeo ignarus D. Hieronymi præfationis, quæ huic volumini præfixa eſt, ut quod in ea ille ipſe auctor profitetur, neſciat multa ad hiſtoriam Romanam pertinentia admiſcuiſſe, quæ licet non ignoraret Euſebius, quod tamen Græce ſcriberet, parumque ſuis neceſſaria eſſe arbitratus præteriiſſet. Quibus fit, ut an Euſebio potius, quam D. Hieronymo hæc, quæ de Plinio dicuntur, adſcribi debeant, incerta deliberatio ſit, iique parum prudenter feciſſe videantur, qui in Euſebium certo ea retulerunt. Verum enimvero, quo nobis maxime lectiſſimi adoleſcentes ſatisfaciam & omnem de mentibus veſtris dubitationem abſtergam, volo hæc eſſe Euſebii, volo in hoc nihil Pantheum peccaſſe, nec tamen Euſebium cæcutiiſſe. Cum enim intentioribus oculis mentis, quæ de Plinio ab Euſebio ſcribi creduntur, intueor ; videre mihi videor ex diverſo ejus de Plinio ſcribendi modo Plinios duos unum non feciſſe : ſed duos agnoviſſe & utrumque invicem diſtinxiſſe. Anno Imperii Trajani undecimo Plinium ait provinciam quandam adminiſtrantem ab Imperatore quæſiviſſe, quid fieri vellet de Chriſtianis ; quæ ad Plinium juniorem pertinere certiſſimum eſt. Idem anno duodecimo Plinium Secundum Novocomenſem Oratorem, & hiſtoricum inſignem haberi ſcribit, quæ ſi de Plinio Siniore dici Pantheus voluit, noſter Plinius eſt, & injuſtæ cauſæ Euſebio judice Pantheus patrocinatus eſt; ſin ea in eumdem Plinium referenda cenſuit, quem prius nominaſſet, ſi me dicta adeo delectarent, ſicut Pantheum, haberem acutiſſima, quibus ipſum hoc loco non modo appeterem, verum etiam figerem pœnis ab eo injuriarum expetitis, quibus nos ſcommatis ultra laceſſitos, quamquam obtuſis & parum ſæpe ſalſis affecit, quale unum illud eſt, eum in vervecum patria natum eſſe, qui ſibi de Euſebii lapſu in Plinio non aſſenſiſſet. Sed non committam, ut de eo me quiſquam accuſare poſſit, quod in Pantheo non probo, nec ulterius procedam, ac longius excurram, quam officii mei & inſtituti ratio patiatur, cujus eſt, ut dicam, ſi ea, quæ proxime attigimus, in eum Plinium, quem Euſebius loco præcedenti commemoraverat, Pantheus retulerit, videri Plinium, qui anno priori præfuiſſet, poſteriore agnitum eſſe, quaſi villæ aut abjectiſſimæ familiæ, vel potius ovium gregi cuſtos præfuerit, qui Pontum, qui Bithiniam proconſul adminiſtraviſſet, qui conſul fuiſſet, qui denique pluribus, & ampliſſimis magi-

ſtratibus functus eſſet, cum in ipſis gerendis nondum agnoſceretur. Quid quod ibidem Euſebius dicat Plinium Veſuvii conflagrationem inviſentem intercluſo ſpiritu deceſſiſſe? Quæ ſive ex Suetonio ſumpta eſſe Pantheus fateatur, hic ea concedit Suetonii eſſe, quæ prius in eum referri noluiſſet: ſeu ex Plinio juniore, nam præter hos duos nemo ex vetuſtioribus auctoribus hoc ſcripſit, in epiſtola ad Tacitum excerpta eſſe dixerit. Quid miremur amentem quendam interrogatum, quo properaret, ut neſcio quem inſanum [ſe ipſum autem nominabat] videret, qui laqueo ſibi vitam ademiſſet, reſpondiſſe: cum Euſebius hoc, quod diximus, Pantheo concedente, Plinium de ſe ubi, & quando ſit mortuus, ſcripſiſſe teſtetur? Dicam aliter, quæ hoc ſecundo loco de Plinio ab Euſebio dicuntur certiore argumento à Pantheo in Plinium juniorem referri non poſſe, quia ſenior Trajani imperium non attigerit, qui ne Domitianum quidem viderit imperantem: quam ego hæc eadem de juniore dicta non eſſe affirmare poſſum, quod is, qui nimio ſtudio accenſus viſendæ propius Veſuvii conflagrationis ſuffocatus eſt, non extiterit. Quod cum adeo notum ſit, ut non indigeat demonſtrari, tamen ne, ſi quid ad firmandam cauſam noſtram facere poſſit, neglectum id à me videatur, hoc quoque addere viſum eſt. Anno duodecimo Trajani principatus Plinium juniorem non deceſſiſſe, ex ejus ad Hadrianum epiſtola poſſe demonſtrari, cujus alter conſulatus, bis conſulem enim eum appellat Plinius, in extremum Trajani imperii annum incidit, quod bis conſul imperium adeptus fuerit auctore Spartiano, ſed cui Dio Nicæus adverſatur ſcribens Aproniani patris teſtimonio, qui tum, cum Imperator Hadrianus denuntiatus eſt, Ciliciæ præerat, nihil eum præcipuum à Trajano, præter Syriæ præfecturam obtinuiſſe. Utroſque arguit nummus primo Imperii Hadriani anno cuſus, quo deſignatus Coſ. II. legitur. Sic enim habet:

IMP. CÆS. DIVI TRA. PARTH. F. DIVI NER. N. TRAIANO HADRIANO AUG. P. M. TR. POT. COS. DES. II.

Hoc idem alterius quoque nummi & antiquæ marmoreæ inſcriptionis teſtimonio confirmatur, in quibus tribunitia poteſtas anni ſecundi cum ſecundo conſulatu conjungitur, & anni tertii cum tertio conſulatu, quod fieri non poſſe vobis ſatis perſpectum eſt, ubi conſul ſecundo adeptus Imperium fuiſſet, niſi duos annos integros inter ſecundum conſulatum functum, & tertium initum interpoſuiſſet, quos continuatos geſſiſſe nullo anno diſtinguente conſtat. Nec eſt, cur dicatur errorem eſſe in nummo, qui COS. II. pro III. habuerit. Nam tertio conſulatu inito anno imperii primo ad quincti menſis extremum imperii, & tribunitiæ poteſtatis, annus ſecundus tribunitiæ poteſtatis univerſus in tertium Conſulatum incidiſſet, adverſantibus antiqua inſcriptione, & nummo mox dicendis, in quibus tribunitiam poteſtatem ſecundo aſſumptam cum ſecundo Conſulatu Hadrianum geſſiſſe legitur, in veteri quidem inſcriptione in hunc modum

IMP.

IMP. CÆSARI DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVÆ NEP. TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. CONS. II.

In nummo vero ſic:

IMP. CÆSAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. ADVENTVS AVG. S. C.

Hic porro Hadriani Romam primus adventus eſt: protinus enim ab imperio ſuſcepto Romam venire non potuit rebus imperii ita poſtulantibus, cum aliæ nationes deficcrent, aliæ ad defectionem erectis animis aſpirarent. Quod ſi vera ſunt præterquam quæ anno Trajani XII. non deceſſit Plinius junior, etiam Hadriani principatum vidit, quem, ut diximus Hadrianus Coſ. II. deſignatus obtinuit. Verum, ut arbitror, verius *Arrio Antonino*, quod aliis placet, Epiſtola data eſt, quam *Hadriano:* ſi quidem in ea is, cui inſcripta eſt, *ætate princeps civitatis* appellatur, Hadriani ætate hoc non admittente, quæ XL. non excederet; cum Arrius Antoninus ex Iulio Capitolino annis ante imperium Trajani duodecim nepote Antonino, eo qui poſt Hadrianum imperavit, jam nato, avus eſſet, tantæque auctoritatis, ut evecto ad imperium Nervæ, cum Senatus univerſus gratularetur ſolus eum amplexatus dicere ſit auſus: *Senatui, populoque ac provinciis de te quidem principe valde non gratulari non poſſum; tibi nullo modo poſſum, cujus iuo miſereor, & doleo plurimum conditionis, quod onus tantum ſenex ſubieris quo nullum, aut moleſtius, aut periculoſius eſſe poteſt.* Eundem Capitolinus in vita nepotis Antonini bis conſulem fuiſſe commemorat, Aſiæque proconſulem, nemini in ea gubernanda prudentia, aut integritate, præterquam nepoti imperatori ſecundum, ac morum ſanctitate inſignem. Alterum porro conſulatum annis poſt primum XXVII. iniit in initio Nervæ principatus, quo ſane tempore ætate principem eum fuiſſe civitatis nullam admirationem habet. Quæ, qui cum his contulerit, quæ de Hadriano dici videbantur, eadem eſſe judicabit, nec quod Plinius eum qui *Hadrianus* fuiſſe legitur, in epigrammatibus, ac jambis Græcis adeo excelluiſſe prodidit, ut Callimachum, vel Herodem ſuperaret, id Antonino adverſatur, cujus idem libro epiſtolarum quincto verſus pluribus nominibus, quarto vero epigrammata Græca totidem commendat. Miſſam his de cauſis facio hanc epiſtolam, quæ verius *Arrio Antonino*, quam *Adriano* ſcripta eſt, & hoc certiſſimo argumento Plinium juniorem anno imperii Trajani duodecimo, tantum abeſſe, ut extremum diem obierit, oſtendo, ut ne imperante quidem ejus ſexto conſulatu, qui in annum imperii quartum decimum incidit, migraverit è vita: quippe qui libro epiſtolarum ſecundo ad Arrianum ſcribit, ſe juſſum cum Cornelio Tacito Afris adfuiſſe Marium Priſcum accuſantibus, qui proconſul iis præfuerat: interfuiſſe autem Tutium Cerealem virum Conſularem, præſediſſe Imperatorem tum conſulem pleniſſimo Senatu, actam cauſam Ianuario menſe. Cæterum Tutius Cerealis Conſul cum Commodo

anno imperii Trajani nono iniit: Imperator vero poſt quinctum conſulatum, quem ante Cerealem Conſulem geſſerat, ſextum non iniit ante annum quartum decimum, quo præſediſſe potuit, & Plinium vehementius dicendo incenſum per libertum retro ſtantem admonere, quod epiſtola habet, *ut voci, lateriqne conſuleret:* qui ſi non fuit is annus, neceſſe eſt, ut ſub Hadriano imperatore cauſa acta ſit, cum à ſexto conſulatu alium nullum geſſiſſe Trajanum conſtet, quicquid Caſſiodorus ſeptimum ei, antiquis omnibus inſcriptionibus adverſantibus, & nummis, adſcribat. Senſit providus Pantheus objectiones, ejuſque occurrit ſolito, & ſibi valde familiari præſidio expunctionis hujus partis *periit, dum inviſit Veſuvium:* quam additam eſſe Euſebio ab impreſſore temerario, aut ſciolo, vel falſario emendatore affirmare non addubitavit. Sed eorum innocentiam Græci codices, ſive manuſcripti, ſive impreſſi majoris, ut arbitror, apud doctos auctoritatis egregie tuentur. Verum quod alibi fecimus, nonnulla Pantheo concedentes, hanc illi quoque expunctionem condonemus, cui Caſſidiorus in Chronicis ſuffragari videatur, cætera, quæ de Plinio hiſtorico ſcribit Euſebius, referens his demptis *periit, dum inviſit Veſuvium;* tamen ne ſic quidem ſit, ut hoc loco de juniore Plinio Euſebius agat, de quo priori anno ſcripſerat, eo provinciam gubernante, animadverſum, aut verius ſævitum in Chriſtianos eſſe, *Plinium Secundum* appellans, patriæ mentione prætérita, quam ſequenti Plinio addidit *Plinium* eum *Secundum Novocomenſem oratorem & hiſtoricum inſignem* vocans, ut diſtingueret à priori, quem ſi cum oratore, & hiſtorico eundem eſſe putaviſſet, oratione non divulſa, & interrupta, ſed continuata uſus eſſet: poſt Chriſtianæ perſecutionis narrationem ſine intermiſſione ſubjungens, *idem Plinius Novocomenſis fuit orator inſignis, & hiſtoricus hoc tempore habitus,* ac cætera, quæ ſequuntur. Illud vero fortaſſe tam certum non eſt, quam ſibi videtur Pantheus perſuaſiſſe hiſtorias Plinium juniorem ideo conſcripſiſſe, quia libro epiſtolarum ſuarum quincto ad Capitonem ſcribat, ejus conſilio ſe pariturum hiſtoricæ ſcribendæ de ea ipſa materia; quæ ſibi ab eo proponeretur. Ut omittam enim plurimum intereſſe ſcripſiſſe quempiam hiſtoriam aut ſcribere voluiſſe: nemo eſt in tanta ſcriptorum antiquorum, aut recentiorum copia, qui junioris Plinii hiſtoriæ meminerit; cum qui hiſtoriarum ab avunculo ſcriptis conſignatarum mentionem fecerint perquam multi ex antiquis inveniantur, quorum etiam commendatione, atque auctoritate probentur. Sed quid in iis diutius deſtineor? Quid hæc infirmiora attingo? Nec ultro hoc quoque. Panthei fautoribus concede, omnia quæ de Plinio ſcripta in Euſebio leguntur ad juniorem pertinere. Satis ne ſuæ cauſæ hoc pacto conſultum putant? ſatis ne proſpectum? Fortaſſe illis ita videatur; mihi certe ſatis proviſum videri non poteſt, cum ad hoc ſequatur, quod ab omni veri ſimilitudine longiſſime abeſt, Plinii junioris Euſebium aut D. Hieronymum, & Caſſiodorum in Chronico, ac venerabilem

nerabilem Bedam libro de natura rerum meminiſſe, ſenioremque Plinium ſcriptorum copia, varietate, ac doctrina longe anteponendum prætermiſiſſe, hunc oblivioni tradidiſſe juniorem, quantum in ipſis fuit, nominis immortalitati conſecraſſe, quem ego quoque eruditionis haud exiguas laudes promeruiſſe agnoſco, fateor, ac præ me fero; ſed ita ut ne ille cum ſeniore de litterarum excellentia contendat, quem qui cum laude nominaverint omnibus ſæculis poſterioribus viri litterarum gloria inſignes inveniuntur, non æque multos junior habuit, qui ſuum nomen ſcriptis celebrarent, aut ab eo litteris mandata frequenter commemorarent, ut hoc quoque refugio Pantheus deſtituatur injuriæ temporum accuſandæ, per quam ante, ac poſt Euſebium aliquot ſæculis ſenioris operibus latentibus factum ſit, ut ab illuſtrioribus illorum temporum ſcriptoribus ſilentio præteritus fuerit: *Studioſorum* ejus, quibus ab incunabulis orator abſolutiſſime inſtituitur, atque informatur, meminit Quintilianus libro inſtitutionum ſuarum tertio, & undecimo, Aulus Gellius noctium Atticarum nono, ſæpiſſime Cariſius. Hiſtoriarum *belli Germanici* mentio extat apud Cornelium Tacitum in annalibus, Suetonius in Imperatorum vitis Plinium in *hiſtoria naturali* adducit, nec non Serenus Sammonicus ad Severum; eadem à D. Hieronymo *pulcherrima* appellatur, alias *multiplici omnium rerum ſcientia referta:* D. Auguſtinus de civitate Dei ſcribens ejus judicium ſecutus eſt. Taceo Aulum Gellium tertio noctium Atticarum, & Iunium Philargyrium in Georgicis Virgilii, ac in eiſdem Servium, Macrobium tertio Saturnalium, venerabilem Bedam, lib. de nat. rer. ſæpe in fine, Iſidorum etymologum, atque Vincentium Bellovacenſem cum in ſpeculo hiſtoriali, tum in naturali, Plinii *naturalis hiſtoriæ* meminiſſe; quam hoc ſæculo, quo cætera ejus opera deſiderantur, docti pariter, & indocti tractant alii honorificentiſſime, aſperrime alii, vel eo uſque progreſſi, ut de plauſtro ſemper loquentes, quaſi ſua ſint ex tripode omnia ſcriptorum omnium ætatum commendatione illuſtrem, Aſinum appellare non dubitaverint, quorum immoderatam licentiam, ac pene pluſquam Perſicam arrogantiam, quia graviſſimi viri impoſitis eorum tergis accommodatis clitellis repreſſerunt, vel potius obtriverunt, ac contuderunt, communemque dolorem poſt acceptum damnum ſapere eos docentes abunde puniverunt: privatas mihi hoc loco injurias ulciſcendas eſſe non duxi; aut his plura de laudibus hiſtoriæ Plinii naturalis ſubnectenda, tanti ab Andrea Alciato nobiliſſimo juriſconſulto æſtimata, ut unam facile junioris Plinii cunctis operibus præferendam fuerit judicaturus. Eſt igitur hæc oratio tota de Plinio inſtituta, quæ ſub anno Trajani imperii duodecimo legitur, in ſeniorem, non juniorem ſine controverſia referenda, neque exiſtimandum eſt ſeniore præterito ſive Euſebium, ſive divum Hieronymum, vel Caſſiodorum, aut venerabilem Bedam ſolius junioris meminiſſe. Etſi enim, quæ de junioris Plinii proconſulatu in Euſebii Chronico leguntur,

ejus eſſe ex tertio eccleſiaſticæ ejuſdem hiſtoriæ libro c. xxxii. & neceſſitate anni edicti adverſus Chriſtianos editi, à Trajano moderati in hiſtoria ſignificandi firmam facio conjectutam : tamen cætera, quibus anno ſequenti Plinii eruditio commendatur, ad D. Hieronymum pertinere mihi veri ſimile ſit, qui ſe multa Romanæ hiſtoriæ propria in Chronico ab Euſebio conſulto prætcrita in gratiam Latinorum iuterpoſuiſſe teſtatur. Cæterum hoc loco detectum à Pantheo ulcus rurſus recrudeſcit, videri Plinium ſeniorem Trajani Principatum vidiſſe, qui Tito Romanum imperium adminiſtrante extremum diem clauſit, urget Pantheus, quodque illi optandum maxime fuerat, fateor pluſculis ante annis, quam Trajanus imperaret ſeniorem Plinium deceſſiſſe, juniore nondum adoleſcentiam egreſſo, qui duodecimo imperii Traiani anno ſenex eſſet. Fateor Veſuvii conflagrationem, cujus fumus avunculum oppreſſit, in annum Titi principatus alterum incidiſſe. Unum illud non fateor ulcus, ut Pantheo viſum eſt, hoc eſſe, atque adeo cacoethes, & inſanabile. Volo ego luxationem eſſe cujus etiam ſit ſanatio facilis, D. Hieronymi hac de Plinio ſententia in priſtinam ſedem anni imperantis Titi Secundi, unde excidit, reſtituta, quam forte Caſſiodorus exturbavit, à quo ſub eo præciſè Trajani imperii anno collocatur, qui legitur in Euſebio. Cum enim Plinium ſecundum, legiſſet apud Tertullianum, Euſebium, vel D. Hieronymum, & Oroſium, Trajanum de Chriſtianis conſuluiſſe, atque ita ait Oroſius, ut reſcriptis lenioribus edictum Imperator temperaverit, nominis, ac cognominis ſimilitudine, maxime vero communi utrique patria adductus, eundem eſſe arbitratus, qui orator, & Hiſtoricus inſignis habitus eſt, eo in loco ſeniorem in ſuis chronicis collocavit, qui juniori debebatur, partem autem illam *periit, dum inviſit Veſuvium* ſubticuit, ob temporum Veſuvii conflagrationis, & imperii Trajani diverſitatem, ea ipſa ratio, ut Veſuvii conflagrationis mentionem præteriret, Bedæ quoque perſuaſit. Qui vero Caſſiodorum poſt Bedam ſeculi ſunt, ejus auctoritate inducti, & ea ratione, quam ex duorum Pliniorum ignoratione colligebant, non potuiſſe Plinium, qui proconſul Ponto præfuiſſet Trajano imperante, ſub Tito, quo principe memorabile illud Veſuvii incendium accidit, è vita pluribus ante annis emigraſſe, quæ de Plinio hiſtorico, & oratore ſub Tito in Euſebio legebantur, ea in duodecimum Trajani principatus annum, qui proconſulis Plinii junioris anno proximus eſt, tranſpoſuerunt, nulla ejus partis *periit, dum inviſit Veſuvium* detractione facta, quam apud Euſebium, vel fragmentum illud, quod Suetonii eſſe creditur, vidiſſent. Hinc forte eſt, quod de anno, quo Plinius floruerit, Bellovacenſis à Caſſiodoro diſſentiat, nam quem hic duodecimum eſſe voluit, quartum decimum fuiſſe ille profeſſus eſt. Ferè enim de recta via digredientium proprium eſt, ut unam non teneant; ſed, ut ſibi quiſque melioribus niti conjecturis perſuaſerit, diverſas ingrediatur, & longius aberret. Modeſtius egit cum D. Hieronymo

ronymo Pantheus, eum enim excuſavit, ſed ita, ut de Plinio, Ennio, & Perſio prius accuſaverit, & vulnus finxiſſe videtur, cui hoc nomine mederetur, quod gravioribus ſtudiis, atque officiis impeditus interpretationem notario ſe teſte, tumultuariè D. Hieronymus dictaverit, qui tamen *velociſſimè* non temere, non negligenter, aut inconſiderate dixit: præſtitiſſet enim interpretationem non attigiſſe, quam aut minus occupato anſam accuratioris verſionis præripuiſſe, aut lectori erroris occaſionem præbuiſſe. Dicam quod ſentio, nomen *occupationis* non tam probabilem excuſationem, quam latentem accuſationem ſignificare videtur in eo præſertim, qui non coactus, ſed ſponte, & ultro hanc operam aggreſſus eſt Euſebii hiſtoriæ Latinæ faciendæ. Sed ne excuſationis quidem fuit ulla neceſſitas occaſio ulla. Nam ſi hæc Euſebii ſunt, memor conſilii ſui, & ſibi ab operis initio propoſiti inſtituti, D. Hieronymus fideliter ea Latina fecit, quæ de Plinio, Perſio, & Ennio Euſebius ſcripſerat: Græca enim, ut mox dicam, fideliſſime exprimere curavit. At falſa ſunto. Interpres eſt, non emendator, nec ſibi curæ fuit inquirere diligentius, atque ad examen revocare, quam recte ſingula ab Euſebio ſcriberentur; ſed quam recte à ſe Latine redderentur. Quod ſi hæc omnia forte, de quibus agitur D. Hieronymi, non Euſebii fuerint; quid Euſebius de eo accuſatur, quod ne ſcribere quidem cogitaverit? Quid ab eo pœnæ repoſcuntur erroris, ſi quis eſt, à D. Hieronymo commiſſi, qui non ſolum interpretis, verumetiam ſcriptoris in hoc opere officio functus eſt. *Sciendum enim*, inquit, in operis Euſebii præfatione, *me eſſe, & interpretis, & ſcriptoris ex parte officio uſum: quia, & Græca fideliſſime expreſſi, & nonnulla, quæ mihi intermiſſa videbantur adjeci, in Romana maxime hiſtoria, quam Euſebius hujus conditor libri, non tam ignoraſſe, utpote eruditiſſimus, quam, ut Græcè ſcribens parum ſuis neceſſarium perſtrinxiſſe, mihi videtur.* Aut igitur non peccavit Euſebius, aut D. Hieron. excuſatione non eguit, in quo nihil eſt, de quo reprehendi poſſit, quaſi hallucinatus duos Plinios unum eſſe crediderit, nec ſeniorem à juniore diſtinxerit, quorum unum ſimpliciter *Plinium*, ſcilicet juniorem, in epiſtola centeſima octava ad Domnionem, & Rogatianum appellavit ſcribens, *Optima quaque, ut ait Plinius, malunt contemnere plerique, quam diſcere*, quæ libro primo epiſtolarum ad Voconium Romanum ſcripta apud juniorem inveniuntur. Seniori autem cognomen perpetuo addit *Secundi* libro decimo quinto commentariorum in Eſaiam prophetam, cap. LIV. quarto commentariorum in Hieremiam, cap. XVII. & libro nono commentariorum in Ezechielem, vigeſimo octavo capite: nec non ſecundo adverſus Iovinianum, eumdem *oratorem, & philoſophum* decimoquinto Commentariorum in Eſaiam citato capite nominavit. Qui ſi non ſuo loco collocatus eſt, ſicut diximus pro Euſebio reſpondentes, Caſſiodoro, aut ex poſterioribus alicui, non D. Hieronymo id adſcribi debuiſſe aſſerere me fautores Panthei patiantur. Sed tempeſtivum eſt, ut ad ea tandem pro-

propugnacula Panthei opinione inexpugnabilia, mea haud ægrè expugnabilia ſermonem noſtrum conferamus, de verbi *Conterraneus* ſignificatu primum agentes, quem ille ſic accipi poſſe inficiatur, ut terra in communi apud Varronem, ne illud abſurdum incurramus, *Conterraneum* ſuum eſſe à Plinio Catullum appellatum, hoc *ex eodem mundo*. Cum ea lego Patres, quæ Pantheus de balneis edidit, vir mihi mihi magnæ, ac variæ lectionis videtur; cum rurſus quæ de communi *terra* ſignificandi poteſtate hoc loco ab eo ſcribuntur, ut video, minimum eum legiſſe exiſtimare poſſum. Non enim hoc ego aſſero, aut alius quiſquam ex his, qui patrocinium pro Novocomenſibus meis ſumpſerunt *Conterraneum* hoc loco ſic accipi, ut *terra* primo illo modo, & communi ſignificatu à Varrone; ſed hoc verbo *Conterraneum*, Catullum ejuſdem regionis ſive provinciæ cum ſua Plinium feciſſe; *terra* enim Gellio teſte noctium Atticarum tertio libro, capite octavo regionem ſignificat; dum ait: *Cum Pyrrhus rex in terra Italia eſſet*. Dicant hunc ſcripſiſſe inclinante jam Latinæ linguæ majeſtate; quare accipiant Plinium libro naturalis hiſtoriæ tertio capite quinto de Italia ſcribentem, *eam terram omnium terrarum alumnam, & parentem* appellaſſe. M. Catonem in oratione de Achæis dicentem: *Cumque Annibal terram Italiam laceraret, atque vexaret*. & in certo originum libro *terram Siciliam*, quod ſi malint ſibi Varronem proponi, audiant quid is ſcribat in libro rerum humanarum de diebus: *Multi vero in terra Umbria unum, & eundem diem eſſe dicunt à meridie ad meridiem inſequentem*. & alibi in eodem opere, *Terra Italia de Græco vocabulo appellata*. Deficiet me dies, ſi omnes auctores perſequi voluero, qui *terra* nomine regionem intellexerint, quorum in numero cum Cicero ſit, ejus hoc loco auctoritate contentus ero pro Pompejo ſcribentis: *Mithridates non fuit eo contentus, quod ei præter ſpem acciderat, ut illam poſteaquam pulſus erat terram unquam attingeret*. & in opere de inventione: *In terra hoſtili turpiter jacuit inſepultus*. Itaque communi nomine *terra* ſumpta non ſolum orbem terrarum ſignificat, verum etiam regionem, ut Italiam Varrone auctore, vel eo ipſo in loco, qui adducitur à Pantheo de orbis terrarum ſignificatu, ubi Pantheum in adducendo Varrone culpa carere præter me alius nemo fortaſſe exiſtimaturus eſt, cauſa cur præteritum eſſet à Pantheo exemplum *Italia terra* in explicando communi ſignificatu extitit, ut conficeret præter orbis terrarum ſignificationem, quæ à Plinio in verbo *Conterraneum* intelligi non potuit, nullam aliam extare, ex qua regionem Plinium intellexiſſe quiſquam argumentari poſſit. Ego vero malim deſiderio, & ardore incenſum Veronenſis Plinii faciendi cæcutientem Pantheum exemplum *Italia*, perinde ac non ſcriptum, præteriiſſe, à quo verbo ſecundum hanc ſignificationem accepto, militari quadam licentia legiones in caſtris *Conterraneum* derivarunt ad milites diverſarum provinciarum diſtinguendos. Quod intelligens Plinius ſubjicit: *Agnoſcis hoc verbum caſtrenſe?* ſcilicet, ut indi-

indicaret eo modo ſe Catullum conterraneum accipere, quo in caſtris uſurpatur ejuſdem provinciæ ſignificandi milites cauſa, & perinde, ac ſi in caſtris extitiſſet, verbo minime Latino, nec uſquam à Latinis ſcriptoribus recepto uſum, *Conterraneum* ſuum Catullum dixiſſe, ex eadem aut Italia, aut, quod veriſimilius eſt, Italia Tranſpadana, vel Gallia Ciſalpina, aut Togata, aut Tranſpadana. Hic erigit ſe Pantheus, arcem ex cloaca feciſſe nos putat, & gloriatur auctoritate Plinii, & Ptolomæi nos convinci apertiſſime erroris: hic namque, ſub Venetis Veronenſes refert Novocomenſes ſub Inſubribus: ille naturalis hiſtoriæ libro tertio Comum, & Mediolanum in Italiæ undecima regione collocavit, Veronam, Brixiam, ac Cremonam in decima recenſuit. Poſſem excludere Pantheum ſubterfugiens argumentum, hac Italiæ diviſione rejecta tamquam depravata, quod alii regionis *undecimæ* loco *novam* legant, & *decimam undecimam* faciant, aut etiam aliter legendum putent. Sed valeat hoc patrocinium, quod licet ſatis probabile ſit, mihi infirmo ſatis fundamento innixum videtur, cum hæc omnis regionum numeri controverſia ſit emendatoris mendum inducentis, non auctoris. Hoc verius ſentio Italiam pluribus olim modis antiquos diviſiſſe; unde Plinius naturalis Hiſtoriæ libro tertio, capite quincto ſe deſcriptionem Italiæ ab Auguſto factam ſequi profatus eſt, ne plures diviſiones lectori aut imponeret, aut impoſitæ falſum videri ſe facerent. Cum itaque pluribus Italia modis divideretur, alius aliam arbitrio ſuo diviſionem ſecutus eſt, ne miremur milites in verbi *Conterraneus* ſignificatu aliam quandam Italiæ diviſionem, non Auguſti ſecutos in caſtris fuiſſe, quos veriſimilius eſt ante Auguſtum verbum *Conterraneus* libertate militari ſæpe uſurpatum, eadem libertate poſt Auguſtum, ejus neglecta deſcriptione in eadem ſignificatione accipientes antiquam diviſionem intellexiſſe: qua ratione hujus verbi ſignificatum ad regionem relatum Novocomenſes, ac Veronenſes, quod hi unam, alteri alteram penes Auguſtum regionem teneant, levi admodum argumento comprehendere Pantheus negavit. Diximus, quinetiam *Conterraneum* ſuum vocatum à Plinio Catullum fuiſſe, quod ejuſdem uterque terræ Tranſpadanæ inquilinus eſſet, ſic autem ipſam appellavit cum *Ciſpadana* comparatam; hinc Forojulienſes *Tranſpadani* cognominati ſunt eodem auctore libro hiſtoriæ naturalis tertio capite XIX. in regionis decimæ ſive Venetiæ deſcriptione. Idem in calce vigeſimi capitis *L. Æmilio Paulo*, C. *Atilio Regulo Coſ. nuntiato Gallico tumultu ſolam ſine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc ſine Tranſpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armaſſe* teſtatum reliquit. *Tranſpadanorum* nomine eos omnes intelligens, qui ultra Padum Italiæ reliquum incolebant. Cæterum Strabo libro ſuæ geographiæ quincto aliter omnino Italiam partitus eſt, & quidem in pauciores partes, primam faciens, quam decimam, & undecimam Auguſtus numeravit, cum parte quadam nonæ, hanc vero in Ciſpadanam & Tranſpadanam diviſit,

viſit, quam Venetos, & Gallos incolere voluerit, in ea paulo poſt oppida recenſens, Mediolanum, Veronam, Brixiam Mantuam, Regium, & Comum: poſt pauca item, *Ergo*, inquit, *quæ trans Padum ſunt, Veneti incolunt*. ſub quibus, ſi Veronenſes comprehenduntur, hos quoque Transpadanos eſſe neceſſe eſt; Sed hæc, atque alia plura miſſa facio; quæ neceſſaria non videntur, cum Catullus ſe ipſe Transpadanum eſſe teſtetur in Egnatium hæc ſcribens.

Si urbanus eſſes, aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut parcus Umber aut obeſus Hetruſcus,
Aut Lanuvinus acer, atque dentatus,
Aut Tranſpadanus, ut meos quoque attingam.

Ex his me patrocinii deſiderium fallit, ni hoc haud dubie colligitur, vel Veronenſes eſſe Tranſpadanos, vel Catullum non eſſe Veronenſem. Siquidem enim, uti Pantheo viſum eſt, Veronenſes non ſunt Tranſpadani, qui fieri poteſt, ut, qui Tranſpadanus eſt, qualem ſe Catullus facit, Veronenſis ſit: vel quod mihi prudentiori, ut arbitror, conſilio videtur, ſi Catullus Veronenſis eſt, cum ſe Tranſpadanum eſſe profiteatur, non ſint Veronenſes Tranſpadani. Catullum hoc in loco ſecutus Plinius *Conterraneum* ſuum eum vocavit diviſionem eam Italiæ intelligens, quam Catullus ſequeretur, minime vero poſteriorem illam ab Auguſto inſtitutam, quam alibi idem Plinius ſpectans haud æque *Conterraneum* ſuum Catullum appellavit, qui *noſtrum* dubio procul dicturus fuerit, ubi ambo Veronenſes extitiſſent: libro namque naturalis hiſtoriæ XXXVI. capite VI. *Hic eſt*, inquit *Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus*. trigeſimo vero ſeptimo ejuſdem numeri capite ſimpliciter eum *Catullum* appellat inquiens, *Quem Catullus poëta in ſella curuli viſum indigne tulit*. nec aliter eumdem indicavit ſecundo capite libri vigeſimi octavi dum ait, *Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio*. Quibus in locis patriam poſteritati explicare præſtiterat, quam ad Imperatorem Titum ſcribentem ejus meminiſſe, quaſi Principi litteratiſſimo ignotæ. Cæterum quod non ſolum Plinii nobis autoritatem Pantheus objecerit Veronam, & Comum regionibus diſtinguentis, verumetiam Ptolemæum in Inſubrum numero Comum, Venetorum Veronam reponentem, huic quoque propria reſponſione ſatis faciendum eſſe duxi difficultati; tametſi ea, quæ proxime pro ſolvenda Plinii objectione allata eſt, ad defendendam ab auctoritate Ptolemæi opinionem noſtram ſatis eſſe poterat. Inprimis autem ſi qui forte in tanto, atque adeo frequenti ſtudioſorum adoleſcentium conventu Ptolemæi teſtimonio adducti Pantheo de regionum iſta diverſitate ſibi favendum putant, hos præcipue, ut adſint animis ſuis, appello, & cognoſcant Comum inter Inſubriæ urbes, ut perperam à Ptolemæo referri, aut aliam quandam ſecutum diviſionem Novocomenſes inter Inſubres retuliſſe. Nam, qui imperante Auguſto ſcripſit Livius libro ad urbe condita trigeſimo

ſimo tertio inquiens, *Marcellus Pado confeſtim trajecto in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, ducit.* Et poſt pauca: *Triumphavit Marcellus in magiſtratu de Inſubribus, Comenſibuſque.* Secutus Livium Sigonius ſummo conſilio exeſam in faſtis Capitolinis hujus triumphi mentionem prope univerſam reſtituit in hunc modum:

M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS COS. DE COMENSIBVS, ET INSVBRIBVS A. DVLII. IV. NON M..... TRIVMPHAVIT.

Quid? naturam hos terminos ac limites quodammodo conſtituiſſe, & Inſubres à Comenſibus diſtinxiſſe, quod Pantheum latuit, olim ne graculi quidem, ac monedulæ ignorarunt, quos ex Inſubribus in agrum Novocomenſem perinde, ac alienum, & extra fines poſitum irrumpere, ac naturæ fœdera violare non fuiſſe auſos Plinius libro naturalis hiſt. X. cap. XXIX. memoravit his verbis: *Italia juxta Alpes Larium Lacum appellat amœnum arbuſto agrum, ad quem Ciconiæ non tranſmeant, ſicuti nec octavum citra lapidem ab eo immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina graculorum, monedularumque.* Idem Ptolomæus Bergomates regionibus à Comenſibus diſtinguens cum Veronenſibus inter Cenomanos retulit, quos Plinius junior lib. VII. epiſt. ad Falconem, ejuſdem, cujus & Comenſes regionis fecit; dum Cornelium Minucianum Bergomatem, uti loco oportuniore indicabitur, *ornamentum* appellat *regionis* ſuæ. Neque verò eſt, ut Panthei fautores hoc loco repetant adeptum adoptionis jure civitatem Veronenſem Plinium juniorem ejuſdem ſe cum Bergomatibus regionis feciſſe. Nam ut omittam parum probabile, aut ne probabile quidem videri eum Ptolemæi uno prope ſæculo poſterioris, quam Plinii ſenioris, quam avunculi, & patris Italiæ partitionem ſequi maluiſſe. Antiquos geographos ſuo quemque arbitrio, nec uno modo, ut dicebam, Italiam diviſiſſe præclare conſtat. Nec quia in Como, & Verona regionibus diſtinguendis Plinius ſenior, & Ptolemæus conveniant, cæterorum geographorum convincitur eundem fuiſſe conſenſum, quippe hi ipſi Plinius, & Ptolemæus, qui in Verona, & Como regionibus diſtinguendis conſentiebant, in Bergematibus diſſenſere, quos hic à Novocomenſibus disjunctos cum Veronenſibus conjunxit; ille ab his diſcretos cum Novocomenſibus in eadem regione collocavit: ex quo intelligitis Patres, quam lubrico, quamque incerto Pantheus inſiſteret argumento, cum Veronæ, ac Comi regionis ex Plinio, & Ptolemæo diverſitatem prætexens, eo *Conterraneum* ſuum ab homine Novocomenſi Catullum Veronenſem dici non potuiſſe contendat. Jam vero ne locus dubitationi ſit ullus reliquus; quoniam *Conterraneum* ſuum Plinius Catullum appellaverit, quod ex eadem, ut diximus, Gallia aut Ciſalpina, aut Togata eſſet: ne nos quiſpiam Ptolemæi Togatam Galliam cis Padum referentis auctoritate arguat, id quoque quomodo factum ſit; paucis vobis exponam. Cum Romani omnis ſibi Italiæ ad

Carnos

Carnos uſque Imperium armis vindicaſſent, omnem eam partem, cujus pro limite Rubico eſt ex una parte, ex altera Formio, in provinciam redactam, *Galliam Togatam*, ſive *Ciſalpinam*, ſive *Citeriorem* nuncuparunt, cujus adminiſtrandæ cauſa Prætor cum imperio mittebatur; ut ex Livio libro ab urbe condita trigeſimo nono conjectari licet, cum ait, Galli *Tranſalpini in Italiam transgreſſi oppidum in agro, qui nunc Aquileienſis eſt, ædificabant, id eos ut prohiberet, quoad verbis, ſi ſine bello poſſet Prætori Galliæ L. Iulio mandatum eſt, ſi armis prohibendi eſſent, Coſſ. certiores faceret.* paulo poſt: Iiſdem Gallis cum ſeſe Coſ. ſponte dediſſent ægre ferentibus, quod ſibi adempta arma eſſent per legatos Romæ conqueſtis, *Senatus*, inquit, *reſponderi juſſit. Neque illos recte feciſſe, cum in Italiam venerint, oppidumque in alieno agro nullius Romani Magiſtratus, qui ei provinciæ præeſſet, permiſſu ædificare conati ſint.* Oppidum igitur in Romano ſolo Galli ædificabant, quod ad provinciam Galliam pertineret, cui cum præeſſet L. Iulius Prætor, idcirco ei cura data eſt, ut eos ab ædificatione verbis averteret, ſi armis opus eſſet Conſules admoneret. Non ita multo poſt vero Coloniam Aquileiam deductam eſſe idem Livius ſcribit, cujus tanquam ad provinciam ſuam Galliæ pertinentem Cæſar primo de bello Gallico mentionem facit in hunc modum: *Tres legiones, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit, & qua proximum erat iter, per Alpes in ulteriorem Galliam contendit.* Eamdem Galliam Citeriorem *Togatam* Romanos appellaſſe teſtis eſt Hircius octavo libro de bello Gallico ſcribens: *legionem duodecimam, quæ cum Labieno in hybernis fuerat, in Togatam Galliam Cæſarem miſiſſe ad colonias civium Romanorum tuendas, ne quod ſimile incommodum accideret ex incurſione Barbarorum, ac ſuperiore æſtate Tergeſtinis accidiſſet, quia repentino latrocinio, atque impetu incolæ illorum erant oppreſſi.* Idem ad calcem. *Cæſar*, ait, *cum in Italiam veniſſet, & omnes regiones Galliæ percurriſſet, hujus municipiis & coloniis gratias agens, quod frequentiam, atque officium ſuum Antonio præſtitiſſent, ſumma celeritate ad exercitum Nemetocennam rediiſſe, & exercitu luſtrato T. Labienum Galliæ Togatæ præfeciſſe, quo majore commendatione conciliaretur ad Conſulatus petitionem.* Dio quoque ceteriorem Galliam Togatam eſſe libro hiſtoriarum XLVIII. memorat inquiens, *Ex Gallia etiam Togata, quæ tum Italiæ legibus, ac inſtitutis formata fuerat, ne in Ciſalpina regione ejus gubernandæ cauſa eſſent exercitus alendi pecunia ipſis, militeſque adducebantur.* Hinc Cicero in Philippica duodecima, *Ut omittam*, inquit, *reliquas partes Galliæ, nam ſunt omnes pares. Patavini alios excluſerunt, alios ejecerunt miſſos ab Antonio pecunia, militibus, & quod maxime deerat, armis, noſtros duces adjuverunt.* Sed Strabo libro quinto geographiæ, *M. Lepidus*, inquit, *& C. Flaminius devictis Liguribus, hic Flaminiam viam ſtravit à Roma per Hetruriam, & Umbriam uſque Ariminum, ille deinceps Bononiam uſque, & inde uſque ad Aquileiam juxta radices Alpium paludibus in gyrum circumventis, tamquam loca ad provinciam ſuam Galliæ pertinentia.* Preſſius

ſius hanc viam alii deſcribentes ajunt ſtratam eſſe ab Arimino Bononiam, ac Placentiam, atque inde opere circumducto, Mediolanum, Bergomum, & Patavium uſque ad Aquileiam. Idem Strabo poſt Æmiliæ viæ deſcriptionem Galliæ citerioris excellentiam prædicans, ac rerum omnium largiſſimum proventum, *mediocrem lanam in ea Patavium producere* inquit, *ex qua fiant precioſi tapetes, gauſapa, & alia id genus, vel utraque unica ſuperficie villoſa.* Eadem ratione à Livio dictum eſt libro ad V. C. XLIII. *interrogatos à Senatu Aquileienſes, vellent ne eam rem C. Caſſio Coſ.* cui Gallia ſorte obvenerat, mandari: *reſpondiſſe Caſſium indicto Aquileiam exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe.* His factum eſt, ut Pomponius Mela de Venetis ſcribens hos in Gallia Togata libro ſecundo collocaverit; quamquam poſt Auguſtum ante Plinium de ſitu orbis opus ab eo conditum conſtet. Sed vereor me vobis, Patres, tam multis rem apertam perſecutum, moleſtum evaſiſſe; quare transfero me ad argumentum Panthei ex familia deſumptum, cui plurimum in hac cauſa ille confidebat, eo Plinium eſſe Veronenſem argumentatus, quia Secundus eſſet, quorum familiam Veronæ eſſe comminiſcebatur. Sed aut nullum argumentum eſt, aut ſi aliquid eſt, Plinius noſter eſt. Obſcure loquor, dicam apertius. Si idcirco Plinius Veronenſis eſt, quia Secundorum familia, quæ nulla eſt, Veronæ olim extiterit, ex qua Plinius eſſet; multo rationabilius eumdem ego Novocomenſem fuiſſe concludo, quia Pliniorum familia Comi plurima fuerit, nuſquam alibi, præterquam Veronæ neſcio cujus illius lapidis aſſentatoris teſtimonio, qui litteras, qui ſyllaba, qui verba ad ſenſum, & voluntatem Panthei, & aliorum quorundam ex ſe promat, & proferat tanquam ex arca. Nullam porrò Secundorum eſſe familiam: Pliniorum eſſe, Benedictus Iovius, Andreas Alciatus, Franciſcus pater, & Thomas Porcachius, & antiquorum ſcriptorum auctoritatibus productis, & veriſſimis rationibus abunde demonſtrarunt. quibus, ſi quis nolit credere, quamquam hac in re ſuſpecti eſſe non poſſint, adeat Pavinium Veronenſem in libro de antiquis Romanorum nominibus, adverſus Pantheum apertiſſimis, certiſſimis firmiſſimisque rationibus pronunciantem. Ego enim, cum hæc, tum cætera, quæ à ſcriptoribus proxime nominatis referuntur, omnia duxi prætereunda; uno antiquorum epigrammatum lapideorum graviſſimo teſtimonio, quod nemo illorum attigit, opinionem meam confirmaturus. Hoc præfatus, quod ex tribus nominibus, quibus Romani ſingulos homines olim invicem diſtinguebant, illud ad familiam pertinere neceſſe fuerit, in quo cum patre filii, ac nepotes, aut inter ſe convenirent: in quo vero diſſiderent, nullo pacto illud familiam ſignificaſſe. At tertio loco magna ex parte diverſis nominibus appellabantur, primo etiam nonnunquam commune omnibus erat alterum nomen, quare cum *Secundus* tertio loco in Plinio legatur, *Caius* primo, *Plinius* ſecundo, neque *Caius*, neque *Secundus* familiam ſignificabunt, ſed Plinius medium locum occupans, ſive alterum in *C. Plinio Secundo.*

Secundo. Jam vero tertium nomen ſæpe patri & filiis, primum interdum iiſdem, & nepotibus fuiſſe diverſum. attendite me demonſtrantem Adoleſcentes, ac primum de tertio, deinde de primo differentem. Veronæ igitur ſimile extat epigramma:

L. AQVILIUS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITHONI, ET PUBLIÆ VENERIÆ PARENTIBUS.

Romæ vero:

D. M.

CN. ANTONIVS AGATHOPVS, ET ANTONIA AMPLIATA CN. ANTONIO AMPLIATO FILIO DULCISSIMO, QVI VIXIT ANN. XIII. MEN. VIII. DIES V. FECERUNT PARENTES INFELICISSIMI, ET SIBI ET SVIS L. L. P. Q. EORVM.

Ibidem in ædibus Aurelii Matthæi trans Tiberim:

D E

M. CARIENIO M. F. VENVSTO Q. V. AN. VIII. M. X. M. CARIENIVS FELIX, ET CARIENIA VENVSTA INFELICISSIMI PARENTES FEC.

Flerii in æde D. Zeni:

L. CORNELIO SECUNDO, QVI VIXIT ANNOS X. M. V. D. XX. L. CORNELIUS GLYCON PATER INFEL. FILIO DVLCISSIMO.

Comi:

L. ALFIO L. F. MARCELLINO L. ALFIVS RESTITVTVS PATER.

In horum epigrammatum primo, pater loco tertio *Chariton* eſt, filius *Secundus:* in altero pater eodem in loco *Agathopus*, filius *Ampliatus:* in tertio, pater, *Felix*, filius *Venuſtus:* in quarto pater *Glycon*, filius *Secundus*: quincto pater *Reſtitutus*, filius *Marcellinus* appellatur. Quos omnes ſecundo loco in nomine convenire conſtat. Fratres tertio in loco diſſidere, quæ ſequuntur antiquam onumenta demonſtrant. Brixiæ legitur in vetuſtiſſimo lapide:

P. ACILIO HELIODORO VI. VIR AVG. P. ACILIVS HELENVS FRATRI PIISSIM.

Ibidem in æde D. Nazarii:

P. RVFRIVS P. F. BALBINVS DECVR. IN COLONIA. SIBI, ET RVFRIO P. F. PEDONI FRATRI.

Romæ vero in domo Carpenſi:

N. ATIVS FELIX M. ATIO FAVSTO FRATRI.

Unus igitur fratrum epigrammatis primi tertio loco dicitur *Heliodorus*, alter *Helenus*: uterque ſecundo loco *Acilius*: familiam enim redolens non mutatur, & alterius epigrammatis unus *Balbinus*, alter *Pedo*

tertio

tertio loco, uterque *Rufrius* ſecundo, ultimi vero unus *Felix*, alter *Fauſtus* tertio loco, ſecundo *Atius* uterque. Cæterum tertium nomen, neque patri, & filio, neque fratribus commune eſſe unius, & ejuſdem epigrammatis auctoritate conſtat, quod Mediolani apud Virgines D. Bernhardini legitur in hunc modum:

M. CASSIVS M. F. OVF. CACVRIVS SIBI, ET ACILIÆ MANDVILLÆ VXORI, ET M. CASSIO BROCCHO FIL. ET L. CASSIO DONATO FIL. IN FR. P. XX. IN AGR. P. XX.

Tertio in hoc epigrammate loco pater *Cacurius* eſt, unus filiorum *Brocchus*, alter *Donatus*, omnes *Caſſii*. Sed primum nomen nonnunquam patri, filiis, ac nepotibus diverſum eſſe ſatis erit ex marmoreis tabulis Capitolinis, ſive Verrii faſtis oſtendiſſe, in quibus cum plurima hujus diverſitatis exempla extent, ſequentibus ero contentus, legitur.

ANNO AB V. C. CCLXXXVIII. Q. FABIVS M. F. K. N.
CCXCVII. M. VALERIVS M. F. VOLVSII N.
CCCI. P. SESTIVS Q. F. VBI N.
CCCII. A. MANILIVS CN. F. P. N.
CCCXXXIV. Q. SERVILIVS P. F. SP. N.
CCCXXXVIII. C. VALERIVS L. F. VOLVSII N.
CCCXLVI. N. FABIVS Q. F. M. N.
CCCLII. K. FABIVS M. F. Q. N.
CCCLXXXIV. L. PAPIRIVS SP. F. C. N.

In quibus filium, & nepotem cum patre aut inter ſe in primo nomine, quod *prænomen* vocant, non conveniſſe apertiſſime conſtat. Primi namque exempli Avus fuit *Kæſo*, filius *Marcus*, *Quinctus* nepos: alterius: avus Voluſius Mœnenius filius, nepos Marcus: tertii avus *Vibus*, filius *Quinctus*, *Publius* nepos: quarti, avus *Publius*, filius *Cneus*, nepos Aulus: quincti avus, Spurius, filius *Publius*, nepos *Quinctus*: ſexti, avus *Voluſius*, filius *Lucius*, nepos *Caius*: ſeptimi, avus *Marcus*, filius *Quinctus*, nepos *Numerius*: octavi, avus *Quinctus*, filius *Marcus*, nepos *Kæſo*: ultimi avus *Caius*, filius *Spurius*, nepos *Lucius*. Quos in ſecundo nomine tanquam ad familiam pertinente conveniſſe omnes certum eſt, ut de hoc, niſi qui in antiqua Romanorum nominandi conſuetudine penitus infans extiterit, nemo dubitare poſſit. Quare nullam non dicam dubitationem, ſed dubitationis ſuſpicionem habet, in *C. Plinio Secundo Caium* prænomen, & cognomen *Secundum*, ac familiæ nomen, quod ſecundo loco legitur, *Plinium* eſſe; unde velit nolit Panthei fautor, ut fateatur, neceſſe eſt, ſi vis aliqua, ſi pondus ullum erat in argumento Panthei, ubi *Secundus* familiam ſignificaſſet, noſtrum demonſtrare: quod, Plinium, nomen eſſe familiæ habeto pro fundamento, cum ipſam familiam Comi fuiſſe dixerimus, idque multis antiquorum lapidum inſcriptionibus adductis nunc oſtendemus. Una

carum Comi legitur in marmorea tabula olim in ſuburbio D. Vitalis reperta, mox in templi maximi pariete collocata, quæ ſic habet:

C. COESIDIO EVZELO VI. VIRO C. PLINIVS PHILOCALVS AMICO OPTIMO IN CVIVS TVTEL. COESIDIVS EVZELVS COLLEG. FAB. DEDIT HS. II. L. D. D. COLLEG.

In æde D. Provini:

D. M.

C. PLINII VALERIANI MEDICI, QVI VIXIT ANN. XXII. M. VI. D. V. PARENTES.

In uno vero ex Suburbiis in æde D. Ioannis cognomento Leonis.

D. M.

P. PLINII PLINIANI......

Cætera vetuſtas delevit.

In promontorio, quod Larium duas in partes ſecat, quarum una Comum verſus extenditur, altera Leucum alluit, unde Bilacii nomen inditum, monumenti marmorei fragmentum extat, cum inſcriptione.

M. PLIN....

Proximis annis primo ab urbe noſtra lapide marmorea baſis effoſſa eſt in æde D. Martini pagi Allebii, nunc Comi viſitur in publica porticu templo maximo conjuncta collocata, quæ pro multis ſufficiat, Inſcriptio hæc eſt.

V. F.

C. PLINIVS CALVOS VIVR SIBI ET PLINIIS SVCCESS. VL. VXORI CHRIS..... ET SVCCESSORIBVS L. CASTICO L. F. OVF. CATVLLO IV. VIR. ÆD. POL. GENERO L. CASTICIO. L. F. OVF. MAXIMO NEPOTI PLINIIS THARSÆ ET VERECVNDÆ PAT. PLINIO CERDONI FR. PLINIO PHENOMEN. AMICO.

In templi majoris pariete antiquum epigramma extat in quo de juniore Plinio hæc leguntur.

C. PLIN. L. F. OVF. CÆCILIO SECVNDO COS. AVG. CVRATORI AL. TIBER. ET RIP.....

Reliqua vetuſtas ſuſtulit.

Fegii vero quatuor millibus ab urbe noſtra paſſibus in æde D. Iuliani epigramma, quale ſequitur, legitur.

C PLINIO L. F. OVF. CÆCILIO SECVNDO COS. AVGVR. CVR. ALV TIB. ET CLOAC. VRB..... Æ FE..... R. SAT. PRÆF. ÆR. MIHI.. Q. IMP. SEVIR. EQ. ...R. TR. MIL. LEG. III. GALL. X. VIRO STL. IVD. FL. DIVI T. AVG..... VERCELLENS.

Admonet me locus, ne prætereàm cujuſdam epigrammatis Plinii junioris Panvinium libro faſtorum ſecundo meminiſſe, in quo dicitur *Caii filiis* & *Caii nepos* tribu præterita, quam proxime recitata inſcriptio cum ea, quæ Mediolani in æde D. Ambroſii extat, habet; cui in cæteris paucis demptis ſimillimum eſt à Panvinio adductum epigramma, quod in hunc modum ille retulit:

C. PLI-

C. PLINIVS C. F. C. N. CÆCILIVS SECVNDVS COS. AVGVR LEGAT. PROPRÆT. PROVINC. PONTI CONSVLARI POTESTATE IN EAM. PROVINCIAM AB IMP. CÆSARE NERVA TRAIPNO AVG. GERMANICO MISSVS CVRAT. ALVEI TIBERIS, ET RIPAR. PRÆF. ÆRARI SATVRNI PRÆF. ÆRARI MILIT. LEG. VI. GALLIÆ. X. VIR. ALIT. IVDICANDIS.

Cæterum duobus hoc mihi nominibus epigramma ſuſpectum eſt, quod *Caii* non *Lucii filius* in eo Plinius dicitur, & *legio ſexta* nominetur, quam nuſquam memini me legiſſe inter illius ſæculi legiones numeratam. Dio namque libro hiſtoriarum LV. referens ſingularum ad ſua uſque tempora legionum nomina unius tertiæ Galliæ legionis meminit; qui annis poſt Plinium juniorem plus centum floruit, unde facile fit, ut credam legionem quartam, & ſextam Gallicas, quarum mentio in vetuſtis nonnullis inſcriptionibus extat, poſt Dionem additas eſſe ac Plinium juniorem legionis ſextæ Gallicæ Tribunum in epigrammate ſuo dici non potuiſſe, ſed tertiæ, cujus Tribunum fuiſſe Plinium in eo epigrammate legitur, quod Fegii diximus inventum. Nam quod Mediolani eſt, cætera, quæ proxime retuli de Tribuno legionis Gallicæ habet, ſed deeſt mentio tertiæ à vetuſtate abolita in hunc modum: TRIB. MILIT. LEG....... GALLICÆ. quod integrum in epigrammate Fegii apparet. Quod porrò ad pronomen patris pertinet; ſi neſcirem Panvinium in antiqua Romanorum exploranda conſuetudine ſummo ſtudio incubuiſſe, facile ſuſpicarer in ea ipſum opinione fuiſſe, ut arbitraretur filios adoptivos diſtinctionis gratia ſemper paterni prænominis, quod ex lege conſecuti fuiſſent, meminiſſe, hocque fundamento adductum pro *Lucii filio* in inſcriptione Plinii *Caji filio* ſcripſiſſe. Nunc quoniam in hoc genere ſtudii cum laude conſenuerit mutati prænominis, quam eum, ſcribam volo potius fieri auctorem; & cum omnis quæ Comi, quæ Fegii, quæ Mediolani in hoc inſcriptio legitur, *Lucium* habeat, ejus loco falſo *Caium* dictum eſſe exiſtimare, ac pro patris naturalis prænomine, ejus, quem lex dediſſet patrem, prænomen eſſe ſubſtitutum. Cum enim exempla nonnulla extent, qualia ſecutus Panvinius patris voluntarii, non naturalis prænomine filios adoptivos diſtingui conſueviſſe, conjicere potuerit: non deſunt alia, quibus appareat filios adoptivos patris naturalis prænomine, quem patrem natura dediſſet indicaſſe, & eo diſtingui maluiſſe. L. Calpurnius Piſo Cæſonius à L. Calpurnio Piſone adoptatus *Caii filius*, & *Caii nepos* dicitur à Verrio in Capitolinis faſtis adhuc in hoc loco integris, qui adoptionis cauſa *Lucii filius* dici debuerat. Quinetiam Q. Fabium Maximum Rullianum à Quincto adoptatum Verrius in tabulis Capitolinis *Marci filium* appellat, quod in patrem ex lege dictum referri non poteſt. Neque vero prænomen modo patris naturalis additum filio in adoptionem dato obſervavimus; verumetiam prænominis loco appoſitum cognomen, ut in P. Cornelio Scipione Africano Æmi-

 liano,

liano, qui patre natus Lucio Æmilio Paulo, Velleio Paterculo auctore libro primo, datus in adoptionem filius P. Cornelio Scipioni in antiqua inſcriptione Romæ *Pauli filius* dicitur, non Publii in hunc modum: P. CORNELIVS PAVLI F. SCIPIOA FRICANVS COS. II. AVGVR TRIVMPHAVIT. II. Quæ res facit, ut neſciam, cur vir graviſſimus Sigonius reſtituturus, quæ deficiunt ab antiquitate abolita in tabulis Capitolinis in hoc Africano, dixerit *P. Cornelius P. F. P. N. Scipio Africanus Æmilianus*, niſi ipſe, quoque patris voluntarii prænomen ſemper additum ab adoptivo filio aliiſque, ejus ſignificandi cauſa, à quo fuiſſet adoptatus, exiſtimavit; quod neque verum eſſe conſtat, neque videtur fuiſſe neceſſarium, cum ipſo prænomine, quod numquam non fuit ejus, qui adoptaſſet, in filio adoptivo, quale adoptatoris prænomen eſſet, indicaretur. Neque par ratio fuit patris, & filii naturalis, ut ob hujus prænomen patris prænominis commemoratio reticeretur, tanquam in filio præcognita. Nam interdum, ut diximus, pater & filius prænomine diſtinguebantur. Cæterum Imperatorum adoptivi filii, prænomine gentilitio naturali ſervato, dignitatis cauſa in antiquis inſcriptionibus ſemper Imperatorum *filii*, *nepotes*, *pronepotes*, *& abnepotes* ſunt dicti, his non prænomine ut in cæteris, ſed cognomine ſignificatis argumento ſequentis M. Aurelii Antonini monumenti:

IMP. CÆSARI M. AVRELIO ANTONINO AVG. PONTIFICI MAX. TRIB. POT. XVII. COS. III. DIVI ANTONINI PII FIL. DIVI HADRIANI NEPOS. DIVI TRAIANI PARTHICI PRON. DIVI NERVÆ AN. AVXIMATES PVBLICE.

Atque hoc loco hæc indicare volui, ne recitatum à Panvinio epigramma duos Plinios Cæcilios Secundos vixiſſe videri impoſterum faciat, unum Caji filium, ac nepotem, alterum Lucii ex tribu Oufentina, ac novas de Pliniis quæſtiones ferat. Quibus miſſis, repeto conſtitutum de Pliniorum familia ſermonem, cujus plurimæ, ac nobiliſſimæ olim apud nos multa, ac certa reſtimonia produximus, quæ nemo poſſit cavillorum tenebris offuſis obſcurare; aut alia quavis ratione, quo minus propoſitum noſtrum confirment, ulli perſuadere. Proferant viciſſim, ſi poſſunt Panthei fautores, vel unicam Veronæ Pliniorum inventam memoriam dempto marmore illo antiquo, in cujus inſcriptione referenda Veronenſium quorundam conſpiratio tanta eſt, quanta inter occupatos in colli columbæ coloribus æſtimandis, qui in hoc uno ſumme conveniunt, quod maxime diſſident, atque diſcordant. Sibi quiſque enim inſcriptionem, quam voluit, atque adamavit, finxiſſe potius animo videtur, quam viſus beneficio uſus exſcripſiſſe: tam varia, tam multiplex, ac diſſimilis eſt ab iis ſcriptis conſignata. Pantheus namque ſic eam retulit:

PLINIVS SECVNDVS AVGVR PATRI MATRI MARCELLÆ TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Torel-

Torellus Sarayna in libro de antiquitate Veronæ eamdem ſic habere teſtatur:

PLINIVS SECVNDVS AVG. MARCIVIÆ MARCELIÆ MATRI POSTERI. PATRIÆ MATRI MARCELLIÆ.

T. F. I.

Alexander Benedictus in epiſtola ad cives Veronenſes de naturali Plinii hiſtoria à ſe emendata ſic legit:

...INIVS
..CVNDVS
AVGVR
..RCIVIÆ
..RI
..ERIPATRI
..MÆ MATRI
MARCELLÆ
T. F. I.

Sed in Onufrio Panvinio libro faſtorum ſecundo ea deſcripta in hunc modum jacet:

C. P. INIV.
..NDV
..AVG.
...RCIVIÆ
..CELLÆ
..RI
..ERI PATRI
..MÆ MATRI
MARCELLÆ.
T. F. I.

Quanta in his exemplis ex eodem epigrammate deſcriptis differentia ſit, quanta diſſimilitudo, nemo non videt. Ut enim omittam principium, de quo abunde in præcedentibus dictum à me audiviſtis: in reliquo Pantheus à Torello hoc diſcrepat, quod verbo, *Marciviæ poſteri*, & *patriæ* caret, ſemel tantum *matris*, & *Marcellæ* meminit, quarum bis mentio à Torello facta eſt: *patrem* vero addidit, quem Torellus præteriit. Idem diſſidet ab Alexandro verbis mutilis-*rciviæ-ri*, & *-eri*, prætcritis. Ab Onufrio vero iiſdem omiſſis, & *-cellæ*. Sed ab Alexandro Benedicto in eo differt Torellus, quod à *Marciviæ* nomine, quid loco-*riciviæ*, interpretatus eſt, addit *Marcellæ*, & loco ſyllabæ-*ri*, habet matri, & pro *eri patri*, *poſteri*, & *patriæ*, dixit, *-mæ* nihil meminit, quæ ſyllaba proxima verbo *matri* in Alexandro antecedit, hac vero ſola ab Onufrio diſſidet; ac quod verba inchoata, verba integra de ſuo ingenio retulit,

 Sed

Sed nec Alexander Benedictus quoque cum Onufrio convenit, quamquam verba mutila retulerit : ſicut Onufrius obſervavit. *-cella* namque omiſit, cujus in Panvinio mentio extat. Quod inſigne diſſidium, & aperta diſcordia in eo maxime teſtimonio, quo præcipuo nos argui injuſti patrocinii ſuſcepti cum Pantheo cæteri profitentur, facit, ut credam, Patres, eò in hac cauſa, (quoniam contra ipſos potius eſt, quam pro ipſis) Novocomenſium meorum juribus haud contemnendam fieri acceſſionem, vos eſſe judicaturos. Non dicam, ſi quæratur de loco, in quo inventum epigramma ſit, unde erutum, inter adverſarios non convenire, quod vis, & nervus offenſionis in epigrammate mihi non loco effoſſionis poſitum eſſe videatur : quamquam ne hanc quoque diſcordiam alius quiſpiam à me negligendam judicaverit, in qua, quod adjuvet noſtram defenſionem aliquid ineſſe exiſtimet. Illud potius dicam, quod proprium eſt epigrammatis, non loci, nec diſſimulari poſſe videtur, mirari me viros graviſſimos adverſarios noſtros, imprimis Panvinium in antiquarum hiſtoriarum lectione exercitatiſſimum, eum hominem, qui in epigrammate nominatur, ſolo auguratu inſignem fuiſſe memorabilem; non animadvertiſſe contra, Plinium ſeniorem pluribus ſplendidioribus magiſtratibus egregie functis illuſtriſſimum, augurem, facta ex Plinio juniore conjectura non extitiſſe. Quippe libro epiſtolarum quarto Arrio ſibi de auguratu per litteras eo maxime gratulato, quod Cicero quoque fuiſſet augur : reſpondet, cum hoc nomine ſibi charum auguratum eſſe; tum eo quod viro principi Iulio Frontino ſucceſſiſſet. Nihil meminit Arrius Plinii ſenioris, nihil junior Plinius, quorum aut illum Cicerone propoſito, patrem, & avunculum fuiſſe præteriturum veriſimile non eſt, aut hunc exemplum externum, cum haberet domeſticum, fuiſſe commemoraturum, qui avunculi memoriam ſancte adeo, ac religioſe coluit, atque obſervavit. ut Capitoni ſe ad hiſtorias conſcribendas hortanti, cum innumera prope illi exempla non deeſſent, quibus ad hoc genus ſtudii ſe incitatum profiteretur, uno ſenioris Plinii exemplo contentus, libro epiſtolarum quinto, in eum, qui ſequitur, modum reſpondit : *Me vero ad hoc ſtudium impellit domeſticum quoque exemplum. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, hiſtorias, & quidem religioſiſſime ſcripſit. Invenio autem apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe majorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint.* Sed ne illud quoque omiſerim, notam A V G. perinde ac *Augur* omnino ſignificantem adverſarios noſtros accepiſſe, cum omnium, qui de his notis ſcripſere teſtimonio, ut *Augur* nonnumquam, ſic alias *Auguſtus*, vel *Auguſtalis* ea ſignificet, quo fit ſi fideliter Panvinius epigramma retulit, ut cum inter cognomen *Secundus*, & notam Aug, neſcio quid vetuſtas deleviſſe videatur forte I.-- I. VIR non is potius Augur, quam *VI. Vir Auguſtalis* fuiſſe debeat exiſtimari : Volo vero notam *AVG. Augurem* hoc loco ſignificare, & Augurem fuiſſe Plinium ſeniorem; quid

quid contra quam illius ſæculi conſuetudo ferebat, geſti ab eo ſumma cum laude magiſtratus in inſcriptione *Teſtamento Fieri Iuſſa*, reticentur? Quid claſſis prætoriæ Miſenenſis cum imperio caſtiſſime adminiſtrata ſilentio prætcrita eſt; cujus vel in ipſis ſubpræfectis, immo vero privatis militibus honoris ergo mentionis factæ in antiquis monumentis tale Romæ extat in hortis Carpenſibus exemplum.

D. M.

MAGIA JANVARIA TATTÆ SUO BENE MERENTI FECIT. C. ANTONIO ANTARINO MILITI EX CLASSE PRÆTORIA MISENATIVM VIX. ANN. XL. MIL. ANN. XXIV.

In ædibus vero Laurentii Vellei legitur.

T. FLAVI VALENTIS MIL. CLASS. PR. MISENENSIS. AGRADIESIS VIX. ANN. XXVII. MIL. AN. VI.

Subpræfecti Claſſis prætoriæ Ravennatis ejuſmodi Firmi in Piceno monumentum viſitur:

T. APPEIO T. F. VEL. ALFINIO SECVNDO PROC. AVG. XX. HÆRED. PROC. ALV. ATRECTIANAR. PRÆF. VEHICVL. SVBPRÆF. CLASS. PRÆT. RAVENN. PR. ALÆE I. AVG. THRAC. TRIB. COH. ACLIÆ COH. IIII. GALL. PATRONO COL. BRITTON.

Sed quanti claſſis prætoriæ Miſenenſis, ac Ravennatis Præfecti æſtimarentur; quantum onus, ac quam nobile ſuſtinere crederentur ex Vegetio libro de re militari tertio præclare habetur. *Cum*, ait, *apud Miſenum, & Ravennam ſingulæ legiones Romani nominis cum claſſibus ſtabant ne longius à tutela urbis abſcederent; & cum ratio poſtularet, ſine mora, ſine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent.* Nam *Miſenatium claſſis Galliam, Hiſpanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam in proximo, habebat: claſſis autem Ravennatium, Epirum, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione conſueverat, quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe, quam virtus.* Quanti vero privatim Miſenenſem Hadrianus Imperator fecerit ex data his, qui in ea ſex, & viginti ſtipendia meruiſſent, Romana civitate apparet, de qua ſic accepimus ex ænea tabula:

IMP. CÆSAR D. TRAIANI PARTHICI F. D. NERVÆ NEPOS TRAIANVS HADRIANVS AVG. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XII. COS. III PP. HIS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE PRÆTORIA MISENENSI, QVÆ EST SVB IVLIO FRONTINO, SEX ET VIGINTI STIPENDIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSIONE, QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBERIS, POSTERISQVE EORVM, CIVITATEM DEDIT, ET CONNVBIVM CVM VXORIBVS,

QVAS TVNC HABVISSENT, CVM EST CIVITAS HIS, DATA, SI QVI COELIBES ESSENT, CVM HIS, QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SINGVLIS SINGVLAS AD XII. R. MAR. P. IVVENTIO CELSO II. Q. IVLIO BALBO COS.

Sed Tacitus ejuſdem legionis opera Galbam oppreſſum, & præſidio Othonem ad Imperium evectum eſſe ſcribit. Quibus maxime de cauſis ejus in inſcriptione Plinii Præfecturæ mentionem non fuiſſe contemnendam, atque adeo praauguratu negligendam, ut præteriret, mihi videor inanibus minime conjecturis oſtendiſſe. Quid igitur hujus præfecturæ, quid geſtorum à Plinio ſeniore reliquorum magiſtratuum in hac inſcriptione nulla mentio legitur? De quibus partim ex epiſtola ad Tacitum libro epiſtolarum ſexto, partim ad Marcum libro tertio junior Plinius ſcribit, ad illum quidem *Miſeni claſſem cum imperio gubernantem deceſſiſſe*: ad hunc, *medium tempus diſtentum impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum egiſſe pernoſcitur*, ibidem idem inquit *in Hiſpania procuravit*, & *ante lucem ibat ad Imperatorem Veſpaſianum inde ad delegatum ſibi officium*. Idem ipſe ſenior Plinius in hiſtoriæ naturalis præfatione ad Veſpaſianum: *Homines*, inquit, *ſumus, & occupati officiis, ſucciſivíſque temporibus iſta curamus, id eſt nocturnis, ne quid veſtris puteris ceſſatum horis: dies vobis impendimus*. Nuſquam Augurem fuiſſe Plinium ſeniorem conſtat; multis maximiſque officiis eumdem præfuiſſe certum eſt, & inſcriptio illi omni pumice, ut dicitur, aridior poſita eſt, in qua quod alibi nuſquam Augur fertur extitiſſe; qui alibi referuntur ejus, & quidem maximi, honores reticentur. In omnibus illius ſæculi inſcriptionibus, vel minima quæque officia recenſentur: nihil negligitur, nihil omittitur, vel exemplo junioris Plinii inſcriptionis, ne innumeras attingam. Quid hoc itaque Patres, quid hæc ſibi vult tam jejuni, & nuda pene inſcriptio? Quid ſignificat, niſi hoc ſignificat, in detritis illis principii epigrammatis litteris legendis, aut adverſariorum noſtrorum oculos caligantes cæcutiiſſe, aut voluntatem potius, quam viſum in judicium eos adhibuiſſe. Quem enim maxime illuſtrem eſſe, cupere, & optare debuerunt; hunc factum augurem, qui non eſſet; præcipua, & nobiliori parte dignitatis denudarunt: hunc tot ſplendidarum adminiſtrationum integerrime functarum honore ſpoliatum: hunc de ſublimiori gradu dejecerunt, atque deturbarunt, ac lumen illud honoris, & gloriæ ſplendore tanto ſtudio conquiſitum, extinxerunt. Hæc ejuſmodi ſunt, ut videar ſecurus meam ad alia convertere orationem jam poſſe.

Sed ea eſt vis veritatis, ea poteſtas, quæ nullis vel cuniculis everti calliditatis, vel ſolertiæ præſtigiis, captionibuſque labefactari poſſit, atque convelli. Ea imbecillitas, ac vanitas falſitatis, quæ multis ſæpe modis expugnetur, atque opprimatur, ut quo diutius verſor in hujus inſcriptionis examine, & ſingula diligentius inſpicio, atque perpendo;

pendo; eo pluribus adverſus Pantheum abundem argumentis, quibus cum vel frivolæ ipſæ ejus ratiunculæ, quas ex hac inſcriptione per vim ille expreſſit prorſus contundantur, atque elidantur, pro ſuſcepto patrocinio ea diſſimulare non poſſum. Mihi enim antiquas inſcriptiones, quæcunque Romano Imperio adhuc florente factæ ad nos pervenerunt, quas Panvinius, & Aldus junior retulere, quas Veronæ Torellus Sarayna, Mediolani Andreas Alciatus, Comi Benedictus Iovius collegere, quaſque alii magno labore conquiſitas in unum volumen congeſſerunt, quibus Verri quoque Flacci Faſtorum, ac Triumphorum Romani fragmenti obſervatio accedit, memoria repetenti, ac mente circumſpicienti omnes, cujus memoriæ cauſa in ære leguntur inciſæ, aut in marmore inſculptæ, ejus patris, aut patroni mentionem viſæ ſunt habere adnexam, quod me vobis paucis, quantum cauſa noſtra poſtulat, exponentem audite.

Romani, aut liberi erant, aut liberti: illi aut nati Romani, aut nuper in Romanam civitatem relati. Nati rurſus Imperatores, Imperatorum filii, aut aliorum ordinum; & Imperatores quorum patres imperaſſent, aut non imperaſſent. Priores ſive adoptivi filii, ſive naturales, patre vivente, *Imperatorum filii* ſcribebantur, patre ſolo cognomine ſignificato, exemplo Trajani, à Nerva adoptati, cujus nummus ſic habet:

NERVA CÆSAR NERVÆ AVG. F. TRAIANVS GEM. PONT. TR. POT. COS. II. IMP.

Et Titi Veſpaſiani filii naturalis, cujus in nummo ſic legitur.

TITIVS CÆSAR AVG. F. PONT. TR. POT. COS. II. IMP. III.

Et ejuſdem in altero:

T. CÆSAR AVG. F. VESP. IMP. PON. TR. P. IIII. COS. II. CENS.

Patre vero mortuo *divi* tantum *filii*, aut cognomine appoſito *divi filii* dicebantur in hunc qui ſequitur, modum in Neronis nummo:

NERO CLAVDIVS DIVI F. C. AVG. GER. P. M. TR. POT. COS. IMP.

Titi vero inſcriptione:

IMP. TITVS CÆSAR DIVI F. VESPASIANVS AVG. PONTIF MAX. TRIB. POTEST. IX. IMP. XV. CENS. COS. VIII. DES. IIX. P. P.

Cum appoſitione cognominis legitur ſimilis Titi inſcriptio.

IMP. TITVS CÆS. DIVI VESP. F. VESPASIAN. AVG. AVGVR. PONT. MAX. TR. POT. IX. PP. IMP. XVII. COS. VIII. CENS.

Verum Imperatores qui nullo paternæ hereditatis jure, ſed vi, vel Senatus, populique beneficio, ac ſuffragiis ad imperium perveniſſent, patris in inſcriptionibus nulla ratio habita eſt, forte quod patres nominaſſe Imperatoria majeſtate minime dignum eſſe S. P. Q. R. vel ipſi etiam Principes cenſuerint; ſicut ex Galbæ, Othonis, Veſpaſiani, Nervæ, Pertinacis, Iuliani, & Severi nummis, aliiſque eorum inſcriptionibus, in quibus patris nulla mentio extat, facile quiſque conjecturam facere poſſit. Nec nos commoveant, & ancipites animo reddant Claudii Principis inſcriptiones, in quibus *Druſi*, qui non imperavit, *filius* nominatur. Cum enim imperatorum in numero non fuerit, ex Imperatoribus tamen propagatus Auguſti nepos, ac filius Tiberii, ut filius Claudius Tiberii nepos, ac pronepos Auguſti agnoſceretur, efficiebat: utque imperium heriditario jure adiviſſe videretur. Unius Vitellii nummus circumfertur, & inſcriptio baſis viſitur, in quibus *Lucii filius* nominatur, qui præterquam quod non imperavit; ne ex imperatoribus quidem originem duxit. Sed ni me fallit conjectura, ſecum ille reputans qua arte imperium invaſiſſet, aſtute cum imperaret, videri noluit imperare, nec major conſule, cum Cæſaris cognomen in omne tempus auctore Tranquillo recuſaverit; Auguſti vero diſtulerit. Unde ab initio ejus principatus cuſi nummi, A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. COSS. PERP. tantum habent: nulli cognomen Cæſaris.

Aliorum autem ordinum Romani ſolo prænomine patres ſemper ſignificabant, uti Fabati noſtri monumenti argumento apparet, quod L. CALPVRNIVS. L. F. OVF. FABATVS habet. Tantum excipio ſi quando patri, vel filio monumentum poſuiſſent, in elogiis de filiis, quos patres habuiſſent, dicere ſuperſediſſe, cum pater nominaretur prænomine, nomine, ac cognomine appoſitis, ſive erga patres, ſive erga filios hanc piæ memoriæ, & amoris ſignificationem præbuiſſent. Obſervationis habeo teſtes epigrammata duo in præcedentibus recitata, quorum primum habet:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITONI PATRI. In quo notis L. F. quibus *Lucii filius* ſignificatur filius pepercit, quod *L. Aquilius pater* protinus nominetur. Alterum ſic:

L. CORNELIO SECUNDO L. CORNELIVS GLYCON PATER.

Notis L. F. omiſſis, ut minime ad patrem ſignificandum neceſſariis. Diſſimilis valde ratio erat eorum, qui nuper Romanam civitatem adepti eſſent, patris enim loco, ejus, qui ſibi vel civitatem impetraviſſet, vel impetrandæ auctor extitiſſet, prænomine, ac nomine aſſumptis, pro cognomine antiquo ſuo nomine utebantur, conſuetudinis exemplum C. Avianum Philoxenum habeo inter Novocomen-

ſes

ſes meos, de quo ſic Cicero lib. epiſt. XIII. ad Acilium: *C. Avianum Philoxenum Cæſar meo beneficio in Novocomenſes retulit. Nomen autem Aviani conſecutus eſt, quod homine nullo plus uſus eſt, quam Flacco Aviano meo familiariſſimo.* Huc ſpectat quod epiſtola ſequenti ad eundem, idem ſcribit: *Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. Et Dolabella rogatu meo civitatem impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.*

Jam liberti, quos ultimo loco commemoravi, patris loco, cujus liberti eſſent, in inſcriptionibus habuere, quod cum multis exemplis demonſtrari poſſit, unum pro multis ſat erit attuliſſe, quod plurium libertorum mentionem continet in hunc modum:

L. ANTESTIVS. CN. F. HOR. SARCVLO SATIVS, ALBANVS ANTISTIA L. L. PLVTIA RVFIA. P. F. TERTIA SOROR. L. ANTESTIVS. L. L. QVINCTIO. L. ANTISTIVS L. L. RVFVS L. ANTISTIVS. L. Ɔ. L. THAMYRVS L. ANTISTIVS L. Ɔ. L. ANTHVS. L. ANTISTIVS L. L. HEROS CAPPADOX.

Ex omnibus ac tam multis, ne longius digreſſus videar, & ab inſtituto prorſus divertiſſe, colligo ad Plinium ſeniorem, qui Romanis non imperaverit, non fuerit libertus, vel in civitatem nuper relatus, inſcriptionem Veronenſem teſtamento fieri juſſam, non pertinere; de qua, an patris mentionem habeat, dubium eſt, & habentem tamen prænomen deeſt, non vitio vetuſtatis ſublatum, ſed loco, [ſi inſcriptionis formam nobis à Panvinio exhibitam ſpectaverimus] in quo inciſum eſſet deficiente, ſicut etiam in initio, ubi C. F. aut cum alio prænomine legi potuerit. Et ne quarundam inſcriptionum exemplis, quibus quam dixerim aliter obſervatum videatur, quiſpiam adductus, me quaſi falſarium & animo obſtinato magis, quam veri ſtudioſo fabulas comminiſcentem accuſet: id quoque adjicere viſum eſt.

Poſt communicatam ab Imperatore Antonio, quem Caracallam fuiſſe nonnulli prodidere, cunctis imperio ſuo ſubjectis nationibus Romanam civitatem, uti Digeſtorum libro primo tit. quincto de Statu hominum Ulpianus auctor eſt, antiquam nominandi Romanorum conſuetudinem, & inſcriptionum rationem primam concuſſam, atque conturbatam, mox novis ritibus ſenſim ſeſe in eam inſinuantibus plurimum immutatam, atque adulteratam, tandem prorſus extinctam defeciſſe: atque ideo, ſi quæ ſunt, quæ nobis adverſari inſcriptiones videantur, has eſſe imperio Caracallæ poſteriores facile ſentio, cum ea, de qua lis eſt, in Plinium ſeniorem referatur plus uno ſæculo anteriorem. Dicere poſſem de Tribus omiſſionedeque aliis nonnullis, quibus de falſa inſcriptionis interpretatione adverſarii arguuntur; tamen quod ullo rationis, vel ſenſus præſidio

pro-

probari inficior poſſe, hoc ego illis concedo, hoc largior eum, qui Veronæ inſcriptionem patri, ac matri teſtamento fieri juſſit, C. Plinium Secundum extitiſſe: veram eſſe interpretationem, non ſimulatam, non fictam admitto; & Plinium quendam [non illum noſtrum naturalium hiſtoriarum ſcriptorem] fuiſſe volo Veronenſem, forte neſcio quem illum utroque Plinio patre, & filio adoptivo multo juniorem, qui ne medicis uteretur ſibi de re medica libros quinque conſcripſit: ſit hic ille ſuus Plinius ſecundus, ille ſuus Augur, cujus præſtigiis, non certioribus argumentis in eripiendo nobis Plinio noſtro cum Pantheo fautores uſi ſunt: hujus illi acceſſione glorientur, & viris illuſtribus ſuis, noſtrum nemine adverſante, curent adnumerandum.

Atque hactenus potiorum adverſæ partis argumentorum radices convellere inſtiti, quod mihi videor abunde præſtitiſſe. Qui reliquus eſt curſus mihi non modo facilis, ſed perfacilis, ac compendioſus oſtenditur, prompta ad ſingula reſponſio, & omnium expedita confutatio. Nam quod Plinius junior ſuos Veronenſes, & Catullum ſuum diverſis in locis appellaverit, utrumque dictum ab eo eſt modo eodem, quo *Conterraneum* ſuum Catullum ſenior Plinius vocavit, ejuſdem provinciæ incolam, atque ab eodem prætore gubernatam, aut quo modo Firmanos, vel, ut alii, *Formianos* ſuos junior Plinius ad Sabinum patrocinii cauſa appellavit, & amicitiæ nomine Quinctilianum Hiſpanum ſuum dixit, eadem ſcribendi norma uſus in omnibus prope epiſtolis ſimili ratione cum Veronenſes, tum Catullum ſuos nominare potuit. Nec eſt, ut quiſquam objectionem meam de Catullo Tranſpadanos ſuos appellante ſimili reſponſione diluendam putet. Nemo enim cauſas egiſſe Catullum prodidit, ut patrocinii aliquando Tranſpadanorum ſuſcepti cauſa ſuos dicere potuerit; amicos vero pleroſque Tranſpadanos habuiſſe, uti Veronenſes pleroſque junior Plinius ſibi amicitia conjunctos habere potuit id quoque haud facile, ut veriſimile pleroſque omnes fore admiſſuros, exiſtimo. Patronis autem ſuæ cauſæ, quos plurimos protulit Pantheus, cùm in unius verbi *Conterraneus* ſignificatu ſuæ illi opinionis fundamenta collocaverint, ex iis, quæ de eo jampridem diximus, reſponſio facilis eſt.

Reliquum eſt, ut Plinium ſeniorem nullo pacto fuiſſe Veronenſem firmiſſimo, certiſſimoque argumento oſtendens, omnem præcidam dubitandi impoſterum occaſionem, cujus cauſa nonnulla mihi, veſtra bona cum venia Patres, vobis haud injucunda, ſtudioſæ verò juventuti etiam utilia paulo altius ſunt in hunc modum repetenda. Romana Republica, ut ſcitis, in aliquot Tribus diſtincta, in quibus cives ſuffragia in magiſtratibus deſignandis ferre conſueverant, indies creſcente, & novos cives admittente, novas quoque Tribus prioribus addi fuit operæ pretium, in quas novi cives conjecti ſua ſuffragia cum cæteris civibus ferrent, quod ex Livio octavo ab V. C. libro conſtat ſcriben-

ſcribente : *Anno ab V. C. CDXXII. Cornelio II. & Cn. Domitio Coſſ. Cenſus actus eſt, novique cives cenſi, Tribus propter eos additæ Mætia, & Scaptia; Cenſores addiderunt Q. Publilius Philo, Spurius Poſthumius.* Hinc Cicero ſecundo ad Atticum libro *Formianorum Tribum Æmiliam* refert de qua Livius, libro ab V. C. XXXVIII. ſcribens inquit : *Rogatio perlata eſt, ut in Æmilia Tribu Formiani, ac Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent.* Sed Valerius Maximus libro IX. cap. X. *Quam ob cauſam*, ait, *Papiria Tribus in qua plurimum Tuſculani in civitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum Polia Tribus fecit magiſtratum.* Et Aſconius Pædianus in ſecunda contra Verrem, *Tribus*, habet, *urbana ruſticaque omnes XXXV. numerantur, ex quibus aliquam neceſſe eſt, cujuſque ordinis fuerit civis Romanus, obtineat.* Ibidem, *Moris fuit*, inquit, *cum aliquis civis Romanus oſtendendus eſſet, ſignificaretur aut à Tribu, in qua cenſeretur, aut à prænomine aut à nomine, aut à cognomine.* Ac tam multis fit, ut recepti quoque à Romanis inter cives Veronenſes aliquam Tribum obtinuerint, in qua cenſiti ſuffragia ferrent, quæ qualis fuerit, antiquum monumentum indicat, in quo Romæ hæc leguntur.

M. APICIVS
M. F. PVB.
PVDENS
VERONA
MIL. COH. XII. PR.
MIL. AN. XXIIX.

Et alterum Ceretæ in agro Veronenſi, quod habet.

D. M.
P. HOSTILIO P. F. POB. CAMPANO VENATORI P. HOSTILIVS TERTIVS DECVRIO VERONÆ, ET ABIDIA MAXIMA PARENTES FIL. PIISSIMI ET SIBI.
QVI VIXIT ANN. XXV. D. XXV. SINE CRIMINE VITÆ FLORENTES ANNOS:
MORS IPSA ERIPVIT.

Publiliam igitur, ſive, ut alibi, *Poblilium* Tribum in qua conjecti fuiſſent Veronenſes, hinc conſtat, unde quotquot vetuſtæ marmorum inſcriptiones Tribus mentionem habentes Veronæ aut in ejus agro ſpectantur, omnes *Pub.* aut *Pob.* ſive *Publilia*, aut *Poblilia* meminere. Legitur ibi. L. OCTAVIVS L. F. POB. MARCELLINVS. & M. CINTVLVS L. F. POB. nec non, M. QVINTIVS P. F. POB. *Item*, P. GRÆCINIO P. F. POB. Quinetiam; Q. CÆSIO Q. F. POB. M. NONIO M. F. POB. Q. SALASIO. Q. F. POB. L. TRVTTEDIVS P. F. PVB. P. HOSTILIO P. F. POB.

Plura habet Torellus exempla, quæ hoc loco nihil attinet referre. Ut vero in hac Tribu Verona ferebat, ſic Brixia in *Fabia*; in *Voltinia*,

nia, ſive *Votinia*, aut *Voturia*, vel *Veturia* Bergomum; Comum in *Ouſentina*, ut ex marmoreis tabulis in his repertis apparet. Brixiæ in Tribum *Fabiam* relatæ index ejuſmodi inſcriptio extat:

M. IVVENTIO M. F. FAB. SECVNDO...., BRIX. IA.... POSTHVMIO PANSA VALERIANO COS. Alibi in eadem urbe legitur:

Q. MINVTIO Q. F. FAB. POB. MACRO III. VIR. VERON. Q. VERON. ET BRIX. MINITIA MATER.

D. D.

Obiter dixerim Aldum Juniorem in Orthographia hanc inſcriptionem referentem *Fabiam* Tribum omiſiſſe. quam Panvinius Veronenſis additam ſe Brixiæ legiſſe teſtatur: & Sigonius qualem retulimus, à Panvinio ſibi traditam affirmat. De eiſdem Brixienſibus in *Fabia* deſcriptis via Caſſia ſic legitur:

D. M.

C. NIGIDIO. C. F. FAB. MARCELINO. BRIX. MIL. COH. I. PO. VII. LEPIDI MIL. ANN. V. VIXIT. AN. XXIII. S. RESTIANVS IVSTVS B. M. F.

Hinc plures Brixiæ antiquæ viſuntur inſcriptiones cum *Fabiæ* Tribus mentione, ut

P. CLODIO P. F. Fab. SVRÆ
C. CATIO C. F. FAB. PAVLO POSTVMIO IVNIORI.

Nec non,

C. PONTIO C. F. FAB. PELIGNO.
P. MARIO VOT. LVPERTIANO.

Bergomi vero in Tribum *Votiniam* ferentis maximum argumentum eſt honoris ergo, & grati animi ſignificationis imago, civi ſuo de ſe optime merito, à IIII. Viris Decurionum. Bergomatum decreto loco dato poſita cum hac inſcriptione:

P. MARIO VOT. LVPERCIANO EQ. R. EQ. PVB. OMN. HONOR. MVNICIPAL. ADEPT. IVDICI. DE SELECT. SACERD. CÆMINEM COLL. FABR. CENT. DEND. M. B. PATRON. CVIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS LARGITIONES, HVCVSQVE ENITVIT, VT LVCR. LIINÆ REDEMPTVM AREP. SVA VNIVERSIS CIVIBVS SVIS IN PERPETVVM REMITTERET.

HVIVS TOT ET TAM INGENTIA MERITA, ITA REMVNERANDA CENSVERVNT, VT EFFIGIEM IIIIV. PERPETVA VENERATIONE CELEBRARENT L. D. D. D.

Ibidem

Ibidem C. Cornelii Minitiani, quem haud ita pridem Bergomenſem fuiſſe me oſtenſurum pollicebar, epigramma cum Tribus *Votiniæ* adjectione legitur in hunc modum:

C. CORNELIO C. F. VOT. MINITIANO PRÆF. COH. PRIMÆ. DAMASC. TRIB. MIL. LEGIONIS III. AVGVST. PRÆF. FABR. CVRATORI REIP. OTESINORVM IIII. VIRO I. D. PONTIFICI FLAMINI D. CLAVDII BERGOMI PATRONO FLAMINI D. TRAIANI.....

Omnino nullum ibi monumentum extat, cui addita Tribus *Votinia* non ſit, pluribus autem legitur adjuncta. Idem de *Ouſentina* apud Novocomenſes meos intelligi volo, cujus plura hoc loco exempla referre potuiſſem, quæ conſulto præterii, cum Plinii junioris, & Fabati proſoceri inſcriptiones, quas paulo ante retuli, ſatis eſſe videantur. Unum M. Manſuetii Creſcentis ante annos triginta in templo D. Abundii effoſſum: & alterum juxta ædem Aſcenſionis D. N. Jeſu Chriſti collocatum, L. Alfii excipio, quæ in civitatem Romanam receptos Comenſes in *Ouſentina* Tribu tuliſſe præclare demonſtrant. Primum autem habet:

V. F.

MARCVS MANSVETIVS M. F. OVF. CRESCENS HARISP. VI. VIR. IV. VIR. A. P. IV. VIR I. D. COMO SIBI ET MANSVETIIS IANVARIO ET CRESCENTI F. ET MARTIANO NEP. ET IANVARIO VINDICIS F. SECVNDÆ ET CLODIÆ CEREALIS F. PRIMÆ VXORIBVS.

Alterum ſic:

MEMORIÆ L. ALFI. L. F. OVF. MARCELLINI VI VIR. AVG. PATRON. COLLEGII DENDROPHOROR. COMENS. IN PRIMO ÆTATIS FLORE PRÆREPT. ALFIVS RESTITVTVS PATER MISERRIMVS ET SIBI.

His addamus in adoptione ei qui adoptaretur, ab adoptatore nomen ſuum, prænomen, & cognomen fuiſſe communicatum. *Adoptione* enim inquit Cicero in oratione pro Domo ſua; *Hereditates nominis, pecuniæ, & ſacriorum ſequuntur.* Tu vero Clodi *neque Fontejus es, qui eſſe debebas, neque amiſſis ſacris paternis; in hæc adoptiva veniſti.* Quæ Valerius Maximus libro VII. confirmat inquiens: *M. Anneus in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat, à Suffenate enim avunculo fuerat adoptatus.* Addit Dio libro hiſtoriarum XLVI. Paternæ familiæ naturalis nomen paululum immutari conſueviſſe, ac poſtremo loco collocari. Quod tamen priſcis illis Reipublicæ Romanæ temporibus obſervatum; poſterioribus mutatum eſt, ante cognomen adoptivum poſt familiæ nomen ex lege datum naturalis familiæ nomine integrum collocatum, quemadmodum in Plinio juniore apparet. Ubi vero adoptatus tranſibat, ſic ubi, qui adoptaſſet in diverſa à patre naturali adoptivi filii Tribu ſuffragium tuliſſet, hoc commodi ab eo filio

filio etiam accedebat ut in eadem ſuffragia ferret nec tamen jure ferendi in naturali Tribu privaretur, quæ ægre ferens P. Scipio Cenſor auctore A. Gellio lib. v. cap. xix. graviter apud Populum conqueſtus eſt filium adoptivum patri, quem lex dediſſet, inter præmia patrum prodeſſe, quippe quod duabus in Tribubus, una quam jure naturæ. altera quam ex lege eſſet conſecutus, ſuffragium ferret: cumque pater unicam haberet, in qua id facere poſſet, unde ait: *In alia Tribu pater, in alia filius ſuffragium ferunt.* Hac de cauſa C. Octavium, à Iulio Cæſare adoptatum duæ Tribus, *Fabia*, & *Scaptia*, Tribulem habuere, cujus rei teſtem habeo locupletiſſimum ſequentem inſcriptionem:

C. IVLIO C. F.
FAB. SCAPT.
CÆSARI.
AVGVSTO.

Huic teſtimonio Tranquillus in Auguſti vita conſentit ſcribens cap. xi. *Fabianis, & Scapſienſibus tribulibus ſuis die Comitiorum, ne quid à quoquam Candidato deſiderarent, ſingula millia nummum à ſe dividebat.* Brixiæ Mincii duas Tribus obtinentis mentio legitur in epigrammate antiquo quod ita habet:

Q. MINICIO Q. F.
FAB. POB.
MACRO.

Ceterum non hoc modo ex his appparet, cum is qui adoptaret, & qui adoptaretur, in diverſis Tribubus cenſiti eſſent, adoptatum duas Tribus in quibus ferret, obtinuiſſe; ſicut unam eam, quæ utrique communis eſſet, habuiſſe: verum etiam utramque protinus à paternæ familiæ nomine per adoptionem acquiſito fuiſſe collocatam, priorem eam, quæ vetuſtior eſſet, alteram quæ poſterior. Nam in Auguſto *Scaptia Fabia* præfertur, quæ in earum numero eſt, quas Ser. Tullius fecerat, cum *Scaptia* vigeſima nono fuerit anno ab V. C. CDXXII. auctore Livio lib. viii. addita A. Cornelio II. & Cn. Domitio Coſſ. non negaverim tamen forte etiam Tribum primam illam eſſe nominatam, quam adoptionis jure quis adeptus eſſet, & eam fuiſſe Tribus rationem habitam., quæ & familiæ adoptantis; ut quemadmodum familiæ quam natura dediſſet, anteponebatur: ſic Tribus per adoptionem acquiſita Tribui, in qua quiſque natus eſſent, præponeretur ac *Fabiam* in Auguſto præceſſiſſe, non quia vetuſtior, ſed quia Iulii Cæſaris Tribus eſſet, in cujus familiam, & Tribum Auguſtus tranſiſſet.

Quæ cum ita ſe habeant ex omnibus, quod proprium eſt noſtræ quæſtionis, nunc attingamus, concludentes Plinium ſeniorem patria penes Pantheum Veronenſem, juniorem Novocomenſem, priorem

rem in Tribu *Publia* ſuffragia tuliſſe, in *Ouſentina* poſteriorem, atque hunc ipſum etiam adoptionis jure *Publiliam* fuiſſe conſecutum neceſſe eſt, qua ratione antiquis ejus epigrammatibus utraque Tribus *Publilia*, & *Ouſentina* referri debuit, prima illa, hæc ſecunda; ſive adoptionis, ſive antiquitatis cauſa Tribus in adoptivis filiis una alteri præferri conſueverit. *Publiliam* enim Tribum vigeſimam ſeptimam anno ab V. C. CCCXCVI. Fabio Ambuſto, & C. Plautio Proculo Coſ. additam eſſe libro ſeptimo Livius ſcriptis conſignavit; quo auctore libro nono, ab V. C. CDXXV. L. Plautio & M. Foſlio Coſ. trigeſimam Tribum *Ouſentinam* Cenſores addiderunt, quorum nomina Livius præteriit. At vero junioris Plinii antiqua monumenta quæ Comi Fegii, ac Mediolani extant, omnia unius *Ouſentinæ* Tribus meminere, *Publilia* omiſſa, quam maxime nominaſſe oportuit, ubi ſeniori Plinio Verona patria extitiſſet; unde ſequitur Pliniis patri, & filio una Tribum fuiſſe communem *Ouſentinam*, in hac una eos cenſitos, in hac ſuffragia tantum tuliſſe.

Eſt quinetiam dignum attentione, & ad tuendam opinionem noſtram minime contemnendum, Romanis olim in more fuiſſe poſitum, ut poſt prænomen ac familiam Tribum ante cognomen in pleriſque nominarent: In adoptivis vero filiis etiam poſt eam, quam lex dediſſet; hoc, ut ego interpretor, nobis ſignificantes eam Tribum eſſe, in qua maxime præcedens familia eſſet cenſita, & in qua quicunque ejus familiæ eſſent, ſuffragia in honoribus diſtribuendis ferrent. Exemplum priorum Fabati habemus inſcriptionem, in qua legitur L. CALPVRNIVS L. F. OVFENTINA FABATVS: poſteriorum Plinii junioris epigrammata omnia ſic habentia: C. PLINIVS L. F. OVFENTINA CÆCILIVS SECVNDVS. His fit, ut Plinii ferrent in *Ouſentina*, in qua cenſiti eſſent Novocomenſes, non *Pobilia*, quæ ad Veronenſes pertinebat, utque naturalis hiſtoriæ auctor Plinius in hac Tribu noſtra deſcriptus, Novocomenſis, non Veronenſis extiterit, ac Pantheum, Panvinium cæteroſque adverſarios noſtros ſeniorem inter Veronenſes referre fruſtra contendiſſe. Quæ, ſi Panthei Aleardus perſenſiſſet, quo maxime ſuſcepti à ſe patrocinii, & actæ ſumma cum diligentia cauſæ præcone, ac laudatore utitur adverſarius noſter, ſi audiviſſet Suetonium, ſive fragmenti auctorem, quiſquis ille fuerit, antiquum nobis patrocinari: favere Serenum Sammonicum, Euſebium, aut D. Hieronymum adſtipulari, cæteraque ſuffragari: Plinii lectionem, qua Catullum *Conterraneum* vocat, aut dubiam eſſe, aut ejuſdem regionis, vel provinciæ non diœceſis ſignificare: Secundorum familiam eſſe fabuloſam, cognationem figmentum: Plinium juniorem teſtem productum à Pantheo, teſtimonium aut adverſus eum dixiſſe, aut aliud prorſus, quam ſibi ab eo imponatur, teſtatum eſſe: antiquam denique marmoream illam inſcriptionem detritis, ac complanatis non modo litteris, ſed ſyllabis. Et exeſis,

quas opinione viſas non oculis legiſſet, tamquam integram, nulla vel vetuſtatis injuria labefactam, vel vulgi temeritate, aut incuria violatam, atque deformatam adduci, ac totius cauſæ veluti firmamentum conſtitui; de qua vel ipſi Veronenſes inter ſe plurimum diſſidentes alius aliter conſpicuas litteras retulerit. Hæc, ut dicebam, ſi Alеardus audiviſſet, eia non vincimus, uti Pantheus ſcripſit, ſed vincimur, dejicimur, ſuccumbimus prorſus & te patrono Panthee, non illi, quos contra veniſti, ſed nos ipſi cauſa cadimus, exclamaviſſet, nec triumphum cantu intempeſtivo, victoriamque ſimillimam Secundorum familiæ, & cognationis antevertiſſet.

Tandem, quem mihi terminum, ac limitem præſentis controverſiæ conſtitui, Patres, hunc non tranſgredior, & ſine facto deſino abuti patientia veſtra, nec vobis ſtudioſi Adoleſcentes de hac quæſtione ulterius moleſtus ero: cum mihi à Principe dabitur occaſio, cito autem dabitur, dicam de altera.

DE

DE
C. PLINII SECUNDI.
FIDE ET AUCTO-RITATE,
LECTIO ALTERA.
AB EODEM
PAULO CIGALINO
Ibidem Explicata.

FREQUENTIA veſtra, Patres ſapientiſſimi, & magnus hic veſter ad me concurſus optatus magis, quam expectatus, lectiſſimi adoleſcentes, facit, ut quod cupide expediveram, id me hodierno die beneficio veſtro ita aſſecutum putem, ut præteritam meam concertationem minime inanem, atque contemnendam vobis viſam eſſe confidam. Quæ res dicendorum difficultate mihi metu commoto, ancipitique animo fluctuanti ſpiritus tantos attulit; ut animo ſedato, & timore depoſito, nihil deterrear cogitatione præſentis controverſiæ, nec commovear, quod omnibus ſui partibus priorem defenſionem hæc mihi difficultate ſuperare videatur. In illa nobis Plinius eripiebatur, idem in hac magnis, ac pluribus injuriis appetitur. In illa ſumma cum ejus laude contendebatur, in hac auctoritas convellitur. In illa veſtra, Patres, integra exiſtimatio erat; in hac eadem in periculum, ac diſcrimen vocatur. Adverſarios in ea ego paucos habebam Veronenſes; ſummo conſenſu, maximaque conſpiratione mihi plerique omnes recentiores in hac adverſantur. In ea, quos ſequerer duces habui viros graviſſimos, atque adjutores: in iſta dux idem & miles inermis congredior cum hoſte firmiſſimo, & armato. In ea denique viam inii patentem, facilem, tritam, atque à viris præſtantiſſimis complanatam, quæ mihi in iſta obſtructa patefacienda eſt, & impedita ab omnibus difficultatibus expedienda. Cum, ut dicebam, agnoſcam quantum inter præteritam, ac præſentem controverſiam ſit diſcrimen, quantum in hac laboris, ac negotii ſit; tamen nihil tam arduum, tam difficile, tamque impeditum in ea ſentio, quod non intuitu tanti conſenſus, ac memoria veſtrûm omnium ſolito frequentioris hujus concurſus planum, facile, expeditum mihi videatur. Quare agite Patres ſpectatiſſimi, voſque hone-

honeſtiſſimi Adoleſcentes efficite, ut cum frequentia veſtra recreatus tantum animi dicturus aſſumpſerim, veſtræ quoque in me attente audiendo humanitatis adjutus beneficio, atque ſublevatus, quibus ſpiritibus orationem aggreſſus ſum, iiſdem proſpere, ac feliciter progreſſus perveniam ad finem. Atque quod vos etiam atque etiam rogo non potius ex principio de reliqua oratione conjecturam facite, quam ex fine quod in præcedentibus continetur, perpendite, æſtimate, atque judicate.

Tribus igitur capitibus, ſive criminibus accuſatio tota continetur furti, inſcitiæ, ac negligentiæ. Sed quoniam alterum, ac tertium ita pendet ex primo, ut neque furti abſolutus Plinius inſcitiæ, & negligentiæ damnari poſſit, aut damnatus furti reliquorum abſolvi: quare in eo mihi maxime incumbendum eſſe intelligo, ut, cum fideliter ac ſincere accuſationem retulero, eam ſi non quantum innocentia Plinii poſtulat ſaltem quantum ingenii mei vires patiuntur, omni induſtria refellere, ac coarguere contendam.

Forte ex Latinis Plinium, ex Græcis Dioſcoridem de ſimplicis materiæ medicæ forma, & facultate tractantes eadem utrumque ſcripſiſſe, iiſdem, ac totidem verbis retuliſſe, & eodem ordine hoc uno diſtincti, quod hic Græce, Latine ille ſcripſerit, quod recentiores obſervaviſſent, facile inducti ſunt, ut aut Plinium ex Dioſcoride, aut ex Plinio Dioſcoridem ſingula tranſcripſiſſe arbitrarentur. Nam duos in uno quodam cogitato convenire nonnunquam poſſe, neutro alterius conſcio, & fatentur à ratione alienum non eſſe, & Latine pater, ac princeps eloquentiæ Cicero ad Atticum ſignificavit ſcribens: *Si ego tuum ante legiſſem commentarium Græce ſcriptum, furatum me abs te diceres, quæ de his rebus Græce item ſcripta L. Coſſinio ad te præferenda dediſſem.* Sed in tam multis atque adeo inter ſe disjunctis, ac valde diſſimilibus verborum ſpecie, numero, & ordine prorſus convenire; hoc veri ſpeciem nullam habet; hoc negant illi fieri poſſe, hoc me ipſa ratio cogit fateri admittendum non eſſe. Atque hucuſque commiſſum eſſe furtum conſtat, quod neuter alterum nominet; uter duorum commiſerit, nondum apparet, procedentes autem accuſatores ſtatuunt eum eſſe furem, qui poſterius ſcripſerit, maxime vero, ſi ætate alter alterum multis annis anteceſſerit, unde conficiunt ea omnia Plinium ex Dioſcoride tranſcripta furatum eſſe, quorum hic ante vitam cum morte commutavit, quam ille emerſerit in hunc lucem teſtem proferunt Suidam, Dioſcoridem, Anazarbeum cognomento Phacam ſub Antonio, & Cleopatra floruiſſe teſtantem, à quorum obitu ad annum uſque Imperatoris Tiberii duodecimum, anni LVI. numerantur ante Plinii nativitatem; ſubductis enim annis LVI. quos avunculum ac patrem hunc Plinium junior Plinius vixiſſe retulit, atque ab anno imperii Titi ſecundo, quo Veſuvii conflagrationem ſeniorem Plinium idem junior ſuſtuliſſe prodidit retro numeratis, in annum duodecimum Tiberii principatus nativitas

tivitas incidit: cum aut mortuum fuiſſe Dioſcoridem oportuit, aut certe annis jam confectum ineptum ad ſcribendum extitiſſe. Addunt alii Arrium Philoſophum, in cujus gratiam, ſublatis Antonio & Cleopatra, Alexandrinis Auguſtum pepercifſe & Plutarchus in Antonii vita, & Dio libro hiſtoriarum II. poſterorum memoriæ mandarunt, eum eſſe ad quem Dioſcorides de materia medica ſcripſit, eo in ſingulorum librorum præfationibus nominato; quo argumento, vel deficiente auctoritate Suidæ, Dioſcoridem Antonio & Cleopatra dominantibus vixiſſe convinci opinantur. Audivi etiam, qui diceret Erotianum imperante Nerone ſcribentem, in explicatione Hippocratis verborum hujus Dioſcoridis niti auctoritate, quo tempore, cum primus de hiſtoria naturali Plinius ſcribere aggreſſus eſt, vulgatis jam de materia medica libris à Dioſcoride, ex quibus promptum Plinio fuit Dioſcoridem, non Dioſcoridi Plinium tranſcribere, hinc crimina reliqua pendent ejuſdem inſcitiæ, atque negligentiæ. Sed in altero cum ſæpe delinquamus, non tamen facile fit, ut volentes delinquamus atque eos errores committamus, quos reſcientes commiſiſſe doleat; nonnumquam quoque negligentes nulla noſtra culpa videmur, quia diligentes eſſe non potuimus, non quia noluerimus eſſe. Sed furtum quantumcumque eſt, totum ejus eſt, qui commiſerit, nullam in eo partem habet negligentia, nullam inſcientia, nec quiſquam aut per negligentiam furatur, aut invitus niſi violentia illata quam nemo ei infert, in cujus commodum, non ſuum ſit vis redundatura. quare orationis noſtræ maxima pars in eo verſabitur, ut objecti Plinio hujus criminis falſitate apertam faciamus, ejus integritatem oſtendamus, & innocentiam tueamur, neque tanti viri laudem, gloriam, & exiſtimationem aliena culpa, ignorationeque temporum diutius obteri, atque obſcurari patiamur. Primum enim quo Imperatores exercituum, quo juris conſulti, Medici imprimis præſidio ſæpe utuntur in rebus obſcuris judicandis, & conſilio in dubiis capiendo, hoc ego in hac cauſa adhibendum putavi, ut conjecturis quibuſdam minime levibus veritatem explorarem, & ex Plinii moribus, perſona, & ejus ad quem ſcribebat dignitate de innocentia argumentarer. Si quis enim odit furtum, & in re litteraria ingrati animi culpam averſatus eſt, is mihi videtur fuiſſe Plinius noſter, qui vel minima, quæ nemo ſuppreſſo quanquam exempli auctore vitio fuerit adſcripturus voluit conſtare, ex quo deſumpſiſſet; hoc factum eſt, ut centum auctoribus, quos ex duobus prope millibus probatiſſimos ſelegiſſet, opus univerſum in præfatione acceptum retulerit: nec ſatis hoc eſſe arbitratus ad animi ſui ab omni fraude alieni ſimplicitatem demonſtrandam, quos ex quibus auctoribus Latinis, aut externis libros accepiſſe, quod qui ante Plinium fecerit, neſcio quemquam, nominatim propoſuit, in quibus non eos ſolum recenſuit, quos tamquam veteres ſua tempeſtate docti homines venerarentur, ſed etiam recentiores. Claudium Cæſarem, & qui eo imperante floruit, Pom-

ponium Melam, Senecam item Neronis præceptorem, quo poſt Claudium, principe Plinius naturalem hiſtoriam contexebat, Antonium etiam Caſtorem, cui ævo ſuo ſumma auctoritas eſſet in plantarum cognitione. Taceo ab omni ambitione, & ſtudio alienæ ſibi laudis adſcribendæ eum fuiſſe uſque adeo remotum, ut ne feminas quidem ſibi prætereundas eſſe duxerit, Agrippinam Claudii, & Olympiadem Thebanam, quarum induſtria aliquo modo fuiſſet adjutus. Et ſane hæc ab eo, Patres, expectanda fuerant, à quo vel illud ſcrupuloſius ſcriptum eſt, quod præfatus eſſet, quid in ſingulis libris contineretur, id ante ſe Valerium Soranum feciſſe. Sed ne quicquam à me diſſimulatum iri videatur quod adverſariis noſtris faveat, nobis adverſetur, recentiores haud obſcuri nominis non nulli, callido, ac vafro potius conſilio, quam ingenuo, & liberali animo, Plinium ſcriptores tam multos, & quidem vel obſcuriores nominaſſe profiteantur, ut hoc nomine, & grati animi ſpecie ſuum furtum lateret, nec Dioſcoridem exſcripſiſſe, eo inter auctores præterito crederetur: quibus, ſi quis forte ex auditoribus tam multis animo faveat, velim mihi reſpondeat quinam iſti ſint obſcuri nominis ſcriptores, quos ſibi propoſitos in materiæ medicæ hiſtoria conſcribenda imitandos Plinius nominaverit; an Hippocrates ex iis unus eſt, vel Theophraſtus? Opinione mea, veſtraque omnium conſenſione, qui artem medicam, aut rerum naturalium contemplationem, vel ſummis labiis tantum deguſtaverit, & Hippocratis, vel Theophraſti opera fuerit leviter odoratus, hos inter obſcuros ſcriptores nemo numerabit. An igitur Cratevas? quem licet non admodum Dioſcorides commendare videatur; Galenus tamen in metallicorum medicamentorum peritia parem; ſecundo in Hipp. libro de natura humana, Dioſcoridi facit. An Iulius Baſſus, Niceratus, Niger, ac Diodotus? quos quamquam in facultate medicamentorum referenda Galeno VI. de ſimplicium med. facult. ſubſcribente in præfatione Dioſcorides damnet; in deſcribendis tamen Galenus commendavit. Nigrum privatim Galenus loco proxime citato medicæ ſtudioſis legendum proponit, dempta cauſarum diſputatione, quam non probat. eundem in nonnullis Dioſcorides reprehendit, Andream laudat, cujus lectionem Galenus eodem in loco fugiendam cenſuit inquiens *Verum abſtinendum eſt ab Andrea, aliiſque ſimiliter mendacibus.* Cæterum fuerint hi omnes obſcuri, ignavi, & in medica materia tractanda prorſus inchoati, excripſerit Plinius Dioſcoridem, ac omnem ejus meſſem in ſuam tranſportaverit. Cur igitur deſcriptas à Dioſcoride Petaſidem, ac Catanancem præteriit: Alyſſum diverſis ab illo notis repræſentavit, Aetio conſentiente? Euphorbii plantæ folia achantina tribuit à Dioſcoride prætermita, à Galeno forte admiſſa IX. de com. med. p. loc. IV. Euphorbii plantam eſſe ſpinoſam dixit, Britannicæ figuram referens, caulis, quem haud magnum eſſe Dioſcorides dixit, ſilentio involvit, quemadmodum & radicis magnitudinem colore nigram eſſe ſcripſit, de

quo

quo nihil Dioſcorides, qui floris quoque mentionem omiſit, quam Plinius attigit. Plura ejuſmodi exempla prætereo,quæ utriuſque collata lectione ſibi quiſque colligere poteſt ſatis eſſe pro his omnibus arbitratus Plinium Bechii duo feciſſe genera, unum, quod nomine proprio *Tuſſilago* à Latinis diceretur foliis heredæ; libro vigeſimo ſexto cap. VI. naturalis hiſt. alterum, quod Græci *Chamæleucem* appellaſſent, Latini *Farranam*, ſive *Farfugium*, folio populi, ſc. ampliore, cap. XV. lib. XXIV.cujus opinioni videntur ſubſcripſiſſe Gal. Oribaſius, & Paulus, Bechii, & Chamæleucis duobus diſtinctis locis mentionem facientes, ille VI. ſimpl. med. facult. in littera B. & VII. in littera ch. alter libro collect. cap. XV. tertius libro VII. Tuſſilagini ſemen, florem, & caulem ademit, de quo medicos vetuſtiores Dioſcoridem reprehendit,in reliquis notis cum Plinio ſentiens: quem ſi quis forte adeo, non dicam imprudentem; ſed ignavum, ac plane ſtupidum fuiſſe exiſtimaverit, ut furti occultandi cauſa in hoc errore deprehendi voluerit, quem ipſi quod annis edito flore natura eſſet exprobratura, eum ego mente captum eſſe, atque inſanire dixerim,quaſi vero ſeminis, floris, ac caulis mentionem aut etiam univerſam Tuſſilaginis hiſtoriam, meliore conſilio præterire non potuerit, nec tam inepta arte, atque ridicula ad gloriam tantopere expetitam adſpirare. Neque vero eſt, ut dicant præfationis operis lectionem Plinium neglexiſſe, in qua de caule, flore, & ſemine Tuſſilaginis in antiquos ſcriptores Dioſcorides animadvertit, cum eadem cenſura in hiſtoria Tuſſilaginis apud Dioſcoridem libro III. legatur, quæ nullo pacto Plinium cætera adſcribentem latere potuit, cum plantæ Scordii, & Artemiſiæ iiſdem prope verbis, quibus Dioſcorides hiſtoriam perſecutus ſit, quarum una immediate Tuſſilaginis hiſtoriam præcedit, altera proxime ſuccedit, ut non ſit locus adverſariis ad hanc reſponſionem confugiendi. Quibus tamen etiam in hac obſecuturum me libenti animo polliceor, ut fatear hoc caput Tuſſilaginis in Dioſcoride Plinium non vidiſſe, qua ratione ſit factum, ut impegerit in communem errorem, profeſſus hanc plantam caule, floreque eſſe deſtitutam; modo mihi illi reſpondeant cujus ſint, numerus foliorum, color, & figura Tuſſilaginis totidem verbis in utroque ſcriptore Plinio, & Dioſcoride expreſſi, hujus ne, an Plinii, vel cujuſdam tertii. In auctorem Plinium, quem adeo inſectantur, ſcio non eſſe hanc partem relaturos, quod fieri non poteſt ſine crimine Dioſcoridis apud quem eadem legitur iiſdem verbis, cujus ſi propria ſit, cum in Plinio extet, neceſſe eſſet ex Dioſcoride eam eſſe tranſcriptam, ac quod prius negebatur fateri, Plinium Tuſſilaginis hiſtoriam in Dioſcoride legiſſe cenſuram continentem, cui ſe obnoxium Plinius non feciſſet. Illud reliquum eſt, ut affirment, quod ego quoque facile concedo, ex tertio quodam auctore, quem uterque legerit, Plinius, ac Dioſcorides, hæc manaſſe. Quæ ſi vera ſunt, Patres, ac neceſſaria,ſi argumenta inconcuſſa, atque ejuſmodi, ut niſi ab improbo, & obſtinato ho-

mine negari nequeant, ſequitur, ut Plinius noſter idcirco damnari non debuerit, quia hæc in eo verbum de verbo ex aliis exſcripta inveniantur, quando profeſſus eſt, per quos profecerit in ſingulis libris: furti vero culpa recidat in Dioſcoridem ſuum, qui nuſquam quicquam ſe ex aliis ſumpſiſſe profiteatur, nuſquam quemquam materiæ medicæ ſcriptorem nominet, niſi in præfatione, ut vel ut falſos accuſet, vel ut inchoatos, & in tractanda medicamentorum hiſtoria ac natura jejunos, atque admodum parcos, aut damnet, aut parum certe commendet, ſe ſolum prædicans, qui totam hanc partem abſolutam poſteritati tradiderit. Denique conſilio iſto plurium ſcriptorum nominandorum quibus adjutoribus opere toto ſit uſus, eo præterito quem expilaſſet, ut ab omni furti ſuſpicione abeſſet, non videtur mihi Plinius votum ſuum aſſecutus. Faciamus enim Patres Dioſcoridis opera cum aliis multis periiſſe, ipſum etiam nomen prorſus extinctum eſſe. Quis credat ea omnia, quæ nunc ex Dioſcoride ſumpta in Plinio legi contendunt induſtria Plinii, atque obſervatione eſſe potius inventa, quam ex tot medicis, quot ſibi de materia medica ſcribendi auctores fuiſſe non ſolum teſtatur, ſed etiam materiam omnem ſubminiſtraſſe, cui nihil plus ſtudii, atque operæ ab ipſo fere acceſſerit, quam ut eam exſcriberet; quis credat, ut inſtitueram dicere, à Plinio potius, quam iis ſcriptoribus ea profecta eſſe? Ego ſane, qui in ea opinione diu callum obduxi, per quam, Plinium opera Dioſcoridis umquam legiſſe, ut credam perſuaderi non poſſum, neſcio an quicquam in eo ſit, quod (his exceptis, de quibus ſuum aperte judicium, atque obſervationem ſuam interponit, quæ nemo eſt in Dioſcoridem, aut alium quemvis ſcriptorem relaturus ex auctoribus, quarum nomina libris ſingulas præfixa legimus) tranſcriptum eſſe pro conſtanti recipiam: poterat auctorum illa ſubticere nomina, ſi aliqua caliditate fuiſſet illectus ſperans hoc animi ſui conſilio, ut his aliquando injuria temporis ſublatis, eorum opera, quæ tum paſſim legerentur, ſua eſſe futuris ſæculis crederentur; atque, ut quantum viventi ſibi ignominiam dolus deprehenſus peperiſſet, idem beneficio temporis oblivioni traditus mortuo tamtumdem gloriæ eſſet allaturus: quæ ſibi auctores nominatim referenti, ſi quorum ſcripta in ſuos libros tranſtuliſſet, nulla ratione fuerat expetenda. Verum redeamus ad confirmandam conjecturis opinionem noſtram, oſtendentes veriſimile non eſſe Plinium ex Dioſcoride nuſquam nominato quicquam deſcripſiſſe à perſonæ ejus, vel quæ ſcribebat dignitate, vel ad quam ſcribebatur majeſtate auſpicati. Si namque Plinii exiſtimationem ſpectaverimus, ſi diligenter anteactam ejus vitam intueamur, jam tum cum hiſtoriam naturalem Imperatori nuncupabat, doctrinæ opinione, & honoribus tantum profecerat, ut ſibi potius, ne partam gloriam improbo aliquo facto inquinatam atque pollutam in omne tempus obſcuraret, curandum eſſet, quam ad novas laudes, atque honores novos conſequendos animus adjiciendus; quippe plures ſuas lucubrationes jam edidiſſet magno plauſu exceptas, ac ſumma diligentia

ligentia conquiſitas, libros quos *de Grammatica* in præfatione vocat, atque alios, quos ibidem innuit inquiens: *Nec his ſolis meis multa adjici poſſe confiteor, ſed & omnibus, quæ edidi.* Quorum ut arbitror nomine librum *de Iaculatione equeſtri* intellexit, dum *præfectus alæ militaret, pari ingenio, curaque*, ut junior Plinius auctor eſt, *compoſitum; duos de vita Pomponii Secundi, de bello Germanico viginti* inchoatos, cum in Germania militaret, *ſtudioſos tres*, & *Dubii ſermonis octo* extremis Neronis annis conſcriptos, quos non ſatis conſtitutum habeo, an ſint Grammatici ab eo vocati, cum *Studioſi ab incunabilis*, inquit junior. *oratorem* informent atque abſolvant, quamquam ex his quæ à Cariſio ſcribuntur, plura in his legerentur, quæ ad inſtitutionem grammaticam pertinerent. Si magiſtratus autem per eum geſtos, ſi dignitates, ac honores conſecutos quæratis, audite, quid de iis junior Plinius in epiſtola ad Marcum paucis dicat: *Deceſſiſſe anno ſexto, & quinquageſimo, medium tempus diſtentum, impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum egiſſe.* Et paullo poſt: *Tibi recordanti quantum legerit, quantum ſcripſerit, non ne videtur, nec in officiis ullis, nec in amicitia principum fuiſſe?* Quantum autem amicitia apud Imperatorem poſſet, uno hoc, & quidem maximo argumento conſtat, quod, ut diximus, juniore Plinio teſte, ante lucem Imperatorem ſalutaret; ad quem, cum ratio ipſa ſatis auctoritatis habeat ad perſuadendum non fuiſſe niſi intimos amicos admiſſos, Suetonius in Veſpaſiani vita ad ipſum his verbis affirmat: *In principatu maturius ſemper, ac de nocte vigilabat deinde perlectis epiſtolis, officiorum breviariis amicos admittebat, ac dum ſalutabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat.* Xiphilinus vero ex Dione: *Ante lucem, cum etiam adhuc eſſet in lecto colloquebatur cum iis, qui ſibi valde familiares erant, cæteri in viis eum ſalutabant.* Quod ſi ejus intueamur majeſtatem, ad quem ſcribebat, ea maxima erat, ac prope æqualis Imperatoria; ad Titum enim, ut ego arbitror, ut alii Domitianum, Veſpaſiani filium ejus epiſtola eſt. Quo loco digredi cogor virtus ne de operis quoque nuncupatione, Plinii aut judicii infirmitatem, aut animi perverſitatem adverſarii damnent, quia deliciis humani generis Tito impuriſſimum ac flagitioſiſſimum fratrem prætulerit, ut nonnullis viſum eſt, Domitiano ſuos à Plinio libros, non Tito, quorundam antiquorum codicum teſtimonio nuncupatos eſſe contendentibus, atque ea imprimis ratione, quod ultra ſextum conſulatum, quo dicatum ſuum à Plinio fuit opus, ſeptimum non geſſerit patre vivente Domitianus, ſed Titus, quod qui patres laudes cecinit, & in iis meminit fratris, fuerit Domitianus auctoritate Valerii Flacci, quod inter celebres ſui temporis poëtas referatur; ac quod quemadmodum fratrem imitaretur, excogitaſſe eum Plinius in præfatione ſcripſerit: nam caret omni veri ſimili conjectura. Hermolaum Barbarum, hoc nomine excuſo, quod dubius hæſerit in hac quæſtione: eos vero non damnare non poſſum, qui tam obſtinate, quam imperite patronum operi delectum Domitianum aſſeverant; Imperatorem enim eum, ad quem Plinius ſcribit, appellaſſe

vivente, patre, Titum intellexiſſe conſtat ex lib. ſecundo naturalis hiſtoriæ cap. XIII. cum ait: *Ut in duodecim diebus utrumque ſydus* (Sol videlicet, & Luna) *quæretur, & noſtro ævo accidit imperatoribus Veſpaſianis patre III.* (IV. legi debuit) *filio iterum Coſſ.* Hic enim filius Domitianus eſſe non potuit, qui ne ſemel quidem cum patre toto ejus principatu conſul fuerit, cum Titus ſepties. Libro item ſeptimo, cap. XLIX. *Cenſus quem intra quadriennium Imperatores Cæſares Veſpaſiani, pater filiuſque Cenſores egerunt*, idem Plinius dicens haud dubie Titum, non Domitianum ſignificavit, quem cum patre luſtrum condidiſſe Cenſorinus in libro de die natali ſcribit his verbis: *Inter primum à Ser. Tullio rege conditum luſtrum, & id quod ab Imperatore Veſpaſiano V. & Tito Cæſare III. Coſ. factum eſt, anni interfuerunt paullo minus D CL.* Idem Iulius Capitolinus confirmat in Marco Antonio ſcribens: *Annium Verum Marci avum in patritios aſcitum à principibus Veſpaſiano & Tito Cenſoribus.* quos rurſus idem Plinius intellexit libro naturalis hiſtoriæ tertio, capite V. inquiens, *Mœnia urbis collegere ambitu Imperatoribus, cenſoribuſque Veſpaſianis anno conditæ DCCCXXVIII. paſſ. XIIIM.CC.* Sed vero imperatorem cum patre Domitianum nuſquam Plinius appellavit eo loco dempto, qui in quæſtione eſt ex initio præfationis in quodam codice, nuſquam alius quiſquam. Accedit eum, cui dicatum à Plinio opus eſt, ab eodem in præfatione *triumphalem, cenſorem, prætorio præfectum, & participem Tribunitiæ* poteſtatis appellari, qualem Titum fuiſſe in ejus vita locupletiſſimus teſtis Suetonius eſt, à quo & *Imperii particeps*, & *tutor* dicitur: quique ad ſe prope omnium officiorum curam recepiſſet. Cum patre eumdem imperaſſe Xiphilinus ex Dione ſignificavit his paucis: *Titus ex quo tempore principatum ſolus obtinuit.* In æreis nummis vivente patre cuſis *Imperator*, *Cenſor*, *Tribunitiæ* poteſtatis particeps legitur, quorum exempli gratia referam ſic habentem, T. CÆS. IMP. VESP. CENS. AUGUR. PONTIF. TR. POT. IMP. III. COS. II. Ex adverſo nuſquam apud Plinium, apud Suetonium, apud Dionem, apud alium quemquam ex antiquis ſcriptoribus cum patre Cenſuræ, aut Tribunitiæ poſteritatis principem Domitianum extitiſſe inveniatis, aut ante Titum fratrem in æreis nummis, vel marmoreis tabulis cum patre imperaſſe, qui ne fratre quidem poſt obitum patris dominante, alio quam *Cæſaris* nomine, & *Principis juventutis* nominatus fuerit teſtibus æreis nummis, quorum duo ultimis Veſpaſiani annis cuſi hic habent: CÆSAR AVG. F. DOMITIANUS COS. V. PRINCEPS IUVENTUTIS. Alter. CÆSAR AVG. F. DOMITIANUS AUGUR. P. COS. CÆS. VI. Alii vero mortuo jam patre, & fratre ſine collega imperium adepto cuſi nihil plus addunt, quam, ut patrem inter divos relatum dicant in hunc modum: CÆSAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANUS COS. VI. PRINCEPS IUVENTUTIS. Et in alio: CÆSAR DIVI AUG. VESP. F. DOMITIANUS COS. VII. PRINCEPS IUVENTUTIS. Hic ſubit mirari graviſſimum virum Hermolaum Barbarum in

anno-

annotationibus ad Plinii præfationem ſcripſiſſe, nemine quamquam prodente, Cenſorem, & Tribunitiæ poteſtatis cum patre participem Domitianum eſſe potuiſſe; cum ſcriptores ita loquantur, ut non eum præteriiſſe, ſed à Tribunitia poteſtate excluſiſſe videantur; & ubi negligentia peccaſſent, diligentia in nummis cudendis obſervata, ejus nos apertiſſime admoneret. Omnes enim, ut diximus æerei nummi idem confirmant, quod ab his ſcriptoribus proditum eſt. Illud autem doctiſſimo viro uſque adeo adverſatur, ut nulla poſſit ratione excuſari, quod in nummis imperantis Domitiani anno ſecundo cuſis Tribunitiæ poteſtatis annus ſecundus cum nono conſulatu notetur his verbis in uno:

IMP. CÆS. DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. POT. II. COS. VIV. P. P.

In altero:

IMP. CÆSAR DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. POT. II. IMP. V. COS. VIV. CES. X. P. P.

Idem igitur annus fuit imperii ejus, & Tribunitiæ poteſtatis ſecundus, ac nonus conſulatus, cum VII. Coſ. principatum ſummo omnium ſcriptorum & æreorum nummorum conſenſu adeptus fuerit, qui ſi patris imperantis, vel ultimo anno particeps fuiſſet Tribunitiæ poteſtatis, hujus annus ſecundus anno primi imperii Titi cœpiſſet, tertius ſecundo, quartus primo ſui imperii, quinctus ſecundo ſive nono ſuo Conſulatu, quo cum ſecundus, non quinctus Tribunitiæ poteſtatis annus ſignatur. Diverſa ratio eſt Titi, quem omnes nummi ante initum imperium participem faciunt Tribunitiæ poteſtatis, ut arbitror anno imperii ſui tertio à patre communicatæ; cum annus imperii Titi ultimus Tribunitiæ poteſtatis undecimus annus numeretur in æreis nummis. Jam inſtar omnium ſit mihi Plinius junior in panegyrico Trajano dicto, non ſicut multi; Titum cum patre Veſpaſiano imperaſſe ſcribens, ſed ſicut alius nemo, ſolum cum patre imperaſſe, excluſo Domitiano teſtatus his verbis. *Simul filius, ſimul Cæſar, mox imperator, & conſors Tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter ſtatim factus es, quæ proxime parens Verus tantum in alterum filium contulit*, Veſpaſianum autem intelligebat. Quibus apertiſſime conſtat cum patre Domitianum non imperaſſe. At epiſtola nuncupatoria, inquiunt adverſarii, Domitiano quorundam codicum teſtimonio inſcribitur, quibus nos pleroſque Tito opus nuncupatum affirmantes opponimus, & quidem rectius, quam in paucioribus illis legatur. Iis vero, qui ſextum conſulem fuiſſe tantum Domitianum vivente patre referunt, id, ut veriſſimum concedo, nego à Plinio ei opus nuncupatum, qui plures quam ſex conſulatus, patre Veſpaſiano vivente, non geſſerit. Huic dicatum volo, qui tum ſexto conſul tantum eſſet, cum eum ſibi patronum operis Plinium delegit duobus ante obitum patris Veſpaſiani annis cujus res geſtas quid prohibet utrumque filium Titum, & Domitianum carmine comprehenſas laudaſſe? Alterum quoque fratrum

fratrum illas prætieriſſe, hunc amore ſimulato, illum vero honore perſecutum quid prohibet? Perſpicuum tamen eſt, ſatius, & probabilius præclara patris facinora Titum celebraſſe, quam Domitianum patrem odio perſequentem. Nam qui à patre Veſpaſiano ira adverſus Domitianum incenſo, precibus, auctore Tacito, obnixe contendit, ne gravius quicquam in fratrem ſtatueret, ſed omnino placabili illi ſe præſtito ac miti, filios quemadmodum inter ſe convenirent, ac perpetuam concordiam obſervarent, exemplo ſuo admonitos inſtituere vellet; quique ſui erga Domitianum amoris eam ſignificationem præbuit, qua majorem à patre filius obſequentiſſimus expectare non potuiſſet, ut certior inſidiarum ſibi ſoli jam imperante ab eo intentatarum factus, cum perdere poſſet non ſolum noluerit, ſed lachrymis etiam, ac precibus non ſemel obſecraverit, malo erga ſe animo eſſe ut tandem deſineret, ac mutuo in amore, Suetonio, & Eutropio teſtibus, reſponderet. Quod eumdem vero Domitianum inter illuſtres poëtas antiquorum nonnulli retulerint, quid attinet dicere? An quantum doctrinæ quiſque fuerit conſecutus, tantumdem ab altero detractum ire neceſſe eſt, nec plures poſſunt eadem excellere eruditione? An quia Demoſthenes orator maximus habitus eſt, Ciceronis eloquentiæ principis laudibus obſcuritatem attulit, ac nomen depreſſit? Aut cum toties ſumma cum gloria Magnus Pompejus de hoſte victoriam reportavit, ac ſplendide triumphavit, Cæſari ad gloriam militarem, ac res maximas gerendas triumphoſque promerendos iter præcluſit? Fuerit igitur per me poëta licet cum primis celebrandus Domitianus, nolo Titum idcirco in arte poëtica non plurimum excelluiſſe, in quem à Plinio laudes ille congeſtæ fuerint, *Latinæ Græcæque linguæ*, utar Suetonii verbis in Titi vita, *vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptum, & facilem ad extemporalitatem uſque*; ſive, ut ait Eutropius libro Romanarum Hiſt. VII. *facundiſſimum, qui cauſas Latine egerit, poëmataque; ac tragœdias Græce compoſuerit.* Ut ingenue autem dicam, quod ſentio, non potius, exiſtimo tantum poëtam fuiſſe Domitianum, quantum ſui temporis ſcriptores prædicarunt, quam ab adulantibus inter illuſtres fuiſſe nominatum, quod ut credam, facit locupletiſſimus teſtis Suetonius, cui fides eo abrogari non poteſt, quaſi lecta referat, cum imperante Domitiano vixerit aut ob adulationis ſuſpicionem non præſtari non debet, cum ex humanis Trajano principe ſublato ſcripſerit, inquiens, *tam Domitiano poëticæ ſtudium ante patris principatum fuiſſe inſuetum, quam poſtea ſpretum, & abjectum*, & alio in loco, *Numquam aut hiſtoriæ, carminibuſve cognoſcendis operam ullam, aut ſtylo, vel neceſſario dedit, epiſtolas, orationes, & edicta alieno formabat ingenio.* Nec diſtrahor in adverſam ſententiam, quia Domitiano imperante tuta ſatis adulatio non eſſet: nam periculoſius erat non adulari, quod ſe ille ab unis invitis laudari ab alteris contemnentibus non laudari penes Dionem arbitraretur: quæ res fecit, ut poëtas celebriores referens imperatore Domitiano Quinctilianus eo immo-

dice

dice laudato adulatos, quam contemptor præterito videri maluerit, ſed ita ut petita venia, quia laudaſſet, eum potius aſſentatum eſſe, quam inſtituti ſerie ita poſtulante ſui meminiſſe Domitianus ſuſpicari non poſſet. Eam porro partem, qua Plinius videtur voluiſſe Imperatorem *quemadmodum fratrem imitaretur, excogitaſſe*, ſic accipio, ut ſi tantus poëta fuit Domitianus, quantum Quinctilianus prædicat, animi Titi fœcunditatem Plinius extollat, qua non ſolum eloquentia præſtiterit, verum etiam in poëtica excellens, cui maxime Domitianus ſtuduiſſet, eum imitatus fuerit, vel ſi, ut diximus, Domitianum adulatio, non veritas, talem, tantumque poëtam finxit, non ſicut legitur in impreſſis, *quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitaſti,* ſcripſiſſe Plinium volunt nonnulli, ſed, *quemadmodum frater quoque imitaretur, excogitaſti*, ſpectatiſſimis videlicet moribus, atque imperii exercitatione nobiliſſima ipſum invitans ad te imitandum, quod à Domitiano quamquam invitiſſimo aliquando factum eſſe Suetonius, & Tacitus in ſcripta retulere. *Simulavit*, inquit ille in ejus vita, *& ipſe mire modeſtiam, imprimiſque poëticæ ſtudium, tam inſuetum antea ſibi quam poſtea ſpretum; recitavitque etiam publice Simul* (alter ait libro decimo nono) *ſimplicitatis ac modeſtiæ imagine in altitudine conditus, ſtudiumque litterarum, & amorem carminum ſimulans, quo velaret animum, & fratris æmulationi ſubduceret:* Ut enim ſe Domitianus diligeret, nullis beneficiis, obſequiiſve ullis conſequi Titus umquam potuit. Sed adeo indies magis adverſus eum ac patrem odio exarſit, ut adeptus principatum fratris quidem exiſtimationem edictis ſæpe proſciderit, ac maledicis orationibus teſte Suetonio, patrem etiam odio habuiſſe palam facere non erubuerit; Dionis auctoritate. Quid? quod Imperium ſe patri, & fratri dediſſe, quod ſibi reddidiſſent, in ſenatu fronte perfricta & ore impudentiſſimo jactare non dubitaverit, ut neſciam, qui potuerint adverſæ partis fautores verba illa Plinii (*Quanto fratrem amas*) de Domitiani erga Titum amore dicta exiſtimare, qui nihil minus, quam amare quemquam noviſſet, nihil magis, quam fratrem odiſſet, à quo unice amaretur; cujus erga Domitianum amoris ſingularis, præter eas, quas diximus, ſignificationes, hæc quoque acceſſit, quod ei Conſulatum ordinarium ſibi deſtinatum impetraverit. Itaque unde divertimus redeuntes, Tito ſuum opus Plinium nuncupaſſe concludamus viro principi, non ſolum Imperatori dignitate prope æquali, & Imperatori deſignato; verum etiam Latine, ac Græce litteratiſſimo, ſingulari memoria feliciſſimo, & ingenio ad dicendum, vel ex tempore ſoluta oratione, aut carmine paratiſſimo, eloquentiſſimo, ditiſſimoque inſignibus bibliothecis, cui in præfatione alieni laboris expilatores Plinius indicans ſcribit: *Scito conferentem me auctores deprehendiſſe à juratiſſimis, & proximis veteres deſcriptos ad verbum neque nominatos.* quos gravi paullo poſt reprehenſione apud eumdem notatos damnavit in hunc modum: *Obnoxii profecto animi, atque infelicis ingenii eſt in furto deprehendi malle, quam mutuum*

mutuum reddere. Hæc volo vos Patres perſpicere diligenter, & mentibus veſtris intueri, quam veriſimile ſit Plinium adduci potuiſſe, ut ſperaret, quam à ſe, à nemine unquam lectum, viſum, aut auditum iri, quod ipſe opus Dioſcoride exſcripſiſſet, ac confideret in ampliſſimis Principis Bibliothecis cum cæteris ſcriptoribus idem aut tum non poſſe numerari, aut poſt hac importari, vel ex litteratis viris, quos tam multos honorificentiſſimis præmiis Romam Veſpaſianus undique exciverat, neminem futurum, qui Dioſcoridem, aliquando vel vidiſſet, vel nominari audiviſſet. Qua ſpe, quaque fiducia Plinium ſi quis furtum tum commiſiſſe exiſtimaverit, eum ego conſilio non minus puerili, & ratiuncula pæne anili de Plinio judicare cenſuero, quam hic ipſe abjecti animi, ac vafri ſignificationem minime obſcuram furto commiſſo præbuiſſet. Equidem privatum hominem, genere obſcurum, humilem ingenio, conſilio infirmum, & animo ignobili, atque liberali præditum, inanis gloriæ cauſa furtum, & facere potuiſſe exiſtimo, & feciſſe ſcio; ſed principem virum doctrinæ, probitatis, & conſilii opinione maximum, Imperatori familiarem, apud ejuſdem filium, apud imperii adminiſtrum, tum cum maxime longe lateque patebat imperium, unum principem, ac Dominum agnoſces apud eum, qui mox futurus Imperator eſſet, optimis moribus excultiſſimum, doctrina quam dignitate haud minus eminentem, libris locupletiſſimum, viris omni doctrina genere ornatiſſimis ſtipatum tantulam ſibi gloriolam, atque adeo incertam, cum totius exiſtimationis ſuæ certiſſimi naufragii tanto diſcrimine, furto ſeveriſſime à ſe damnato quæſiviſſe, hoc mens mea non capit, Patres, hoc perſuaderi non poſſum, quod ejuſmodi eſſe exiſtimo, ut qui ſecum ipſe accurate reputaverit, ac diligenti examine excuſſerit, de eo Plinium ſit nemo ſuſpectum habiturus, tantum abeſt, prudentiſſimum virum pudendum adeo errorem commiſiſſe ſit crediturus, quod in hominis omnis conſilii inopis mentem vix cadere poſſe videatur. Quo nomine, jam confidentius venio, ad accuſationis nervos elidendos, & objecti criminis evertenda fundamenta profeſſus adverſarios noſtros egregie hallucinari, exiſtimantes hujus Dioſcoridis, de quo lis eſt, patriam eſſe certam, aut eumdem, ſi patria fuit Anazarbeus, cum eo, quem Marco Antonio, & Cleopatra dominantibus Suidas floruiſſe prodidit, convenire, aut cognomine Phacam extitiſſe; vel aut Arrium, ad quem Dioſcoridis ſex libri de materia medica ſcripti circumferuntur, cum eſſe cujus cauſa veniam ab Auguſto impetrarunt Alexandrini, vel Erotianum imperante Nerone ad Andromachum de vocibus Hippocratis ſcripſiſſe. Age igitur videamus unde fuerit hic Dioſcorides exiſtimationis Plinianæ obſcurator, ex quo, cum duos libros Oribaſius ad verbum tranſcripſerit XI. ac XII. collectorum, uno Dioſcoridis nomine contentus patriam omiſit. Aetius Oribaſium imitatur, Paulus Ægineta libro VII. idem obſervat. libro IV. Dioſcoridem quemdam Alexandrinum vocat, C. quidam Plinius Galeno junior, cum

ſæpe

ſæpe nominet Dioſcoridem libro IV. numquam patriæ meminit, D. Hieronymus libro ſecundo adverſus Jovinianum Dioſcoridem ſimpliciter dixit, nec minus Caſſiodorus libro de Divinis lectionibus, cujus cum frequentiſſime Serapio meminerit in deſcribendis ſimplicibus medicamentis nuſquam patriæ rationem habuit, quam antiquus quoque Dioſcoridis interpres præteriit, omnibus antiquior Erotianus cum Dioſcoridem quemdam cognomento Phacam appellatum fuiſſe ſcribat, tamen materiæ medicæ ſcriptorem ſolo Dioſcoridis nomine ſignificavit: ſolus Galenus ſæpiſſime Dioſcoridem hunc nudo nomine citavit, nonnumquam patria fecit Anazarbeum, quibus in locis antiquus interpres neglecta patriæ mentione videtur non legiſſe *Anazarbeum*. Ita fit, ut quod plerique volunt, non ſit adeo firmum, ac conſtans, Dioſcoridem noſtrum fuiſſe Anazarbeum, tametſi verum ſit auctore præcipue Stephano Byzantio Dioſcoridem quemdam medicum fuiſſe Anazarbeum. Subit mihi aliquando ſuſpicari ignarum quempiam plures Dioſcorides artem medicam ſuis commentariis illuſtraſſe, hujus ipſius ſcriptoris Byzantii, vel Suidæ auctoritate impulſum, Dioſcoridis patriæ Anazarbi nomen addidiſſe, quod in antiquis Dioſcoridis, aut Galeni operum exemplis forte deſideraretur: verum quoniam tum manuſcripti Dioſcoridis exempla, tum Galeni ut editiones Græcas impreſſorum miſſas faciamus, patriæ mentionem habent adjunctam, de hoc nolo pertinacius contendere, ut mihi aſſenſus præbeatur. Sed cum cæteris profeſſus Dioſcoridem hunc fuiſſe Anazarbeum, etiamſi præter Anazarbeum alter fuerit Alexandrinus, tertius junior penes Erotianum, & Galenum, qui quartum addidit Tarſeum, quincto de comp. med. ſecundum genera cap. xv. tamen nolo eumdem cum Anazarbeo Suidæ confundi, cum ejus operis, quod hujus ipſius, quem præ manibus habemus, Dioſcoridis, illuſtri argumento appareat, non plures modo Dioſcorides Medicos, ſed plures Anazarbeos de re medica commentarios edidiſſe. Pars quædam eſt in Dioſcoride hoc noſtro Anazarbeo, quæ de curandis ictibus ab animalibus venenum emittentibus illatis, eam alii ſeptemum, & octavum librum eſſe volunt, quorum opinionem adjuvat Marcellus octo de materia medica Dioſcoridem edidiſſe ex Galeno teſtatus, hæc in libris de ſimplicibus med. facult. habente ὁ δ' Ἀναζαρβεὺς Διοσκορίδης ἐν η' βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασαν ὕλην ἔγραψεν. quod eſt, *Anazarbeus autem Dioſcorides octo libris utilem omnem materiam ſcripſit*. Galeni Græci codices, quos ego vidi, libro VII. cap. primo hæc eadem habent, excepto librorum numero, qui non numeri nota ſignificatur, ſed ejus loco πέντε ibi, & paullo poſt legitur, quod *quinque*, non *octo* ſignificat, nec difficilis fuit lapſus ex E littera in H addita litteræ E altera H parte. Illud potius inquiſitione dignum videretur, ſolos ne quinque de materia medica libros Dioſcorides compoſuerit, conſentiente præcipue Græca littera Dioſcoridis cum Galeno: ἐν τούτῳ, *enim ait*, τελευταίῳ, videlicet. *In hoc ultimo totius operis diſſerimus de vinis*; non ſicut legit Matthiolus, *In hoc quincto*; ſed viderint,

quo-

quorum opera in illuſtrando, & explicando Dioſcoride verſatur. Nam Marcellus, qui primus difficultatem ſenſit, hæret, nec mei muneris eſt digredi tam longe ab inſtituto, quod repetens addo, alios eamdem partem in tres libros ſeptimum, octavum, & nonum ſecuiſſe, nonnullos cùm libro ſexto conjunxiſſe, quos ſecutus Matthiolus rationem addidit, cur à ſexto disjungi non poſſit, in cujus initio hunc ipſum totius operis extremum eſſe Dioſcorides cenſuit ſeptimo, octavo, nonoque excluſis: quo cum ego in eo conſentio, quòd ſeptimum librum Dioſcoridem materiæ medicæ ſcriptorem addidiſſe noluit, diſſentio quod hanc partem, cujus initium librum ſeptimum nonnulli inſcripſerunt, eſſe libri ſexti partem exiſtimaverit, in hoc enim falſus Matthiolus eſt, quod hanc partem ab eo ſcriptore, à quo quinque priores libri compoſiti fuere, editam eſſe putaverit, quæ ut oſtendam, omnino ab altero quodam Anazarbeo Dioſcoride, ſic enim inſcribitur, profecta eſt. Priorum enim librorum auctor, haud procul ab initio libri ſexti ait: *Generoſiſſime auxiliantur antidota, quæ in operis calce ſcripta reliquimus.* Quibus eum conſtat ibi finem operi feciſſe, ubi horum antidotorum meminit, poſt abſolutum de læthalibus medicamentis ſermonem ante eam partem, quam ego nolo eumdem habere auctorem, cum ait, *His ſubſcribenda fuerant antidota nobilia, quibus præclare auxiliantibus utimur, quale Mithridaticum, quod ex ſanguine eſt, ac quod è Scinco fit: verum quoniam alibi accurate ſcripta ſunt, ſuperſedendum nobis hoc opere cenſuimus.* Siquidem igitur huic operi finis eſt, qui, ad ſextum librum, quæ ſequuntur, fieri poteſt, ut credantur pertinere, quem ea quoque disjungunt, quæ in initio libri ſexti de venenatis medicamentis leguntur, neglecta ictuum læthalium commemoratione, quos æque ſe perſecuturum dixiſſet, cum de his ſibi tractandum propoſuiſſet, ſicut de læthalibus medicamentis ſibi ſermonem eſſe futurum præfatus eſt, ſcribens in hunc, vel ſimilem modum: *In hoc totius operis extremo de medicamentis homini ſalutaribus, aut peſtiferis, nec non ictibus virulentis agendum eſt.* At non ſic dixit, ſed cætera præter verſiculum à me additum, *nec non ictibus virulentis*, ut oſtenderet de his nulla, de illis omnia ſe eſſe dicturum. nam quod hic auctor conſueverit Arreo, quid dictum ſit, quidve dicendum, paucis prius indicare, quam ipſam dicendorum narrationem aggrediatur, id vero maxime ex ſecundo, tertio, & quincto libro intelligitur, in quibus ſingula recenſuit, quorum in iis ſermonem eſſet habiturus, quod in ſexto non obſervaſſet, iis additis, quæ ad ictus venenatos pertinentia poſterius leguntur. In hoc ipſo ſexti libri initio ſermonis brevitatem pollicetur, & obſervat tota illa parte, quam ego ſexti propriam eſſe exiſtimo, ſequentis partis auctor ſermonis prolixitatem amat, atque in differendo de cauſis multus eſt quod priori Dioſcoridi non probatur, eos in operis præfatione damnanti, qui artis effectus non ipſo rerum uſu confirmandos, & ſanciendos putant, ſed inani ſtudio, & inquiſitione cauſarum occupantur. Illud vero maxime utriuſque auctoris diverſitatis nos admonet, quod in initio ſta-

tio ſtatim hujus partis, quam à prioribus libris disjungendam judicavimus, hæc ſcribantur: *De animalibus virus ejaculantibus, & medicamentis pernicioſis idcirco ſcribere aggredimur, quo tota curationis & remediorum oratio abſolvatur.* Quæ quis non videt, præfationis cujuſdam principium, ac præmonitio quædam poſterius dicendorum, qua lector, quod in his ſolet, attentus reddatur, quod fieri medio in libro non convenit, maxime vero Dioſcoridis ex præcedentibus inſolens eſſe videtur, ſed utroque nomine novæ tractationis ſignificationem præbet, quocirca idem eſſe non poteſt, qui,ut proxime dicebamus, ſui operis extremum, ea, quæ præcedunt hanc partem, conſtituerat: Addamus, quod equidem miror, nobiliſſimos Dioſcoridis interpretes non animadvertiſſe in his verbis, de medicamentis pernicioſis, ſive venenis ſe tractaturum eſſe auctorem polliceri, quod in eum, qui librum ſextum, & eam partem condidit, quæ docet exhauſto veneno periclitanti ſubvenire, referri non poteſt, quin eundem, aut omni memoria deſtitutum faciamus, aut repetita venenorum curatione deſipere velimus, quem vel hoc præſidio tueri nequeamus, ut mentionem venenorum hoc loco ab imperito aliquo acceſſiſſe dicamus, cum paullo poſt hæc verba repetita, de diviſione hæc à ſe ſcripta fateatur,inquiens. *Hæc autem duabus ſummis partibus, ſicuti ab initio diximus, continetur, una eorum de feris venenum emittentibus eſt, quam Theriacam vocant, altera de venenis,quæ Alexipharmaca dicuntur.* Poſt pauca utriuſque partis in hunc modum rurſus mentio fit, *Pauca omnino ſunt, cum ex animalium numero, tum ex venenis exitialibus quæ pericula ſua in longum protrahant, vel ſegniter agendo differant.* Et altero loco proximo. *Sed & qui ultro venenum hauſerint, ſi facti pœniteat, & ſibi ſubveniri poſtulent celeritate maxima opus eſt.* Taceo quod item protinus ab iis meminerit ſagittarum veneno delibutarum. Nam evidentiora ſunt, quæ prope capitis calcem ſcribuntur & in rem noſtram magis conferentia: *Itaque enim*, inquit auctor, *venena, ſi hauſta ſint, crebris nominationibus evocantur.* Quæ cur ab auctore primo repetita ſint neſcias, cum ea ad initium ſexti retulerit,cur vero dicantur à diverſo ſcriptore in promptu ratio eſt, quod de curandis venenis tractaturus eſſet, de quibus nondum egiſſet. Demum ſibi quiſque proponat principium ſexti libri, qua parte, ſi quis ſciens, aut ignarus venenum hauſerit, quid fieri expediat, tractatur, & alterius partis, de qua quæſtio inſtituta eſt initium, conferendum, quo loco de eodem, qui volens, aut nolens venenum devoraverit; nec addubito, ex ſermonis ſimilitudine ab uno auctore locis parum diſſitis nullo pacto dici potuiſſe, à diverſis expectari debuiſſe, eſſe facile judicaturum. Sit igitur hæc ſumma diſputationis noſtræ, diverſos auctores hos eſſe nomine, patria, & profeſſione convenientes, ut quod ad hoc attinet etiam, tres diverſis temporibus floruiſſe, quorum unus fuerit Dioſcorides Suidæ, ab utriſque commemoratis diverſus. Quibus hoc conſequimur, ut Dioſcoridem materiæ medicæ ſcriptorem ab altero Suidæ diverſum eſſe potuiſſe, non etiam,quod maxi-

me cauſa noſtra poſtulat, alium ab eo hunc fuiſſe convincimus; quod aggrediar nunc evidentibus ſatis argumentis demonſtrare. Cratevam Dioſcorides ſtatim in operis initio inter veteres medicæ materiæ ſcriptores refert, unde promptum eſt conjicere à Crateva adſcribentem Dioſcoridem annos vel centum, aut etiam multo plures interceſſiſſe, qui ſi à Pompejo Magno, quo florente Cratevas ſcripſit, numerentur, Neronis principatum attingunt, cum Dioſcorides ſuum opus Arreo nuncupavit: nec, me, qui falſitatis arguat, futurum eſſe quemquam, modo aliquid ſapiat, exiſtimo: quia eo ipſo tempore, quo magnus Pompejus excelluit, Cratevam vixiſſe, ac ſcripſiſſe, dixerim, Hippocratis auctoritate adverſante, cujus ad Cratevam extat epiſtola. Nam, ut cæteras conjecturas prætereaam, quibus non hæc modo epiſtola, ſed reliquæ quoque falſo Hippocrati adſcriptæ cognoſcuntur, hujus ipſius epiſtolæ argumento hoc maxime apparet, in qua Cratevam Hippocrates admonet, ut ſibi ad ſanandum Democratum inſanientem ituro herbas paret, quas non dicit: quaſi omnibus opus eſſet, & in inſania ſummo veluti genere omnes morbi contineantur, quibus ex uſu ſint omnes herbæ. Ibidem Cratevæ peritiam in materia medica, haud exiguis, obſcuriſque laudibus extollit, quem tamen docet, quibus ex locis petendæ ſint herbæ præſtantiores, ac quid in tranſmittendis ſervari expediat. Adde velle, ut primo quoque tempore ad ſe mittantur herbæ, flores, fructus, ſemina, ſucci, lac, lachrymæ, radices, liquamenta, & cortices, quæ cum diverſis omnino temporibus colligi neceſſe ſit, quo uſui medico idonea ſint, certiſſimum faciunt ſcribentis inſcitiæ argumentum. Radices namque, & cortices teſtimonio Dioſcoridis in præfationis univerſalis calce, tum vigent, & utiles ſunt, cum folia contabeſcentia, & alimento deſtituta decidunt, cum herbæ vero turgent ſucco, & plurimi ſunt uſus, radices quodammodo exhauſtæ prodeſſe non poſſunt: lac, lachrymaſque medio tempore inter herbæ, & radicum vigorem excipi convenit: fructus, & ſemina poſterius, ante flores, quæ ſibi omnia ſine diſcrimine temporis imperitiſſime colligi voluit. Sed cum omnia hæc nihili fecerimus, tamen Plinii auctoritas palam facit eum, qui epiſtolam hanc finxit, tempora, quibus Hippocrates, & Cratevas vixerunt, prorſus ignoraſſe; cum ille antiquior Ariſtotele fuerit, hic aliquot ſæculis poſterior Mithridati à Magno Pompejo devicto plantam adſcripſit de ejus nomine *Mithridation* appellatam, ut auctor Plinius eſt libro nat. hiſt. xxv. cap. VI. his verbis. *Ipſi Mithridati Cratevas adſcripſit unam Mithridation appellatam, alteram Lenæus* Magni Pompeji Libertus, cujus juſſu Mithridatis commentaria medica, quæ in arcanis ſuis ille reliquerat, Latina fecit, eodem Plinio teſte ejuſdem libri cap. II. Euphorbium invenit rex Iuba, penes Plinium lib. nat. hiſt. v. cap. I. Pater Ptolemæi, quem ex Antonii, & Cleopatræ filia ejuſdem cum matre nominis ſuſcepit, Plutarchi, & Dionis teſtimonio, hujus libro hiſt. LI. illius in M. Antonii vita. Strabo libro ſuæ geographiæ XVII. idem ſenſit, ſed uxoris nomen ſubticuit. Ibidem ejus, qui

qui cum Scipione adverſus Iul. Cæſarem bellum geſſit, hunc ipſum Iubam filium facit, non *Ptolemæi*, ſicut mendoſe legitur in Solino, & Mauritaniæ eam etiam partem, quam Bogus, & Bocchus Romanæ Reipublicæ amici tenuerant regno paterno Auguſti liberalitate adjectam poſſediſſe aſſerit; quamobrem primus utrique Mauritaniæ imperaſſe, à Plinio loco nuper adducto traditur, quem infantem in triumphum à Iul. Cæſare ductum, Appianus Alexandrinus lib. de bello civili, & in vita Cæſaris Plutarchus prodidere: deceſſiſſe vero, ſe ſcribente, lib. XVII. ſuæ geographiæ Strabo auctor eſt, qui ſuo teſtimonio lib. XIII. & alibi Tiberio Principe geographiæ opus componebat, ut nulla ratio reliqua ſit, per quam in dubium quemquam revocare poſſe exiſtimem, an is Iuba, cui Euphorbii inventio tribuitur fuerit idem, qui Auguſto imperante in Mauritania regnavit; accedente præſertim & altero argumento Euphorbii nomine ſui medici Euphorbii fratris Muſæ Auguſti medici appellati, uti Plinium ſeptimo capite libri nat. hiſt. XXV. poſteriorum memoriæ mandaſſe legimus. Meminit Euphorbii Niger, ſed ignarus ubi naſceretur, aut ex qua planta, ſuccum ex herba Chamælea in Italia naſcente expreſſum eſſe fabulatus eſt; ex hoc enim ſucco Euphorbium adulterinum ab impoſtoribus conficiebatur, teſte Plinio libro nat. hiſt. XXV. cap. VII. Hinc Dioſcorides Nigrum de Euphorbio in præfatione graviter reprehendit: libro vero tertio cap. XXI. ſcribens in Libya inventum eſſe Euphorbium Iuba regnante, hoc loquendi modo videtur nobis ſignificare, defuncto pridem Iuba, Dioſcoridem de Euphorbio ſcripſiſſe aliquot poſt imperium Tiberii annis, quo dominante Iubam extremum diem obiiſſe diximus ex Strabone, cum de eo jam Niger egiſſet, quem aliquot poſt annos Dioſcorides ſecutus eſt. Quibus facile adducor (jam enim exponendum eſt, cur Euphorbii hoc loco ſermonem inſeruerim,) ut credam Dioſcoridem hunc non ſolum Antonio, & Cleopatra imperantibus, non floruiſſe; verumetiam ne natum quidem ſub Auguſti principatu putem, cum qui ex medicis Euphorbii meminerit ante Scribonium Largum nullus extet, is vero imperante Claudio vixit, quo cum in Britanniam tranſmiſit ſe auctore libro de comp. med. cap. XXXVIII. Neras quoque natu major Andromacho, minor Antonio Muſa, ex Galeno libro de comp. med. ſecundum loc. cap. IV. Euphorbii meminit in acopis Galeno referente VII. de comp. med. ſecundum genera cap. XV. Muſam nuſquam invenio ejus ſermonem habuiſſe, quamvis de fratris ſui nomine dictum fuerit; quocirca Philonem eo poſteriorem fuiſſe crediderim. Qui Dioſcoridi tantum tribuunt, ut ejus cauſa Plinio plurimum detrahere non vereantur, fortaſſe dicerent falſa de Euphorbii inventione Plinium ſcripſiſſe; Dioſcoridi vero omnia, quæ de inventione in eo leguntur, ab eo accreviſſe, qui nominum ſtirpium varietatem illam, ac multiplicitatem adjecit. Sed omnem ſuſpicionem additæ inventionis hiſtoriæ adimit Oribaſius, ex Dioſcoride Euphorbii Iubam inventorem libro collectorum XI. faciens, & cum eo Serapio Dioſcori-

dem ſecutus cap. CCCLIII. ſcribens *Primus ad cujus cognitionem pervenit hac medicina, fuit Linoes rex Linoi.* Cæterum Plinii exiſtimationem Galenus tuetur in explicatione deſcriptionis Philoni Euphorbii inventionem referens in Iubam regem. Ipſius quoque Britannicæ habita à Dioſcoride mentio nos in ea confirmat opinione, ut poſterius vixerit, quam Suidas innuere videatur, libro enim quarto deſcribens hanc plantam, ait, *folio eſſe Rumici ſylveſtri ſimilem, nigriore, hiſpidioreque, caule haud magno, radice brevi, ac tenui, ex cujus foliis ſuccus expreſſus privatim ad oris nomas faciat, & tonſillarum.* Totidem verbis ab Oribaſio lib. XI. collect. ex Dioſcoride deſcripta legitur, cujus Galenus lib. VI. de ſimplicibus med. facult. Aetius ſermone primo, & Paulus Ægineta lib. VII. meminere, ejuſdem hiſtoriam referens Plinius lib. nat. hiſt. xxv. cap. III. *folia* inquit *habere oblonga, nigra, radicem nigram, ſuccum ejus exprimi & ex radice, oris malis ſalutarem eſſe contra anginas quoque & ſerpentes. Addit in Germania inventam eſſe, trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis, Friſiis monſtrantibus.* Germanicus autem cum Germanis bellum gerebat Auguſti imperii anno extremo, ex Suetonio in Caligula in initio, quos imperante Tiberio debellavit, ſumpto de clade Variana ſupplicio, & ſignis militaribus receptis, Dione libro hiſt. LVII. auctore. Quibus fit ut de medica materia non citius Dioſcorides ultimis Tiberii annis ſcribere potuerit, cum inventa Britannica ſit non niſi in initio ejus principatus; quibus cum annis XLII. Auguſti ſolius dominantis, ut Suetonio viſum eſt, vel XLIV. ut Dioni atque aliis placet, anni prope LXVIII. quot additi florenti ſub Antonio & Cleopatra Dioſcoridi, fit, ut is annos centum plus minus natus quinque de materia medica libros conſcripſerit, quod mihi à ratione, aut certe veriſimilitudine alienum & eſſe videtur, & aliis quoque viſum iri confido, ubi ſecum ipſi præſertim reputaverint, ejus amicum Arrium philoſophum Auguſto adeo gratum, ipſum quoque tantam ætatem vixiſſe oportere, ad quem ſcribebat; imo vero natu majorem Dioſcoride, etiam longiorem ſiquidem eo, ut Dio libro hiſt. LI. teſtatur, præceptore Auguſtus uſus eſt, vel tum annos, ut par eſt, XXXV. aut etiam XL. priuſquam Iul. Cæſar mortem oppetierit, agente, quibus accedentibus annis Antonii imperii quatuordecim & XLIV. Auguſti ab obitu Antonii principatus, necnon Tiberii viginti, omnes erunt anni CXIII. aut CVIII. cum ei ſuum opus Dioſcorides addixit. Sed cum hæc, quæ hactenus proſecutus ſum, Dioſcoridem, cujus libros de materia medica tanti medici faciunt, eum non eſſe, qui ſub Antonio, & Cleopatra ſecundum Suidam floruit, apertiſſime demonſtrent; tamen id longe manifeſtius faciunt conjecturæ ab Iberide deſumptæ, cujus hiſtoriam verbum de verbo ex Democrate deſcriptam in Dioſcoride legimus, quem & nominis & inventionis auctorem faciunt Archigenes, Nygiænus, Hipparchus, Plinius, Galenus, & Paulus Ægineta. Namque Democrates Andromacho ſeniore Neronis principis illius impuriſſimi medico junior extitit. Quapropter de Iberide agens Plinius: *Invenit,*

Invenit; inquit, *nuper & quam Iberidem Democrates appellavit*. ex quo intelligitur, Dioſcoridem Democrate poſteriorem, dominante Nerone, de Iberide ſcripſiſſe, quam nuper inventam Plinius dixerit, eodem principe Nerone naturalem hiſtoriam texente. Nec me latet, Patres, quid ad hoc fautores Dioſcoridis ſint reſponſuri, Matthioli, & aliorum nonnullorum opinione hanc hiſtoriam Iberidis in Dioſcoride abundare, ab imperito, vel temerario aliquo inſerta, qui ignarus ordinis eam inter arbores libro primo collocaverit, cum herba ſit, & inter acres potius libro ſecundo referenda: accedereque quod Lepidii libro ſecundo meminerit inter eas, quas diximus acres plantas, quod Galeni & Pauli Æginetæ cum Iberide idem eſt, cujus idcirco hiſtoria ſilentio præteriri debuit, cum ea poſterius ſub nomine Lepidii tradatur: quinetiam Lepidium *herbulam* à Dioſcoride appellari, hoc eſt minutiſſimis foliis præditam, qualem eſſe Iberidem Democrates cenſuit. Adverſatur tamen Bartholomæus Maranta argumento Arabis ſive Drabe, quam Dioſcorides Lepidii folio conſtare ſcribit: Matthiolus vero lato folio, nec diſſimilis Laurino propoſuit, quod plurimum differt à folio Naſturtii, cui ſimilem Iberidem folio Dioſcorides fecit. Reſpondet Matthiolus eandem Drabe rationem eſſe, quæ Iberidis in Dioſcoride, ut ab alio acceſſerit; quando, qui ex Græcis eam nominaverit, nullus inveniatur, non Galenus, Oribaſius, Aetius, Paulus Ægineta, aut alius quiſquam: ex Arabibus ejus meminit Serapio ſub orientalis Naſturtii nomine, protinus ab hiſtoria Thlaſpis, ſicut in Dioſcoride legitur. Ego quod ad Drabe falſitatem pertinet Matthioli ſententiam probo, quamquam intentus impenſius Marantæ feriendo eodem ictu ſe fixerit, quo adverſarium transfixit. Si enim Lepidium Dioſcoridis folio Naſturtii quam ſimillimo conſtat, qui poteſt fieri, ut huic ſimilis folio Drabe ea ſit, cujus effigiem nobis Matthiolus præbuit folia Lauri referentem; qui ſi multiplici Lepidii ſignificatione ſe excuſet, quod plantæ non modo folia Naſturtii habenti, verum etiam Lauri penes Plinium, quem in hoc Lepidii ſignificatu ſit ſecutus, ſimile eſſe ſcribatur, deſcivit à Dioſcoride, cujus in opere Drabe Lepidii folio hoc eſt Naſturtii deſcripta legitur; nec ſecutus eſt Serapionem, qui ſolus ejus meminerit ex Dioſcoride adſcribens folia Seitaragi, hoc nomine Lepidium intelligens, quod neceſſe eſt tale accepiſſe, quale Dioſcorides eſſe voluit Naſturtii folio, ſi vera ſenſit Matthiolus, cujus placitum fuit Drabam folio Naſturtio ſimilem eſſe, diſſimilem eſſe ſequitur valde ab ea planta, cujus ipſe figuram ſuo in opere imprimi curavit. Sed hoc obiter ſit dictum: redeo ad penſum. Iberidis hiſtoriam in Dioſcoride non abundare demonſtraturus, quippe quæ ab Oribaſio libro collect. XI. ex Dioſcoride iiſdem verbis recenſetur, quibus deſcribitur à Dioſcoride. Ea quoque à Lepidio, ſi quis utriuſque facultates, & deſcriptiones accurate perpendat, diſtinguitur. adeo namque ignota Iberis erat, ut ejus inventio Democrati ab omnibus adſcribatur, à quibus, iiſdem etiam verbis, quibus à

Democrate, repræſentatur. ex adverſo Dioſcorides inter plantas vulgares,& omnibus notas Lepidium refert,cujus ob hanc cauſam deſcriptionem neglexit: idem in cibos admiſſum ſcribit, inquiens, *muria cum lacte ſervari.* ſed clarius libro quarto in altera Clematide, cum ait, *Ipſa ſale cum Lepidio conditur, & ſervatur ad cibos.* De Iberide nuſquam legimus fuiſſe eſculentam, nec veriſimile eſt protinus inventam à Democrate inter cibos eſſe receptam, aut Archigenem, Galenum,vel Paulum fuiſſe hoc præterituros. Uſus etiam medicis utramque plantam diſtinguit, Iberidis radices cum axungia ad dolorem coxendicis ſanandum adhibentur, penes Democratem cæteroſque, quos proxime nominavimus, medicos, & eam, quæ in Dioſcoride legitur deſcriptionem. Ejuſdem doloris cauſa Dioſcorides Lepidii folia cum Iruliæ radicibus tuſa jubet admoveri: cum Plinio vero, & aliis nonnullis in affectibus ab iis diverſis, quorum ſanandorum cauſa cum cæteris medicis, Plinioque Iberidem Democrates laudavit. De Lepidii viribus eadem Plinius ſcribit, quæ Dioſcorides lib. nat. hiſt. xx. cap. xvii. eidem folia lauri tribuit lib. xix. quo cum Paulus Ægineta lib. III. cap. lxxvii. convenit, & locum inter herbas hortorum, atque eſculentas aſſignavit, Columellam, ut arbitror, ſecutus lib. de re ruſtica x. inter plantas hortenſes his carminibus recenſentem:

Ponitur & lactis guſtus quæ condiat herba
Dejectura quidem fronti data ſigna fucorum
Vimque ſuam idcirco profitetur nomine Graio.

Libro vero xi. cap. ultimo, *Lepidium*, inquit, *cum ante Kal. Martias habueris diſpoſitum, velut porrum ſectivum demetere poteris, rarius tamen poſt Kal. Novemb. ſecandum non erit, quoniam frigoribus violatum emoritur.* Et libro xii. cap. viii. ſativi ſimul, & ſylveſtris Lepidii meminit: cum Iberis paſſim ſemper virens naſcatur locis incultis, præcipue vero muris vetuſtioribus, ac monumentis, quibus utraque planta ita dirimitur, ut non videam qui cum Lepidio Dioſcoridis, Iberis Democratis eadem dici poſſit. At non ſuo loco in Dioſcoride poſita eſt? An igitur, qui de materia medica ad nos ſub nomine Dioſcoridis libri pervenerunt, quoſque omnes Dioſcoridi acceptos medici retulerant, non ſunt ſui, quia iiſdem licet verbis, ordine tamen diverſo plantarum omnium hiſtoriæ à Dioſcoride conſcriptæ in Oribaſio xi. & xii libro collect. leguntur? An falſus Oribaſius, qui ea omnia Dioſcoridis eſſe teſtatur? An falſus Serapio, qui eaſdem hiſtorias referens Dioſcoridis eſſe prodidit, quæ non ſint, quia in his recenſendis alius, quam à Dioſcoride ordo ſervetur? Ego plantarum deſcriptiones in iis auctoribus Dioſcoridis eſſe cum cæteris medicis ſentio, & agnoſco à Dioſcoride profectas; ordinem in Oribaſio ſuum eſſe non Dioſcoridis, aſſero, ſuum etiam in Serapione. Itaque ſit Iberidis in Dioſcoride locus mutatus, id ordinem in ejus collocatione ſervatum non eſſe ſignificat, quem illi Dioſcorides conſtituerat, non hiſtoriam à Dioſcoride præteritam, non expungendam, ſed priſtinum ſuum in locum eſſe

eſſe reſtituendam. Ejuſdem generis alterum Matthioli argumentum eſt, ſcilicet debile valde, & infirmum, Lepidium, ac Iberidem unam plantam Paulum Æginetam, & alios feciſſe, Iberidem alio nomine Lepidium dici aſſerentes, & Lepidium Iberidem, multas enim hoc nomine plantarum hiſtorias in Dioſcoride abundare fateri operæ pretium eſſet, in primis Gingidium, quod alio nomine Lepidium vocari libro ſecundo Dioſcorides ſcribit, & viciſſim Lepidium ab aliis appellari Gingidium, quod idcirco ſic dictum non puto, quia utrumque effigie ſimile ſit, cum Lepidio folia ſint haud diſſimilia Lauri, Gingidio ſylveſtris paſtinacæ penes Dioſcoridem, penes Paulum Æginetam Scandici; aut Paſtinacem ſylveſtrem, quam hactenus ſit creditum, aliam eſſe oportet. Caſu igitur potius ſic vocatas duas plantas diſſimiles eſſe crediderim. Quod vero *herbula* Lepidium dicatur ea ratione, quam putat Matthiolus ſuo ipſius clypeo ictum repello, qui Chelidonium minus paullo minoribus foliis quam Lepidium repræſentavit, quique Ariſarum nobis expreſſit foliis Ari ſimillimis, licet minoribus, magnitudine nihil Laurinis inferioribus, ne dicam majoribus, tametſi Dioſcorides Chelidonium *minus herbidam* appellaverit, Ariſarum non *herbulam* modo, verum etiam *exiguam herbulam* libro ſecundo vocaverit μικρὸν videlicet βοτάνιον, ſicut Lepidium βοτάνιον tantum, quo fit ut credam *herbulam* nonnunquam Dioſcoridem eam appellaſſe, non quæ puſilla folia proferret, ſed quæ in altitudinem minimum attolleretur, ut Chelidonium minus, & Ariſarum; nonnunquam etiam abutentem vocabulo *herbulam* appellaſſe cum frutice conferentem, quo vel alta cubitum unum herba valde minor dici ab eo *herbula* potuit, quo modo mentam *herbulam* ſive βοτάνιον appellavit, quamquam altitudine pene cubitali ejus caulis creſcat, maxime vero Lepidium, quod altius etiam attollitur nec deſtituebatur auctore Dioſcorides, quem in hoc imitaretur, cum Theophraſtus quoque definitiones herbæ; ſuffruticis, fruticis, & arboris auctor limites ſibi conſtitutos interdum egreſſus, violam nigram cum fruticibus, ac ſuffruticibus roſam, & aliis nonnullis recenſuerit. Omnia igitur in unum conferentes dicemus Dioſcoridem inventam à Democrate Iberidem agnoviſſe, & eo poſteriorem ab interitu Neronis ſcripſiſſe, ſed Iberidis hiſtoria in Dioſcoride abundet, acceſſerit ab aliquo rei herbariæ ignaro, ſic expungendam. Tamen Lepidii Dioſcorides meminit, quod plerique omnes idem cum Iberide Democratis eſſe contendunt: ego diverſum facio, cui tamquam inventori imperante Nerone, cum ab omnibus medicis adſcribatur, eo poſteriorem fuiſſe Dioſcoridem certiſſimo argumento convicti, ut fateantur, neceſſe eſt. Namque ab obitu Neronis, quo dominante, naturalem hiſtoriam Plinius ſcribebat, annis poſt M. Antonii imperium quando Dioſcorides Suidæ floruit, centum de materia medica poſt Plinium ſcripſiſſe, nec vel hunc eum eſſe, cujus meminit Suidas, vel Plinio antiquiorem extitiſſe cogimur affirmare. Quibus id quoque accedit ad utriuſque Dioſcoridis

diverſitatem patefaciendam, quod ſuum Dioſcoridem Suidas in operibus ab eo compoſitis à noſtro diſtinguat, quem quinque de materia medica libros ac ſextum de venenis ſcripſiſſe conſtat, plures edidiſſe non conſtat, nec qui plures ab eo editos legerit, quod ego ſciam, quiſquam eſt: ſuum Suidas libros XXIV. de re medica ſcriptis conſignaſſe prodidit, eumdemque cognomento Phacam appellatum eſſe; cum noſter ſive Erotianum, ſive Galenum ſequi placuerit, Phacas eſſe non potuerit. Nam, ut in præcedentibus quoque diximus ſimplicium medicamentorum hiſtoriæ ſcriptorem Erocianus ſimpliciter Dioſcoridem appellat in verbo Καμμάρῳ, Phacam eum, qui de verbis Hippocratis ſeptem libris egit in proœmio & verbis Φωναὶ [illegible], ſed Galenus in præfatione ad Hippocratis verborum explicationem Herophilium Dioſcoridem Phacam eſſe cognominatum aſſerit, quem patria Alexandrinum extitiſſe in voce Ἰνδικὸν videtur exiſtimaſſe, à juniore, & Anazarbeo diverſum, quos in præfatione ab Herophilio diſtinxerat. Jam vero Anazarbum, unde Anazarbeus Dioſcorides dictus eſt, ab ejuſdem nominis auctore urbem Ciliciæ dictam eſſe teſtis eſt Ammianus Marcellinus lib. XIV. nec non Hermolaus Grammaticus Conſtantinopolitanus, qui Stephani Byzantii opus de urbibus in epitomen redegit, cum ait, ab Azarba conditore Anazarbum Ciliciæ urbem nomen inditum eſſe, & cives Anazarbeos appellatos, inde Dioſcoridem medicum inſignem Anazarbeum fuiſſe nuncupatum. Cæterum Suidas Anazarbum urbem Ciliciæ olim Cyindam, mox Diocæſaream vocatam à terræ motu everſam juſſu Nervæ Romanis Imperatoris à Zarba reſtitutam, de nomine ejus Anazarbum appellatam eſſe ſcribit. Quamobrem non eſt, cur aut antiquiores Nerva ſcriptores Anazarbi nullum feciſſe verbum, Strabonem in primis diligentiſſimum, Pomponium Melam, & Plinium miremur aut cur Dioſcoridem Anazarbeum ſub Antonio, & Cleopatra vixiſſe in Ægypto exiſtimemus, à quibus ad Nervæ uſque principatum anni quatuor ſupra centum numerantur, niſi quod dictum iri à nemine certus ſum, Ægyptii præſentientes Cyindam aliquando mutato nomine Diocæſaream primum, mox à terræmotu everſam à Zarba, aut Azarba, aut Anazarbo reſtitutam Anazarbum poſteriori ſæculo appellandam fore Dioſcoridem Anazarbeum, quam Cyindum, aut Diocæſarienſem vocare maluere. Hæc ſi vera ſunt quæ Stephanus, quæ Hermolaus, Ammianus Marcellinus, & Suidas prodidere, ſi auctoribus minime contemnendis nituntur, quis adeo ſtupidus eſt, adeo expers rationis, qui non agnoſcat innocentiam Plinii noſtri, ac prope fide oculata ſentiat iniquiſſime de tranſcripto Dioſcoride eumdem ab adverſariis fuiſſe accuſatum: quorum argumento, ſi vis ulla ineſt, ſi ullum monumentum, Dioſcoridem, non Plinium, furtum commiſiſſe fateri neceſſe eſt. Ajebant enim idcirco ex Dioſcoride pleraque Plinium deſcripſiſſe, quia ille ante floruerit, quam hic naſceretur. Nunc quoniam Plinius ex hac vita prius exceſſit, quam Dioſcorides agnoſceretur,

tur, ſit, ut hic Plinium noſtrum expilaverit, qui ante conditum Anazarbum vitam cum morte commutaverit, cum ille, reſtituta per Azarbam Anazarba, de patriæ nomine appellatus Anazarbeus ſub initium Trajani principatus ſcripſerit. Iiſdem ego rationibus perſuaſus, Suidæ lectionem ut credam eſſe vitiatam facile adducor: valde enim conſentaneum videtur rationi, ut Suidas haud ignarus temporis à Zarba collapſæ Diocæſareæ reſtitutæ, & nominis in Anazarbam mutati, eum Dioſcoridem, qui ſub Antonio & Cleopatra in Ægypto vixiſſet, patria Anazarbeum feciſſe, quæ poſt unum ab illorum principum interitu ſæculum condita fuiſſet. Itaque hujus adeo manifeſta, & enormis contradictionis culpa non in Suidam, ſed alium quempiam mihi potius videtur eſſe rejicienda, qui cum nullum Dioſcoridem medicum præter Anazarbeum agnoſceret, ignarus antiquæ hiſtoriæ, & Anazarbæ conditæ, ſibi, ut Suidæ veterem lectionem ac genuinam Dioſcoridem Alexandrinum facientem, depravatam eſſe crederet, in animum inducens depravaverit, loco verbi *Ἀλεζαρβεὺς altero Ἀναζαρβεὺς* ſubrogato, fortaſſe arbitratus ob utriuſque verbi vicinitatem facile ſcribam labi potuiſſe. Sane omnis difficultas, & apparens, ac turpis in dictis Suidæ controverſia demitur ejus lectione in hunc modum reſtituta, & loco *Anazarbeus Alexandrinus* ſubſtituto, quem in primis Phacam cognominatum eſſe conſtat ex Galeno & Herophili ſectatorem extitiſſe, Idem Bacchio adverſatus eſt ſeptem libris à ſe conſcriptis, teſte Erociano in dictionarii ſui præfatione. Videtur etiam Hippocratis interpretem egiſſe, auctoritate Pauli Æginetæ libro quarto cap. xxıııı. in explicatione verbi *τίρμινθος* certe alia quædam diverſa ab his, quæ à Juniore Dioſcoride ſcripta ſunt edidiſſe, ex Galeno colligitur, cum in proœmio Hippocratis linguarum explanationis ait, Dioſcoridem quemdam juniorem, non Herophilium illum cognomento Phacam, ne quartam quidem partem Hippocratis verborum expoſuiſſet. Nam ubi nihil ſcripſiſſe, non erat cur futurum vereretur, ut hic junior cum illo confunderetur. Dicerem hunc eum eſſe, quem Galenus audaciæ nimiæ in Hippocratis ſcripturis immutandis damnat, niſi eumdem Hadriano imperante vixiſſe, prodidiſſe videretur, quod ad juniorem verius pertinet, de quo locutus Galenus in proœmio proxime adducto hæc habet: *Sed Dioſcorides junior patrum noſtrorum memoria, ne quartam quidem partem Hippocratis omnium verborum expoſuit.* Natus autem Galenus eſt Hadriani principatus annis ultimis, quo dominante Dioſcorides is vixiſſe videtur, qui Hippocraticam lectionem pluribus in locis pervertit; quibus conjici poteſt eumdem fuiſſe Hippocratis operum corruptorem, & juniorem Dioſcoridem, aut certe coætaneos extitiſſe. Sit igitur, ut dictum eſt, Suidæ Dioſcorides Herophilius ille, & Alexandrinus, quo nomine in Ægypto vixiſſe eum conſtat, floruiſſeque potuit Antonio, & Cleopatra dominantibus, atque familiaritate cum Arrio Auguſti præceptore conjunctus eſſe, cujus argumento Plinium Dioſcoride fuiſſe poſteriorem

tiorem accuſatores aſſerere non dubitarunt : ſed, ut fateri neceſſe eſt, hunc Arrium pluribus ante Plinii nativitatem annis floruiſſe; viciſſim eum eſſe, ad quem Dioſcorides ſcripſit, quod adverſariis noſtris viſum eſt, fateri non eſt neceſſe. Quæ enim ratio Dioſcoridem Anazarbeum probat ſub Antonio & Cleopatra non vixiſſe, eumdem nullo pacto Auguſti præceptore Arrio familiariter uti potuiſſe ea demonſtrat, inter quem, & Nervam, quo jubente Anazarbam Anazarba extrui curavit, plus uno ſæculo, vel centum & decem annorum interſit. Nec nobis hoc loco occurrant adverſarii ea obſervatione, quæ ex initiis librorum Anazarbei Dioſcoridis habetur, in quibus toties Arrium ille nominavit, quod edidit de medica materia libros; etiam in initio ſexti ad venena pertinentis qua frequenti ejus commemoratione nominis depravationis cauſandæ, & accuſandi librarii demi nobis occaſio videtur, non enim eum ego ad quem Dioſcorides hic noſter Anazarbeus ſcripſit Arrium eſſe negaverim: ſed eum cujus interceſſione Alexandrinis ab Auguſto venia impetrata eſt, quo præceptore idem uſus eſt, hunc ego eum eſſe inficior, cujus hortatu Dioſcorides Anazarbeus de materia medica libros quinque conſcripſerit, ac cui opus inſcripſit, Arrius eſt, non ille Arrius; quemadmodum, & qui ad eum ſcribit Dioſcorides eſt, non ille Suidæ; medicus, non ille medicus; plures enim fuiſſe Dioſcorides diximus, nec alienum à ratione fortaſſe eſt, ut Suidæ Dioſcorides is fuerit, cujus ſemel, atque iterum Andromachus apud Galenum quarto de compoſit. med. ſecundum genera cap. v. meminit in emplaſtris ad ulcera maligna referendis. Nam neque Anazarbeus fertur de medicamentorum compoſitione ſcripſiſſe, & junior longius abeſt, quam ut ejus Andromachus meminiſſe potuerit. Fuere igitur plures Dioſcorides, fuere plures Hippocrates, Aſclepiades etiam, atque Andromachi plures, omnes medici; quid prohibet etiam plures Arrios, ſive Areos vixiſſe, aut etiam numero Dioſcoridum diverſitatem ſuperaſſe? Sed hæc conjectura eſt. Illud argumentum certum. Præter Auguſti præceptorem, quem licet philoſophum fuiſſe conſtet, non ſequitur fuiſſe medicum qualem amicum ſuum feciſſe Dioſcorides videtur, meminit Arrei Aſclepiadei quarto de comp. med. ſecundum loc. cap. VII. Galenus, & quinto capit. VII. nec non quinto de comp. med. ſecundum genera cap. XV. ad quem extat medicamentum à Dioſcoride Tarſeo miſſum pro ſanguine ſupprimendo præſtantiſſimum. Tarſenſis vero Arei nono de comp. med. ſecundum loc. cap. XXI. Sed Lecanii Arei mentio legitur in Galeno quinto de comp. med. ſecundum genera cap. XIII. capite vero XI. bis Areum ſimpliciter idem Galenus vocat, quemadmodum & XIV. ac decimo de comp. med. ſecundum Loc. cap. ſecundo. Quorum utri ſuum opus Diſcorides dicaverit, cum incertum mihi ſit, nihil temere ſtatuo: inclinat tamen animus, ut credam Lecanio Areo, pro ea quæ Areo Dioſcoridis cum Licinio Baſſo neceſſitudo intereeſſit, *Lecanio* ſi forte legendum eſt, non *Licinio*, lapſu ob verborum ſimilitudinem

nem facto, qualem antiquus Frontini de aquæ ductibus impreſſor commiſit lib. ſecundo pro *Lecanio Baſſo* Conſule ſub Nerone *Licinium*, dicens, quem tamen eum eſſe nolo, qui Arrium Dioſcoridis amaret: cum, ut auctor eſt Plinius lib. nat. hiſt. xx 1. cap. ſecundo ſe ſcribente perierit: ſed hujus filium potius ejuſdem cum Plinio juniore ætatis, cui cum ob doctrinam tum etiam propter familiam ſibi cum eo communem carus eſſet, quod à patre ſuo Quincto, aut quopiam alio ex Lecaniis libertatem adeptus, aut ſuo beneficio, vel alterius Lecanii civitatem Romanam, Q. Lecanius Areus, appellaretur, cui ſibi ut de materia medica Dioſcorides Anazarbeus ſcriberet auctori ſuum opus Trajani principatus initio nuncupavit; annis ab obitu Plinii ſenioris prope triginta, à quo antiquioris ſe Herophilii, ſive Alexandrini Dioſcoridis nulla, ut arbitror, ratio habita eſt, quia de plantarum reliquorumque ſimplicium medicamentorum hiſtoria, & facultate inſcripta nihil aut minimum retulerit, Antonio, & Cleopatra dominantibus, penes Suidam: pro quo, ſi quis nolit emendationem noſtram admittere, haud ita æſtuabo, ut ſim cum eo diuturniorem controverſiam habiturus, etiam ſi conſpicuum eſt vix quemquam, vel ineptum hominem ſimili in contradictione deprehendi poſſe, modo eum, qui Anazarbeus fuit, nolit ipſa, ex qua denominatus eſt, urbe antiquiorem extitiſſe.

Reliquus is à me ſcrupulus complanandus eſt, cum dicebatur Dioſcoridem ante Neronis principatum videri ſcripſiſſe ex Erociano in dictionario ad Andromachum Neronis medicum Dioſcoridem adducente. Ut igitur exiſtimo, quia fuerit Andromachus Neronis medicus, hoc ipſo etiam imperante ad eum Erotianum de vocibus Hippocratis ſcripſiſſe non convincitur. An Epaphroditus eodem ictu cum Nerone Andromachum ſuſtulit, nec ad eum ſuperſtitem poſt interemptum principem Erotianus ſcribere potuit primis Trajani imperii annis prope triginta ab obitu Neronis? Potuit, ni fallor, nec eſt adeo abſurdum, ſi quis noſtrorum temporum obſervationem attendat, Andromachum annos quadraginta, aut etiam quinquaginta, cum Nero ſublatus eſt, agentem ad Trajani uſque principatum ſupervixiſſe. Quis eſt enim veſtrum, Patres, qui natum annos octuaginta aliquem aut non agnoſcat, aut quem agnoverit commemorantem non audiverit? Ego nonagenarios nonnullos agnovi, veſtrum quoque quempiam agnoviſſe puto, nec modo ætatis tantæ, verumetiam forte longioris. Quid dico nos tot annos natos agnoviſſe? Illo ipſo ſæculo Plinius junior octuagenario majoris atque integris viribus adhuc firmi Virginii Rufi meminit: imo vero illa ipſa ætate Antonii Caſtoris annos centum agentis Plinius ſenior. Scripſerit igitur ad Andromachum valde jam ſenem Erotianus, ſcripſerit ad archiatrum & medicum Neronis, non ſcripſit eo imperante, non paullo poſt, ſed triginta ab interitu Neronis annis imperium Trajano gubernante: & ſi iis, Dioſcoridi nimis addicti ſunt, vel Plinio noſtro infenſi, durius hoc forte

forte videatur Trajani principatum Andromachum Neronis medicum vidiſſe, hoc nulla ratione inficiari poterunt Andromachum juniorem Neronis Andromachi filium magnam Trajani principatus partem videre potuiſſe, cui de Hippocratis vocibus ſcriptum à ſe commentarium Erotianus dicaverit. Sed ſcio quid ſint reſponſuri, hujus auctoris ſcripta ad Andromachum ſeniorem, non juniorem, Patrem, non filium dirigi: illum fuiſſe archiatrum, qualem Andromachum ſuum Erotianus appellat, hunc neminem *archiatrum* vocaſſe, ſit ita, priorem archiatrum fecerint, poſteriorem nemo, quod ſciamus, *archiatrum* eſſe dixerit: Igitur non fuit, nec is eſſe poteſt ad quem Erotianus ſcripſit. Plane hoc mihi non videtur ſequi. Fingamus Patres Galenum, Andromachum ſeniorem primo de antidotis *archiatrum* non nominaſſe, ſed quod alibi ſæpe, ac ſemper, *Andromachum* ſolum, quis hunc archiatrum extitiſſe affirmare auſit, quem nuſquam alibi Galenus, nuſquam Oribaſius, Aetius, Alexander, Trallianus, Paulus Ægineta, Actuarius, aut Nicolaus Myrepſius appellarunt? aut faciamus librum de antidotis cum aliis multis operibus vitio temporis intercidiſſe. Non igitur archiater non fuiſſet, & falſitatis Erotianum, quia inter Archiatros Andromachum numeraſſet, inſimularemus? Non opinor id faceremus, aut non ſine inſigni temeritate. Itaque licet non habeam, qui juniorem Andromachum *archiatrum* nominaverit, cum adverſarii teſtibus, qui id negent, idoneis deſtituantur, hunc archiatrum non extitiſſe, quia nemo eum ſic appellet, firmo non admodum argumento concludunt, deficiente viciſſim qui neget. Sed vero cum evidentibus, ac veriſſimis conjecturis Dioſcoridem fuiſſe Plinio poſteriorem demonſtraverimus; tamen, quod ſæpe diſputatione tota factum eſt, ut multa adverſariis noſtris condonarem, de hoc quoque me illis valde liberalem præſtabo, Plinium admittens Dioſcoride antiquiorem non eſſe, imo vero volo etiam fuiſſe juniorem, nec exiſtimo, quod illi confici voluere, omnia, aut pleraque ex Dioſcoride eum deſcripſiſſe. Nam cum ajunt quia eadem ab utroque ſcribantur, alterum ab altero ea ſumpſiſſe, inchoare ſe ratiocinari non animadvertunt, & alteram argumenti partem imprudenter præterire, qui eſt, aut utrumque ex tertio, quam ego partem affirmo, nego alterum ab altero, quæ ſcripſit eſſe mutuatum, ea ipſa enim, in quibus conveniunt, ex communi quodam auctore cur deſcripta eſſe non poſſunt? Legit uterque Cratevam, Andream, Iulium Baſſum, Petronium, Nigrum, & Diodotum, uterque nominavit, ſed conſilio valde diſſimili nominavit Dioſcorides, ut aliquo modo damnaret, Plinius ut quid ex quo habuiſſet conſtaret, nec diſſimularet per quos profeciſſet. Atque ut intelligatis ſtudioſi Adoleſcentes quam probabilis, quamque perſpicua ſit conjectura noſtra, accipite eam paucis quibuſdam exemplis nonnullarum hiſtoriarum ab utroque ſcriptarum, explicatam, quarum Sextium Nigrum Plinius auctorem facit, Dioſcorides nemine nominato potius ſeipſum: plura ſimilia vobis per otium

Plinii

Plinii ingenuitatis argumenta ex ejus hiſtoria naturali depromere promptum erit, quæ ego, ne cum ſapientiſſimo conſeſſu vos diutius diſtineam, conſulto prætereo. De Fibro inquit Dioſcorides libro ſecundo *temere proditum eſſe amputari teſtes ab ipſis in fuga cum capiuntur, nec enim adimere ſibi eos poſſunt ſubſtrictos, & adhærentes, ut ſuibus*. Plinius vero nat. hiſt. libro XXXII. capit. XLIII. ex Sextio de eodem ſic: *Amputari teſtes ab ipſis cum capiuntur negat Sextius diligentiſſimus medicinæ, quinimo parvos eſſe; ſubſtrictoſque & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe*. Ex eodem lib. nat. hiſt. c. XXIX. XLI. Idem Plinius inquit *Ignem à Salamandra non reſtingui*; de quo Dioſcorides lib. ſecundo: *Temere creditum eſt Salamandram non ſentire flammas*. A quo lib. quarto habemus: *Narbonenſi Taxo vis tanta, ut ſi qui ſedeant ſub ea, ſomnumve capiant, lædantur; ſæpe vero etiam moriantur*. Quæ omnia Plinius nat. hiſt. lib. XVI. cap. X. in Sextium Nigrum refert in hunc modum: *Sextius Niger dixit Taxum eſſe in Arcadia* (vel ut alii, *in Gallia*) *tam præſentis veneni, ut qui obdormiant ſub ea cibumve capiant, moriantur*. De Thracio lapide hæc cecinit Nicander in Theriacis.

Vel tu Thraicium flamma ſuccende lapillum,
Quem licet immergas, merſus tamen ardet in undis;
Aſt oleo effuſo protinus reſtinguitur, ad nos
Thraicii hunc mittunt fluminis de litore Ponti.

Eadem Galenus ex Nicandro IX. de ſimpl. med. facult. retulit, quæ ſoluta oratione Nicandri nomine ſuppreſſo Dioſcorides his verbis tranſcripſit, *Thracius lapis in Scythia naſcitur quodam amne, qui pontus dicitur, vis ei par Gagatæ. Ajunt accendi cum aqua, oleo reſtingui*. Plinius autem lib. nat. hiſt. XXXIII. cap. V. *Thracium lapidem aqua accendi, oleo reſtingui* ſcribens, *Nicandri* mentionem quamquam omiſerit, tamen libro primo in externis auctoribus recenſendis, quos libro XXXIII. in ſcribendo ſecutus eſt, *Nicandrum* nominavit. Hæc qui viderit, & mente in ea intenta contemplatus fuerit, ex his paucis plura ab antiquioribus ſe auctoribus accepta Dioſcoridem operi ſuo inſeruiſſe facile conjiciet, quæ quia ſua eſſe crederentur, factum eſt, ut alienæ culpæ Plinius noſter innocentiſſimus pœnas acerbiſſimas luerit, qui cum, non ut damnet, multos nominet auctores, ſed ut gratum erga eos ſe præbeat, ut fateatur per quos profecerit, cum nihil pene ſuum eſſe dixerit, ſeque aſſeclam eſſe, non auctorem profiteatur: tamen vocatus in judicium alienos labores invaſiſſe, expilaſſe, atque diripuiſſe fertur, ut paucis dicam, accuſatur furti, atque apud hiſtoriæ naturalis ſtudioſos in invidiam vocatur: quodque gravius eſt, indicta cauſa damnatur, & accuſatur furti. Dioſcorides, cum neminem nominet, niſi quem reprehendit, nemini referat quicquam acceptum, omnium auctorem ſe faciat, & auctor eſſe credatur, ſuppreſſo denique nomine quorumdam ſcripta ita referat ad verbum, ut nihil prorſus de ſuo addat, non damnatur, non accuſatur, ſed multis laudibus

enco-

encomioque ſingulari à viris doctis commendatur. Solus ab alienis abſtinuiſſe, quæ ſua ſunt, quæ viderit, quæ obſervaverit hæc attigiſſe, diligenter expoſuiſſe, ſcite, ac fideliter exhibuiſſe poſteritati prædicatur, quæ non viderit, vel præteriiſſe prorſus, vel ea retuliſſe, quæ ab hominibus fide dignis accepiſſet, in quibuſve ſumma conſenſione ſcriptores inter ſe conſpiraſſe deprehendiſſet, cujus tamen eſt, non Plinii, *capri ſanguinem terræ Lemniæ admiſceri conſueviſſe*, quod cum fabula ſit, quæ in Lemno à Galeno forte narrata indigenis riſum commoverit, neque ipſe vidit, neque à fideli narratore accepit. Multa ſic ipſe melius deſcribere potuit, in quorum nonnullis repræſentandis nemo non Plinium noſtrum anteponendum judicabit. Idem de his, quæ in ſinum Arabicum, ex India convecta in diverſas Europæ regiones per mercatores diſtrahebantur ſermonem habens; quas fabulas non comminiſcitur, ut quod Piper album, nigrum, & longum eadem ex planta decerpantur, hoc fructum eſſe immaturum effigie ſiliquarum, alterum nigrum maturitatem conſecutum, ac tertium acerbum, utrumque ex interna fructus parte milio ſimili, quo tempore dehiſcens racemos emittat, ortum habere, ſed quorum in ignoratione, quia Plinius quoque fuerit, nolo communem errorem, Dioſcoridis fieri propium. Quamquam non deerunt, qui tanta cognoſcendæ materiæ medicæ cupiditate, tanto juvandæ poſteritatis deſiderio, quantum prædicant incenſum Dioſcoridem, ac diu de hac cauſa peregrinatum, in Indiam quoque tranſmittere debuiſſe contendant; cum ſi Straboni nobiliſſimo hiſtoriarum ſcriptori habenda eſt fides, vel tum ingentes in Indiam claſſes navigarent, inde omnis generis precioſis mercibus in Ægyptum per Arabicum ſinum onuſtæ redeuntes Straboni adſtipulatus Arrianus, Imperatori Hadriano cum totam hanc navigationem retulit, tunc tractus illos ad extremam uſque Indiam diligentiſſime deſcripſit, & merces inde exportari ſolitas ſingulas prope recenſuit, quæ Pandectarum lib. xxxix. Tit. iv. de public. & vect. l. *interdum.* leguntur ex Martiano, quo loco nolim *ferri Indici* mentionem expungi, Hebeno ſubſtituto, ſicut Matthiolo placet, cui Arrianus adverſatur hoc *ferro* inter Indicas merces numerato, penes quem etiam ex *Carpaſo* tedæ Indicæ conficiebantur, ut quod placuit Matthiolo, non ſit *Carpeſium* ſubrogandum. Qui tanto igitur materiæ medicæ locupletandæ ſtudio tenebatur, & artis cauſa nullas ſatis longas peregrinationes eſſe putabat, tam facili tamque explorata navigatione uſus, cur in Indiam non tranſmiſit Dioſcorides, aut in proximam ſaltem Arabiam non tenuit curſum, ut ibi naſcentium Caſſiæ, Thuris, Cardamomi, Coſti, Agalochi, & Cancami plantas poſteritati traderet accuratius deſcriptas, nec Coſto parum cognito ignotioris ſibi Piperis radicem ſimilem faceret. Neque hoc eo à me dici exiſtimare volo, vos Patres, quaſi ſcripta Dioſcoridis improbem, ac damnem, & hos lectiſſimos Adoleſcentes ab ejus lectione deterrendos, atque avertendos putem, quam alioqui probo cum Galeno, & commen-

mendo, hiſtoriamque plantarum omnibus ſtudioſis utilem, medicinæ vero dantibus operam præ me fero etiam neceſſariam eſſe: ut inſtitueram dicere, hæc eo non dico, ut Dioſcoridem damnem, ſed quod ſuſcepti Plinii patrocinii munus abſolvam, quod cum exiſtimatione Dioſcoridis ita conjunctum eſt, ut ea integra manente, Plinius in fraude non deprehendatur & nullam ejus furti culpam fateri neceſſe ſit. Quibus jam rejectis, & furti ſublato crimine, reliqua duo inſcitiæ, ac negligentiæ, quæ hoc veluti fundamento nitebantur longiori oratione, ad diluendum non videntur indigere. Neque enim dicam ingentes Plinii occupationes aliquam habere excuſationem, quam æquus judex facile accipiat, neceſſitatem Imperatoris Veſpaſiani ante lucem adeundi, & interdiu delegati ſibi officii adminiſtrandi. Non dicam inſcitiæ etiam, ſi qua eſſet, culpam ei eſſe objiciendam, qui noctu, qui in itinere, qui in bello,& ſcribendo meditaretur,& curaret ſcribi, ac tam multa,quam Plinius junior datis ad Marcum litteris teſtatur avunculum ſcriptis conſignaſſe, quem hoc nomine, quantum in ſe eſt, nihil minus, quam inſcitiam amaſſe, & in ea peccare voluiſſe conſtat. In quam non adhibebo ſimilem excuſationem, nec confeſſione excuſabilis culpæ in hac cauſa tuebor Plinium noſtrum. Nam inſcitiæ, ac negligentiæ cauſas quas adverſarii prætexuerunt, infirmitate fundamenti vacillare,aut potius nullas eſſe, ipſa Plinii innocentia, & reſponſio noſtra notum faciet, atque demonſtrabit. Græcæ linguæ ignorantia Plinium notant, per quam haud raro aliter vertat Latine, quam Græce apud Dioſcoridem legatur. Hiſtoriam adhæc ſtirpium temere attigiſſe volunt, quarum nullam vel contemplatus unquam eſſet, vel curaſſet ſpectare, librarii potius officio functus, quam ſcriptoris: quo factum eſſe prædicant, ut multa ex aliorum ſcriptis ſuum in opus ſine delectu congeſta poſterorum memoriæ mandaverit. Quorum ego rationi reſpondens, utro in hac cauſa beneficio uti velint eos interpello, an quod Plinius ex Dioſcoride ſua tranſcripſerit, vel uterque ex tertio. Siquidem illud affirment, primum, Plinium antiquiorem Dioſcoride fuiſſe nonnullis argumentis oſtenſum eſt, aliis vero eumdem, quamvis juniorem Dioſcoridem non agnoviſſe ſic diſſerui, ut putem demonſtraſſe: ſin alterum dicant, neſcio cur potius velint Plinium in eo auctore vertendo cæcutiiſſe, qua Dioſcoridem aliter ſentientem ex profeſſo, in hac parte ab auctore diſceſſiſſe,quod in Tuſſilagine,& aliis nonnullis eveniſſe in præcedentibus dicebamus. Qui vero in exſcribendis plantarum hiſtoriis non videndis ſe Plinium exercuiſſe nolunt, hi mihi potius in indice Plinii evolvendo, quam opere legendo verſati videntur, & in eo peccaſſe, quod Plinio in plantis deſcribendis contigiſſe prodidere. Libro namque nat. hiſt. xxv. cap. 2. *In eadem provincia*, inquit Plinius, *cognovi in agro hoſpitis nuper ibi repertum Dracunculum diverſum ab his, quos in priori volumine ejuſdem nominis diximus*. & lib. xxvii. & cap. xi. de Lithoſpermo, idem inquit *Iacere, atque humi ſerpere auctores tradunt: ego vulſam, non hærentem vidi*. Ejuſdem vero libri cap. xiii. ait, *De herbis quidem*

quidem memoria digna hactenus, *aut accepimus*, *aut comperimus*. Miſſa facio plura alia loca uno hoc contentus, qui lib. nat. hiſt. xxv. capit. 2. ſic habet, *Nobis certe exceptis admodum paucis ſtirpibus, contigit reliqua contemplari ſcientia Antonii Caſtoris, cui ſumma auctoritas erat in ea parte noſtro avo, viſendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat centeſimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria, aut vigore concuſſis*. Hæc Plinius de ſua in cognoſcendis plantis exercitatione, cui vel inexercitatiſſimo, tamen eſſent plurimæ gratiæ habendæ, quod ejus induſtria multorum ſcriptorum, & in his medicorum, Nigri præſertim Galeno, ut præmonuimus, in hiſtoria ſimplicium medicamentorum tradenda probati, Lucubrationum nonnulla ad nos fragmenta pervenerunt, nec, quia labatur in nonnullis, hoc ejus privatum vitium eſt. ſed commune illi cum multis etiam Dioſcoridi, quo abſoluto, non debuit Plinius damnari, cujus ad Imperatorem ſcribentis illa ingenua confeſſio eſt, *non dubitare multa ſe latuiſſe quod homo eſſet*, *ac valde occupatus*, nec ego eum, ut nunquam lapſum eſſe exiſtimarem, ne dicam auderem affirmare, ulla in animum meum ratione unquam inducere potui. Tantum toties labi, quoties, ſtudio laudis, & gloriæ ex ejus vituperatione conſequendæ, Dioſcoridis perinde ac vetuſtioris, & extra omnem aleam poſiti maximo argumento, nonnulli profeſſi ſunt, cum alibi ſæpe, tum hoc præcipue loco audeo inficiari: plura enim in eo vitio temporis ſunt immutata, multa exſcribentium negligentia, nonnulla aliorum quorumdam temeritate, vel nimia feſtinatione depravata quę inſonti Plinio imputantur. Atque hæc in genere, Patres, ſum præfatus de Plinii innocentia, plura diſtinctius, ac preſſius dicturus, ubicumque Plinio aliquid objici ab adverſariis occurret in explicatione ſingularum hiſtoriarum, quas mox aggrediar à libro duodecimo exorſus, ac primo inter eos, quos de materia medica compoſuit addictus peregrinis ſtirpibus referendis, quibus omnibus, aut certe plerîſque cognoſcendis Luſitanorum induſtria, atque auſu plane heroico plus nos profecimus, quam ante actis ſæculis ullus, aut Græcus, aut Latinus agnitis fabulis, quas ab Indis mercatoribus, vel aliis negotiatoribus ſe plus quæſtus eſſe facturos exiſtimantibus, ſi omnia difficiliora feciſſent, & admirationis plena prædicaſſent, acceptas nobis pro hiſtoriis exhibuere. Nunc quoniam dicendo feſſus ſum; nec ſatis multa non dixi, confecto ſermone, finem impono.

FINIS.

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER I.
PRÆFATIO.

C. Plinius Secundus [1] *Veſpaſiano ſuo S.* — 1 D. Tito Veſpaſ. *Alii.*

LIBROS Naturalis Hiſtoriæ
novitium [2] Camœnis Quiri- — 2 Quirit. tuor. op. Camœ.nat. *Dal.*
tium tuorum opus [3] natum a- — 3 natos. *M.*
pud me proxima fœtura, licen- — 4 Sacrare. *Alii.* nuncupare. *Vet.*
tiore epiſtola [4] narrare conſtitui tibi, ju-
cundiſſime Imperator (ſit enim hæc tui — 5 maxime. *Alii.* *Herm.* maximo. *Alii.*
præfatio veriſſima, dum [5] maximi conſe-
neſcit in patre.) [a] Nanque tu ſolebas — 6 noſtras. *Vet.*
[6] meas eſſe aliquid putare nugas, ut [7] obi- — 7 objicere moliar. *Vet.* obice remolliam. *Turn.*
ter emolliam Catullum conterraneum
meum. Agnoſcis & hoc caſtrenſe verbum.
Ille enim, ut ſcis, permutatis prioribus
ſyllabis duriuſculum ſe fecit, [8] quam vo- — 8 magis quam. *Dal.*
lebat exiſtimari à [9] [b] Veraniolis [10] ſuis & Fa- — 9 vernaculis tuis & famulis. *M.* Veraniis ſuis & Fabullis.
bulis. Simul ut hac mea petulantia fiat,
quod proxime non fieri queſtus es in alia
* pro- — 10 tuis. *Turn.*

a *Namque tu ſolebas meas, &c.*] In Catullo eſt,

Cui dono lepidum meum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi. namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas.

Viſus autem legere Plinius,

Corneli, tibi. tu putare namque

(vel, *namque tu putare*)

Nugas eſſe aliquid meas ſolebas.

quod profecto durius & aſperius fuit. *Dalec.*

b *Veraniolis ſuis & Fabulis.*] Catullus ſæpe ſcribit ad amicos & familiares ſuos Fabullum & Veranium, quem ὑποκοριστικῶς blandiens nonnunquam vocat Veraniolum, ut hoc verſu, *Et Veraniolum meum, & Fabullum.* Idem.

procaci epiſtola noſtra, [1] ut in quædam acta [2] exeat, [a] ſciantque omnes quam ex æquo tecum vivat [3] imperium. Triumphalis & Cenſorius tu, [4] ſexieſque Conſul, ac Tribunitiæ poteſtatis particeps, & quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter & equeſtri ordini præſtas, Præfectus prætorio ejus, omniaque hæc Reipublicæ, & nobis quidem qualis in caſtrenſi contubernio? Nec quicquam in te mutavit fortunæ amplitudo, niſi ut prodeſſe tantundem poſſes [5] & velles. Itaque cum cæteris in [6] venerationem tui pateant omnia illa, nobis ad colendum te familiarius audacia ſola ſupereſt. Hanc igitur tibi imputabis, & in noſtra culpa tibi ignoſces. Perfricui faciem, nec tamen profeci: [7] quando alia via occurris ingens, & longius etiam [8] ſubmoves ingenii faſcibus. Fulgurat in nullo unquam verius dicta [b] vis eloquentiæ, Tribunitiæ poteſtatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas? [9] quanto fratris amas? quantus in poë-

1 ut in acta quidem exeat.
2 exeant. *M.* exeam. *Vet.*
3 imperiumtriumphale & cenſorium. *Turn.*
4 ſextumque. *Vet.* ſeptimumque. *Vet. Chalderii.*
5 ut. *M.* quantum. *Chald. ac Alii.*
6 veneratione. *M.*
7 quoniam *M.*
8 ſummoves. *M.*
9 quantum fratrem. *M.*

a *Sciantque omnes quam ex æquo, &c.*] Sic legend. *Sciantque omnes quam ex æquo tecum vivat Imperium, Triumphali, & Cenſorio ſexieſque Conſule, ac Tribunitiæ poteſtatis participe, & quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter, & equeſtri ordini præſtas Præfecto prætorio ejus, omniaque hæc Reipublicæ. Et nobis quidem qualis in Caſtrenſi contubernio. Imperium* vocat Plinius homines qui ſub Imperio ſunt. Ut ſciant, inquit, omnes, quam ex æquo vivat Imperium, id eſt, illi qui tibi ſubjecti ſunt, quam pari jure tecum vivant, qui Triumphalis es, & cenſorius, & ſexies Conſul. Vide *Salmaſ.* 1197. b. & 1198. a.

b *Vis eloquentiæ.*] Suetonio Titus Latinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poëmatibus promptus & facilis fuit, vel uſque ad extemporalitatem. *Dalec.*

poëtica es? O magna fœcunditas animi: quemadmodum [1]fratrem quoque imitareris, excogitaſti. Sed hæc quis poſſit intrepidus æſtimare ſubiturus ingenii tui judicium, præſertim laceſſitum? Neque enim ſimilis eſt conditio publicantium, & nominatim tibi dicantium. Tum poſſem dicere, quid iſta legis Imperator? Humili vulgo ſcripta ſunt, agricolarum, opificum turbæ, denique [2]ſtudiorum otioſis: quid te judicem facis? [3]Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Majorem te ſciebam, quam ut deſcenſurum huc putarem. Præterea eſt quædam publica etiam eruditorum rejectio. Utitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenii aleam poſitus, & (quod miremur) per advocatum [4]defenditur.[5]Hęc doctiſſimum [6]Perſium legere nolo, Lælium Decimum volo. Quod ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum ſibi putavit: ſi Cicero mutuandum, præſertim cum de republica ſcriberet: quanto nos cauſatius ab aliquo judice [7]diffidimus? Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione, quoniam plurimum [8]intereſt, ſortiatur aliquis judicem an eligat: multumque apparatus intereſt apud invitatum hoſpitem & oblatum. Cum apud Catonem illum ambitus hoſtem, & repulſis tanquam honoribus [9]indeptis gaudentem, flagrantibus

1 frater quoque imitaretur.

2 ſtudioſorum. *Alii.* otii ſtudioſis. *Alii.*

3 Quam hanc operam cum dicerem, næniam in hoc albo. *Turn. haud ſatis feliciter.*

4 defenſus. *Alii.*

5 Nec doctiſſimis. Manium Perſium legere nolo (*ſic & M.*) Junium Congum volo. *Turn. legit*, & Iunium Congium. *Herm.*

6 omnium Perſ. *M.*

7 defendimur *M. & vet.*

8 refert, *M.*

9 inemptis. *V.* ineptis. *Turn.*

tibus comitiis [a] pecunias deponerent candidati, hoc ſe facere [b] pro innocentia (quod in rebus humanis ſummum eſſet) profitebantur: inde illa nobilis M. Ciceronis ſuſpiratio: O te felicem M. Porci, à quo rem improbam petere nemo audet. Cum Tribunos appellaret [c] L. Scipio Aſiaticus, inter quos erat Gracchus: hoc atteſtabatur, ſe vel inimico judici [1] approbari poſſe. Adeo ſummum quiſque cauſæ ſuæ judicem facit, quemcunque [2] elegit, unde provocatio appellatur. Te quidem in excelſiſſimo humani generis faſtigio poſitum, ſumma eloquentia, ſumma eruditione præditum, religioſe adiri etiam à ſalutantibus ſcio. [3] Et ideo immenſa præter cæteras ſubit cura, ut quæ tibi dicantur, te digna ſint. Verum [4] & diis lacte ruſtici multæque gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio deos colere, quoquo modo poſſet. Meæ quidem temeritati acceſſit hoc

1 probari. *M.*

2 eligit. *M.*

3 Et ideo curavi ut quæ, &c. Et ideo curavi, quæ tibi dicantur, condigna ſint. *Vet.*

4 &, in *M.* d. & *mox*, ſupplicant.

a *Pecunias deponerent candidati.*] Qui honores à populo petebant, ſolebant coram captandæ gratiæ cauſa per centurias certam pecuniæ ſummam pronunciare, eamque præſentem apud aliquem virum gravem deponere, ne clanculum furtiva largitione populum corrupiſſe ſuffragiaque emiſſe crederentur. Vide Sueton. in Julio cap. 19. *Operas campeſtres* Cicero pro Plancio ſequeſtros eos vocat. Deponebantur vero apud illos à candidatis pecuniæ, ut iis multarentur, ſi ambitus aut corruptorum ſuffragiorum convicti damnatique fuiſſent, quia in Campo Martio ad honores petendos deferendoſque deſtinato coiret populus. *Dalec.*

b *Pro innocentia.*] Seneca Epiſtol. 3. lib. 1. *candidatos* omnes publico nomine bonos viros appellari ſcribit. *Idem.*

c *L. Scipio Aſiaticus.*] L. Scipio Aſiaticus devicto Antiocho repetundarum accuſatus, cum à Senatus judicio ſibi timeret, Tribunos plebis appellavit, tametſi Gracchum, qui tum eum magiſtratum gerebat, inimiciſſimum eſſe ſibi cognoſceret ac infenſiſſimum. Nec ſpe falſus eſt. Prohibuit enim Gracchus ne in carcerem & vincula traheretur. *Eutropius.*

hoc quoque, quod levioris operæ hos tibi dedicavi libellos. Nam nec ingenii ſunt capaces, quod alioquin nobis per quam mediocre erat: nec admittunt exceſſus aut orationes, ſermonesve, aut [1] caſus mirabiles, vel eventus varios, non alia jucunda dictu, [2] aut legentibus blanda. Sterili materia rerum natura, hoc eſt, vita narratur, & hæc ſordidiſſima ſui parte, [3] ut plurimarum rerum aut ruſticis vocabulis aut externis, imo barbaris, etiam cum honoris præfatione ponendis. Præterea iter eſt, non trita auctoribus via, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos, qui idem tentaverit, nemo apud Græcos qui unus omnia ea [4] tractaverit. Magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus. Quæ vero tractata ab aliis dicuntur immenſæ ſubtilitatis, obſcuris rerum tenebris premuntur. Jam omnia attingenda, quæ Græci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας vocant, & tamen ignota aut incerta ingeniis facta. Alia vero ita multis prodita, ut in faſtidium ſint adducta. Res ardua, vetuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam, & naturæ ſuæ [5] omnia. Itaque etiam non aſſecutis, voluiſſe, abunde pulchrum atque [6] magnificum eſt. Equidem ita ſentio, peculiarem in ſtudiis cauſam eorum eſſe, qui

1 cauſas. *M.*

2 ac leg. *M.*

3 ut, *in M. d.* ut plurimum.

4 tract. invenitur. *Vet.*

5 vim. *M.*

6 magnum *Vet.*

qui difficultatibus victis, utilitatem juvandi prætulerunt gratiæ placendi: idque jam & in aliis operibus ipſe feci: & profiteor mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in hiſtoriarum ſuarum, quas repetit ab origine Urbis, quodam volumine ſic orſum: Satis jam ſibi gloriæ quæſitum: & [1] potuiſſe ſe deſinere, ni animus inquies paſceretur opere. Profecto enim populi gentium victoris, & Romani nominis gloriæ, non ſuæ compoſuiſſe illa decuit. Majus meritum eſſet, operis amore, non animi cauſa perſeveraſſe: & hoc populo Romano præſtitiſſe, non ſibi. Viginti millia rerum dignarum cura, ([2] quoniam, ut ait Domitius Piſo, theſauros oportet eſſe, non libros) ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum ſtudioſi attingunt propter ſecretum materiæ, ex exquiſitis auctoribus centum, incluſimus triginta [3] ſex voluminibus, adjectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores, aut poſtea invenerat vita. Nec dubitamus, multa eſſe, quæ & nos præterierint. Homines enim ſumus & occupati officiis: [4] ſucciſivíſque temporibus iſta curamus, id eſt, nocturnis, [5] [a] ne quid veſtris putetis ceſſatum horis. Dies vobis impendimus: cum ſomno vale-

1 potius ſe deſiderare ut animus inquiete M. potuiſſe deſiderare. *Turn.*

2 quarum. *Alii.*

3 ſeptem. *Alii.*

4 ſubſicivíſque *Turn.*

5 ne quid noſtris. *Vet.* ne quis veſtrum putet his ceſſ. *M.*

a *Ne quid veſtris putetis ceſſatum horis.*] Noverat Plinius à Theophraſto dictum: χρόνον εἶναι πολυτελὲς ἀνάλωμα: præterea brevem acutamque hanc ſententiam, fuiſſe hominum ſapientum, χρόνου φείδου. Victorius cap. 19. 11. *Dal.*

valetudinem computamus: vel hoc ſolo præmio contenti, quod dum iſta (ut ait M. Varro) [1] muſinamur, pluribus horis vivimus. Profecto enim vita vigilia eſt. Quibus de cauſis atque difficultatibus nihil auſo promittere, hoc ipſum tu præſtas quod ad te ſcribimus. [2] Nec fiducia operis hæc eſt, ſed indicatura. Multa valde pretioſa ideo videntur, quia ſunt templis [3] dicata. Nos quidem omnes, patrem, te, fratremque diximus opere juſto, temporum noſtrorum hiſtoriam orſi à fine Aufidii Baſſi. Ubi ſit ea quæres? jam pridem [4] peracta ſancitur: & alioquin ſtatutum erat hæredi [5] mandare, ne quid ambitioni dediſſe vita judicaretur. [6] Proinde occupantibus locum faveo, ego vero & poſteris, quos ſcio nobiſcum decertaturos, ſicut ipſi fecimus cum prioribus. Argumentum hujus ſtomachi mei habebis, quod in his voluminibus auctorum nomina prætexui. Eſt enim benignum (ut arbitror) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non, ut plerique ex iis, quos attigi, fecerunt. Scito enim conferentem auctores me deprehendiſſe à juratiſſimis & proximis veteres tranſcriptos ad verbum, neque nominatos, non illa Virgiliana virtute ut certarent, non Ciceroniana ſimplicitate, qui in libris de Republica, Platonis ſe comitem profite-

1 muſſitamus. *V. Apud Cicer. lib. 16 Epiſt. ad Attic. quæ incipit*, Nonis muginamur. *Ex hoc loco ille corrigendus, vel ex illo hic.* Chifl. muginamur. *Feſtus*, nugamur, & tarde conamur.

2 Hæc fid. op. eſt, hæc ind. *V. Herm.*

3 dicatura. V.

4 pacta. V.

5 mand. ut publicaret, ne quid amb. ſtuduiſſe vi. jud.

6 Perinde vero occupantib. *V. Chal.* Perinde vero ut occup. loc. ego faveo, ſic & poſt.

tur: [1]in conſolatione filiæ, Crantorem, inquit, ſequor: item Panætium [2]de officiis. Quæ volumina ejus ediſcenda, non modo in manibus quotidie habenda, noſti. Obnoxii profecto animi, & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, [a]cum præſertim ſors fiat ex uſura. [3]Inſcriptionis apud Græcos mira felicitas: κηρίον inſcripſere, quod volebant intelligi favum: alii κέρας ἀμαλθείας, quod Copiæ cornu, ut vel [b]lactis gallinacei [4]ſperare poſſis in volumine hauſtum. [5][c]Jam Muſæ, πανδέκται, [6]ἐγχειρίδιον, λειμὼν, [d]πινακίδιον, inſcriptiones propter quas vadimonium deſeri poſſit. At cum intraveris, dii deæque, quam nihil in medio invenies! Noſtri craſſiores, Antiquitatum, Exemplorum, [7][e]Artiumque quam [8]facetiſſimi Lucubrationem, puto, qui Antias civis erat & vocabatur, Valerius primus aſſerit! Varro in Satyris ſuis [f]Seſculixem & Flexibulas. Apud Græcos

1 & in. *Turn.*
2 in offic.
3 Inſcriptionum.
4 ſpectare. *Turn.*
5 Jam jam nos. *Turn.*
6 encheiridia. *M.*
7 artiumque. Facetiſſimi lucubrationem, puto, quia, ut baculus erat, & vocabatur paulo minus Aſſ. &c. *M.* Lego, artiumque. Facetiſſimus Bibaculus paulo minus. Lucubrationum, qui, puto, ut erat, vocabatur, &c.
8 facundiſſimi. *Alii.*

a *Cum præſertim ſors fiat ex uſura.*] Cum præſertim libris alienis utendo non ſolum nihil nobis depereat, aut detrimenti accedat, ut iis qui pecuniam ad uſuram & fœnus ſumpſerunt, ſed etiam lucri multum adquiratur. *Dalec.*

b *Lactis gallinacei.*] *Lac gallinaceum* de ſumma felicitate olim uſurpabatur. Strabo lib. 14. eos, qui Sami fœcunditatem laudabant, ei proverbium accommodaſſe tradit, quo ajunt φέρειν ὀρνίθων γάλα. *Idem.*

c *Jam Muſæ.*] Suos libros *Muſas* & *Prata*, veteres inſcripſiſſe teſtatur etiam Aul. Gellius. *Idem.*

d *Πινακίδιον.*] Πίναξ, navium aſſamentum: tabula cerata, pugillar, in quo ſtylis ſcribitur: vas cui cibus ac potus imponitur: operis alicujus & libri index, qua ſignificatione hic uſurpatur. *Guillandinus.*

e *Artiumque.*] Ut Muſica, Grammatica, &c. *Dalec.*

f *Seſculixem & Flexibulas.*] Flexabulas & Seſquiulyſſem Nonius multis locis legit. *Idem.*

e Apion

cos deſiit nugari Diodorus, & βιβλιοθήκης hiſtoriam ſuam inſcripſit. [a] Apion quidem Grammaticus, hic quem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocabat, quum publicæ famæ tympanum potius videri poſſet, immortalitate donari à ſe ſcripſit, ad quos aliqua componebat. Me non pœnitet nullum feſtiviorem excogitaſſe titulum. Et ne in totum videar Græcos inſectari, ex illis [1] nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos [2] in libellis his invenies, abſoluta opera, & illa quoque quæ mirando non ſatiamur [b] pendenti titulo inſcripſiſſe: [3] [c] ut Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta, ut contra judiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velut emendaturo quicquid [4] deſideretur, ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt, quod omnia opera tanquam noviſſima inſcripſere, [5] & tanquam ſingulis fato adempti. Tria non amplius, ut opinor, [6] abſolute traduntur inſcripta. [7] Ille fecit, quæ ſuis locis reddam: quo apparuit, [8] ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe, & ob id magna invidia fuere omnia ea.

1 mox vel intel. pingique condit. *Turn.*
2 in tabulis ſuis inven.
3 Aut
4 deſideraretur. *P.*
5 tanquam aliquid ſingul. fato ſit ademptum. M. V.
6 traduntur, quæ abſolute inſcripta ille fecit. M.
7 Apelles fecit.
8 ſumma artis ſecuritate.

a *Apion quidem Grammaticus.*] Πληστονίκης, vel πλειστονίκης, & πολυνίκης, infra cap. 5. lib. 37. Ut ait Seneca Epiſt. 89. tota circumlatus Græcia ſub C. Cæſare. *Dalec.*

b *Pendenti titulo inſcripſiſſe.*] Dubio & ambiguo: vel pendulo, ſuſpenſo, affixo. *Idem.*

c *Ut Apelles faciebat.*] Vide Politianum cap. 47. Miſcel. *Idem.*

ea. Ego plane meis adjici poſſe multa confiteor: nec his ſolis, ſed & omnibus [1] quæ edidi: ut obiter caveam iſtos [a] Homeromaſtigas. Ita enim verius dixerim, [2] quoniam audio & Stoicos, & Dialecticos, Epicureos quoque (nam de Grammaticis [3] ſemper expectavi) parturire adverſus libellos, quos de Grammatica edidi, & ſubinde abortus facere jam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant. Seu vero neſciam, adverſus Theophraſtum hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam [b] fœminam, & proverbium inde natum, [c] ſuſpendio arborem [4] eligendi. Non queo mihi temperare, [5] quo minus ad hoc pertinentia ipſa Cenſorii Catonis verba ponam, ut inde appareat, etiam Catoni de militari diſciplina [6] commentanti, qui ſub Africano, imo vero & ſub Annibale didiciſſet militare, & ne Africanum quidem ferre potuiſſet, qui Imperator triumphum reportaſſet, paratos fuiſſe iſtos qui obtrectatione alienæ ſcientiæ famam ſibi aucupantur. Quid enim [7] ait in eo volumine? Scio ego quæ ſcripta ſunt, ſi palam proferantur, multos fore [8] qui vitilitigent, ſed

1 quos. M.
2 quam. *Alii.* Nam. M. quam Stoic. & dialecticos, Epicureos quoq;. Nam Grammaticos audio, quodque ſemper expectavi, &c.
3 id ſemper. *Alii.*
4 eligendum. M.
5 quin ad hoc. M.
6 comminanti. *Turn.*
7 ut te in eo. *Turn.*
8 qui ita re probent ut eligant. *Turn. M.* ut vellicent. *Rhenanus.*

a *Homeromaſtigas.*] Zoili Macedonis poëtæ Homeromaſtigis ſcitu dignam hiſtoriam, vide apud Vitruvium præfat. lib. 7. *Idem.*

b *Fœminam.*] Leontium meretriculam. *Idem.*

c *Suſpendio arborem eligendi.*] De re vehementer indigna, nec ullo pacto toleranda. Vide Eraſmi Chiliades. Veteris legis carmine arbor infelix dicebatur è qua ſuſpendio ſtrangulatus aliquis fuiſſet. Rhodig. cap. 7. 10. *Idem.*

ſed ii potiſſimum, qui veræ laudis expertes ſunt. Eorum ego orationes [1] ſino præterfluere. Nec Plancus illepide, cum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne reſpondere poſſet: [a] Cum mortuis non niſi larvas luctari. Quo dicto ſic repercuſſit illas, ut apud eruditos nihil impudentius judicetur. Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus compoſuit, (quid enim illi aliud quam litigant aut litem quærunt?) [2] exequemur reliqua propoſiti. [3] Quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid ſingulis [4] contineatur libris huic epiſtolæ ſubjunxi: ſummaque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu per hoc & aliis præſtabis ne perlegant: ſed ut quiſque [5] deſideraverit aliquid, id tantum quærat · & ſciat quo loco inveniat. Hoc ante me fecit in litteris noſtris [b] Valerius Soranus, in libris quos ἐποπτίδων inſcripſit.

1 ſibi prætereo. *Turn.* M. ibi. *Alii* ſilentio prætereo. *Alii.*

2 exequamur. M.

3 Quia viro occup. M. & V.

4 contineretur. M.

5 deſiderabit. M.

a *Cum mortuis non niſi larvas luctari.*] Apud Rhodig. c. 32. 21. Philoſtratus Æliano Sophiſtæ mortui Ginnidis accuſationem paranti, miraturum ſe dixit ſi vivum accuſaſſet. *Dalec.*

b *Valerius Soranus.*] Q. Valer. de quo Varro 4. de Ling. Lat. & poſthac lib. 3. cap. 5. *Idem.*

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI HISTORIARUM MUNDI ELENCHOS,

Librorum omnium Trigintaſeptem Liber unus, qui PRIMUS.

Summatim hæc inſunt Libris ſingulis.

1 Quæ hinc ſequuntur ad uſque lib. 2. in M. d.

1 PRIMO, Præfatio operis ad Titum Veſpaſianum Cæſarem. Item auctorum nomina, ex quibus deſumpſit ea, quæ perſequitur libris ſex & triginta, capita rerum ſingularum attingens, *Libros.*

Secundo de mundo, & elementis & ſideribus, *Mundum.*
Tertio, primus & ſecundus Europæ ſinus, *Hactenus.*
Quarto, tertius Europæ ſinus, *Tertius.*
Quinto, deſcribitur Africa, *Africam.*
Sexto, Aſiæ deſcriptio continetur, *Pontus.*
Septimo, de homine, & rebus ab homine inventis, *Mundus.*
Octavo, terreſtrium animalium genera, *Ad reliqua.*
Nono, aquatilia, *Animalium.*
Decimo, volucrum genera, *Sequitur.*
Undecimo, inſecta animalia, *Reſtant.*
Duodecimo, plantæ odoratorum, *Animalium.*
Decimotertio, plantæ arborum peregrinarum, *Hactenus.*
Decimoquarto, plantæ vitium, *Externa.*
Decimoquinto, plantæ arborum frugiferarum, *Oleam.*
Decimoſexto, plantæ arborum ſilveſtrium, *Pomiferas.*
Decimoſeptimo, plantæ ſativarum, *Natura.*
Decimooctavo, natura frugum & cerealium, ac ſtudia agricolatoris, *Sequitur.*
Decimonono, linum, ſpartum, & hortenſia, *Siderum.*
Viceſimo, quæ cibis & medicinæ in plantis ſativis conveniant, *Maximum.*
Viceſimoprimo, flores & coronamenta, *In hortis.*
Viceſimoſecundo, coronæ & medicinæ ex herbis, *Compleſſe.*
Viceſimotertio, medicinæ ex vino & arboribus urbanis, *Peracta.*
Viceſimoquarto, medicinæ ex arboribus ſilveſtribus, *Ne ſilvæ.*
Viceſimoquinto, medicinæ herbarum ſponte naſcentium, *Ipſa quæ.*
Viceſimoſexto, novi morbi, & medicinæ quarundum herbarum per morbos, *Senſit.*
Viceſimoſeptimo, herbæ aliæ quædam & medicinæ, *Creſcis.*
Viceſimooctavo, medicinæ ex homine & animalibus magnis, *Dicta erant.*

Viceſimonono, de medicinæ auctoribus, & medicinæ ex reliquis animalibus, *Natura.*
Triceſimo, magia, & medicinæ quædam per membra, *Magicas.*
Triceſimoprimo, medicinæ ex aquatilibus, *Aquatilium.*
Triceſimoſecundo, reliqua ex aquatilibus, *Ventum.*
Triceſimotertio, metalla auri & argenti, *Metalla.*
Triceſimoquarto, metalla æris & plumbi, & artifices ærarii. *Proxime.*
Triceſimoquinto, pictura, coloreſque & pictores, *Metallorum.*
Triceſimoſexto, marmora, & lapides, *Lapidum.*
Triceſimoſeptimo, gemmæ, *Vt nihil.*

LIBRO II. continetur [1] de mundo & cœleſtibus, & terreſtribus, & aëriis.

[1] *in M. deſunt.*

An [2] finitus ſit mundus, & an unus. Cap. I
De forma ejus. II
De motu ejus. III
Cur mundus dicatur. IV
De quatuor elementis. V
De ſeptem planetis. VI
De Deo. VII
De natura ſiderum errantium, & eorum ambitu, VIII
De [3] natura Lunæ. IX
De [4] defectu Solis & Lunæ, & de nocte. X
De ſiderum magnitudine. XI
Quæ quis invenerit in obſervatione cœleſti. XII
De defectibus. XIII
De Lunæ motu. XIV
Errantium motus, & luminum Canonica. XV
Quare eadem aliâs altiora, aliâs inferiora videantur. XVI
Catholica ſiderum errantium. XVII
Quæ ratio colores eorum mutet. XVIII
Solis motus, & dierum inæqualitatis ratio. XIX
Quare Jovi fulmina aſſignentur. XX
Intervalla ſiderum. XXI
De ſiderum Muſica. XXII
De mundi Geometria. XXIII
De repentinis ſideribus. XXIV
De cometis [5] & cœleſtibus prodigiis, natura & ſitu, [6] & generibus eorum. XXV
[7] Hipparchea de ſideribus, per exempla hiſtorica, faces, [8] lampades, trabes, bolides, & chaſma cœli. XXVI
De cœli coloribus. XXVII
De flamma cœli. XXVIII
De coronis cœleſtibus. XXIX
De circulis repentinis. XXX
Plures Soles. XXXI

[2] infinitus. M.
[3] Lunæ natura. M.
[4] defectibus. M.
[5] & de cœl. M.
[6] generatim. M.
[7] Hipparchi. M.
[8] & cœleſtes lamp. trab. & bol. M.

Plu-

Plures Lunæ. XXXII
Dierum lux nocte. XXXIII
Clypei ardentes. XXXIV
Oſtentum cœli. XXXV
De diſcurſu ſtellarum. XXXVI
De ſtellis Caſtoribus. XXXVII
De aëre. XXXVIII
De ſtatis tempeſtatibus. XXXIX
De [1] vi Caniculæ. XL
[2] Sidera in aliis ſignorum partibus & temporibus alias influere. XLI
Imbrium, ventorum & nubium cauſæ. XLII
De tonitruis & fulguribus. XLIII
Qua ratione echo reddatur. XLIV
De ventis iterum. XLV
Naturæ & obſervationes ventorum. XLVI
Ventorum genera. XLVII
De repentinis flatibus. XLVIII
Alia prodigioſa genera tempeſtatum. XLIX
Quibus in terris fulmina non cadant. L
Fulgurum genera & miracula. LI
De [3] obſervationibus. LII
De fulminibus evocandis. LIII
Catholica fulgurum. LIV
Quæ non feriantur fulmine. LV
De prodigioſis pluviis; lacte, ſanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. LVI
De crepitu armorum & tubarum de cœlo audito. LVII
De lapidibus è cœlo cadentibus. LVIII
De arcu cœleſti. LIX
De grandine, nive, pruina, nebula, rore. LX
De nubium imaginibus. LXI
De proprietatibus cœli in locis. LXII
De natura terræ. LXIII
De forma terræ. LXIV
De antipodibus an ſint, & aquæ rotunditate. LXV
Quomodo ſit aqua terræ innexa. LXVI
De navigatione maris & flumi. LXVII
Quæ portio terræ habitetur. LXVIII
Mediam eſſe mundi terram. LXIX
De ſiderum ortus inæqualitate, & de eclipſi, & ubi, & quare. LXX
Quæ ratio diurnæ lucis in terris. LXXI
Gnomonica de eadem re, & horologio primo. LXXII
Ubi & quando nullæ umbræ. LXXIII
Ubi bis anno umbræ, & ubi in contrarium. LXXIV
Ubi longiſſimus dies, & ubi breviſſimus. LXXV
Item de horologio. LXXVI
Quomodo dies [4] obſerventur. LXXVII

[1] De Canic. exortu. M.

[2] *Pro his in M. leguntur hæc:* Vis temporum anni ſtatuta. De incertia tempeſtatibus. De Imbribus. Quare lapides pluunt. De tonitr. &c.

[3] obſervatione Thuſcorum, M.

[4] obſerventur, M.

Diſ-

Differentiæ gentium [1] ratio. LXXVIII
De motu terræ. LXXIX
De terræ hiatibus. LXXX
Signa motus futuri. LXXXI
Auxilia contra motus futuros. LXXXII
Portenta terrarum ſemel viſa. LXXXIII
Miracula terræmotus. LXXXIV
Quibus locis maria [2] receſſerint. LXXXV
Ratio inſularum enaſcentium. LXXXVI
Quæ & quibus temporibus enatæ ſunt. LXXXVII
Quas terras interruperint maria. LXXXVIII
Quæ inſulæ continenti adjunctæ. LXXXIX
Quæ terræ in totum mari permutatæ. XC
Quæ terræ ipſæ ſe ſorbuerunt. XCI
Quæ urbes hauſtæ ſunt à mari. XCII
De miraculis terrarum. XCIII
De terris ſemper trementibus. XCIV
De inſulis ſemper fluctuantibus. XCV
Quibus in terris non pluat, & acervata terrarum miracula, & cæterorum elementorum. XCVI
Qua ratione æſtus maris accedant & recedant, & ubi æſtus extra rationem. XCVII
Miracula maris. XCVIII
[3] Poteſtas Lunæ terrena & marina. XCIX
Quæ Solis & quare ſalſum mare. C
Item de natura Lunæ CI
Ubi altiſſimum mare. CII
Miracula aquarum, fontium & fluminum. CIII
[4] Ignium & aquarum juncta miracula, & de Maltha. CIV
De naphtha. CV
De ſemper ardentibus locis. CVI
Ignium per ſe miracula. CVII
Terræ univerſæ menſura, longitudo & latitudo. CVIII
Harmonica mundi ratio. CIX
Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes [5] CCCCXVIII.

Ex auctoribus,

M. Varrone, Sulpitio Gallo, Tiberio Cæſare Imperatore, Q. Tuberone, Tullio Tirone, L. Piſone, T. Livio, Cor. Nepote, Statio Seboſo, Cælio Antipatro, Fabiano, Antiate, Mutiano, Cecina, qui de Hetruſca diſciplina ſcripſit, [6] Tarquitio, [7] L. Aquila, qui item, Sergio Paulo.

Externis,

Platone, Hipparcho, [8] Timæo, Soſigene, Petoſiri, Necepſo, Pythagoricis, Poſidonio, Anaximandro, Epigene Gnomonico, Euclide, Cerano Philoſopho, Endoxo, Democrito, Critodemo, Thraſillo, Serapione, Dicæarcho, Archimede, Oneſicrito, Eratoſthene,

[1] & rat. M.

[2] receſſerunt. M.

[3] Quæ poteſtas. M.

[4] De Maltha. M.

[5] Quadringente decem & ſeptem. M.

[6] Tarquinio. *Macrob. lib. 3. ult. Saturn. ſed perperam monente Pet. Pithœo adverſar. 1. c. 20.*

[7] L. Julio, Aquilaque, item Sergio Paulo. M.

[8] Timarcho. M.

roſthene, Pythea, Herodoto, Ariſtotele, Cteſia, Artemidoro Epheſio, Iſidoro Characeno, Theopompo.

LIBRO III. continentur ſitus, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, menſuræ, populi qui ſunt, aut fuerunt.

De Europa.	Cap. I
Bæticæ longitudo, & latitudo.	II
Hiſpania citerior.	III
Narbonenſis provincia.	IV
Italia, Tiberis, Roma, Campania.	V
[1] De Corſica. (1 Corſica, Ebuſus. Colubraria. M.)	VI
De Sardinia.	VII
De Sicilia.	VIII
De Lipara.	IX
De Locris Italiæ fronte.	X
Secundus Europæ ſinus.	XI
Regio Italiæ quarta.	XII
Quinta regio.	XIII
Sexta regio.	XIV
Octava regio.	XV
De Pado flumine.	XVI
De Italia [2] tranſpadana, regio XI. (2 trans Padum. M.)	XVII
Venetia decima regio.	XVIII
De Iſtria.	XIX
De Alpibus & gentibus Alpinis.	XX
Illyricum.	XXI
Liburnia.	XXII
Macedonia.	XXIII
Norici.	XXIV
Pannonia, Dalmatia.	XXV
Mœſia.	XXVI

Inſularum Ionii & Adriatici ſumma oppida [3] gentes XXVI. Summa flumina clara. Summi montes præclari. Summæ inſulæ. Summa ea, quæ intercidere, oppida & gentes. Summa res, & hiſtoriæ, & obſervationes CCCXXVI.

3 & gentes.

Ex auctoribus,

[4] Turannio Graccula, Cor. Nepote, T. Livio, Catone Cenſorio, M. Agrippa, M. Varrone, Divo Auguſto, Varrone Atacino, Antiate, Hygino, L. Vetere, Mela Pomponio, Curione patre, Cælio, Aruntio, Seboſo, Licinio Mutiano, Fabricio Thuſco, L. Atteio Capitone, Verrio Flacco, L. Piſone, C. Æliano, Valeriano.

4 Terranio Gracculo. M.

Externis,

Artemidoro, Alexandro Polyhiſtore, Thucydide, Theophraſto, Iſidoro, Theopompo, Metrodoro Scepſio, Callicrate, Xeno-

Digitized by Google

Xenophonte Lampſaceno, Diodoro Syracuſano, Nymphodoro, Calliphane, Timagene.

LIBRO IV. continentur ſitus, gentes, maria, oppida, montes, portus, flumina, menſuræ, populi qui ſunt, aut fuerunt.

Epirus.	Cap. I
Ætolia.	II
Locri.	III
Peloponneſus.	IV
Achaia.	V
Arcadia.	VI
Græcia & Attica.	VII
Theſſalia.	VIII
Magneſia.	IX
Macedonia.	X
Thracia.	XI
Inſulæ inter eas terras, inter quas Creta, Eubœa, Cyclades, Sporades, [1] Helleſponti, Ponti, Mæotidis, Daciæ, Sarmatiæ, Scythiæ.	XII
Inſulæ Ponti.	XIII
Germaniæ.	XIV
Inſulæ in Gallico Oceano.	XV
Britannia, & Hibernia.	XVI
Gallia.	XVII
Lugdunenſis Gallia.	XVIII
Aquitania.	XIX
Citerior Hiſpania.	XX
Luſitania.	XXI
Inſulæ in Oceano.	XXII
Univerſæ Europæ menſura.	XXIII

[1] Mœotis, Helleſpontus. M.

Summa oppida & gentes. Summa flumina clara. Summa montium clara. Summa, inſulæ, quæ intercidere, oppida & gentes. Summa, res, hiſtoriæ, & obſervationes.

Ex auctoribus,

M. Varrone, Catone Cenſorio, M. Agrippa, Divo Auguſto, Varrone Atacino, Cor. Nepote, Hygino, L. Vetere, Pomponio Mela, Licinio Mutiano, Fabricio Thuſco, Atteio Capitone, Atteio Philologo.

Externis,

Polybio, Hecatæo, Hellanico, [2] Damaſte, Eudoxo, Dicæarcho, Timoſthene, Ephoro, Cratete Grammatico, Serapione Antiochenſe, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Eumacho Siculo Muſico, Alexandro Polyhiſtore, Thucydide, Doſiade, Anaximandro, Philiſtide, Mallote, Dionyſio,

[2] Damaſceno.

** Ariſti-

Ariſtide, Callidemo, Menæchmo, Ædoſthene, Anticlide, Heraclide, Philemone, Menephonte, Pythia, Iſidoro, Philonide, Xenagora, Aſtynomo, Staphylo, Ariſtocrito, Metrodoro, Cleobulo, Poſidonio.

LIBRO V. continentur ſitus, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, menſuræ; populi, qui ſunt, aut fuerunt.

De Mauritania.	Cap. I
Tingitana provincia.	II
Numidia.	III
Africa.	IV
Cyrene.	V
Libya Mareotis.	VI
Inſulæ circa Africam, & ex adverſo Africæ.	VII
Æthiopes.	VIII
De Aſia.	IX
Alexandria.	X
Arabia.	XI
Syria, Palæſtina, Phœnice.	XII
Idumæa, Syria, Palæſtina, Samaria.	XIII
Iudæa, Galilæa.	XIV
Iordanis.	XV
Aſphaltites.	XVI
Gens Eſſenorum.	XVII
Decapolis.	XVIII
Tyrus & Sidon.	XIX
Mons Libanus.	XX
Syria Antiochena,	XXI
Caſius mons.	XXII
Cœle Syria.	XXIII
Euphrates	XXIV
Palmyra.	XXV
Hierapolis.	XXVI
Cilicia, & adjunctæ gentes, Pamphylia, Iſauria, Homonadum, Piſidia, Lycaonia, Taurus mons, Licia.	XXVII
Indus fluvius.	XXVIII
Laodicea, Apamia, Ionia, Epheſus.	XXIX
Æolis, Troas, Pergamus.	XXX
Inſulæ ante Aſiam, Pamphylium mare, Rhodus, Samus, Chius.	XXXI
Helleſpontus, Myſia, Phrygia, Galatia, Nicea, Bythinia, Boſphorus.	XXXII

Summa, oppida & gentes. Summa, flumina clara. Summa, montium clara. Summa, inſulæ [1] CXVII. Summa, quæ intercidere oppida. Summa, res, hiſtoriæ & obſervationes.

[1] CXVIII. alii.

Ex

Ex auctoribus.

Agrippa, Suetonio, Paulino, Varrone Atacino, Corn. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela, Domitio Corbulone, Licinio Mutiano, Cl. Cæſare, Aruntio, Livio filio, Seboſo, Actis triumphorum.

Externis,

Juba rege, Hecatæo, Hellanico, Damaſte, Dicæarcho, Bione, Timoſthene, Philonide, Xenagora, Aſtynomo, Staphylo, Ariſtotele, Dionyſio, Ariſtocrito, Ephoro, Eratoſthene, Hipparcho, Panætio, Serapione Antiocheno, Callimacho, Agathocle, Polybio, Timæo Mathematico, Herodoto, Myrſilo, Alexandro Polyhiſtore, Metrodoro, Poſidonio, qui periplum aut periegeſim, Sotade, Periandro, Ariſtarcho, Sicyonio, Eudoxo, Antigene, Callicrate, Xenophonte Lampſaceno, Diodoro Syracuſano, Hannone, Himilcone, Nymphodoro, Calliphone, Artemidoro, Megaſthene, Iſidoro, Cleobulo, Ariſtocreonte.

LIBRO VI. continentur, ſitus, gentes, maria, oppida, portus, flumina, menſuræ, populi qui ſunt aut fuerunt.

Pontus Euxinus, antea Axenos.	Cap. I
Gens Paphlagonum & Cappadocum.	II
Cappadocia.	III
Themiſcyræ regionis gentes.	IV
Regio Colchica, Achæi & cæteri eodem tractu.	V
Boſphorus Cimmericus, Mæotis.	VI
Gentes circa Mæotin.	VII
Armeniæ duæ.	VIII
Armenia major.	IX
Albania, Iberia.	X
Portæ Caucaſiæ.	XI
Inſulæ in Ponto.	XII
Gentes in Scythico Oceano.	XIII
Media, Caſpiæ portæ.	XIV
Gentes circa Hyrcanum mare.	XV
Item aliæ gentes.	XVI
Scytharum gentes.	XVII
Fluvius Ganges.	XVIII
Gentes Indiæ.	XIX
Indus fluvius.	XX
Arii, & junctæ gentes.	XXI
Taprobane [1] inſula.	XXII
Capiſſene, [2] Carmania.	XXIII
Sinus Perſicus & Arabicus.	XXIV
Caſcandrus inſula, Parthorum regna.	XXV
Media, Meſopotamia, Babylon, Seleucia.	XXVI
Flumen Tigris.	XXVII

1 Inſula: navigationes in eam inſulam. *M.*
2 Dariæne, Carm. *M.*

Arabia, Nomades, Nabathæi, Omani, Tylos & Ogyris inſulæ. XXVIII
Sinus maris Rubri, Troglodytici, & Æthiopici. XXIX
Multiformes & miræ hominum effigies. XXX
Inſulæ Æthiopici maris. XXXI
De fortunatis inſulis. XXXII
Terræ per menſuras computatæ digeſtio. XXXIII
Digeſtio terrarum in parallelos & umbras pares. XXXIV

Summa, oppida CXCV. [1] Summa, gentes DLXVI. Summa, clara flumina [2] CXC. Summa, montes clari XXXVIII. Summa, inſulæ CVIII. Summa, quæ intercidere oppida aut gentes [3] CXCV. Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes duo M. CC. XIV.

[1] Summa, *ſemel tantum toto hoc commate legitur* in M.
[2] CXV. M.
[3] XCV. M.

Ex auctoribus,

M. Agrippa, Varrone Atacino, Cor. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela Pomponio, Domitio Corbulone, Licinio Mutiano, Claudio Cæſare, Aruntio, Seboſo, Fabricio Thuſco, Tito Livio, Seneca, Nigidio.

Externis,

[4] Polybio, Hecatæo, Hellanico, Damaſte, Eudoxo, Dicæarcho, Betone, Timoſthene, Patrocle, Demodamante, Clitarcho, Eratoſthene, Alexandro Magno, Ephoro, Hipparcho, Panætio, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Polybio, Eumacho Siculo, Alexandro Polyhiſtore, Iſidoro, Amometo, Metrodoro, Poſidonio, Oneſicrito, Nearcho, Megaſthene, Diogneto, Ariſtocreonte, Bione, Dialdone, Simonide minore, Baſile, Xenophonte Lampſaceno.

[4] Juba rege. Pol.

LIBRO VII. continentur gentium mirabiles figuræ.

Gentium mirabiles figuræ. Cap. I
De Scythis, & aliarum diverſitate gentium. II
De prodigioſis partubus. III
De mutatione ſexus, & geminis partubus. IV
De homine generando & pariendi [5] tempore per illuſtria exempla à menſibus VII. ad XI. V
De conceptibus, & ſigna ſexus in gravidis [6] prævenientia partum. VI
De conceptu hominum & generatione. VII
De Agrippis. VIII
Monſtroſi partus exciſi utero. IX
Qui ſint Vopiſci. X
Exempla numeroſæ ſobolis. XI
Exempla ſimilitudinum. XII
Quæ ſit generandi ratio. XIII
Item de eodem multiplicius. XIV
De menſtruis mulierum. XV
Item de ratione partuum. XVI

[5] tempora. M.
[6] pertinentia ante partum. M.

Inſignia

Inſignia corporum. XVII
Exempla variarum figurarum. XVIII
Diverſorum morum exempla. XIX
De fortitudine & velocitate. XX
De viſu. XXI
De auditu. XXII
Exempla patientiæ. XXIII
Memoriæ exempla. XXIV
Laus C. Julii Cæſaris. XXV
Laus Pompeji Magni. XXVI
Laus Catonis primi. XXVII
Item de fortitudine. XXVIII
[1] De ingeniis, ſive laudibus quorundam ab ingeniis. XXIX
De Platone, Ennio, Virgilio, M. Varrone, & M. Cicerone. XXX
De morum majeſtate. XXXI
De auctoritate. XXXII
De divinitate. XXXIII
De Naſica. XXXIV
De pudicitia. XXXV
De pietate. XXXVI
De artium plurimarum excellentia, Aſtrologia, Grammatica, [2] Geometria. XXXVII
Item mira opera [3] artificis. XXXVIII
De ſervitiis. XXXIX
De præſtantia gentium. XL
De felicitate ſumma. XLI
Varia exempla fortunæ. XLII
De bis proſcriptis, L. Sylla, Q. Metello. XLIII
De altero Metello. XLIV
De Divo Auguſto. XLV
Quos beatiſſimos dii judicaverunt. XLVI
Quem viventem, ut deum, coli juſſerunt. XLVII
De ſpatiis vitæ longiſſimis. XLVIII
De varietate naſcendi. XLIX
In morbis varia exempla. L
De ſignis mortis. LI
De his qui elati revixerunt. LII
De mortibus repentinis. LIII
De ſepultura. LIV
De anima, vel de manibus. LV
Quæ quis invenerit in vita. LVI
In quo primus gentium conſenſus. LVII
De literis antiquis. LVIII
Quando primum tonſores Romæ. LIX
Quando primum horologia. LX
Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes DCCXLVII.

1 Diverſæ laudes plurimorum. M.

2 Medicina, Architectura, Geom. &c. M.

3 artificum. M.

Ex auctoribus.

Verrio Flacco, Cn. Gellio, Licinio Mutiano, Mutio, 4 Maſſurio,

4 Maſſ. Sabino. M.

1 Claudio Cæſare. ſurio, Agrippina [1] Claudii, M. Cicerone, Aſinio Pollione, Meſſala, Rufo, Corn. Nepote, Virgilio, Livio, Cordo, Meliſſo, Seboſo, Corn. Celſo, Maximo Valerio, Trogo, Nigidio Figulo, Pomponio Attico, Pediano Aſconio, Sabino, Catone Cenſorio, Fabio [2] Veſtale.

2 Veſt. Cornelio Celſo. M.

Externis,

Herodoto, Ariſtea, Betone, Iſigono, Cratete, Agatharchide, Calliphane, Ariſtotele, Nymphodoro, Apollonide, Philarcho, Damone, Megaſthene, Cteſia, Taurone, Eudoxo, Oneſicrito, Clitarcho, Duride, Artemidoro, Hippocrate medico, Aſclepiade medico, Heſiodo, Anacreonte, Theopompo, Hellanico, Damaſthe, Ephoro, Epigene, Beroſo, Petoſiri, Necepſo, Alexandro Polyhiſtore, Xenophonte, Callimacho, Democrito, Duillio, Polyhiſtore hiſtorico, Stratone, qui contra Epori theoremata ſcripſit, Heraclide Pontico, Aſclepiade qui tragodumena, Philoſtephano, Hegeſia, Archimacho, Thucydide, Mneſigitone, Xenagora, Metrodoro Scepſio, Anticlide, Critodemo.

3 *in M. d. hæc ultima clauſula.*

4 De Elephantis, & ſenſu eorum. M.

5 *in M. d.*

LIBRO VIII. continentur [3] animalium terreſtrium naturæ pedatim gradientium.

[4] De animalibus terreſtribus, elephantorum commendatio, [5] & de ſenſu eorum. Cap. I
Quando primum juncti. II
De docilitate eorum. III
De clementia eorum, & quod pericula ſua intelligant, & de tigridis truculentia. IV
De intellectu & memoria eorum. V
Quando primum in Italia. VI
Pugnæ eorum. VII
Quomodo capiantur. VIII
Quomodo domentur. IX
De partu eorum & reliqua natura. X
Ubi naſcuntur, & de diſcordia eorum & draconum. XI
De ſolertia animalium. XII
De draconibus. XIII
De ſerpentibus maximis, & bois. XIV
De Scythicis animalibus, & Septentrionalibus. XV
De leonibus. XVI
De pantheris. XVII
De tigridis natura, & camelis, & camelopardali, & quando primum Romæ viſa. XVIII
De chao & cepho. XIX
De rhinocerote. XX
De lyncibus & ſphingibus, & crocutis, cercopithecis, Indicis bubus, leucrocutis, eale, tauris Æthiopiæ, mantichora, monocerote, catoblepa, baſiliſco. XXI
De lupis. XXII

De

De ſerpentibus. XXIII
De ichneumone. XXIV
De crocodilo [1] & hippopotamo. XXV [1] Scinco, &c. M.
Quis primus Romæ hippopotamum & crocodilos oſtendit: & medicinæ ab animalibus repertæ. XXVI
Quæ animalia quas herbas [2] oſtenderunt, cervi, lacerti, hirundines, teſtudines, muſtela, ciconia, aper, anguis, draco, panthera, elephas, urſi, cervi, palumbes, columbæ, grues, corvus. XXVII [2] oſtenderint. M.
Prognoſtica animalium. XXVIII
Civitates & gentes à minutis animalibus [3] deletæ. XXIX [3] del. & ſuffoſſæ. M.
De hiæna, & crocuta, & mantichora, & fibris, & lutris. XXX
De ranis & vitulis marinis, & ſtellionibus. XXXI
De cervis. XXXII
De tragelapho, & chamæleonte, & reliquis colorem mutantibus. XXXIII
De tarando, & lycaone, & thoë. XXXIV
De hyſtrice. XXXV
De urſis & fœtibus eorum. XXXVI
De muribus Ponticis & Alpinis & herinaceis. XXXVII
De leontophono, lynce, melibus & ſciuris. XXXVIII
De vipera, cochleis & lacertis. XXXIX
De canibus. XL
Ad canis rabidi morſum. XLI
De natura equorum. XLII
De aſinis. XLIII
De mulis. XLIV
De bubus. XLV
De api bove. XLVI
De natura [4] pecorum, [5] & generatione eorum. XLVII [4] pecudum. M.
De generibus lanarum & veſtium. XLVIII [5] in M. d.
De muſmone. XLIX
De capris & generatione earum. L
De ſuibus, & natura earum. LI
De vivariis beſtiarum. LII
De ſemiferis animalibus. LIII
De ſimiis. LIV
De leporibus, [6] & cuniculis. LV [6] in M. d.
De ſemiferis. LVI
De muribus & gliribus. LVII
Quæ animalia quibus locis non ſint. LVIII
Quæ advenis noceant. LIX
Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes DCCLXXXVIII.

Ex auctoribus,

Mutiano, Procilio, Verrio Flacco, L. Piſone, Cor. Valeriano, Catone Cenſorio, Feneſtella, Trogo, Actio, Columella, Virgilio, Varrone, L. Metello Scipione, Corn. Celſo, Nigidio, Trebio Nigro, Pomponio Mela, Manlio Sura.

Externis,

1 Juba rege. *M.* De quo Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 800.

2 Cynæo. *Alii à Cyno urbe Locrorum.*

[1] Juba, Polybio, Oneſicrito, Iſidoro, Antipatro, Ariſtotele, Demetrio Phyſico, Democrito, Theophraſto, Euanthe, Agrippa, qui Olympionicas, Hierone, Attalo rege, Philometore item, Cteſia, Duride, Philiſto, Archyta, Philarcho, Amphilocho Athenæo, Anaxipoli, Thaſio, Apollodoro Lemnio, Ariſtophane Mileſio, Antigono [2] Cymæo, Agathocle Chio, Apollonio Pergameno, Ariſtandro Athenæo, Bacchio Mileſio, Bione Solenſe, Chærea Athenæo, Diodoro Prienæo, Dione Colophonio, Epigene Rhodio, Euagone Thaſſio, Euphronio Athenæo, Hegeſia Maroneo, Menandris Prienæo & Heracleote, Menecrate Poëta, Androcione qui de agricultura ſcripſit, Æſchrione qui item, Dionyſio, qui Magonem tranſtulit, Diophane qui ex Dionyſio epitomen fecit, Archelao rege, Nicandro.

3 *in M. deſunt.*

Libro IX. continentur [3] animalium aquaticorum hiſtoriæ & naturæ.

4 *in M. deſunt.*

5 aquatilibus, &c. *M.*

6 Digeſtio aquat. *M.*

7 murena. *M.*

8 milvo. M.

De aquatilium natura.	Cap. I
Quare maxima in mari animalia.	II
De Indici maris belluis.	III
Quæ in quoque Oceano maxima.	IV
De Tritonum, & Nereidum, & elephantorum marinorum figuris.	V
De balænis & orcis.	VI
An ſpirent piſces an dormiant.	VII
De delphinis, [4] & eorum natura mirabili.	VIII
De turſionibus.	IX
De teſtudinibus, [5] & quomodo capiantur.	X
Quis primus teſtudines ſecare inſtituerit.	XI
[6] Tegmenta aquatilium.	XII
De vitulo marino.	XIII
De piſcibus pilo carentibus, & quomodo pariant, & quot eorum genera.	XIV
De nominibus & naturis multorum piſcium.	XV
De auguriis & diverſitate piſcium.	XVI
De mugili & aliis piſcibus, & quod non iidem ubique placeant.	XVII
De mullo, & coracino, ſalpa, ſalmone.	XVIII
De exocœto, muribus, polypis & murænis.	XIX
Digeſtio piſcium in figuras corporum.	XX
De anguillis.	XXI
De captura earum in lacu Benaco.	XXII
De [7] murænæ natura.	XXIII
De planis piſcibus.	XXIV
De echeneide, ejuſque natura mirabili.	XXV
De varietate naturæ piſcium.	XXVI
De lucerna piſce, & [8] dracone marino.	XXVII
De piſcibus ſanguine carentibus.	XXVIII

De

De loligine, & ſepiis, & polypis, & nautilis. XXIX
De ocæna, nauplio, & locuſtis. XXX
De cancris, echinis, & echinometris. XXXI
De cochleis. XXXII
De pectinibus, murice, & concharum generibus. XXXIII
De divitiis marinis. XXXIV
Quomodo naſcantur, & ubi, & quomodo [1] inveniantur margaritæ. XXXV (1 inveniuntur. M.)
De natura purpuræ & muricis. XXXVI
Quot ſint genera. XXXVII
Quomodo capiantur. XXXVIII
Romæ quando uſus purpuræ. XXXIX
De pretio earum. XL
De tingendo amethyſtino, [2] & cocco, & hyſgino. XLI (2 & Tyrio, &c. M.)
De pinna, & pinnothere, & aquatilium ſenſu. XLII
De ſcolopendris, [3] vulpibus & glanis. XLIII (3 in M. deſunt.)
De ariete piſce. XLIV
De his, quæ tertiam naturam habent, non animalium neque fruticum, & de urticis, & ſpongiis. XLV
De caniculis marinis. XLVI
De his, quæ ſilicea teſta includuntur, & quæ ſine ullo ſenſu, & de reliquis ſordidis animalibus. XLVII
De venenatis marinis. XLVIII
De morbis piſcium. XLIX
De generatione eorum [4] mira. L (4 in M. &)
Item de generatione, & qui piſces ova pariant. LI
De vulvis piſcium. LII
De longiſſima vita piſcium. LIII
De vivariis oſtreorum, & quis ea primus [5] invenerit. LIV (5 invenit. M.)
Quis primus muræńarum vivaria fecerit. LV
De cochlearum vivariis, & quis primus [6] inſtituit. LVI (6 inſtituerit. M.)
De piſcibus terrenis. LVII
De muribus Nili. LVIII
De anthia piſce, & quomodo capiatur. LIX
De ſtellis marinis. LX
De dactylis, eorumque miraculis. LXI
De inimicitiis & amicitiis inter ſe aquatilium. LXII
Summa, res, & hiſtoriæ & obſervationes DCL.

Ex auctoribus,

Turanio Graccula, Trogo, Mecœnate, [7] Alfio Flavo, Corn. Nepote, Laberio mimographo, Fabiano, Feneſtella, Mutiano, Ælio Stilone, Statio, Seboſo, Meliſſo, Seneca, Cicerone, Macro, Æmilio, Meſſala Corvino, Trebio Nigro, Nigidio. (7 Albino Flavio. M.)

Externis,

Ariſtotele, Archelao rege, Callimacho, Democrito, Theophraſto; Thraſyllo, [8] Hegeſidemo Cythnio, Alexandro Polyhiſtore. (8 Ægeſidemo Cydnio. V.)

LIBRO X. continentur [1] naturæ & hiſtoriæ animalium volatilium.

De natura avium. Cap. I
De phœnice. II
De [2] aquilis. III
Quando legionum ſigna eſſe cœperint [3] & cum quibus ſit aquilis bellum. IV
Mirum de aquila. V
De vulturibus. VI
De ſangale. VII
De accipitribus. VIII
De coccyce, quæ à ſuo genere interimitur. IX
De milvis. X
Digeſtio avium per genera. XI
De inauſpicatis avibus, cornice, corvis, bubone. XII
De incendiaria [4] ave. XIII
De clivina. XIV
De avibus incognitis. XV
De avibus nocturnis. XVI
De noctuis. XVII
De pico Martio. XVIII
De uncos ungues habentibus & digitos. XIX
De pavonibus, & quis eos primus cibi cauſa [5] occiderit. XX
De gallis, & quo modo caſtrentur, & de gallinaceo locuto. XXI
De anſeribus, & quis [6] primus jecur anſerinum comederit, & de adipe [7] anſerino Comageno. XXII
De gruibus, ciconiis, oloribus, & peregrinis avibus, & coturnicibus, & de glotte. XXIII
De hirundinibus, & merulis, turdis, & ſturnis, turturibus, & palumbis. XXIV
Quæ avium perennes, quæ ſemeſtres, quæ trimeſtres. XXV
De avibus mira. XXVI
De avibus Seleucidibus. XXVII
De Ibi. XXVIII
Quæ aves in quibus locis non ſunt, & quæ mutant colorem, & vocem, & de luſciniis. XXIX
De merulis. XXX
Tempus avium geniture. XXXI
De halcyonibus, & [8] de diebus earum navigabilibus, & gaviis, [9] & mergis. XXXII
[10] De avium ſolertia in nidificando, hirundine, argatili, cinnamologis & perdicibus. XXXIII
De [11] columbis. XXXIV
De palumbis. XXXV
De paſſeribus. XXXVI
De tinnunculo. XXXVII
De volatu & inceſſu avium. XXXVIII
De apodibus. XXXIX

1 in M. d.
2 Aquilis genera ſex.
3 in M. deſunt.
4 in M. d.
5 comederit. M.
6 primum. M.
7 anſerum. M.
8 in M. d.
9 reliquo aquaticarum genere. M.
10 De diverſitate nidificantium avium. M.
11 col. & differentia columbarum. M.

De

De caprimulgis, & plateis. XL
De ingeniis avium. XLI
De carduele & pſittaco, & avibus quæ loquuntur. XLII
De corvorum intelligentia. XLIII
De Diomedeis avibus. XLIV
Quæ animalia nihil diſcant. XLV
De potu avium. XLVI
De himantopode, & onocrotalis, & de peregrinis avibus. XLVII
De multarum avium nominibus & natura. XLVIII
De novis avibus & fabuloſis. XLIX
Quis gallinas farcire inſtituerit, de aviariis, & quis ea primus inſtituerit. L
De Æſopi patina. LI
De generatione avium, & præter aves quæ quadrupedes ova pariant. LII
De ovorum generatione, incubatu avium, & coitu. LIII
De vitiis & remediis incubantium. LIV
De auguriis ovorum. LV
Quæ gallinæ optimæ. LVI
De morbis earum & remediis. LVII
De conceptu & numero fœtus avium. LVIII
De pavone, & anſeribus. LIX
De ardeolis & quo modo ſerventur optime ova. LX
Quæ volucrum ſola animal pariat, & lacte nutriat. LXI
De conceptu viperæ & partu, & quæ terreſtrium ova pariant. LXII
De generatione terreſtrium. LXIII
De varia generatione animalium. LXIV
De murium fœtu. LXV
De ſpina hominis anguem naſci. LXVI
De ſalamandra. LXVII
De iis quæ naſcuntur ex non genitis, & quæ nata nihil gignunt. LXVIII
De ſenſibus animalium. LXIX
[1] Auditum & olfactum eſſe piſcibus. LXX
Tactum communem eſſe omnibus. LXXI
Quæ venenis vivant, & quæ terra. LXXII
De cibo & potu quorundam. LXXIII
Quæ inter ſe diſſideant, & quæ inter ſe conveniant. LXXIV
De ſomno animalium. LXXV

1 Audire & olfacere piſces. M.

Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes DCCXXIV.

Ex auctoribus,

Manilio, Cornelio Valeriano, Actis, Umbritio Meliore, Maſſurio Sabino, Antiſtio, Labeone, Trogo Cremutio, M. Varrone, Macro Æmilio, Meliſſo, Mutiano, Nepote, Fabio Pictore, T. Lucretio, Corn. Celſo, Horatio, Deſulone, Hygino, Sarſenis, Nigidio, Manlio Sura.

Exter-

Externis,

Homero, Phœmonoë, Philemone, Boëtho, qui ornithogoniam, Hyla, qui de auguriis, Ariſtotele, Theophraſto, Callimacho, Æſchylo, Hierone, Philometore, Archyta, Amphilocho Atenienſe, Anaxipoli Thaſio, Apollodoro Lemnio, Ariſtophane Mileſio, Antigono Cymæo, Agathocle Chio, Apollonio Pergameno, Ariſtandro Athenæo, Bacchio Mileſio, Bione Solenſe, Chærea Athenienſe, Diodoro Prienæo, Dione Colophonio, Democrito, Diophane Nicæenſe, Epigene Rhodio, Euagora Thaſio, Euphronio Athenæo, Juba, Androcione qui de agricultura, Æſchrione qui item, Dionyſio qui Magonem tranſtulit, Diophane qui ex Dionyſio Epitomen fecit, Nicandro, Oneſicrito, Philarcho, Heſiodo.

Libro XI. continentur hiſtoriæ & naturæ parvorum animalium, & reptilium.

De inſectorum genere. Cap. I
De ſubtilitate naturæ in his. II
Utrum ſpirent, an habeant ſanguinem. III
De corpore eorum. IV
De apibus. V
Qui ordo naturæ in eis. VI
De vocabulis operis. VII
Ex quibus floribus opera fiant. VIII
De amatoribus earum. IX
Ratio operis. X
De fucis. XI
Quæ natura mellis. XII
Quæ optima mella. XIII
Quæ genera mellis in ſingulis. XIV
Quomodo probentur mella. XV
De tertio genere mellis, & quomodo apes probentur. XVI
Quæ regiminis ratio. XVII
De genere apum, & quæ inimica apibus. XVIII
De morbis apum. XIX
De continendis apibus, & quomodo reparentur. XX
De veſpis & crabronibus. XXI
De bombycibus & bombyli, & necydalo, & quis primus bombycinam veſtem invenerit. XXII
De bombyce Coa. XXIII
De araneis, & generatione earum. XXIV
De ſcorpionibus. XXV
De ſtellionibus & cicadis. XXVI
Cicadæ ubi non ſint, & ubi mutæ. XXVII
De pennis inſectorum, & ſcarabæis, & ſcarabæorum generibus. XXVIII
De locuſtis. XXIX
De formicis noſtratibus. XXX
De Indicis. XXXI

De

De diverſitate inſectorum. XXXII
De animalibus in ligno & ex ligno naſcentibus. XXXIII
De animali cui cibi exitus non eſt. XXXIV
De tineis, & culicibus. XXXV
De pyrali, ſive pyrauſta. XXXVI
Hiſtoria naturæ animalium per ſingula membra. XXXVII
De ſanguine & quorum celerrime ſiccetur, quorum non coëat, quorum graviſſimus, vel tenuiſſimus, vel quorum nullus. XXXVIII.
An in ſanguine principatus, & de tergore, & pilis, & mammis. XXXIX
Notabilia animalia quæ mammis. XL
De lacte, & unde caſeus non fiat. XLI
De diverſitate caſeorum. XLII
Differentia membrorum hominis à cæteris animalibus. XLIII
De ſimiarum ſimilitudine. XLIV
De unguibus. XLV
De ungulis. XLVI
De pedibus avium & unguibus. XLVII
De pedibus inſectorum à binis ad c. XLVIII
De pumilionibus & genitalibus. XLIX
De caudis. L
De vocibus. LI
De agnaſcentibus membris, & dicta Ariſtotelis de vita hominis. LII
De anima, & de halitu animalium, & quæ guſtata interimant, & de victu hominis, & quibus de cauſis non coquatur. LIII
De corpulentia augenda vel minuenda, & quæ guſtu famem ac ſitim ſedent. LIV

Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes MMCCLXX.

Ex auctoribus,

Marco Varrone, Hygino, Scropha, & [1] Sarſena, Celſo Cornelio, Æmilio Macro, Virgilio, Columella, Julio Aquila, qui de Hetruſca diſciplina ſcripſit, Tarquitio qui item, [2] Umbritio qui item, Catone Cenſorio, Domitio Calvino, Trogo, Meliſſo, Favonio, Fabiano, Mutiano, Nigidio, [3] Manilio, [4] Opio.

Externis,

Ariſtotele, Democrito, Neoptolemo qui meliturgia, Ariſtomacho qui item, [5] Philiſto qui item, Nicandro, Menecrate, Dionyſio qui Magonem tranſtulit, Empedocle, Callimacho, Attalo rege, Apollodoro qui de beſtiis venenatis, Hippocrate, Eriphilo, Eraſiſtrato, Aſclepio, Themiſone, Poſidonio Stoico; Menandris Prienenſe & Heracleote, Euphronio Athenæo, Theophraſto, Heſiodo, Philometore rege.

1 Saſſerna. *Ch.*
2 Umbritio metiore qui item. *Ch.*
3 Mamilio. *Ch.*
4 Oppio. *Ch.*
5 Philiſco. *Ch.*

LIBRO XII. continetur de arboribus.

De arborum honore, & quando platanus primum in Italia, & de natura earum. Cap. I
De chamæplatano, & quis primus totonderit viridaria. II

De

De peregrinis arboribus, & malo Aſſyria. III
De Indiæ arboribus, & quando primum Romæ ebenus. IV
De ſpina & ficu Indicis. V
De arbore pala, & arboribus Indicis ſine nominibus, & laniferis. VI
De piperis arboribus, & garyophyllo, & aliis pluribus. VII
De macir, & ſaccaro, & arboribus Arianæ gentis. VIII
De bdellio & arboribus Perſici maris. IX
De arboribus Perſicæ inſulæ, & lanigeris arboribus. X
De goſſampinis, & arboribus ex quibus veſtes fiunt & quibus modis conſtent arborum fructus. XI
De coſto & nardo, & differentiis nardi. XII
De aſaro, amomo, amomide, & cardamomo. XIII
De thure, & arboribus thuris. XIV
De myrrha, & arboribus myrrhæ. XV
De generibus myrrhæ, & natura, & pretio ejus. XVI
De maſtiche, ladano, & bruta, enhæmo, & ſtrobo, & ſtyrace. XVII
De felicitate Arabiæ. XVIII
De cinnamomo, & xylocinnamomo, & caſia. XIX
De iſocinnamomo, & cancamo, ac taro. XX
De ſerichato, & gabalio, & de myrobalano. XXI
De phœnicobalano & calamo odorato. XXII
De ammoniaco & ſphagno. XXIII
De cypro, & aſpalatho, & maro. XXIV
De balſamo, & opobalſamo, xylobalſamo, & ſtyrace, & galbano. XXV
De panace, & ſpondylio, & malobathro. XXVI
De oleo omphacio. XXVII
De bryo, & œnanthe, & de elate arbore, & cinnamo caryopo. XXVIII

Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes DCCCCLXXIV.

Ex auctoribus.

M. Varrone, Mutiano, Virgilio, Fabiano, Seboſo, Pomponio Mela, Flavio Proculo, Trogo, Hygino, Claudio Cæſare, Corn. Nepote, Sextio Nigro, qui Græce de Medicina ſcripſit, Caſſio Hemina, L. Piſone, Tuditano, Antiate.

Externis,

1 Iſigono. Gb.

Theophraſto, Herodoto, Calliſthene, 1 Iſidoro, Clitarcho, Anaximene, Duride, Nearcho, Oneſicrito, Policrito, Olympiodoro, Diogneto, Nicobulo, Anticlide, Charace Mitylenæo, Menæchmo, Dorotheo, Xenia Athenæo, Lyco, Antæo, Ephippo, Chærea, Democle, Ptolemæo Lago, Marſya Macedone, Zoilo item, Democrito, Amphilocho, Ariſtomacho, Alexandro Polyhiſtore, Juba, Apollodoro, qui de odoribus ſcripſit, Heraclide Medico, Archidemo item, Dionyſio item, Democlide item, Euphrone item, Obſenide item, Diagora item, Iolla item, Heraclide Tarentino, Xenocrito Epheſio, Eratoſthene.

Libro

LIBRO XIII. continetur de unguentis & arboribus maritimis.

De unguentis, & quando primum ſunt cognita nobis, & de compoſitione. Cap. I
Quod unguentum regale vocetur, & quæ diapaſmata, & qualiter ſerventur. II
Quanta in unguentis luxuria, & quando primum Romanis in uſu. III
De palmis, & natura earum, & generibus. IV
De Syriæ generibus. V
De terebintho. VI
De ficu Ægyptia, & Cypria. VII
De ceraunia ſiliqua. VIII
De Perſica Ægypti, & ſpina Ægyptia. IX
De pruno & arboribus circa Memphin. X
De gummi generibus, & papyro. XI
De generibus chartarum, & quomodo chartæ fiant, & de chartarum probatione & vitiis, & glutino earum. XII
De libris Numæ. XIII
De arboribus Æthiopiæ. XIV
De Atlantis arboribus, & citreis, & quæ in his laudentur, & quæ vituperentur. XV
De arbore thya. XVI
De arbore loto. XVII
De ſcapo ipſo & radice loti. XVIII
De Paliuro, & Punico malo, & de flore Punici mali. XIX
De Aſiæ & Græciæ fruticibus. XX
De thymelæa, ſive chamelæa, & tragacanthe, & de tragio, ſive ſcorpione, & myrice, & brya, & galla. XXI
De euonymo, adrachne, & coggygria. & thapſia. XXII
De cappari, ſive cynosbato aut opheoſtaphyle & de ſari. XXIII
De ſpina Babyl. regia, & de cytiſo. XXIV
De fruticibus & arboribus noſtri maris, atque rubri, & Indici, XXV

Summa, res, & hiſtoriæ, & obſervationes. CCCCLVIII.

Ex auctoribus,

M. Varrone, Mutiano, Virgilio, Fabiano, Seboſo, Pomponio Mela, Fabio, Hygino, Trogo, Proculo, Cl. Cæſare, Cor. Nepote, Sextio Nigro, qui Græce de Medicina ſcripſit, Caſſio Hemina, L. Piſone, Tuditano, Antiate.

Externis,

De lapidibus mortariorum medicinalium, & mollibus lapidibus, & ſpeculari lapide, & ſilicibus, & phengite, & cotibus, & reliquis ad ſtructuram lapidibus, igni & tempeſtatibus reſiſtentibus. XXII
De ciſternis, & calce, & harenæ generibus, & miſtura calcis & harenæ, & vitiis ſtructuræ, & tectoriis, & columnis. XXIII
De medicinis calcis, & maltha & gypſo. XXIV
De pavimentis, & quando primum Romæ, & ſubdialibus pavimentis, & Græcanicis, & quando primum cameræ. XXV
De origine vitri, & ratione faciendi, & de obſidiano vitro, & generibus multiformibus vitri XXVI
Ignium miracula, medicinæ, prodigia. XXVII
Summa medicinæ, & hiſtoriæ, & obſervationes DXXIII.

Ex auctoribus,

M. Varrone, Cælio, Galba, C. Iſtio, Mutiano, Nepote Cornelio, L Piſone Tuberone, Seneca, Fabio Veſtale, Annio Fœciale, Fabiano, Catone Cenſorio, Vitruvio.

Externis,

Theophraſto, Praxitele, Juba rege, Nicandro, Sotaco, Sudine, Alexandro Polyhiſtore, Apione, Pliſtonico, Duride, Herodoto, Euemero, Ariſtagora, Dionyſio, Artemidoro, Bucorida, Antiſthene Democrito, Demotele, Lycea.

LIBRO XXXVII. continetur origo gemmarum.

De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & qui ſculptores optimi, & nobilitates artificum, & quis primus dactyliothecam Romæ habuit. Cap. I

De

De gemmis tranſlatis in triumpho Pompeji, & natura cryſtalli, & medicinis, & luxuria circa eam, & quando primum inventa myrrhina, & luxuria circa ea, & natura myrrhinorum, & quæ mentiti ſunt auctores de ſuccino. II
De ortu, & medicinis, & generibus, & luxuria ſuccinorum, & lyncurio, & medicinæ. III
De adamantis generibus, & medicinis, & margaritis. IV
De ſmaragdi generibus, & gemmis viridibus tranſlucidis. V
De opali generibus, & vitiis & experimentis, & variis gemmis. VI
De generibus carbunculorum, & vitiis, & experimentis, & gemmis ardentibus. VII
De generibus topazii, & callaide, & de gemmis viridibus non tranſlucentibus. VIII
De jaſpidum generibus. IX
De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem. X
De gemmis, quæ à membris hominum cognominantur, & quæ ab animalibus, & de his quæ à cæteris rebus. XI
De gemmis naſcentibus, & factitiis, & figuris gemmarum. XII
De ratione probandarum gemmarum. XIII
Summa res, & hiſtoriæ, & obſervationes MCCC.

Ex auctoribus,

M. Varrone, Actis triumphorum, Mecœnate, Iaccho, Cornelio Boccho.

Externis,

Juba rege, Xenocrate Zenonis, Sudine, Æſchylo, Philoxeno, Euripide, Nicandro, Satyro, Theophraſto Carete, Philomene, Democrate, Xenotimo, Metrodoro, Sotaco, Pythea, Timæo Siculo, Nicea, Theochreſto, Aſaruba, Mnaſea, Theomene, Cteſia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Calliſtrato, Democrito, Iſmenia, Olympico, Alexandro Polyhiſtore, Apione, Horo, Zoroaſtre, Zactalia.

C. PLI-

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

An finitus ſit mundus, & an unus.

MUNDUM[a], & [1]hoc quod nomine alio [b]cœlum [2]appellare libuit, [c]cujus circumflexu [3]teguntur cuncta, numen eſſe credi par eſt, æternum, immenſum, neque genitum, neque interiturum unquam. Hujus extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanæ conjectura mentis. Sacer eſt, æternus, immenſus, [d]totus in toto, imo vero ipſe totum; [e]finitus, & [4]infinito ſimilis, omnium rerum certus, & ſim-

1 Hoc quodcunque nomine, &c. *M.* quocunque. *V.*
2 appellari. *M. V.*
3 degunt. *M.* dicunt cuncta contineri. *CH.*
4 infinitus ac finito ſimilis. *M.*

ANNOTATIONES.

a *Mundum & hoc quod alio nomine cœlum, &c.*] Duo ſcripta exemplaria, alterum ſemivetus bibliothecæ Salmanticenſis Academiæ, alterum antiquiſſimum nuper ad nos allatum è templo Divæ Mariæ Toletanæ, aliter hunc locum legunt, *Mundum & hoc quodcunque cœlum appellare libuit.* Cui lectioni ſubſcribit Mela in initio ſuæ Geographiæ. *Omne,* inquit, *hoc (quicquid id eſt) cui mundi cœlique nomen indidimus, unum id eſt.* Horum exemplarium fide, in his quæ ſequentur, uſuro, admonere lectorem in ipſis initiis libuit. *Pintian.*

b *Cœlum.*] Vetuſtiſſimi Romani cœlum *cohum* appellaverunt. Ennius,

---- pilam vix
Sol mediam, complere cohum terroribus audet.

Dalec.

c *Cujus circumflexu.*] Horum nonnulla ex Ariſt. lib. 1. de cœlo. vide num Plato aliter ſenſerit. *Dalec.*

d *Totus in toto.*] Hoc eſt, extra quod nihil eſt, nec motus, nec tempus. *Dalec.* *Totus in toto.*] Nec corpus ullum, naturam quidem rerum quod attinet. Quid ibi agatur de ſententia Peripateticorum docet Scalig. adverſ. Card. exercit. 365. n. 5. Allorum autem opiniones recenſet Stat. ſuper Arat. p. 86.

e *Finitus*] Finitum eſſe Ingenioſis rationibus probat Rhodig. l.2.c.19. *Dalec.* *Finitus & infinito ſimilis.*] Prædicta exemplaria, & impreſſa, non Romana tantum, ſed cætera omnia, quæ ante Hermolai caſtigationes excuſa ſunt, è contrario hunc locum legunt, *Infinitus ac finito ſimilis.* Hermolaus, quia Ariſtoteles & reliqui Peripatetici Mundum finitum

& ſimilis incerto, extra, intra, cuncta complexus in ſe: idemque rerum [a] naturæ opus, & rerum ipſa natura. Furor eſt, menſuram ejus animo quoſdam agitaſſe, atque prodere auſos: alios rurſus occaſione hinc ſumpta, aut [1] his data, [b] innumerabiles tradidiſſe mundos, [2] ut totidem rerum naturas credi [3] oporteret, [4] aut, ſi una omnes incubaret, [c] totidem tamen Soles totidemque Lunas, & cętera etiam in uno & immenſa & innumerabilia ſidera: [5] quaſi non eadem quæſtione ſemper in [d] termino cogitationis occurſura, deſiderio finis alicujus: aut, ſi hæc infinitas naturæ omnium artifici poſſit aſſignari, non illud idem in uno facilius ſit intelligi, tanto præſertim opere. Furor eſt, profecto furor, egredi ex eo, & tanquam interna ejus cuncta plane jam ſint nota, ita ſcrutari extera: [e] quaſi vero menſuram ullius rei poſſit agere, qui ſui neſciat: [6] aut mens hominis videre, quæ mundus ipſe non capiat.

1 hinc *M.*
2 ac ſi. *Alii.*
3 oporteat. *Vet.*
4 aut, ſi una omnes incubarent. *M.* aut ſi uni. *V.*
5 quaſi non eædem quæſtiones ſemper in termino cogitationis ſint occurſuræ, ſi decrit finis aliquis. *M.*
6 aut mereantur homines videre, &c. *M.* Aut homines poſſint videre. *CH.*

Cap. II.

nitum eſſe coarguunt, antiquam lectionem invertit. quaſi vero neſciamus, liberè Plinium diſſentire ſolitum, & ab Ariſtotele & à reliqua Philoſophorum caterva, non modo in altioribus naturæ myſteriis, ſed in ipſa etiam animalium natura ac proprietate, ut infra conſtabit: & non fuerint Philoſophi, qui mundum infinitum eſſe tradiderint, ut Seleucus, & alii, nec magnitudine tantum, ſed numero quoque infinitos prodiderint, ut fuerunt Democritus, Epicurus, & eorum diſcipulus Metrodorus. Nec Hermolaum quicquam juverint verba, quæ ſtatim ſequuntur: *Omnium rerum certus, & ſimilis incerto*, ſi recte percipiantur. Nihil itaque exiſtimo ex vetere lectione immutandum. *Pintian.*

a *Natura opus*] Hæc antitheſis conatur probare mundum nec cœpiſſe, nec deſiturum eſſe, ſed ſibi eſſe cauſſam æternam. *Dalec.*

b *Innumerabiles, &c.*] Ea fuit Democriti opinio apud Ariſtot. & Valer. Max. & Æliani Var. hiſt. lib. 5. cap. ult Atque adeo & Metrodori apud Plutarch. de plac. phil. lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 1. & Epicuri teſte Laërt. ex ejus epiſt. ad Pythoc. mihi pag. 414. ſectatorumque ipſius, Lucr. de nat. rer. lib. 2. refutata ab S. Auguſt. de civ. Dei lib. 12. cap. 11. *Idem.*

c *Totidem tamen*] Ab abſurdo monſtrat non plures eſſe mundos ex Ariſt. *Idem.*

d *Termino.*] Senſus eſt, ſi plures ſint mundi, fore ut nunquam ſciri poſſit, ubi ſit primus, nec diſputationis ac quæſtionis finem unquam futurum. *Idem.*

e *Quaſi vero, &c.*] Corpus nullum extra mundum per naturam eſſe docet Ariſtoteles lib 4. phyſ. cap. 5. & lib. 1. de cœlo cap. 9. Scalig. contra Card. exercit. 365. num 5. *Idem.*

a *Formam*

CAP. II. *De forma ejus.*

FOrmam [a] ejus in ſpeciem orbis abſoluti [1] globatam eſſe, nomen in primis, & cônſenſus in eo mortalium, orbem appellantium, ſed & argumenta rerum, docent: non ſolum quia talis figura omnibus ſui partibus vergit in ſeſe, ac ſibi [2] ipſa toleranda eſt, ſeque includit, & continet, nullarum egens compaginum, nec [b] finem, aut initium ullis ſui partibus ſentiens, nec quia ad motum, quo ſubinde [3] verti debeat, (ut mox apparebit) talis aptiſſima eſt, ſed oculorum quoque [4] probatione; quod [c] convexus, mediuſque, quacunque cernatur: quum id accidere in alia non poſſit figura.

1 globoſam. *V.*
2 ipſi tolerandæ fert: terram ἀτάλαντον ait Arat. phænom. vſ. 22. hanc ut puto ob cauſam in medio conſiſtere. *S.M.*
3 verti mox apparebit. *M.*
4 probatione hoc declaratur. *M.*

CAP. III. *De motu ejus.*

HAnc ergo formam ejus æterno, & irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, vigintiquatuor horarum ſpatio circumagi, ſolis exortus & occaſus haud dubium reliquere. [5] An ſit immenſus, & ideo ſenſum

5 An autem ſit. *M.*

a *Formam ejus in ſpeciem.*] De forma mundi vide Ariſtotelem de Mundo c. 2. Phyſ. lib. 8. de Cœlo lib. 2. & Ptolem. μεγαλ. συντάξ. lib. 1. cap. 2. & Papp. Alexandr. coll. lib. 5. prop 17. *Dalec.*

b *Finem*, *&c.*] Apud Philonem Byblium Sanchuniates Berytius antiquiſſimus rerum Phœniciæ ſcriptor, mundum ὅμοιον τῷ τοῦ ὠοῦ σχήματι eſſe vult Quam opinionem in cæteris quoque refert tacito auctoris nomine Plutarch. de plac. phil. lib. 2. cap. 2. Itaque Initiis & Orgiis ſacris Liberi patris, ovum, tanquam imago mundi, religioſiſſime colebatur, auctore Macrobio cap. 17. 7. Saturn. & Plutarcho in Sympoſ. Apud Probum grammaticum Varro in Logiſtorico, Cœlum eſt teſta: item vitellum, terra: inter illa duo humor quaſi in ſinum concluſus aëris, in quo calor. Quidam mundum figura literæ ω eſſe volunt, in qua extremum lineamentum Oceanum repræſentat, ζωστῆρα κόσμου, ut ait idem Probus, itemque Cyrillus. ὠκεανός τ', ᾧ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών. Had. Jun. cap. 4. 3. Ad formam vero hemiſphæricam, aut ut ipſe ait πνιγέως ſuffocatorii, à Socrate traditum ſuo more calumniatur Ariſtoph. Pluto. Quem tamen poſtea errorem aperte ſecuti ſunt Lactantius & Auguſtinus elegantiſſimi alioquin ſcriptores eccleſiaſtici, uti apud hunc de Civ. Dei lib. 17. cap 9. videre eſt. Canonicam quoque à nonnullis mundo affictam figuram: ſuis vero mundis ab Epicuro varias tribui, licet non omnes, notat Plut. de placit. phil. lib. 2. cap. 2. & Diogen. Laërt. in vita ipſius pag. 409. *Idem.*

c *Convexus.*] Homerus ideo terram ἀπείρονα vocat, propter globoſam, orbiculatam, rotundamque figuram, fine carentem ac initio. *Idem.*

ſenſum aurium [1] facile [a] excedens, tantæ molis [2] rotatæ vertigine [3] aſſidua ſonitus, non equidem facile dixerim; non hercle magis, quam circumactorum ſimul tinnitus ſiderum, ſuoſque volventium orbes: [4] an dulci quidem & incredibili ſuavitate concentus: nobis qui intus agimus, juxta diebus noctibuſque tacitus labitur mundus. [b] Eſſe innumeras ei effigies animalium, rerumque cunctarum impreſſas, nec (ut in volucrum notamus ovis) levitate continua lubricum corpus, [c] quod clariſſimi auctores dixere [5] tenerum, [d] argumentis indicatur: quoniam inde deciduis rerum omnium ſeminibus innumeræ, in mari præcipue, ac plerunque confuſis, monſtrificæ [6] gignantur effigies. Præterea viſus probatione, alibi plauſtri, alibi urſi, tauri alibi, [7] alibi literæ figura, candidiore medio [8] ſuper verticem circulo.

CAP.

1 facile, *In quibuſdam non legitur.* 2 rotata. *Vet.* 3 aſſiduus. *M.* 4 an dulcis quidam, &c. *M.* an dulcis quidam & incredibilis ſuavitatis concentus. Nobis qui, &c. *CH.* concentu, nobis qui intus agimus, juxta diebus noctibuſque tacitus labatur mundus. *Alii.* 5 rerum argumentis iudicatur. *M.* quod clariſſimum auctores dixere terrenorum argumentis judicatur. *CH.* 6 generantur. *Vet.* 7 alibi Δ literæ. *Vet.* 8 per verticem. *M.*

a *Excedens.*] Hæc fuit ſententia Pythagoricorum: de qua re vide Somn. Scipionis ex Plat. Vide item Ariſt. Phyſ. 8. *Excedens.*] Vide Macr. ſuper Somn. Scip. lib. 2. cap. 1. paulo tamen aliter Manuel Bryen. harmon. lib 1. ſect. 1. ad 7. nimirum planetarum ſphæras octava fixarum adjecta: collataque ea Pythagoræ octo chordarum lyra, cum heptachordo Mercurii: Adeatur & Boëth. muſ. lib. 1. cap. 27. Cenſorin. de die nat. cap. 3. auctor ipſe infra cap. 22. Erroris autem hujus cauſſa attingitur ab Ariſt. metaphyſ. lib. 1. cap. 5. *Dalec.*

b *Eſſe innumeras.*] Error puerilis notatuſque jam olim ab Achille ſuper Arat. pag. 105. & Sex. Empir. adverſus mathemat. cap. 21. pag. 105. & Theone ſuper Arat. pag. 110. *Idem.*

c *Quod clariſſimi auctores.*] Martianus Capella globoſum ac tenerum corpus vocat, ſuperni roris levitate compactum inſtar ſpeculi prænitentis. Plato in Timæo, levem eſſe mundum ait, extrinſecus undique politum & cum æqualitate ſumma tornatum. Cicero, *Qui terram tenero circumjectu amplectitur.* Euripides, ὑγραῖς ἐν αἰϑέρος ἀγκάλαις. ὑγρὸν molle ac tenerum eſt, quod hic Plinius vocat levitate lubricum Virg.

--- *& ipſe tener mundi concreverit orbis.* Idem.

d *Tenerum argumentis indicatur.*] Scribendum reor contra omnia exemplaria, *Rerum argumentis indicatur.* ex familiari huic auctori loquendi modo, quo etiam proximo capite uſus eſt, *Sed & rerum argumenta docent.* Nec *ſuper verticem* agnoſcit ſcripta lectio; ſed *per verticem.* Pintian.

a *Κόσμον.*]

CAP. IV. *Cur mundus dicatur.*

EQuidem & conſenſu gentium moveor. Nam quem [a] *κόσμον* Græci, nomine ornamenti [1] appellaverunt, eum nos à perfecta abſolutaque elegantia, mundum. [b] Cælum quidem haud dubie [c] cælati argumento [2] diximus, ut interpretatur M. Varro. Adjuvat rerum ordo, deſcripto circulo, qui Signifer vocatur, in duodecim animalium effigies: & per illas [3] Solis curſus [d], congruens tot ſeculis ratio.

1 appellavere. *M.*

2 diximus. *M.*

3 Solis curſui congruens tot circulorum ratio. *M.*

CAP. V. *De quatuor elementis.*

NEc [e] de elementis video dubitari, quatuor ea eſſe. [4] Ignium [f] ſummum: inde tot ſtellarum collu-

4 ignem: *M.* ignitum ſummo. *CH.*

a *Κόσμον.*] Varro in ſatura Dolio. *Mundus domus eſt maxima omnium: Quam quinque altitona fragmine zona cingunt. Per quem limbus pictus bis ſex ſignis Stellimicantibus, altus in obliquo æthere Luna Bigas acceptat poſthumi, cui ſeplaſia fœtet.* Vocatur à cælatura cælum: Græce ab ornatu, *κόσμος*. Ariſtoteles *ὠνόμασε τὸν κόσμον ἐκ τοῦ τῶν ἀστέρων τάξεων*. Latine à puritie mundus dicitur. Vide Popmæ frag. Varr. ubi quædam aliter legit, & Platonem in Gorgia & Plutarch. de placit. phil. lib. 2. cap. 1. & Achil. ſuper Arat. pag. 85. *Dalec.*

b *Cælum quidem, &c.*] Aërem etiam olim vocarunt *τὸ χάος* Græci, ut *inane* Latini. Euripides in Cadmo apud Probum, *οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς φωτῶν ἕδος δαιμόνων. τὸ δὲ ἐν μέσῳ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος.* Ariſtophanes in Avibus, *διὰ τοῦ πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους.* Theoc. *ἐν πλέρυξιν. ἅπαντας ὅσα ἕρπει δι' αἴθρας χάευς τε.* Inde etiam fortaſſis veteres *cohum* cælum dixerunt. Vide annot. c. 1. *Idem.*

c *Cælati argumento.*] Imo vero *παρὰ τοῦ κοίλου ἢ τοῦ κοιλότητος*. Unde & priſci Rom. *Coilum* ſcripſere: quod religioſe obſervat in ſuo Ennio doctiſſ. Merula. De auctoris tamen derivatione nonnihil & Varro lib. 4. de ling. lat. *Idem.*

d *Solis curſus.*] Exemplar Tolet. non *curſus* legit, ſed *curſui* rectius puto. *Pint.*

e *De elementis.*] De elementorum ratione vide Ariſtotelem lib. 2. de Generatione & corruptione. & de cœlo lib 4. cap. 5. & P. Merulam ſuper Enn. pag 119. & ſeqq. & Sex Empir. Pyrrhon. hypot. lib. 3. cap. 4. Cenſorin. de die nat. cap. 3. Muret. var. 7. cap. 17. Nomen à Platone inventum monet Simplic. ſuper phyſ. *Dalec.*

f *Ignium ſummum.*] Falſo Plinius putat eandem eſſe materiam ignis & cœli, Epicureos ſecutus. *Ignium ſummum.*] Imo vero aſtra tantum ignea putarunt Epicurei. Lucr. lib. 5.

--- Per rara foramina terræ
Partibus erumpens primus ſe ſuſtulit æther
Signifer, & multos ſecum levis abſtulit ignes.

Et paulo poſt ætherem cognominat igniferum. Platonem autem in Epinomide Timæoque cœlum ignem dixiſſe notat Theupol. Academ. contempl. lib. 8. cap. 1. Vide & Plutarch. de plac. phil. lib. 2. c. 11. Et Achill. ſuper Arat. pag. 84. in fin. & Hieron. Mag. de mundi exuſt. l. 1. c. 13. ubi Anaxagoræ eam opinionem adſcribit: qui eam ob cauſſam ætherem *παρὰ τοῦ αἴθειν* dictum voluerit. Ex Ariſtot. Meteor. lib. 1. cap. 3. Parmenidi, Heraclito, Stratoni & Zenoni vero Stob. eclog. lib. 1. cap. 25. pag. 53. *Idem.*

collucentium illos oculos. Proximum [1]ſpiritus, quem Græci noſtrique eodem vocabulo [a] aëra appellant. Vitalem hunc, & [b] per cuncta rerum meabilem, totoque [2] conſertum: [3] hujus vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Ita [c] mutuo complexu diverſitatis effici nexum, & levia ponderibus inhiberi, quo minus evolent: contraque gravia, ne ruant, ſuſpendi, levibus in ſublime tendentibus. Sic pari in diverſa niſu, vi [4] ſua quæque conſiſtere, irrequieto mundi ipſius conſtricta circuitu: quo ſemper in ſe currente, imam atque mediam in toto eſſe terram, eandemque [5] univerſi cardine ſtare pendentem, [6] librantem per quæ pendeat: ita ſolam immobilem [7] circa eam volubili univerſitate, eandem [8] ex omnibus necti, eidemque omnia inniti.

1 ſpiritum. *M.*
2 conſertum. *M.*
3 cujus. *V.*
4 in ſuo quæque conſiſtere. *M.*
5 Univerſo. *M.*
6 librantemque. *M. Vet.*
7 circa eam volubilem univerſitatem. *M.*
8 ex omnibus necti, & eidem omnia innecti. *Turn. c. 4. 22. Adv.*

CAP. VI. *De ſeptem planetis.*

INter hanc, cœlumque, eodem ſpiritu pendent, certis diſcreta ſpatiis, ſeptem ſidera, quæ ab inceſſu vocamus errantia, quum errent nulla minus illis. Eorum [d] medius Sol fertur, ampliſſima magnitudine ac poteſtate: nec temporum modo, terrarumque, ſed ſiderum etiam ipſorum, cœlique rector. Hunc mundi eſſe [e] totius animum, ac planius

a *Aëra appellant.*] Hunc αἰθέρα Græci vocant. Euripides ὁρᾷς τὸ ὕψου τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα, καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις; τοῦτον νόμιζε ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Hos verſus ſic Latinos fecit Cic. 2. de Nat. Deor. *Vides ſublime fuſum immoderatum æthera, Qui terram tenero circumjectu amplectitur? Hunc ſummum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.* Dalec.

b *Per cuncta rerum meabilem.*] Seneca qu. Nat. l. 2. c. 9. *Spiritus non aperta tantum intendens, ſed etiam abdita & incluſa.*

c *Mutuo complexu.*] Late hac de re Achill. ſup. Arat. pag. 83. & Manil. Aſtron. verſ. 168. lib. 1. *Dalec.*

d *Medius Sol fertur.*] Chaldæi errantia ſidera ad hunc numerum redegerunt: Ptolemæus vero ac Theon Solem & Lunam inter errantia non recenſent. De Planetarum numero, motu, & ſitu, vide Ariſt. lib. de Mundo, cap. 2. *Idem.*

e *Totius animum.*] Elegantiſſimi hac de re Orphei verſus, Κλῦθι μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα, Τιτὰν χρυσαυγής, ὑπερίων, οὐράνιον φῶς. Et paulo poſt: Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς, ὦ ἐλάσιππε, Μάστιγι λιγυρῇ ἅρμα διώκων. Cæteras laudes videbis in Neandri phyſ. pag. 32. *Idem.*

a *Hic*

[1]planius mentem: hunc principale naturæ regimen, ac numen credere decet, opera ejus æſtimantes. Hic lucem rebus miniſtrat, aufertque tenebras: [a] hic reliqua ſidera [2] occultat: hic vices temporum, annumque ſemper renaſcentem ex uſu naturæ temperat: hic cœli triſtitiam diſcutit, atque etiam humani nubila animi ſerenat: hic ſuum lumen [b] cæteris quoque ſideribus fœnerat. Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero placuiſſe in uno [3] eo video.

CAP. VII. *De Deo.*

QUapropter [c] effigiem Dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quiſquis eſt Deus (ſi [4] modo eſt alius,) & quacunque in parte, totus eſt ſenſus, [5] totus viſus, totus auditus, [d] totus animæ, totus animi, totus ſui. Innumeros quidem credere [6] atque etiam ex virtutibus vitiiſque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, [e] Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, majorem ad ſocordiam accedit. Fragilis & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit, infirmitatis ſuæ memor, ut portionibus [7] quiſquis coleret, quo maxime indigeret. Itaque nomina alia aliis gentibus, & numina in iiſdem innumerabilia [8] reperimus: inferis

1 plane, *Quidam.*

2 occultat, illuſtrat. *M.* illuſtrat. *CH.*

3 Dictio, εο, redundat.

4 Si mundo eſt alius aliquis *M.* *forte* ſi à mundo *Dal.*

5 In CH. deſunt hæc adusque, *totus animi.*

6 tamque ex virtutibus hominum quam vitiis *M.* atque tam ex virtutibus quam ex vitiis. *CH* ex vitiis *Pint.* *atqui hæc eſt vera lectio.*

7 coleret quiſque. *M.*

8 invenimus. *M CH.*

a *Hic reliqua ſidera occultat.*] Adde, *illuſtrat*, ex Cod. Tolet. ut ſit, *Hic reliqua ſidera occultat, illuſtrat.* Nec accipio, *illuſtrat*, quia reliquis ſideribus lumen impertiat: hoc enim infra dicet; ſed quia præſens obſcuret ſidera, abſens illuſtret. *Pintian.*

b *Cæteris quoque, &c.*] Imo vero ſoli Lunæ. Cætera namque ſidera de ſuo lucent, monente Scal. adverſ. Card. exerc. 64. *Dal.*

c *Effigiem Dei, &c.*] Veterum opiniones de Deo vide apud Ariſt. de Mundo c. 7. & Stob. eclog. in princ. & Plutarch. de placit. phil. lib. 1. cap. 7. & Neandr. phyſ. & Sex. Empir. Pyrrhon. hypot. l. 3. c. 1. & Henr. Steph. phil. poët. & αὐτοσχ. lib. 3. ſched. 5. & ſeq. & Juſt. Martyr. ἐπιτρεπ.] & Lactant. divin. Inſt. l. 1. c. 5. & ſeq. *Idem.*

d *Totus animæ.*] Animæ, ψυχῆς, quæ omnibus vita præditis eam præbet: animi, ἢ νοῦ, qui quæ in univerſo fiunt omnia, admirabili ſapientia regit & adminiſtrat. D. Auguſtino *anima* vitæ eſt, *animus* conſilii. Animam Virg. 6. Æneid. *ſpiritum* vocat. *Idem*

e *Fidem.*] Plaut. in Aul. *Ut te auferam Aula in Fidei fanum, ibi abſtrudam probe.* Idem.

1 in genera deorum deſcriptis. *M.*
2 placata. *M.*
3 Febris. *CH.* Febri fanum in Palatio dicatum eſt ad ædem Larium, & ara Malæ Fortunæ Exquiliis. *ex Cicerone de Nat. Deor.*

feris quoque [1] in genera deſcriptis, morbiſque & multis etiam peſtibus, dum eſſe [2] placatas trepido metu cupimus. [a] Ideoque etiam publice [3] Febri [b] fanum in Palatio dicatum eſt, Orbonæ ad ædem Larium [4] ara, & Malæ Fortunæ Exquiliis. Quamobrem major cœlitum populus etiam quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem Deos faciant, Junones [c] Genioſque adoptando

4 Et ara Malæ Fortunæ, &c. *Had. Jun. animadv. lib. 3. cap. 1.*

a *Ideoque etiam publice Febri fanum, &c.*] Febrem in urbe cultam fuiſſe conſtat tum apud Auguſtin. lib. 4. de C. D. cap. 15. tum etiam apud Ciceronem 3. de Nat. Deorum, cujus verba mox ſubjiciam. De Mala Fortuna eodem etiam loco Cicero. Cæterum de Orbona dea, & apud hos quos dixi ſcriptores, & apud reliquos, quos legerim, altum ſilentium. Quæ cauſa varie conjectandi materiam ſubminiſtravit his, qui ante me in Plinium Annotationes compoſuerunt. Et Hermolaus quidem rem intactam omiſit. Georgius Valla in commentariolo, quem in hunc ſecundum lib. compoſuit, fraudata prima ſyllaba dictione, pro *Orbona* ſubſtituit *Bona:* & de Bona Dea Plinium locutum cenſuit. Sabellicus Macrobii verba ſecutus, rationem conjecturamque iniit quandam, haud mihi ſatis probatam: quum interim neque apud ipſum, quem citat, Macrobium, ulla ſubſit Orbonæ vel minima ſuſpicio: neque alium proferat auctorem, qui Orbonæ meminerit. Crinitus *Orbonam* & ipſe agnoſcit, ſine auctore tamen, depravata Plinii lectione deceptus. Quamobrem, cum egregia hæc Dea Orbona, orba ſit ſcriptore aliquo, qui eam celebret, nullibique omnino compareat, præterquam hoc Plinii loco, ſitque in comperto apud omnes, numeroſiſſimas in Plinio dictiones, & interdum verſus ſuperfluere, quæ divinare non ſit, unde in ejus libros irrepſerint: ſic in animum induxi, ut exploſis omnium ſententiis, Orbonam hane, tanquam adulterinam & ſuppoſititiam deam, exterminandam è Plinianis finibus putem: ut verba, quæ ſequuntur, permutato tantum conjunctionis loco, legantur hoc pacto: *Ideoque etiam publice Febri fanum in Palatio dicatum eſt ad ædem Larium, & ara Malæ Fortunæ Æſquiliis.* Quod ex Cicerone manifeſte deſumptum eſt loco citato. Verba ejus ſubjunxi: *Eos enim qui dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras deorum. Qui tantus error fuit, ut pernicioſis etiam rebus non nomen ſolum tribueretur deorum, ſed etiam ſacra conſtituerentur. Febris enim fanum in palatio ad ædem Larium, & aram Malæ Fortunæ Æſquiliis conſecratam videmus.* Hactenus Cicero: à quo in 2. etiam de Legg. eadem repetuntur. *Pintian.*

b *Febri fanum.*] Pavorem Hoſtilius atque Pallorem coluit, mox à neſcio quo Febris dedicata. Minutius Fœlix. Idem D. Cyprianus lib. de idolorum vanitate. Arnobius lib. 4. adverſus Gent. *Ab erroribus viarum dea Vibialia liberat; in tutela ſunt Orbonæ, orbati liberis parentes; in Næniæ, quibus extrema tempora.* Cicero 3. de Nat. Deor. *Febris enim fanum in Palatio, & ædem Larium & aram malæ Fortunæ Exquiliis conſecratam videmus.* Febris fana tria Romæ fuerunt, unum in capite vici Longi, alterum in Palatio, tertium juxta monumenta Mariana. Huic & Malæ Fortunæ, Poſtvertæ, Prorſæ, Vejovi, Timori, Pallori, Robigo, Averrunco; apud Lacedæmonios Morti & Timori; apud Gades Paupertati & Senectæ ædes, aræque poſitæ ſunt: non ut opem ferant, aut quidquam juvent, ſed ne quicquam obſint, aut noceant. Unde ἀποτρόπαιοι à Græcis, *averrunci* ab Latinis dicti. *Dalec.*

c *Genioſque adoptando.*] Natalis Deus Genius virorum: ſic natalis mulierum Juno. Tibullus, *Natalis Juno ſanctos cape thuris*

optando[1] ſibi.[a] Gentes vero quædam[2] animalia etiam [3] aliqua & obſcœna, pro diis [4] habent, ac multa dictu magis pudenda, [b] per fœtidos cibos, & [5] alia ſimilia jurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque ævo ex his neminem naſci & alios eſſe [6] grandævos ſemperque canos, alios juvenes atque pueros, [c] [7] atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, & alternis diebus viventes morienteſque, puerilium prope deliramentorum eſt. Sed ſuper omnem impudentiam, adulteria inter ipſos fingi: mox jurgia & odia, atque etiam furtorum eſſe, & ſcelerum [8] numina. Deus eſt mortali [d] juvare mortalem, [9] & hæc ad æternam gloriam via. Hac proceres iere Romani: hac nunc cœleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maximus omnis ævi rector Veſpaſianus Auguſtus, feſſis rebus ſubveniens. Hic eſt vetuſtiſſimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus [10] adſcribantur. Quippe & [11] omnium aliorum nomina Deorum, & quæ ſupra retuli ſiderum, ex hominum nata ſunt meritis. Jovem quidem aut Mercurium, aliterve alios inter ſe vocari, & eſſe [12] cœleſtem nomenclaturam, [e] quis non interpretatione

1. adoptando. *Vet.*
2. animalia aliqua etiam obſcœna pro diis habeant. *M.*
3. & aliqua obſ *Alii*
4. habeant. *CH.*
5. allia & ſimilia. *Vet.* per fœtidas cepas, allia, & ſimilia. *CH.*
6. grandævos ſemper canoſque. *M.*
7. atri coloris. *M.*
8. numina. At ſi deus eſt. *M.*
9. deeſt in *M.*
10. adſcribant. *M.* & *CH.*
11. in *M.* non legitur nec in *CH.*
12. cœleſtium nomenclaturam. *V.* eſſe cœleſtes nomenclatu-

pe thuris acervos. Plaut. in Menæchm. *Teneo dextra genium meum.* Idem in Mercatore, *I hac mecum, ut videas ſimul tuam Alcumenam pellicem Iuno mea.* Minutius Fœlix præſtites vocat Genios, quod præſint hominum actionibus: hominum cuſtodes Heſiodus: manes Servius. Ammianus lib. 12. ex Menandro, ſtatim in lucem editis hominibus numina ſociata ſic vocat, quæ vitæ curſum regunt, admodum paucis viſa inſigni virtute viris. Menandri verſus ſunt:

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Dalec.

a *Gentes vero quædam animalia etiam aliqua obſcœna.*] Commutandus rurſus conjunctionis locus, ſcribendumque, *animalia etiam & aliqua obſcœna*, ex vetere lectione. *Pintian.*

b *Per fœtidos cibos.*] Allia, porrum, cepas Ægyptii. Vide Alex. ab Alex. c. 10. l. 5. *Dalec.*

c *Atricolores.*] Plutarchus teſtatur Mortem albi fuiſſe coloris, Oſirim ſubnigri, Typhona flavi. *Idem.*

d *Juvare mortalem.*] Cicero pro Ligario ſcribit homines ad Deos nulla re propius accedere, quam ſalutem hominibus dando: id quod Strabo lib. 10. *εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν.* *Idem.*

e *Quis non interpretatione natura fateatur.*] Mallem legeres accuſandi caſu, *interpretationem.* Senſus enim horum verborum peti debet ab illis Ciceronianis; *Eos enim qui dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras deorum.* Pintian.

tione [a] naturæ fateatur? [b] Irridendum vero agere curam rerum humanarum illud quicquid eſt ſummum. Anne tam triſti atque multiplici miniſterio non pollui credamus [1] dubitemuſve? Vix prope eſt judicare, utrum magis conducat generi humano, quando aliis nullus eſt deorum reſpectus, aliis pudendus. Externis famulantur [c] ſacris; ac digitis deos geſtant, & monſtra quoque colunt: damnant & excogitant [2] cibos: imperia dira in ipſos, ne ſomno quidem quieto, [3] irrogant. Non matrimonia, non liberos, non denique quicquam aliud niſi [4] jubentibus ſacris, deligunt. Alii in ipſo [d] Capitolio fallunt, ac fulminantem pejerant Jovem: & hos juvant ſcelera, illos [5] ſacra ſua pœnis agunt. Invenit tamen inter has utraſque ſententias medium ſibi ipſa mortalitas numen, quo minus etiam plana de Deo conjectatio eſſet. Toto quippe mundo & [6] locis omnibus, omnibuſque horis omnium vocibus [e] Fortuna ſola [7] invocatur: una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, [8] una cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conviciis colitur: volubilis, à pleriſque vero [9] & cæca etiam exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, [10] indignorum fautrix. Huic omnia expenſa, huic omnia

nam. *M.* cœleſtis nomenclatura quis non interpretationis &c. *Pint.* *forte* cœleſtes nomenclaturas. *Dal.*

1 dubitemuſve. Ne vix prope eſt judicari. *CH.*

2 globos. *M.*

3 inrogant. *CH.*

4 niſi juvantibus ſacris, diligunt. *M.* & *CH.*

5 ſacramenta. *Vet.* illis ſacramenta ſua pœnas agunt. *Alii.*

6 omnibus locis. *M.*

7 invocatur, ac nominatur, una accuſatur cum convitiis colitur. *M.*

8 una cogitatur, *in Tol. d.*

9 & cæca etiam, *in CH. d.* etiam, *in aliis.*

10 indignorumque. *M.*

a *Natura.*] Cicero enim ait eos, qui Dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras Deorum. *Dalec.*

b *Irridendum, &c.*] Hic ſibi caveant veri ac pii Chriſtiani, legantque Lactant. Inſtit. d. lib. 1. cap. 2. *Idem.*

c *Sacris.*] Magica intelligit, quos noſtri *exorciſmos* vocant: & annulos magica arte formatos oblique ſugillat, quibus vim magnam tribuebant veteres, iis maxime in quibus Cynocephali, vel Harpocratis imago ſculpta eſſet. *Idem.*

d *Capitolio.*] Ut ſanctiora eſſent pacta & conventa, cum jurisjurandi religio interpoſita eſſet, in ipſo Capitolio nonnunquam fiebant, velut præſente & audiente Deo, qui triſulcum in perjuros telum gerere cenſebatur. Plaut. in Curcul. Coq. *Namque incubitare ſatius te fuerat Jovi, Tibi qui auxilio in jurejurando fuit.* Cap. *Siquidem incubare velint qui pejeraverint, Locus non præberi potis eſt in Capitolio.* Idem.

e *Fortuna.*] Fortunæ varia cognomina vide apud Alex. ab Alex. c. 13. 1. & Plaut. in Pſeud. *Centum doctûm hominum conſilia hæc devincit dea Fortuna: atque hoc verum eſt, Perinde ut quæque fortuna utitur, ita præcellit, atque exinde ſapere eum dicimus.* In Rhetoricis ad Herennium leguntur Pacuvii verſus graves & ſententioſi: *Fortunam inſanam eſſe, & cæcam & brutam perhibent Philoſophi.* Idem.

a Sors

omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, [1] ſola utramque paginam facit. Adeoque [2] obnoxiæ ſumus [3] ſortis, ut [a] Sors ipſa pro Deo ſit, qua Deus probatur incertus. Pars alia & hanc pellit, aſtroque ſuo [b] eventus aſſignat & naſcendi legibus: [4] ſemelque in [c] omnes futuros unquam Deo decretum: in reliquum vero otium datum. Sedere cœpit ſententia hæc, [5] pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam curſu vadit. [6] Ecce fulgurum monitus, oraculorum præſcita, aruſpicum prædicta atque etiam ([d] parva dictu) in auguriis ſternutamenta, & offenſiones pedum. Divus Auguſtus lævum prodidit ſibi calceum præpoſtere [7] inductum, quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. Quæ ſingula improvidam mortalitatem involvunt, ſolum ut inter iſta certum ſit, nihil eſſe certi, nec miſerius quicquam homine, aut ſuperbius. Cæteris quippe animantium ſola victus cura eſt, in quo ſponte naturæ benignitas ſufficit: [e] uno quidem vel [8] præferendo cunctis bonis, quod de gloria, de pecunia, ambitione, ſuperque de morte non cogitant. Verum in his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex uſu vitæ eſt: pœnaſque maleficiis aliquando ſeras occupato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas eſſe, nec ideo proximum illi genitum hominem, ut vilitate juxta belluas

1 ſola eſt ea, quæ utramque pugnam facit. *M.*

2 obnoxii ſumus ſorti. *Alii.*

3 ſortis, ut pro ſe ipſa ſola pro Deo ſit. *M CH.*

4 ſemelque, in omnes futuros, Dei decreto: in reliquum vero otio dato. *M.*

5 pariterque & eruditi & rude vulgus. *CH.*

6 Sed ecce. *M.*

7 indutum. *V.*

8 præferenda. *M. & CH.*

a *Sors ipſa pro Deo ſit.*] In denario vetuſto Romano percuſſo à quodam Plætoriæ gentis, qui ejus templum vel dedicaverat, vel refecerat, Sortis imago impreſſa eſt cum his literis, SORS. M. PLÆTOR. CEST. S. C. *Dalec.*

b *Eventus aſſignat.*] Ex opinione Poëtarum id ſumptum, qui ſingula nobis attributa ſidera ſcribunt. Papinius, *Perpetuis frenis atque uni ſerviet aſtro:* & alibi, *locum cervix dabit omnibus aſtris.* Idem.

c *Semelque in omnes futuros unquam Deo decretum.*] Sincerior lectio Salmanticenſis codicis, *dei decreto*: ut tres dandi caſus inter ſe conveniant, *Aſtro ſuo, Naſcendi legibus, Dei decreto.* Pintian.

d *Parva dictu.*] Hoc eſt, humilia, vilia, ſpernenda. Hac phraſi utitur Fabius: *Avidas longe fugare volucres, & paſcere parva dictu animalia.* Eadem ſignificatione uſurpat auctor infra c.53. 7. lib. *frivolum dictu.* Dalec.

e *Uno quidem vel præferenda cunctis bonis.*] Lego, repugnantibus cunctis exemplaribus, præferendo, non præferenda. Pintian.

belluas eſſet. Imperfectæ vero in homine naturæ præcipua ſolatia, [a] ne Deum quidem poſſe omnia. Namque nec ſibi poteſt mortem conſciſcere, ſi velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis: nec [1] mortales æternitate donare, [b] aut revocare defunctos: nec facere, ut qui vixit, non vixerit: qui honores geſſit, non geſſerit: nullumque habere in præterita jus præterquam oblivionis: atque ([c] ut facetis quoque argumentis ſocietas hæc cum Deo copuletur) ut bis dena, viginti non ſint, ac multa ſimiliter efficere non poſſe: per quæ declaratur haud dubie naturæ [2] potentia, idque eſſe quod Deum vocamus. In hæc divertiſſe non fuerit alienum, [3] vulgata propter aſſiduam quæſtionem de Deo.

1 mortalia. *Alii.*

2 potentiam id eſſe quod. *Vet.*

3 propter vulgatam aſſidue. *M.*

CAP. VIII.

De natura ſiderum errantium, & eorum ambitu.

HInc redeamus ad reliqua naturæ. Sidera, quæ affixa diximus mundo, non illa, ut exiſtimat vulgus, [d] ſingulis attributa nobis, & clara divitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, ac pro ſorte cujuſque lucentia, [4] adnumerata mortalibus: [5] nec cum

4 ad munera. *Vet.*

5 quia nec. *M.*

a *Ne Deum quidem poſſe omnia.*] Agatho dilaudante Ariſt. Eth. Nicom. l. 6. c. 2. μόνȣ γὰρ αὐτȣ̃ καὶ θεὸς ςερίσκεται, ἀγένητα ποιεῖν ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. Et Plutarch. Conſolat. ad Apol. mihi pag. 199. ſub fin. τὸ μὲν γὰρ γεγενημένον οὐδὲ θεὸν δυνατόν ἐςι ποιεῖν ἀγέννητον. Et ne nimium longi ſimus, Theognis verſ. 583. Et Sophoc. Trachin. Et Pind. Olymp. od. 2. Et Sen. de brevit. vitæ mihi p. 133. Et Horat. lib. 3. od. 29. Et S. Aug. de civit. Dei lib. 5. c. 10. &c. *Dalec.*

b *Aut revocare defunctos.*] Hier. Mag. de exuſt. mund. lib. 5. cap. 1. *Idem.*

c *Ut facetis quoque, &c.*] Ita ſcil. judicat de his diviniſſimis ſcientiis hoc hominum genus. Quanto vero rectius doctiſſ. Muret. var. lect. lib. 6. cap. 1. *Idem.*

d *Singulis attributa nobis.*] Confutat hic Epicureos, qui ſingulis hominibus ſingulas tributas eſſe ſtellas credebant. In eadem opinione fuit & Manilius poëta. *Dal. Singulis attributa nobis.*] Imo vero & Manilius communem aſtrologorum ſecutus eſt ſententiam, horoſcopum ſeu poſitum ſiderum natalium tempore ſuam cuique homini diſtribuere ſortem lib. 3. verſ. 38. & Epicurus omnia atomorum concurſu regi, nilque ab hujuſmodi cauſis pendere ad animi tranquillitatem facere proculdubio putavit: aut ſi Stobæo credimus, qui eclog. lib. 1. cap. 25. pag. 54. de hac quoque re mentionem facit: ȣ̓ ἐνδεχομένως ἦχε. Quamobrem me ſuaſore Plinio credimus, vulgi has fuiſſe ſuperſtitiones: cujuſmodi & aliæ olim multæ & utinam nunc omnes deſitæ. Cæterum de ſtellarum caſu vide Hier. Mag. de exuſt. mundi lib. 3. cap. 3. & 7. & Laërt. lib. 10. pag. 423. ubi Epicuri ea de re opinionem refert.

a Non

[1] cum ſuo quæque homine orta moriuntur, nec, aliquem extingui, decidua ſignificant. [a] Non tanta cœlo ſocietas nobiſcum eſt, ut noſtro fato mortalis ſit [2] ille quoque ſiderum fulgor. Illa [b] nimio alimento tracti [3] humoris igneam vim abundantia reddunt, cum [c] decidere creduntur: ut apud nos quoque id, [4] luminibus accenſis, liquore olei notamus accidere. Cæterum æterna eſt cœleſtibus natura, intexentibus mundum, [5] intextuque concretis: potentia [6] autem ad terram magnopere eorum pertinens, quæ propter effectus, claritatemque, & magnitudinem, in tanta [7] ſubtilitate noſci potuerunt, ſicut [d] ſuo demonſtrabimus loco. Circulorum quoque cœli ratio in terræ mentione aptius dicetur, [e] quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo [8] inventionibus non dilatis. Obliquitatem ejus intellexiſſe, hoc eſt, [9] rerum fores ape-

1 cum ſuo homine oriuntur. *Longol.*
2 ibi quoque. *M.*
3 humoris cum abundantiam reddunt, tunc decidere creduntur. *M.*
4 lucernis. *Alii.*
5 intextuque diſcretis *Alii.*
6 autem eorum ad ter. mag. pertinet. *Dal.*
7 ſublimitate. *Vet.*
8 inventoribus. *C.*
9 rerum fortiſſimas fores. *M.*

a *Non tanta cœlo ſocietas nobiſcum eſt ut noſtro fato mortalis ſit ille quoque ſiderum fulgor.*] Non, *ille*, habet exemplar Toletan. ſed *ibi*, venuſtiore proculdubio ſenſu. *Pintian.*

b *Nimio alimento, &c.*] Cleomedes libris κυκλικῆς θεωρίας, ſidera, ſtellas, aſtra, oceani, terræque vaporibus ali credidit, quoniam alimento privatus ignis ſtatim extinguitur. Virg. *Convexa polus dum ſidera paſcet.* λίμνην enim τὴν θάλασσαν etiam Homerus vocat. Zeno apud Laërtium ait: τὰ ἄστρα ἔμπυρα τρέφεσθαι, τὸν μὲν ἥλιον ἐκ μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποταμίων ὑδάτων, τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς. Cujus ſententiæ & alios auctores adducit Hier. Mag. de mundi exuſt. lib. 1. c. 13. & 16. & ſeq. & Theon ſuper Arat. pag. 108. ἰστέον δ' ὅτι ἡ τοῦ οὐρανοῦ κίνησις γίνεται ἔκ τινων ἀναθυμιάσεων κατὰ τὸν φυσικὸν, ἐπεί τινες ἀναθυμιάσεις ῥυθμῷ τινὶ αὐτὸν κινοῦσι. Error ortus ex optices ignorantia, generatimque accuratæ Philoſophiæ. Totum porro hunc locum Plinii lubenter ita legerim: *Hinc redeamus ad reliqua ſidera, quæ affixa diximus mundo, non illa, ut exiſtimat vulgus, ſingulis attributa nobis, adnumerataque mortalibus, & clara divitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, ac pro ſorte cujuſque lucentia, nec cum ſuo, &c.* Dalec.

c *Decidere creduntur.*] *Sæpe etiam ſtellas vento impellente videbis Præcipites cœlo labi, noctuque per umbras Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.* Ptolemæus διαθεῖν, ſtellas diſcurrere dixit. Paulo poſt cap. 36. trajectiones eas & emicationes auctor vocat, *diſcurſus*. Ammianus Marcellinus eum fulgorem appellat δίφρου ὁλκὸν, quaſi currus orbitam. Tranſverſas ſtellas & cadentes, quæ prætervolant & ſecant aëra, Seneca vocat: ἀποῤῥοίας eſſe ſtellarum Græci putant.

d *Suo demonſtrabimus loco.*] Vide locum ſub finem hujus libri.

e *Quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inventionibus non dilatis.*] Sic Vett. codd. leg. ita ut *tota* referatur ad *ratio*, non ad *modulatio*, quæ vox in MSS. non eſt: & ſenſus ſit; De uno ſignifero circulo hic ſe dicturum, quod circa eum primi Anaximander & Cleoſtratus obſervaverint, cæterorum circulorum mentionem cum mentione terræ aptius conjungendam; quod facit in fine libri, *Gelenius.*

a *Sphæ-*

aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur primus, Olympiade quinquageſima octava. Signa deinde in eo Cleoſtratus, & prima Arietis ac Sagittarii. [a] Sphæram ipſam ante multo Atlas. Nunc relicto mundi ipſius corpore, reliqua inter cœlum terraſque tractentur. Summum eſſe, quod vocant [b] Saturni ſidus, ideoque minimum videri, & maximo ambire circulo, ac trigeſimo [1] anno ad breviſſima ſedis ſuæ principia regredi certum eſt. Omnium autem errantium ſiderum meatus, interque ea Solis, & Lunæ, contrarium mundo agere curſum, id eſt, [c] lævum, illo ſemper in dexteram præcipiti. Et quanvis aſſidua converſione immenſæ celeritatis attollantur ab eo, rapianturque in occaſum, adverſo tamen ire motu per ſuos quæque paſſus: ita fieri, ne convolutus aër eandem in partem æterna mundi vertigine, ignavo globo torpeat, ſed [2] findatur, adverſo ſiderum verbere diſcretus & digeſtus. Saturni autem ſidus gelidæ ac rigentis eſſe naturæ, [3] multoque ex eo inferiorem Jovis circulum, & ideo motu celeriori duodenis circumagi annis. [d] Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant, [4] ignei, ardentis à Solis vicinitate, binis fere annis converti. Ideoque hujus ardore nimio,

1 anno, cum breviſſime ad ſedis. *Vet.*

2 fundatur. *M.*

3 multoque eo inf. *Dal.* *expuncto*, *ex.* multoque ex eo in terris inf. *M.*

4 ignea ardentis Solis vicinitate. *M.*

a *Sphæram ipſam, &c.*] Eam Anaximandri inventum quoque tradit c. 56. l. 7. *Sphæram ipſam ante multo Atlas.*] Lege: *Sphæram ipſo. pandente mundo Atlas.* mundus ipſe, hoc eſt, cœlum, ſphæricum & plane ſphæram ſeſe eſſe fatetur, & pandit, ipſo igitur pandente mundo ſphæram invenit Atlas, qui primus intellexit cœlum vel mundum ſphæram eſſe. Sequitur, quod ſic legendum. *hoc eſt ſiderum ortus foru aperuiſſe.* Vide *Salmaſ.* p. 823. a, b.

b *Saturni ſidus.*] Saturnus lingua Syriaca ſive Aramæa, qua uſi ſunt Thuſci, latentem ſignificat, ab כתן occuluit ſeſe, latuit, uti monet P. Merula ſuper Enn. p. 94. Inde Latinum vocaverunt, & ejus uxorem Latiam, ſive Latiam Saturni. *Dalec.*

c *Lævum.*] Plinius augurum diſciplinam ſequutus, pronam faciem intuentis in Auſtrum ſpectare voluit: indeque lævum erit ubi ſol oritur, dextrum ubi occidit. Ariſtoteli mundi dextra ſunt exortiva, læva occidua: Solino dextra ſeptentrionalia, læva meridionalia. Ebræis meridies dexter, ſeptentriones ſiniſtri. In ludis Circenſibus cur Solini ratio obſervata ſit, explicat J. Gorop. hierogl. l. 3. p. 37. *Idem.*

d *Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant, ignea ardentis Solis vicinitate, binis fere annis converti.*] Vetus lectio, *Ignei, ardentis à Solis vicinitate*, quemadmodum & Livius ſæpe loquitur. Cauſam dedit, non cur biennio circulum abſumat, ſed cur ardens ſit & igneus. *Gelen.*

a *Tem-*

mio, & rigore Saturni, interjectum ambobus, ex utroque [a] temperari Jovem, ſalutaremque [1] fieri. DeindeSolismeatum eſſe partium quidem trecentarum ſexaginta: ſed ut obſervatio umbrarum ejus redeat ad notas, quinos annis dies adjici, ſuperque quartam partem diei. Quam ob cauſam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut temporum ratio [2] Solis itineri congruat. Infra Solem ambit ingens ſidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſiſque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præveniens quippe & ante matutinum exoriens, [b] Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occaſu refulgens nuncupatur [c] Veſper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Quam naturam ejus [d] Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadrageſima ſecunda, qui fuit urbis Romæ annus centeſimus quadrageſimus ſecundus. [3] Jam magnitudine extra cuncta alia ſidera eſt: claritatis quidem tantæ, ut unius hujus ſtellæ radii umbræ reddantur. Itaque & in magno nominum ambitu eſt. Alii enim Junonis, alii Iſidis, alii Matris Deûm appellavere. Hujus natura cuncta generantur in terris. Namque in alterutro

exortu

1 fieri Deum. Inde. *Ve.*

2 Solis itineri facilius. *M.*

3 largiori magnitudine. *Ve.*

a *Temperari Iovem ſalutaremque fieri Deum.*] De ſidere loquitur, non de Deo. Scriba proxime ſequentem particulam, *De inde*, depravavit in *Deum inde*. Gelen.

b *Luciferi nomen accepit.*] Luciferum diurnam ſtellam vocat Plaut. in Menæchm. *Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus cras.* Veſperuginem quidam Veneris eſſe ſtellam putaverunt, ac ideo Venerem noctivigilam appellarunt, ut Plaut. in Curc. aut noctilucam, ut Levinus: *Venerem igitur almam adorans, ſive fœmina, ſive mas eſt, ita uti alma Noctiluca eſt.* Dalec.

c *Veſper.*] Inde Veſperugo, extrema diei pars, & prima noctis. Varro, *Inter veſperuginem & jubar dicta nox intempeſta* (omitto quædam) *quam Ælius dicebat, cum tempus agendi eſt nullum: quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent.* κνέφας veſperuginem Græci appellare videntur, quod terra luce carere incipiat. Hom. Iliad. α. Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν. Veſperi exortum, primam facem Apuleius & Macrobius dixerunt: non quod tunc faces accenderentur & lucernæ, quam ob rem Gal. ἡμμένων ἄρτι λύχνων horam veſpertinam ait, ut meridiem Lucianus, ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγοράν, quod ea diei parte maxima ſit in foro frequentia, ſed quod Veſperi ſtella poſt ſolis occaſum prima luceat. *Dalec.*

d *Pythagoras Samius.*] Pythagoræ longam hiſtoriam & incredibilium rerum quas geſſit miracula, vid. apud Rhod. cap. 7. 19. *Idem.*

a Luna.]

exortu genitali rore conſpergens, non terræ modo conceptus implet, verum animantium quoque [1] omnium ſtimulat: Signiferi autem ambitum peragit trecentis & duodequinquagenis diebus, ab Sole nunquam [2] abſiſtens partibus ſex atque quadraginta longius, ut Timæo placet. Simili ratione, ſed nequaquam magnitudine aut vi, proximum illi Mercurii ſidus, à quibuſdam appellatum Apollinis: inferiore circulo fertur novem diebus, ocyore ambitu, modo ante Solis exortum, modo poſt occaſum ſplendens, nunquam ab eo viginti [3] tribus partibus remotior, ut [4] hic idem & Soſigenes docent. Ideo & peculiaris horum ſiderum [5] ratio eſt, neque communis cum ſupra dictis. Namque ea & quarta parte cœli à ſole abeſſe, & tertia: & adverſa ſoli ſæpe cernuntur, majoreſque alios habent cuncta plenæ converſionis ambitus, in magni anni ratione dicendos.

CAP. IX. *De Luna natura.*

SED omnium admirationem vincit noviſſimum ſidus, [6] terriſque familiariſſimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum, [a] Lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia [7] contemplantium, & proximum [8] ignorari maxime ſidus indignantium: creſcens ſemper, aut ſeneſcens. Et modo curvata in [9] cornua, modo æqua portione [10] diviſa, modo [b] ſinuata in orbem: maculoſa, eademque ſubito prænitens:

1 omnium naturam ſtimulat. *M.*
2 abſcedens. *Vet.*
3 duabus. *M. Vet.*
4 Cteſias & Soſigenes. *M.*
5 Statio. *M.*
6 terris. *CH.*
7 contemplantibus. *CH.*
8 ignorare. *CH.*
9 cornua, facie modo æqua, &c. *M.*
10 dividua. *Vet. ſic & cap.* 18.

a *Luna.*] Lineam ἐκλειπτικὴν, Lunæ orbitam, Tarentina voce *circulum manacum* veteres appellarunt, quaſi maniacum, μηνιακὸν: unde Arabibus Kalendarium Almanach. Vitruvius lib. 11. *Circinatio circuli menſtrui agatur, qui Manacus dicitur.* Scalig.

b *Sinuata in orbem.*] Lego, *ſinuata, in orbe maculoſa, &c.* Nam ſinus in orbe non poteſt intelligi. Vel certe, *ſinuoſa, orbe pleno immenſa ac repente nulla, eademque ſubito pranitens, maculoſa alias, &c.* Dalec. *Modo ſinuata in orbem.*] Hunc locum correctionibus ſuis peſſime corruperunt eruditi dum legunt, *ſinuata, in orbe maculoſa.* Nam ſinus, inquiunt, in orbe non poteſt intelligi. inepte. *ſinuari arcus* dicitur, qui curvatur. *ſinuari vela,* quæ curvantur, & inflantur. curvari & cavari invicem ponantur, unde & κοιλαίνειν Græci pro curvare accipiunt, ita & *ſinuare.* Luna igitur *in orbem ſinuata* eſt quæ Græcis ἀμφίκυρτος in orbem ſcilicet protumida undique & in orbem curvata. *Salmaſ.* Exercitat. Plin. p. 376.

a *Qua*

nitens: immenſa orbe pleno, ac repente nulla; alias pernox, alias ſera, & parte diei ſolis lucem adjuvans: deficiens, & in defectu tamen [1] conſpicua, [a] quæ menſis exitu latet, [b] cum laborare non creditur. Jam vero [2] humilis, & excelſa, & ne id quidem uno modo, ſed alias admota cœlo, alias contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtros dejecta: quæ ſingula in ea deprehendit hominum primus Endymion: & ob id amore ejus captus fama [3] traditur. [c] Non ſumus profecto grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere in hac [4] luce: miraque humani ingenii peſte ſanguinem, & cædes [5] condere Annalibus juvat, [d] ut ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris. Proxima ergo cardini, ideoque minimo ambitu, vicenis diebus ſeptenisque,

1 conſpicua: ac menſis. *M. Aüi*, quin menſ.
2 humilis, excelſa.
3 traditus. *Al.*
4 luce. Mira hum. *Dalec.*
5 ſcribere. *M.*

a *Qua menſis exitu latet.*] Melior meo judicio lectio, *Quin menſis exitu latet.* Pintian.

b *Cum laborare non creditur.*] *Luna* cum plena eſt, inciditque in faſtigium umbræ noctis, extinguitur, quod veteres *laborare* dixerunt. At vero menſis exitu, quamvis nullum ejus lumen ſit, tamen eam laborare veteres non credebant. Credebant etiam veneficarum carminibus & incantationibus deficientem eripi, ſolicitari, affici, ac deduci. Quapropter ne illarum verba exaudiret, clamoribus, & æris crepitu obſtrepebant. Ambroſius, *Quod cum requirerem quid ſibi clamor hic velit, dixerunt mihi quod laboranti Lunæ veſtra vociferatio ſubveniret, & defectum ejus ſuis clamoribus juvaret.* Et iterum, *Tunc, inquam, apud vos turbatur carminibus globus Lunæ, quando calicibus turbantur & oculi.* Dalechamp. *Cum laborare non creditur.*] Id eſt, interquieſcere creditur, eo quod tunc lucere deſinat. Unde quod interlunio fit, aliquoties Plinio *ſilente Luna* fieri dicitur. Gelen.

c *Non ſumus profecto grati erga eos qui labore curaque.*] Scribendum reor, *Ne ſimus profecto ingrati erga eos qui, &c.* hoc ſenſu, mentionem habitam Endymionis, ſuumque illi redditum, quod ingrati hominis ſit, cum literis profecerit, oblivisci eorum, qui primum aditum, primaſque fores ad ipſas diſciplinas reſeravere. Hunc ſenſum aptiorem eſſe, magiſque è dignitate & gravitate Pliniana, quam is, quem Hermolaus comminiſcitur, intelliget, qui verba hæc Plinii contulerit cum illis quæ mox cap. 15. habentur: *In quibus aliter multa quam priores tradituri, fatemur ea quoque illorum eſſe muneris qui primi quærendi vias demonſtraverunt, modo ne quis deſperet ſecula poſſe proficere.* Eſt autem, ni fallor æmulatio Senecæ lib. 6. Nat. Quæſt. *Nova*, inquit, *omnia erant primo tentantibus. Poſtea eadem limata ſunt. Et, ſi quid inventum eſt, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni animi fuit rerum naturæ latebras dimovere, neque contentum exteriori ejus conſpectu introſpicere, & in deorum ſecreta deſcendere.* Pintian.

d *Ut ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris.*] Scribendum arbitror, *numinum*, non, *hominum.* ut ſit ſenſus, tantam eſſe humani animi arrogantiam, ut cœlum ipſum ignorantes, profiteantur ſe ſcelera numinum tenere. Confirmant hanc correctionem verba mox ante præcedentia: *In hac luce mira humani ingenii peſte ſanguinem & cædes condere annalibus juvat.* & quæ ſequuntur cap. 12. *Idem.*

P a *Solis*

niſque, & tertia diei parte, peragit ſpatia eadem, quæ Saturni ſidus altiſſimum triginta (ut dictum eſt) annis. [1] Deinde morata in coitu ſolis biduo, cum tardiſſime [2] è triceſima luce rurſus ad eaſdem vices exit; haud ſcio an omnium, quæ in cœlo [3] pernoſci potuerunt, magiſtra. In duodecim menſium [4] ſpatia oportere dividi annum, [5] quando ipſa toties Solem redeuntem ad principia conſequitur: [a] Solis [6] fulgore eam, ut reliqua ſidera tegi: ſiquidem in toto mutuata ab eo luce fulgere, [7] qualem in repercuſſu aquæ volitare conſpicimus. Ideo molliore, & imperfecta vi ſolvere tantum humorem, atque etiam augere, quem Solis radii abſumant. [8] Ideo & inæquali lumine aſpici: quia ex adverſo demum plena, reliquis diebus tantum ex ſe terris oſtendat, quantum ex Sole ipſa [9] concipiat. In coitu quidem non cerni: quoniam hauſtum omnem lucis averſa [b] illo regerat, unde acceperit. [10] Sidera vero haud dubie [c] humore terreno paſci: [d] quia orbe dimidio [11] nonnunquam maculoſa cernatur, ſcilicet nondum ſuppetente ad hauriendum [12] ultra juſta vi: [e] maculas enim non aliud eſſe quam terræ raptas cum humore ſordes.

1 deinde aſſecuta ſolem, biduo remorata in coitu; & cum tardiſſime à triceſima luce, &c. *Mitlthlur.* Dein commorata. *M.*
2 à. *CH.*
3 pronoſci. *CH.*
4 ſpatia cognitum oport. *Dal.*
5 quando ipſum. *M.*
6 fulgore ut reliqua ſiderum regi. *M. Legit &c.* regi, *Turneb.*
7 qualem in repercuſſa aqua. *M.*
8 Ideo autem inæquali lumine abſumi. *CH.*
9 conſpiciat. *CH.*
10 Humore vero terreno, ut ſidera, haud dubie paſci. *Dal.*
11 nunquam. *Dal.* 12 ultra lucis vi. *Chiff.*

Cap. X.

a *Solis fulgore eam ut reliqua ſidera tegi.*] Legendum, *regi*, non *tegi*, tum ex cap. 15. ubi dicet, *Poſtea radiorum ejus contactu reguntur.* tum etiam ex Toletano codice. *Pintian.* *Reliqua ſidera tegi.*] Ob hanc cauſam Græci poetæ Solis filiam vocant. Euripides in Phœniſſis, ὦ λιπαροζώνου θύγατερ ἠλίου σελαναία χρυσεόκυκλον φέγγος. Heſiodus vero & Virgilius, ſororem; *Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna.* Dalechamp.

b *Illo regerat.*] Beroſus, auctore Cleomede, atque etiam Vitruvius, putavit Lunæ corpus pilam eſſe altera parte candentem, altera cœruleam, ejuſque mutationes fieri prout magis minuſve à Sole corripitur. Vide Vitruv. cap. 4. lib. 9. *Idem.*

c *Humore terreno paſci.*] Sic infra c. 68. hujus lib. de Oceano: *Sidera ipſa tot & tanta magnitudinis paſcens.* Ejuſdem opinionis fuit & Seneca Quæſt. Nat. lib. 2. cap. 5. *Ex cœlo & terra alimenta omnibus animalibus, omnibus ſatis, omnibus ſtellis dividuntur. Profertur quo ſuſtineantur tot ſidera, tam exercitata, tam avida per diem noctemque, ut in opere; ita in paſtu.* Lucret. *Unde æther ſidera paſcit.* Lucan. *Nec non Oceano paſci Phœbumque polumque Credimus.* Idem.

d *Quia orbe dimidio nonnunquam maculoſa cernatur.*] Minus male legetur commutato negationis loco; *nunquam non maculoſa cernatur*, hoc eſt, non nihil maculoſa, non in totum, qua ſubjungit ratione. *Pintian.*

e *Maculas enim, &c.*] Poëtæ fingunt macu-

CAP. X.

De Defectu Solis & Lunæ, & de nocte.

DEfectus autem [1] ſuos, & Solis, rem in tota contemplatione naturæ maxime miram, & oſtento ſimilem, eorum magnitudinum, umbræque indices exiſtere.. Quippe manifeſtum eſt, Solem interventu Lunæ occultari Lunamque terræ objectu; ac vices reddi, eoſdem Solis radios Lunæ interpoſitu ſuo auferente terræ, terraque Lunæ. [2] Hac ſubeunte repentinas obduci tenebras, rurſumque illius umbra ſidus hebetari. Neque [a] aliud eſſe noctem, quam terræ umbram. Figuram autem umbræ ſimilem metæ, ac [3] turbini inverſo; quando [b] mucrone tantum ingruat, neque [4] Lunæ excedat [5] altitudinem: quoniam nullum aliud ſidus eodem modo [c] obſcuretur: & talis figura ſemper [6] in mucronem deficiat. ſpatio [7] quidem conſumi umbras, indicio ſunt volucrum præalti volatus. Ergo confinium illis eſt aëris terminus, initiumque ætheris. Supra Lunam pura omnia ac diuturnæ lucis plena. A nobis autem

1 ejus. *M.* ſui, & Solis, quæ res in tot. cont. nat. max. mira, & oſt. ſimilis, eor. magnitudinem umbraſque ind. exiſt. *Dal.*
2 Hac vero. *M.*
3 orbi. *Chiff.*
4 *non legitur in M. neque in Ch.*
5 latitudinem. *M.*
6 in mucronem. *M.* mucrone. *CH.*
7 eodem. *CH.*

maculas illas eſſe puerum, quem dilectum ſecum Luna ferat, præ pudore faciem celantem. Valerius Cato in Diris: *Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum, Inque vicem excurrunt, tunc aureus orbis ephebi Luna tui tecum eſt, cur non eſt & mea mecum?* Apud Plutarchum Ageſianarum Poëta: περὶ τοῦ προσώπου ἐμφαινομένου ἐν κύκλῳ τῆς σελήνης, Πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσσῃ Γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἠΰτε κούρης Ὄμμα; καὶ ὑγρὸν μέτωπα δ' ἐρεύθεϊ ἔνθα ἔοικε. Dalec.

a *Aliud eſſe noctem, &c.*] Noctis præſidem deum, Nocturnum Plautus appellat in Amphitryone: *Certe edepol ſcio, ſi quicquam eſt quod credam, aut certo ſciam, Credo ego hac noctu Nocturnum obdormiſſe ebrium.* Idem in Bacchid. *Vulcanus, Sol, Dies, & Luna Dei quatuor, Sceleſtiorem nullum illuxere alterum.* Dal.

b *Mucrone tantum ingruat.*] Hic monendus eſt Lector, Plinium ſequutum quoſdam qui eclipſium rationes non intellexerunt, & ideo cum illis turpiter erraſſe. Haud enim verum eſt umbram mucrone tantum in Lunam incidere. Hoc enim modo fieret, ut non plus uno puncto de corpore Lunari obſcurare poſſet, quantum videlicet mucro, ſeu acies contineret. Quod falſum eſſe experientia teſtatur: ſiquidem totam Lunam deficere, atque etiam aliquandiu in umbra commorari, vel rudi vulgo notum eſt. Hac de re vide Jacobi Milichii in hunc ſecundum librum commentaria. *Idem.*

c *Obſcuretur.*] Ratio eſt, quia Venus & Mercurius nunquam tam longe recedunt à ſole ut obſcurari poſſint. *Idem.*

autem per noctem cernuntur ſidera, ut reliqua lumina [1] è tenebris. Et propter has cauſas nocturno tempore deficit Luna. Stati autem atque menſtrui non ſunt utrique defectus, propter obliquitatem Signiferi, Lunæque multivagos (ut dictum eſt) flexus, non ſemper in [a] ſcrupulis partium congruente ſiderum motu.

1 in tenebris. *M.*

Cap. XI.

De ſiderum magnitudine.

HÆc ratio [2] mortales animos ſubducit in cœlum: ac velut inde contemplantibus, trium maximarum rerum naturæ partium magnitudinem detegit. Non [3] poſſet quippe totus ſol adimi terris, intercedente Luna, [4] ſi [b] terra major eſſet quam Luna. [5] [c] Certior ex utraque vaſtitas ſolis aperitur, ut non ſit neceſſe amplitudinem ejus oculorum argumentis, atque conjectura animi ſcrutari: [6] [d] immenſum eſſe qui arborum in limitibus porrectarum in quolibet paſſuum millia umbras paribus jaciat intervallis, tanquam toto ſpatio [7] medius. Et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, ſimul fiat à vertice: item quia [8] circa ſolſtitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadant, ortu vero ad Occaſum. [9] Quæ fieri nullo modo poſſent niſi multo, quam terra, major eſſet. [9] Et quod [e] montem Idam exoriens latitudine [10] exſuperet, dextra lævaque large amplectens, præſertim tanto diſcretus intervallo. Defectus Lunæ magni-

2 mortalium. *Vet.*
3 poſſet quippe. *Jo. Milich. ſic legit*, Nam poſſet totus ſol adimi terris, intercedente Luna, ſi terra minor eſſet.
4 ſi Luna major eſſet quam terra. *Dal.*
5 Tertia ex utroque. *M. & Ch.*
6 immenſum eſſe conſtat, quia. *Rhodig.*
7 medias. *M.*
8 citra. *M.*
9 Nec non quod montes idem. *M.*
10 exſuperat. *M.*

a *Scrupulis, &c.*]. Hoc eſt in capite & cauda Draconis. *Idem.*

b *Si terra major, &c.*] Hæc in Euclide latius tractata videre poterit ſtudioſus lector. *Idem.*

c *Certior ex utraque vaſtitas ſolis aperitur.*] Codex Tolet. *tertia*, legit, non *certior.* Pinrianus.

d *Immenſum eſſe conſtat, quia arborum, &c.*] Verbum *Conſtat*, quod in aliis reperitur, redundat. Refertur enim hæc tota oratio ad præcedens verbum, *Aperitur*, &, *Qui arborum* habent veteres codices, non, *Quia:* Scriba, *A*, literam geminavit. *Gelenius.*

e *Montem Idam exoriens, &c.*] Doctiſſ. poëta *Iamque jugis ſumma ſurgebat Lucifer Ida.* Dalec.

a Nam-

magnitudinem ejus haud dubia ratione declarat, ſicut terræ parvitatem[1] ipſe deficiens. [a] Namque cum ſint tres umbrarum figuræ, conſtetque, ſi par lumini ſit materia, [2] quæ jactat umbram, columnæ effigie jaci, nec habere finem: ſi vero major materia, quam lumen, turbinis recti, ut ſit imum ejus anguſtiſſimum, & ſimili modo infinita longitudo: ſi minor materia, quam lux, metæ exiſtere effigiem in cacuminis finem deſinentem: talemque cerni umbram deficiente Luna, palam ſit, ut nulla amplius relinquatur dubitatio, ſuperari magnitudine terram; [3] id quidem & tacitis ipſius naturæ indiciis. Cur enim partitis vicibus anni [4] brumalis abſcedit? ut noctium [5] capacitate terras reficiat, exuſturus haud dubie, & ſic quoque exurens quadam in parte, tanta magnitudo [6] eſt.

1 ipſa. *M.*
2 jactans. *CH.*
3 hic. *M.*
4 brumais. *M.*
5 opacitate. *M.* & *Chiff.*
6 ejus. *Dal.*

CAP. XII.

Quæ quis invenerit in obſervatione cæleſti.

ET rationem quidem [b] defectus utriuſque, primus Romani generis in vulgus extulit Sulpitius Gallus, qui Conſul cum Marcello fuit: ſed tum Tribunus militum, ſolicitudine exercitu liberato, pridie quam Perſeus rex ſuperatus à Paulo eſt, in concionem ab imperatore productus ad [7] prædicendam eclipſim, mox & compoſito volumine. Apud Græcos autem inveſtigavit [c] primus omnium Thales Mileſius, Olympiadis XLVIII. anno quarto, prædicto ſolis defectu, qui [8] Alyatte rege factus eſt urbis conditæ anno [9] CLXX. Poſt ejus utriuſque ſideris

7 præcinendam. *V.*
8 Halyatte, *ex Herod.*
9 CLXXX. *M.* & *CH.*

a *Namque cum, &c.*] Theon Præf. ſuper Euclid. optica. Magin. theoric. lib. 2. cap. 24. *Idem.*

b *Defectus utriuſque.*] Vide Valer. Max. lib. 8. cap. 11. & Liv. lib. 44. *Idem.*

c *Primus omnium Thales Mileſius.*] Thalem & Lycurgum fuiſſe viros ſapientes, vel ut poſſent leges condere, & præcepta Philoſophiæ, clare indicat Plaut. in Bacchidib. *Nam ita me dii ament, vel Lycurgus, mihi quidem ut videtur, poſſet hic ad nequitiam adducier.* Ac rurſum, *Quem ego ſapere nimio cenſui quam Thalem.* Idem.

deris curſum in ſexcentos annos præcinuit Hipparchus, menſes gentium, dieſque & horas, [a] ac ſitus locorum, & [1] vicos populorum complexus, ævo teſte, haud alio modo, quam conſiliorum naturæ particeps. Viri ingentes ſupraque [2] mortalium naturam tantorum numinum lege deprehenſa, & miſera hominum mente abſoluta in defectibus [3] ſtellarum [4] ſcelera, aut mortem aliquam ſiderum pavente: [5] quo in metu fuiſſe Steſichori & [b] Pindari vatum ſublimia ora palam eſt: deliquio [6] Solis & in Luna veneficia arguente mortalitate, & ob id [c] crepitu diſſono auxiliante. Quo pavore ignarus cauſæ [d] Nicias Athenienſium imperator, veritus claſſem portu educere, opes eorum afflixit. [7] Macti ingenio eſte cœli interpretes, rerumque naturæ capaces [e] argumenti repertores, quo Deos hominesque [8] viciſtis. Quis enim hæc cernens, & ſtatos ſiderum (quoniam ita placuit

1 viſus populorum. M. *ut eos intelligamus quos recentiores Aſtrologi aſpectus vocant.*
2 mortalia tantorum. M.
3 ſtellarum, *d. in Tol. I°.*
4 ſcelera, ut mortem aliquam. M. & *Chiff.*
5 qua in mente. M.
6 Solis, aut Lunæ, veneficia, &c. M. Solis & Lunæ. *Alii.*
7 Macte. *m.*
8 vinxiſtis. *V.*

a *Ac ſitus locorum & vicos populorum.*] Lego, *viſus populorum*, non, *vicos populorum*, ex ſcripta lectione. Recentiores aſtrologi diverſitatem aſpectus appellant. *Pintianus.*

b *Pindari.*] Pindarus in cantico de radiis Solis obſcuratis: Πολέμου δ' ἢ σῆμα φέρεις τινὸς Ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον, Κενίαισιν αἰνὰ πίδον, Ὕδατι ζακότῳ διερόν· Ἀνδρῶν νέαν ἐξ ἀρχῆς Ἢ καρποῦ φθίσιν, Ἢ στάσιν οὐλομέναν, ἢ πόντου Ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος, Ἢ γαῖαν κατακλύσαισα θήσεις Γένος ὀλοφυδνόν. Dalec.

c *Crepitu diſſono auxiliante.*] Ovid. hac de re: *Te quoque Luna traho, quoniam Temeſæa labores Æra tuos minuant.* Livius lib. 26. ſcribit, *Campanorum imbellem multitudinem cum æru crepitu, qualis in defectu Lunæ ſilenti nocte fieri ſolet, clamorem edidiſſe.* Alexander putat ſic abigi pravos dæmones, tum feroces & inſultantes, cum vim ſuam in terras deficiens ſidus non poteſt homini ſalutarem mittere, & illorum cohibendæ inſolentiæ efficacem. Credidit etiam ſimplex antiquitas Lunam de cœlo in terras carminibus trahi poſſe: nec non depreſſam cogi in herbas ſubditas ſpumam & virus effundere, quibus ad magica fœlicius utantur. *Deſpumare Lunam* id dixit Apul. l. 1. Aſini aurei. Lucanus l. 6. *Et patitur cantu tantos depreſſa labores, Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.* Hæc omnia commentum Aglaonicæ, Agetoris filiæ, Aſtrologiæ peritæ, fuiſſe, Plutarch. lib. de oraculorum defectu auctor eſt. Vide quæ ſupra c. 9. in verbo, *laborare*, annotavimus, & Cleomed. Cycl. l. 2. pag. 520. *Idem.*

d *Nicias Athenienſium imperator.*] Nicias Athenienſis, clarus alioqui imperator, ſed tardior, ac nimius cunctator, in quem hoc facetiſſimum Ariſtophanis dicterium: καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν ὅτι ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾶν. Vide Plutarch. in ejus vita. *Idem.*

e *Argumenti repertores quo deos hominesque viciſtis.*] Legendum reor non, *viciſtis*, ſed *vinxiſtis*: hoc eſt, colligaſtis, & paris ferè conditionis feciſtis. *Pint.*

a *Omni-*

placuit appellare) labores, non ſuæ neceſſitati [1] mortalis genitus ignoſcat? Nunc confeſſa de iiſdem breviter atque capitulatim attingam, ratione admodum neceſſariis locis ſtrictimque reddita: nam neque inſtituti operis talis [2] argumentatio eſt: neque omnium rerum [3] afferre poſſe cauſas minus mirum eſt, quam conſtare in aliquibus.

1 mortales genitos ignoſcat? *CH. forte*, agnoſcat.

2 aut argumenti ratio. M.

3 afferri. *CH.*

CAP. XIII. *De defectibus.*

DEfectus ducentis [4] viginti duobus menſibus redire in ſuos orbes certum eſt: Soliſque [5] defectum non niſi noviſſima primave fieri Luna; quod vocant coitum: Lunæ autem non niſi plena, ſemperque citra quam proxime [6] fuerit. [a] Omnibus autem annis fieri utriuſque ſideris defectus ſtatis diebus, horiſque ſub terra. Nec tamen cum [7] fiant ſuperne, ubique cerni, aliquando propter nubila ſæpius globo terræ obſtante [8] convexitatibus mundi. Intra ducentos annos Hipparchi ſagacitate compertum eſt, & Lunæ defectum aliquando quinto menſe à priore fieri, Solis vero ſeptimo. [9] Eandem bis in triginta diebus ſupra terras occultari, [10] ſed ab [b] aliis atque aliis hoc cerni: quæque ſunt in hoc miraculo maxime mira, cum conveniat umbra terræ Lunam hebetari, [11] nunc [c] ab occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Et quanam ratione cum Solis exortu umbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat, ſemel jam acciderit, ut in occaſu Luna deficeret, utroque

4 viginti trib. *M. Chif. alias* XXV.

5 defectus. *CH.*

6 fuerint. *CH.*

7 fiunt. *Vet.*

8 è con. *Vet.*

9 eundem. *M & Chiff.*

10 ſed ab hoc atque aliis cerni. *M.* ſed ab aliis hoc cerni. *CH.*

11 & nunc ab. *Tol. non placet.*

a *Omnibus autem annis.*] Aut textus hoc loco mendoſus eſt: aut aliquem auctorem ſecutus eſt Plinius, qui eclipſium rationem non intellexit. Nam horizontis diverſa poſitio nihil, aut admodum parum, ad eclipſium rationes pertinet: & omnino hæc res nullam habet rationem, ut ſingulis annis eclipſes ſub terra fiant, & non etiam ſingulis annis ſupra terram. *Dalec.*

b *Sed ab aliis atque aliis hoc cerni.*] Lege, *Sed ab aliis hoc cerni.* Reliqua demenda, ex antiquis codicibus. *Pintianus.*

c *Nunc ab occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus, & quanam ratione.*] Commutandum puto locum conjunctionis, &; legendumque, *Et nunc ab occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Quanam ratione.* Idem.

1 quindecim. *M. & Chiff. & Tho.*

que ſuper terram conſpicuo ſidere. Nam ut [1] duodecim diebus utrumque ſidus quæreretur, & noſtro ævo accidit, Imperatoribus Veſpaſianis, patre III. filio iterum Conſulibus.

Cap. XIV. *De Lunæ motu.*

2 initio dodrantem & ſemuncias horar. *M.*

3 deminutionem. *Chiff.*

4 etiam ſeptenis. *M. & Chiff.*

5 Fulgor. Int. *CH.*

6 æque ac noctu. *M. Tol. & CH.*

7 defectu. *M. Chiff.*

Lunam ſemper, averſis à Sole cornibus, ſi creſcat, ortus ſpectare; ſi minuatur, occaſus, haud dubium eſt. [a] Lucere [2] dodranteis ſemuncias horarum ab ſecunda adjicientem uſque ad plenum orbem, detrahentemque in [3] diminutionem. Intra quatuordecim autem partes Solis, ſemper occultam eſſe. [b] Quo argumento amplior errantium ſtellarum, quam Lunæ, magnitudo colligitur: quando illæ [4] & à ſeptenis interdum partibus emergant. Sed altitudo cogit minores videri: ſicut affixas cœlo Solis [5] fulgore interdiu non cerni, [c] cum [6] æque diu ac noctu luceant: idque manifeſtum fiat [7] defectibus Solis, & præaltis puteis.

Cap. XV.

Errantium motus, & luminum canonica.

8 Diximus. *Vet.*

9 reguntur. *M. & Chiff. ut ſupra cap. 9.*

Errantium autem [d] tres, quas ſupra Solem [8] dicimus ſitas, occultantur, meantes cum eo. [e] Exoriuntur vero matutino, diſcedentes partibus nunquam amplius undenis. Poſtea radiorum ejus contactu [9] teguntur, & [f] in triquetro à partibus centum

a *Lucere, &c.*] *Lucere dodrantes ſemuncias* eſt lucere tres unius horæ quartas, & inſuper ejuſdem partem viceſimam quartam: ut explicat Bud. lib. 1. de Aſſe. Secundo die lucet dextantem & ſilicium horæ unius. infra c. 18. l. 32. *Dal.*

b *Quo argumento amplior, &c.*] Lege: *Quo argumento amplior errantium cæterarum quam luna magnitudo colligitur,* non *errantium ſtellarum:* nam luna etiam una ex errantibus & *errantes* abſolute dicuntur, *Salmaſ.* p. 722. a.

c *Cum æque diu ac noctu luceant.*] Dele verbum, *diu*, ex Tolet. codice. Dixit enim ſtatim ante, *Interdiu non cerni.* Pintianus.

d *Tres.*] Saturnus, Jupiter & Mars. *Dalec.*

e *Exoriuntur vero, &c.*] Legend. *Exoriuntur vero matutino, diſſita partibus nonnunquam amplius undenis.* Salmaſ. pag. 721. b.

f *In triquetro.*] In trino aſpectu. *Dalec.*

a *Sta-*

centum viginti [a] ſtationes matutinas faciunt, quæ & primæ vocantur: mox in [1] adverſo à partibus centum octoginta, exortus veſpertinos. [2] Itemque in centum viginti ab alio latere [3] appropinquante, ſtationes veſpertinas, quas & ſecundas vocant, donec aſſecutus in partibus duodenis occultet illas, qui veſpertini occaſus appellantur. Martis ſtella ut propior, etiam ex quadrato ſentit radios, [4] ab nonaginta [5] partibus: unde & nomen accepit is motus, primus & ſecundus nonagenarius dictus ab utroque exortu. Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis, alioqui bimeſtris, cum cæteræ utraque ſtatione quaternos menſes non impleant. Inferiores autem [b] duæ occultantur in coitu veſpertino, ſimili modo: [6] relictoque Sole, totidem in partibus faciunt exortus matutinos, atque [7] à longiſſimis diſtantiæ ſuæ metis Solem inſequuntur, adeptæque occaſu matutino conduntur ac prætereunt. Mox eodem intervallo [8] veſperi exoriuntur uſque ad quos diximus terminos. Ab [9] his retrogradiuntur ad Solem, & occaſu veſpertino deliteſcunt. Veneris ſtella [10] & ſtationes duas, matutinam veſpertinamque, ab utroque exortu facit, [11] à longiſſimis diſtantiæ ſuæ finibus: Mercurii, ſtationes breviore momento, quam ut deprehendi [12] poſſit. Hæc eſt luminum occultationumque ratio, [13] perplexiore motu multiſque involuta miraculis. Siquidem magnitudines ſuas & colores mutant, & [14] eædem ad Septentrionem accedunt, abeuntque ad Auſtrum, terriſque propiores aut cœlo repente cernuntur: in quibus aliter multa quam priores, tradituri, fatemur ea quoque illorum eſſe muneris, qui primi quærendi vias [15] demonſtraverunt: modo ne quis deſperet ſecula

1 averſo. *CH.*
2 Iterumque. *M. Tol. & Ch.*
3 appropinquantes. *Vet.*
4 & ab octoginta partibus. *M.* radios LXXX. partibus. *CH.*
5 partibus, unde & nomen accepit. Motus primus &c. *M. & Ch.*
6 relictæque à Sole. *M. & Ch.*
7 à *deeſt in Ch.*
8 Veſpere. *Ch.*
9 hiſce. *CH.*
10 &, *deletur in M. Chiff. & Vet. omnibus.*
11 *dele* à. *Dal.*
12 poſſint. *M. & Ch.*
13 perplexior. *CH.*
14 eadem. *CH.*
15 demonſtraverint. *CH.*

a *Stationes matutinas faciunt.*] Planetæ dicuntur ſtationarii cum tardiſſime moventur. *Idem.*

b *Duæ.*] Mercurius & Venus. *Idem.*

cula proficere ſemper. Pluribus de cauſis hæc omnia accidunt. Prima circulorum, quos Græci abſidas in ſtellis vocant: etenim Græcis utendum erit vocabulis. Sunt autem hi ſui cuique earum, aliique quam mundo: quoniam terra à verticibus duobus, quos appellaverunt Polos, centrum [1] cœli
1 cœli eſt, non ſigniferi. *V.*
eſt, nec non Signiferi, oblique inter eos ſiti. Omnia autem hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata. Ergo ab alio cuique centro abſides ſuæ exurgunt, ideoque diverſos habent orbes, motuſque diſſimiles, quoniam interiores abſidas neceſſe eſt breviores eſſe.

CAP. XVI.

Quare eadem alias altiora, alias inferiora videantur.

IGitur à terræ centro abſides altiſſimæ ſunt, Saturno in Scorpione, Jovi in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno, mediis omnium partibus. Et è contrario, ad terræ centrum humillimæ atque proximæ. Sic fit, ut tardius moveri videantur,
2 quia. *M & Ch.*
cum altiſſimo ambitu feruntur: non [2] quod acce-
3 qui certi ſingulis. *Vet.*
lerent, tardentve naturales motus, [3] qui certi ac ſinguli ſunt illis, ſed quia deductas ab ſumma abſide
4 in rotæ radiis, Idem motus. *M.*
lineas coarctari ad centrum neceſſe eſt, ſicut [4] in rotis radios: idemque motus alias major, alias minor, centri propinquitate ſentitur. Altera ſublimitatum cauſa, quoniam à ſuo centro abſidas altiſſimas habent in aliis ſignis. Saturnus in Libræ parte viceſima, Jupiter Cancri quintadecima, Mars Ca-
5 decimanona. *Chiff.*
pricorni viceſimaoctava, Sol Arietis [5] viceſimanona, Venus Piſcium decimaſexta, Mercurius Virginis decimaquinta, Luna Tauri quarta. Tertia altitudinum ratio, cœli menſura, non circuli, intelligitur, ſubire eas, aut deſcendere per profundum aëris, oculis exiſtimantibus. Huic connexa latitudinum Signi-

Signiferi obliquitatiſque cauſa eſt. Per hunc ſtellæ, quas diximus [1] errantes, feruntur. Nec aliud habitatur in terris, quam quod illi ſubjacet. Reliqua à Polis ſqualent. Veneris tantum ſtella excedit cum binis partibus. Quæ cauſa intelligitur efficere, ut quædam animalia & in deſertis mundi naſcantur. Luna quoque per totam latitudinem ejus vagatur, ſed omnino non excedens eum. Ab his Mercurii ſtella laxiſſime, ut tamen è duodenis partibus (tot enim ſunt latitudinis) non amplius octonas pererret, neque has æqualiter, ſed duas medio ejus, & ſupra quatuor, [2] infra duas. Sol deinde medio fertur inter duas partes flexuoſo Draconum meatu inæqualis: Martis ſtella quatuor medias, Jovis mediam & ſuper eam duas: Saturni [3] duas, ut Sol. Hæc erit latitudinum ratio ad Auſtrum deſcendentium, aut ad Aquilonem ſubeuntium. Hac conſtare & tertiam illam à terra ſubeuntium [4] in cœlum. Et pariter ſcandi eam quoque exiſtimavere plerique falſo: qui ut coarguantur, aperienda eſt ſubtilitas immenſa, & omneis eas complexa cauſas. Convenit ſtellas in occaſu veſpertino proximas eſſe terræ & latitudine & altitudine: [a] exortuſque matutinos in initio cujuſque [5] fieri: ſtationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica. Perinde confeſſum eſt, motum augeri, quamdiu in vicino ſint terræ: cum abſcedant in altitudinem, minui. Quæ ratio Lunæ maxime ſublimitatibus approbatur. Æque non eſt dubium, in exortibus matutinis [6] etiam numerum augeri, atque à ſtationibus primis tres ſuperiores diminui uſque ad ſtationes ſecundas. Quæ cum ita ſint, maniſeſtum erit ab exortu matutino latitudi-

1 *d. in CH.*

2 intra. *V.*

3 duabus. *CH.*

4 *leg.* ſubeuntium in cœlum, & per aëra quoque deſcendentium in cœlum pariter, & deſcendentium quoque. *Vet.*

5 fieri ſtationis. *Tolet.*

6 etiamnum augeri. *CH.* motum.

a *Exortuſque matutinos in initio cujuſque fieri: ſtationes in mediis latitudinum articulis.*] *Stationis*, legunt ambo codices, non, *ſtationes*, ut jungatur ſuperioribus. *Tintianus.*

1 habitu incipiat. M. & CH.
2 primis altitudinem ſubire. M.
3 incipiat detrahi numeris. M. & CH.
4 hoc uno protinus. Alii.
5 averſo. CH.
6 minores.
7 augente. M. & CH. forte augeſcente. Dal.
8 deſuper veniant. Vet.

latitudines ſcandi: quoniam in eo primum [1]abitu incipiant parcius adjici motus: in ſtationibus vero [2]primis & altitudine ſubire, quoniam tum primum [3]incipiant detrahi numeri, ſtellæque retroire. Cujus rei ratio privatim reddenda eſt. Percuſſæ in qua diximus parte, & triangulo, Solis radio inhibentur rectum agere curſum, & ignea vi levantur in ſublime.[4]Hoc non protinus intelligi poteſt viſu noſtro, ideoque exiſtimantur ſtare, unde & nomen accepit ſtatio. Progreditur deinde ejuſdem radii violentia,& retroire cogit vapor repercuſſus. Multo id magis in veſpertino earum exortu, toto Sole [5]adverſo, cum in ſummas abſidas expelluntur, minimeque cernuntur, quoniam altiſſime abſunt, & minimo feruntur motu, tanto [6]minore, cum hoc in altiſſimis abſidum evenit ſignis. Ab exortu veſpertino latitudo deſcenditur, parcius jam ſe minuente motu: non tamen ante ſtationes ſecundas [7]agente, cum & altitudo deſcenditur, ſuperveniente ab alio latere radio, eademque vi rurſus ad terras deprimente, quæ ſuſtulerit in cœlum ex priore triquetro. Tantum intereſt, ſubeant radii, an [8]ſuperveniant. Multoque eadem magis in veſpertino occaſu accidunt. Hæc eſt ſuperiorum ſtellarum ratio: difficilior reliquarum, & à nullo ante nos reddita.

Cap. XVII.

Catholica ſiderum errantium.

9 cum ſint univerſæ. M. in CH. hæc clauſula non legitur.
10 XXXVI. CH.
11 XX. M. & CH.

Primum igitur dicatur, [9]cum ſint diverſæ ſtellæ, cur Veneris ſtella nunquam longius [10]XLVI. partibus, Mercurius [11]vigintitribus à Sole abſcedant, ſæpe

a *Primum igitur dicatur, &c.*] Sic legend. *Primum igitur dicatur cur Veneris ſtella nunquam longius xlv. partibus, Mercurius viginti tribus à ſole abſcedant.* Salmaſ. p. 754. a. Paulo inferius legit: *Digredi autem latitudine, &c.* Plinius *degredi* ea dicit quæ ab altitudine deſcendunt, pro quo multis locis *digredi* perperam editum eſt; nam aliud, *degredi*, aliud *digredi*. Salmaſ. p. 754. b.

a At

ſæpe citra eas[1] ad Solem reciprocent. [2] Converſas habent utræque abſidas, ut infra Solem ſitæ: tantumque [3] circulis earum [4] ſubter eſt, quantum ſuperne prædictarum: & ideo non poſſunt abeſſe amplius, quoniam curvatura abſidum ibi non habet longitudinem majorem. Ergo [5] utræque ſimili ratione modum ſtatuunt abſidum ſuarum margines, ac ſpatia longitudinis latitudinum evagatione penſant. [a] At enim cur non ſemper ad quadraginta ſex, & ad partes [6] vigintitres perveniunt? Imo vero. Sed [7] ratio canonica fallit. Namque apparet, abſidas quoque earum moveri, quod nunquam tranſeant Solem. Itaque cum in partem ipſam ejus incidere margines alterutro latere, tum & ſtellæ ad longiſſima ſua intervalla pervenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem partibus: & ipſæ ocyus redire [8] creduntur, cum ſit illa ſemper utrique extremitas ſumma. Hinc & ratio motuum converſa intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occaſu veſpertino, hæ tardiſſime: illæ à terra altiſſime abſunt, cum tardiſſime moventur, hæ cum ocyſſime. Quia, ſicut in illis propinquitas centri accelerat, ita [9] in iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hæ vero augere: illæ retro curſum agunt à ſtatione matutina uſque ad veſpertinam, Veneris à veſpertina uſque ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem ſcandere, altitudinem vero ac Solem inſequi à ſtatione matutina, ocyſſima in occaſu matutino, & altiſſima. [b] Digredi autem latitudine, motumque

1 ab Sole reciprocæ ſint. *CH.* & M.

2 Sic converſas. *CH.*

3 circuli. *Vet.*

4 ſub terra. *CH.*

5 utrique, ſimili ratione ad modum ſtatuunt, &c. M. & *Chiff.*

6 viginti. M.V.

7 ratio Canonicos fallit, hoc eſt, *canonum Aſtronomicorum conditores.* CH.

8 coguntur. M.

9 in his. *Alii.*

a *At enim cur non, &c.*] Lege: *At enim cur non ſemper ad quadraginta ſex & partes viginti pervenient? Immo vero. Sed ratio canonicos fallit.* Salmaſ. p. 741. b.

b *Digredi autem latitudine, motumque minuere ab exortu matutino.*] Exemplar Salmant. *ab exortu veſpertino*, legit. Nec ſi aliter legatur, ſenſus videtur poſſe conſtare. Nam ſi, ut paulo ante dictum eſt, ab exortu matutino, incipit latitudinem ſcandere, qua ratione ab eodem matutino exortu poteſt digredi ab eadem latitudine. *Pintianus.*

a *Utra-*

tumque minuere [1] ab exortu matutino: retro quidem ire, ſimulque altitudine digredi à ſtatione veſpertina. Mercurii rurſus ſtella utroque modo ſcandere ab exortu matutino, digredi vero latitudine à veſpertino: conſecutoque Sole ad quindecim partium intervallum, conſiſtit quatriduo [2] prope immobilis. Mox ab altitudine deſcendit, retroque graditur ab occaſu veſpertino uſque ad exortum matutinum. Tantumque hæc, & Luna, totidem diebus, quot ſubiere, deſcendunt. Veneris [3] quindecim & pluribus ſubit. Rurſus Saturni & Jovis duplicato digrediuntur: Martis etiam quadruplicato. Tanta eſt naturæ varietas. Sed ratio evidens: nam quæ in vaporem Solis nituntur, etiam deſcendunt ægre. Multa promi amplius circa hæc poſſunt ſecreta naturæ, legeſque, quibus ipſa ſerviat. Exempli gratia: in Martis ſidere, cujus eſt maxime inobſervabilis curſus, nunquam [4] id ſtationem facere, Jovis ſidere triquetro, raro admodum ſexaginta partibus diſcreto, qui numerus ſexangulas mundi efficit formas: nec exortus, niſi in duobus ſignis tantum, Cancri & Leonis, ſimul edere. Mercurii vero ſidus in Piſcibus exortus [5] veſpertinos raros facere, creberrimos in Virgine: in Libra matutinos. Item matutinos in Aquario, rariſſimos in Leone. Retrogradum in Tauro & Geminis non fieri: in Cancro vero non citra XXV. partem. Lunam bis coitum cum Sole & in nullo alio ſigno facere quam Geminis, non coire aliquando in Sagittario tantum. Noviſſimam vero primamque eadem die vel nocte, nullo alio in ſigno quam Ariete, conſpici: id quoque paucis mortalium contingit. Et inde fama cernendi Lynceo. Non comparere in cœlo Saturni ſidus, & Martis cum plurimum diebus [6] centum ſeptuaginta: Jovis triginta ſex, aut cum minimum, denis detractis diebus:

[1] ab exortu veſpertino. M. & *Ch.* & *Pint.*

[2] pene. *Chiff.*

[3] quindecies pluribus. M. & *Chiff.*

[4] id, niſi quadrato, ſtat. fac. *V.*

[5] veſpertinos in piſcibus. M.

[6] centum ſexaginta. *F.*

bus : Veneris ſexagintanovem, aut cum minimum, quinquaginta duobus : Mercurii tredecim, aut cum plurimum, [1] ſeptemdecim. [1 XVIII. *Chiff.*]

CAP. XVIII. *Quæ ratio colores eorum mutet.*

COlores ratio altitudinum temperat : ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt, in quarum [2] aëra [2 oram. *P.*] venere ſubeundo, tingitque appropinquantes [a] utralibet alieni meatus circulus ; Frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, ventoſus in horrorem. [3] Sol [3 Solæque. *Long.*] atque commiſſuræ abſidum, extremæque orbitæ atram in obſcuritatem. Suus quidem cuique color eſt, Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus, Lucifero candens, [4] Veſperi refulgens, Mercurio [4 Veſpero. *Chiff.*] radians, Lunæ blandus, Soli, cum oritur, ardens: poſtea radians: his cauſis connexo viſu & earum quæ cœlo continentur. Namque modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes Lunæ placida nocte leniter [5] illuſtrante eas : modo raritas, ut fu- [5 illuſtrantis. *P.*] giſſe miremur plenilunio abſcondente : aut cum Solis, ſuprave dictarum, radii viſus perſtrinxere noſtros. [6] Et ipſa autem Luna ingruentium Solis ra- [6 Et ipſi autem Lunę ingruentium Solis radiorum haud dubia differentia ſentitur. M.] diorum haud dubie differentias ſentit, hebetante cætera inflexos mundi convexitate eos, prætérquam ubi recti angulorum competunt ictus. Itaque in quadrato Solis dividua eſt, [7] in triquetro ſeminani ambitu orbe, impletur autem in adverſo : rur- [7 in triquetro ſemi ambitur orbe. *Alii.*] ſuſque minuens eaſdem effigies, paribus edit intervallis, ſimili ratione, qua ſupra Solem tria ſidera.

CAP. XIX. *Solis motus, & dierum inæqualitatis ratio.*

SOl autem ipſe quatuor differentias habet, bis [b] æquata nocte diei, vere & autumno, & in centrum

a *Utralibet.*] Sive aſcendant, ſive deſcendant. *Dalec.*

b *Æquata nocte diei.*] Æquinoctium nunc vocant: olim Feſtus ait æquidiale, τὴν ἰσημερίαν vocatum fuiſſe, quod nox diei potius adnumerari debeat, quam dies nocti. *Idem.*

a *Ful-*

centrum incidens terræ, octavis in partibus Arietis ac Libræ: bis permutatis ſpatiis, in auctum diei, bruma octava in parte Capricorni, noctis vero ſolſtitio totidem in partibus Cancri. Inæqualitatis cauſa obliquitas [1] eſt ſigniferi, cum pars æqua mundi ſuper ſubterque terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna, longiore tractu tenent lucem: quæ vero obliqua, ocyore tranſeunt ſpatio.

1 eſt, *in M. non legitur, neque in Chiff.*

CAP. XX. *Quare Jovi fulmina aſſignentur.*

LAtet pleroſque, magna cœli aſſectatione compertum à principibus doctrinæ viris, ſuperiorum trium ſiderum ignes eſſe, qui decidui ad terras [a] fulminum nomen habeant: ſed maxime ex iis medio loco [2] ſiti fortaſſis; quoniam contagium nimii [3] humoris ex ſuperiori circulo, atque ardoris, ex ſubjecto, per hunc modum egerat. Ideoque dictum Jovem fulmina jaculari. Ergo ut è flagrante ligno carbo cum crepitu, ſic à ſidere cœleſtis ignis exſpuitur, [b] præſcita ſecum afferens, ne abdicata quidem ſui parte in divinis ceſſante operibus. Idque maxime turbato fit aëre: quia collectus humor abundantiam ſtimulat, aut quia turbatur quodam ſeu gravidi ſideris partu.

2 ſitis. *Alii.*
3 algoris. *Nam Saturnus non eſt humidus, ſed ſiccus.*

CAP. XXI. *Intervalla ſiderum.*

[c] INtervalla quoque ſiderum à terra multi indagare [4] tentaverunt: & Solem abeſſe à Luna undeviginti

4 tentarunt. M.

a *Fulminum nomen habeant.*] Quaſi fluminum, vel fulmina, quaſi, flumina, ut fere perpetuo in Manuſcr. legitur, quod ad terram defluant. *Idem.*

b *Præſcita ſecum afferens.*] Tria antiquitus fulgurum genera feruntur, poſtulatoria, peſtifera & peremptalia: è quibus poſtulatoria votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſiderabant: peſtifera mortem, aut exilium denunciabant: peremptalia vero ſuperiorum fulgurum, portentorumque ſignificationem pariebant. De expiationibus fulgurum vide Senecam Natur. quæſt. lib. 2. *Idem.*

c *Intervalla quoque ſiderum.*] Idem conatus eſt Cardan. referente Dan. Santbech. probl. aſtron. prop. 18. *Idem.*

a *Appel-*

deviginti partes, quantum Lunam ipſam à terra, prodiderunt. Pythagoras vero vir ſagacis animi, à terra ad Lunam, [1] centum XXVI. M. ſtad. eſſe collegit. Ab ea uſque ad Solem duplum. Inde ad XII. ſigna triplicatum. In qua ſententia & Gallus Sulpitius noſter fuit.

1 CXXVI. ſtad. eſſe colligit. *M. & Chiff. ſed perperam. Vide qua notamus ad cap. ſeq.*

CAP. XXII. *De Siderum Muſica.*

SEd Pythagoras interdum [2] ex muſica ratione [a] appellat tonum, quantum abſit à terra Luna. Ab ea ad Mercurium, [3] ſpatii ejus dimidium: & ab eo ad Venerem fere tantundem. A qua ad Solem ſeſquiplum: à Sole ad Martem tonum, id eſt, quantum ad Lunam terra. Ab eo uſque Jovem dimidium, & ab eo [4] ad Saturnum dimidium, & inde ſeſquiplum ad Signiferum. [5] Ita ſeptem tonos effici, quam diapasôn harmoniam vocant, hoc eſt, univerſitatem concentus. [b] In ea [6] Saturnum Dorio moveri, Mercurium phthongo, Jovem Phrygio, & in reliquis ſimilia, jucunda magis, quam neceſſaria ſubtilitate.

2 &. *Chiff.*
3 ſpatii dimidium: & ab eo ad Veneris. A quo ad. *M. & Ch.*
4 ad Saturni, dimidium & inde ſeſquiplum ad Signiferum, *M. & Chiff.*
5 Ita ſeptem tonis effici, quam &c. *CH.*
6 Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem *Tol. & Chiff.*

* CAP. XXIII.

De mundi geometria.

[c] STadium centum vigintiquinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos vigintiquinque. [a] Poſi-

a *Appellat tonum.*] Tonus ſic ſumitur pro unitate integra; hoc eſt, ex Pythagoræ ſententia pro 125000. ſtadiis. *Idem.*

b *In ea Saturnum Dorio moveri.*] Veteres ii, qui tres tantum modos agnovere, de quibus Porphyr. ſuper Ptol. Harmon. & Athenæus dipnoſ. lib. 14. & Fab. Paulin. Hebdom. lib. 2. cap. 2. vocabant gravem tonum ſeu modum Dorium, medium Lydium, acutum Phrygium: qua re moti inepti quidam hic Mercurium interpoſuerunt, & legunt, *Mercurium Lydio.* Idem. *In ea Saturnum Dorio moveri, Mercurium phthongo, Jovem Phrygio.*] Verbum, *Mercurium*, in Toletano codice deſideratur, & quidem recte. Omni enim ratione carebat, inter ſuperiores Planetas Saturnum ac Jovem, locari Mercurium, qui eſt ferme infimus. Legatur itaque, *In ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio.* Pintianus.

* Mart. Capell. Phil. lib. 6. pag. 228. *Daiec.*

c *Stadium centum.*] Menſuræ trium ſunt generum. Aliæ namque ſimplices ſunt, ſeu porrectæ, εὐθυμετρικαὶ Græcis

[a] Poſidonius non minus * quadraginta ſtadiorum à terra altitudinem eſſe, [1] in qua nubila ac venti nubeſque proveniant. Inde purum liquidumque, & [b] imperturbatæ lucis [2] aërem. Sed à turbido ad Lunam vicies centum millia ſtadiorum. Inde ad Solem quinquies millies. Eo ſpatio fieri ut tam immenſa ejus magnitudo non exurat terras. Plures autem nubes nongentis ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderunt. Incomperta hæc & inextricabilia: [c] ſed [3] tam prodenda, quam ſunt prodita: in queis tamen una ratio Geometricæ collectionis nunquam fallacis poſſit non repudiari, ſi cui libeat altius iſta perſequi. Nec ut menſura, (id enim velle pene dementis otii eſt) ſed ut tantum æſtimatio conjectandi conſtet animo. [d] [4] Nam cum trecentis ſexaginta & fere ſex partibus orbis Solis ex circuitu ejus patere appareat circulum, per quem meat, ſemperque [e] dimetiens tertiam partem ambitus, & tertiæ paulo minus ſeptimam colligat, apparet, dempta ejus

* 400. *Thad. Hagg.*

1 In quam nubila ac venti nubeſque perveniant. *M.*

2 aëra. *Chiff.*

3 Sed tamen prodenda, quia ſunt prodita: quamvis una. *Tolet.*

4 Nam cum trecentis ſexaginta & fere ſex partibus patere circulum, per quem meat orbis Solis ex circuitu ejus appareat, ſemperque, &c. *Vet. quidam legunt*, circuli, *pro* circulum.

cis dictæ. Aliæ vero planæ ſeu conſtratæ ἐμβαδομετρικαί. Aliæ denique ſolidæ στερεομετρικαί, quas Latini non ſat apte quadratas vocant. Cum cubicæ potius eſſent nuncupandæ. Cæterum porrectarum Menſurarum nomina, atque ſimplex uſitataque diviſio hæc eſt: Digitus continet quatuor grana hordei: palmus quatuor digitos: pes quatuor palmos: cubitus ſeſqui pedem, ſeu ulnam: paſſus quinque pedes: ſtadium centum viginti quinque paſſus: ſtadia ſeptem ſemis unum conficiunt milliare Italicum, Suidas ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Notandum enim ſtadia non ubique eandem terræ menſuram continere, ſed pro diverſitate gentium eſſe diverſas ſtadiorum menſuras; quemadmodum & milliaria modo longiora, modo breviora aliis atque aliis nationibus exiſtunt. Unde Ptolomæus ait 500. ſtadia in terra uni gradui cœleſti reſpondere. At Eratoſthenes & Plinius 700. numerant. *Idem.*

a *Poſidonius non minus, &c.*] Poſidonius bifariam partitur diſtantiam à terra ad cœleſtes orbes. Ab ea enim ad aërem, ubi tempeſtates fiunt, XL. ſtadia aſſignat: à nubibus ad Lunam vicies centena ſtadiorum millia: indeque ad Solem quinquies mille ſtadia. *Idem.*

b *Imperturbata lucis aërem.*] *Aëra*, Græca deſinentia exemplar Toletanum. *Pintianus.*

c *Sed tam prodenda, quam ſunt prodita*]Scribendum ex eodem, *Sed prodenda quia ſunt prodita.* Idem:

d *Nam cum* CCCLX. *& fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu ejus patere appareat.*] Credo vitium eſſe in ordine verborum, legendumque: *Nam cum* CCCLX. *& fere* VI *partibus, patere circulum, per quem meat orbis ſolis, ex circuitu ejus appareat.* Idem.

e *Dimetiens tertiam partem.*] Hoc eſt, circumferentia ſemper continet ter diametrum, & fere unam ſeptimam. In hac tamen ſupputatione neglexit ſeptimam unius tertiæ. *Dalec.*

a *Quo-*

ejus dimidia (quoniam terra centralis interveniat) ſextam fere partem hujus immenſi ſpacii, quod circa terram circuli ſolaris animo comprehenditur, ineſſe altitudinis ſpacio, Lunæ vero duodecimam; quoniam tanto breviore, quam Sol, ambitu currit: [1] ita ferri eam in medio Solis ac terræ. [2] Mirum quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquo invitata ſucceſſu, ſicut in ſupradictis occaſionem impudentiæ ratio largitur: auſique divinare Solis ad terram ſpacia: eadem ad cœlum agunt; [a] quoniam ſit medius Sol: ut protinus mundi quoque ipſius menſura veniat ad digitos. Quantas enim dimetiens habet ſeptimas, tantas habere circulum duo & viceſimas, tanquam plane à perpendiculo menſura cœli conſtet. Ægyptia ratio, quam Petoſiris & Necepſos oſtendere, ſingulas partes, in lunari circulo (ut dictum eſt) minimo triginta tribus ſtadiis paulo amplius patere colligit: in Saturni ampliſſimo duplum: in Solis, quem medium eſſe diximus, utriuſque menſuræ dimidium. Quæ computatio plurimum habet [3] pudoris: quoniam ad Saturni circulum, addito Signiferi ipſius intervallo, innumerabilis multiplicatio efficitur.

1 ita fieri eam, &c. *M. & Chiff.*
2 Miror. *M.*
3 *alii*, ponderis.

CAP. XXIV.

De repentinis ſideribus.

Reſtant pauca de mundo: namque & in ipſo cœlo ſtellæ repente naſcuntur. Plura earum genera.

CAP.

a *Quoniam ſit medius Sol.*] Si enim Sol fertur medio mundi, diſtatque à terra ſexaginta gradibus, diſtantia terræ & Signiferi erit duplicata, hoc eſt, 120. graduum. *Idem.*

CAP. XXV.

De Cometis & cœleſtibus prodigiis, natura & ſitu, & generibus eorum.

[a] COmetas Græci vocant, noſtri crinitas, horrentes crine ſanguineo, & comarum modo in vertice hiſpidas. Iidem Pogonias, quibus, inferiore ex parte, in ſpeciem barbæ longæ, [1] promittitur juba. Acontiæ jaculi modo vibrantur, [2] ocyſſimo ſignificatu. Hæc fuit [b] de qua quinto conſulatu ſuo [3] Titus Imperator Cæſar præclaro carmine perſcripſit, ad hunc diem noviſſime viſa. Eaſdem breviores & in mucronem faſtigiatas, Xiphias vocavere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladii nitore, ac ſine ullis radiis: quos [c] Diſceus ſuo nomini [4] ſimilis, colore autem electro, raros è margine emittit. [d] [5] Pithetes doliorum cernitur figura, in concavo fumidæ lucis. Ceratias cornus ſpeciem habet, qualis fuit cum Græcia apud [6] Salamina depugnavit. [e] Lampadias ardentes imitatur faces: [f] Hippeus equinas jubas, celerrimi motus, atque in orbem circa ſe euntes. Fit & candidus

1 promitur. *M.*
2 ocyſſime. *M.*
3 Malim, *Tiberius*, uti antea legebatur: cum præſertim ſupra in Catalogo auctorum, etiam Tiberium Cæſarem recenſeat.
4 ſimiles. *Vet. leg.* quos diſco ſimiles, colore autem electro, raro è margine emittunt.
5 Alias, *Pitheus* M. eadem forma, qua *Hippeus*, & *Diſceus*, *Pithias*, Senec.
6 Salaminam. *M. & Chiff. V.*

a *Cometas Græci vocant.*] Vide Senecam cap. 14. & 15. lib. 1. Quæſt. Natural. Item Ariſtot. Meteor. 1. cap 3. & 4. & de Mundo 3. & Corn. Gem. Coſmocrit 1. cap. 8 *Idem.*

b *De qua Tiberius Imperator Cæſar præclaro carmine ſcripſit.*] Exemplar Salmant. *Titus* agnoſcit, non *Tiberius*, quod non diſplicet. Nam eximium poëtam fuiſſe Titum, Tranquillus docet. *Latina*, inquit, *Græcaque lingua vel in orando, vel in fingendis poëmatis, promptus & facilis, ad extemporalitatem uſque.* Septies etiam conſulem fuiſſe, idem auctor prodit, quorum neutrum Tiberio convenit. Poëtam fuiſſe Tiberium conſtat, præclarum non conſtat. *Pintianus.*

c *Diſceus ſuo nomini ſimilis.*] Diſceus fit quando materia undique ſibi ſimilis exiſtit. *Dalec.*

d *Pithetes doliorum cernitur figura.*] Uterque codex, *Pitheus*, legit, non *Pithetes:* qua dixit forma ſtatim ante, *diſceus*, & mox infra *hippeus*. Pintian.

e *Lampades ardentes imitantur faces.*] Sic alii, ſed leg. *Lampadias ardentes imitatur faces*, ut iidem habent, qua inflexione enunciavit, *Ceratias, Xiphias, Acontias.* Scio nihilominus & ab Ariſtotele libro de mundo, & in Meteoris, & à Seneca in Naturalibus Quæſtionibus, & à Plinio in ſequentibus, *lampadas* vocari: quam recte, non auſim ſtatuere. *Idem.*

f *Hippeus*] Fuit & Hippeus ſculptor ac faber inſignis, de quo Athenæus pagina 253. verſ. 48. *Dalec.*

a *Spe-*

dus cometes, argenteo crine, ita refulgens, ut vix contueri liceat, [a] [1] ſpecieque humana Dei effigiem in ſe oſtendens. Fiunt & [2] hirti villorum ſpecie, & [3] juba aliqua circumdati. Semel adhuc jubæ effigies mutata in haſtam eſt, Olympiade centeſimaoctava, urbis anno trecenteſimo nonageſimooctavo. [b] Breviſſimum, quo cernerentur, ſpacium ſeptem dierum annotatum eſt, longiſſimum [4] octoginta. Moventur autem alii errantium modo, alii immobiles hærent. Omnes ferme ſub ipſo Septentrione, aliqua ejus parte non certa, ſed maxime in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul [c] plures cerni; nemini compertum alteri, quod equidem ſciam. Ventos autem ab iis graves æſtuſque ſignificari. Fiunt & hibernis menſibus, & in auſtrino polo, ſed ibi citra ullum jubar. Diraque comperta Æthiopum & Ægypti populis, cui nomen ævi ejus rex dedit [d] Typhon, ignea ſpecie, ac ſpiræ modo intorta, viſu quoque torvo, nec ſtella verius, quam quidam igneus nodus. Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis, cæteriſque crines: ſed cometes [e] nunquam in occaſura parte cœli eſt, terrificum magna ex parte ſidus ac non [5] leviter piatum, ut civili motu Octavio Conſule, iterum-

1 *quidam ſequentia hujus periodi verba ſuppoſita exiſtimant*
2 hirci. *M & Cl iſſ.*
3 nube. *Chiff. Long.*
4 centum octoginta. *ex Senec. 7. Nat. Quæſt. & ibi movente Mureto.*
5 leniter. *M.*

a *Specieque humana dei effigiem in ſe oſtendens.*] Hæc verba adulterina eſſe nec Pliniano dogmati congruentia, oſtendunt manifeſte quæ ipſe ſupra capite ſeptimo dixit de deo; *Effigiem dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quiſquis eſt alius, ſi modo eſt alius, & quacunque in parte, totus eſt ſenſus, totus eſt viſus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus ſui.* Pintian.

b *Breviſſimum quo cernerentur ſpacium ſeptem dierum annotatum eſt, longiſſimum octoginta.*] Addendum puto verbum, *centum*: ut legatur, *centum octoginta*, ex Seneca libro ſeptimo Naturalium Quæſtionum. *Atqui cometes*, inquit, *ſenis menſibus manent, quod non fieret, ſi duarum ſtellarum conventu gignerentur.* Idem.

c *Plures cerni.*] Fieri poteſt ut imago veri cometæ fulſerit in oppoſita nube, non aliter quam imagines in ſpeculis redduntur. *Dalec.*

d *Typhon.*] Typhon infra cap.48 ventus eſt, & vibratus ecnephias. *Idem.*

e *Nunquam in occaſura parte*] Siniſtre hic Plinius Ariſtot. interpretatus eſt: non enim dicit in occaſu cometas nunquam apparere, ſed quod ſæpe diſſipentur ſupra Horizontem, ac evaneſcant. *Idem.*

rumque Pompeii & Cæſaris bello. [a] In noſtro vero ævo circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde [1] principatu ejus, aſſiduum prope ac ſævum. Referre arbitrantur, in quas partes ſeſe jaculetur, [b] aut cujus ſtellæ vires accipiat, quaſque ſimilitudines reddat, & quibus in locis emicet. Tibiarum ſpecie, muſicæ arti portendere. Obſcœnis autem moribus, in verendis partibus ſignorum. Ingeniis & eruditioni, ſi triquetram figuram quadratamve paribus angulis ad aliquos perennium ſtellarum ſitus edant. Venena fundere, in capite Septentrionalis, Auſtrinæve ſerpentis. [c] Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum fauſtus Divo Auguſto judicatus ab ipſo: qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici, non multo poſt obitum patris Cæſaris, in collegio ab eo [2] inſtituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: *Iis ipſis* [d] *ludorum meorum diebus, ſidus crinitum per ſeptem dies in regione cœli, quæ ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque &* [3] *omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit,* [e] *Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt.* Hæc ille in publicum, interiore gaudio ſibi illum

1 principatum. *M.*

2 conſtituto. *M.*

3 omnibus è terris. *Chiff.*

a *In noſtro vero ævo circa veneficium.*] Eo anno quo Cl. Cæſar veneno extinctus eſt: qui fuit V. C. 808. Chriſti vero nati 55. *Idem.*

b *Aut cujus ſtellæ vires accipiat.*] *Virus*, non, *vires*, noſtri habent codices ſcripti. *Pintian.*

c *Cometes.*] Hujus meminit Suetonius in vita Julii Cæſaris. Vide Senecam Quæſt. Nat. lib. 6. c. 17. Cometes hic Chriſti Servatoris noſtri natalem prænunciaſſe creditur. *Dalec.*

d *Ludorum meorum diebus.*] *Ludorum eorum diebus*, iidem Codd. *Pintian.*

e *Cæſaris animam, &c.*] In antiqui denarii Romani altera parte ſpectatur Cæſaris effigies cum literis: IMP. CÆSAR DIVI II. VIR. R. P. C. in altera vero, templi Veneris anterior facies cum ſtella, Cæſaris ſtatua augurali habitu, & ara ad quam ſacrificare, vota ſuſcipere, & controverſias dirimere, interpoſito jurejurando, per Cæſarem, ſolebant, cum his literis DIVO IVL. Uti videre eſt in nummis à Vico, Goltzio, Urſino aliiſque editis. *Dalec.*

a *Ani-*

illum natum, ſeque in eo naſci interpretatus eſt: & [1] ſi verum fatemur, ſalutare id terris fuit. Sunt qui & hæc ſidera perpetua eſſe credant, ſuoque ambitu ire, ſed non niſi relicta [2] à Sole cerni. Alii vero qui naſci humore fortuito, & [3] ignea vi, ideoque ſolvi.

1 Ut verum fateamur. *M.*

2 ab. *Chiff.* *M.*

3 & igne. *M.*

CAP. XXVI.

Hipparchus de ſideribus, per exempla hiſtorica, faces, lampades, trabes, bolides, & chaſma cœli.

IDem Hipparchus nunquam ſatis laudatus; ut quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine ſiderum, [a] animaſque noſtras partem eſſe cœli; novam ſtellam & aliam in ævo ſuo genitam deprehendit: ejuſque motu, qua die fulſit, ad dubitationem eſt adductus, anne hoc ſæpius fieret, moverenturque & eæ, quas putamus affixas: [4] Idemque auſus, rem etiam Deo improbam, annumerare poſteris ſtellas, ac ſidera, ac [5] normam expangere, organis excogitatis, per quæ ſingularum loca, atque magnitudines ſignaret: ut facile diſcerni poſſet ex eo, non modo, an obirent, naſcerenturve, ſed an omnino aliqua tranſirent, moverenturve; item an creſcerent, minuerenturque, cœlo in hæreditate cunctis relicto; [b] ſi quiſquam, qui [6] rationem eam caperet, inventus eſſet. Emicant & faces, non, niſi cum decidunt viſæ: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum: Lam-

4 Ideoque. *M.*

5 ad nomen expungere *M.* & *Chiff.* hoc eſt, *Hipparch. ſtellas ad ſidera redegiſſe, in ſingulis ſideribus quot eſſent numeraſſe, nomina etiam reddidiſſe cum illis, tum ſideribus.*

6 cretionem. *CH.*

a *Animaſque noſtras partem eſſe cœli.*] Fortean alludit ad dogma Platonicum, qui animas antequam in corpora hæc inferiora deſcendunt, ſtellæ cuipiam mancipatas putavit. Qua de re Theupol. acad. contempl. lib. 4. cap. 12. & Procl. ſuper Alcibiad. *Dalec.*

b *Si quiſquam, qui rationem eam caperet, inventus eſſet.*] Lego, *Si quiſquam qui cretionem eam, &c.* Ex exemplari Toletano rectiſſime. Eſt autem cretio, hæreditatis aditio Ciceroni in Bruto, ſeu de claris Oratoribus, & in Oratore ad Brutum, & Juſtiniano ſexto libro Codicis, Titulo De jure deliberandi, & Cernere hæreditatem, adire eſt, ſive cedere, apud Sextum Pompejum & Nonium Marcellum. *Pintian.*

[a] Lampades vocant plane faces, alterum Bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Diſtant quod faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte: Bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. Emicant & trabes ſimili modo, [b] quas [1] Docos vocant: qualis cum Lacedæmonii claſſe victi, imperium Græciæ amiſere. Fit & cœli ipſius hiatus, [2] quod vocant [c] chaſma.

1 Docus. *M. & CH.*

2 quem. *M.*

CAP. XXVII. *De cœli coloribus.*

FIt & [3] ſanguinea ſpecies, & (quo nihil terribilius mortalium timori eſt) [d] incendium, ad terras cadens inde; ſicut Olympiadis centeſimæſeptimæ anno tertio, quum rex Philippus Græciam quateret. Atque hæc ego [4] ſtatis temporibus naturæ, ut cætera, arbitror exiſtere; non ut plerique variis de cauſis, quas ingeniorum acumen excogitat; quippe ingentium malorum fuere prænuncia. [e] Sed ea accidiſſe, non quia hæc facta ſunt, arbitror: verum hæc ideo facta, quia incaſura erant illa. Raritate autem occultam eorum eſſe rationem, ideoque non, ſicut exortus ſupra dictos, defectuſque & multa alia, noſci.

3 Fit & ſanguinea ſpecie, quo &c. *M. Chiff*

4 ratis. *M.*

CAP. XXVIII. *De flamma cœli.*

CErnuntur & ſtellæ cum ſole totis diebus, plerunque & circa ſolis orbem, ſeu [5] ſpecie coronæ:

5 ſpiceæ coronæ. *M. & Chiff.*

a *Lampades vocant plane faces.*] Codex Salmanticenſis, *Lampadas*, legit: ut forte ſcribendum ſit, *Lampadias*, ut ſupra notatum eſt: niſi forte quis dicat, ad differentiam illas priores *lampadias*, dictas eſſe, has vero *lampadas*. Idem.

b *Emicant & trabes ſimili modo, quas Docos vocant.*] Utraque ſcripta lectio *docus*, legit, non *docos*, Græca accuſativi terminatione. *Idem.*

c *Chaſma.*] Eſt & chaſma terra αὐτομάτως diſcedente ac patefacta factus hiatus & vorago. Severus in Ætna vocat charos. Id cum ſubito accideret, inferorum & deorum manium Romani veteres appellarunt, quomodo Græci χαρώνεια. Cæterum de cœli chaſmatis legatur Corn. Gem. Coſmocrit. lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 2. ubi & effigies eorundem depingit. *Dalec.*

d *Incendium.*] Chaſmatum proprii colores ſunt puniceus & purpureus. Ariſtot. Meteorolog. lib. 1. cap. 2. & de Mundo 3. *Idem.*

e *Sed ea accidiſſe.*] De hoc fuſe Seneca Nat. q. lib. 2. cap. 32. *Idem.*

a *Coro-*

ronæ: & verſicolores circuli, qualiter Auguſto Cæſare in prima juventa Urbem intrante, poſt obitum patris, ad nomen ingens capeſſendum.

CAP. XXIX. *De coronis cæleſtibus.*

EXiſtunt eædem [a] coronæ circa Lunam, & circa nobilia aſtra, [1] cœlo quoque inhærentia. Circa ſolem arcus apparuit, L. [2] Opimio, Q. Fabio conſulibus; orbis L. Portio, M. Acilio.

1 cœloque. *M.*
2 Opimio III. & Q. Fabio II. Conſulib. *Vet. CH.*

CAP. XXX. *De circulis repentinis.*

CIrculus rubri coloris L. Julio, P. Rutilio coss. Fiunt prodigioſi, & longiores ſolis defectus, qualis occiſo Dictatore Cæſare, & Antoniano bello, totius pene anni pallore continuo.

CAP. XXXI. *Plures Soles.*

ET rurſus [b] plures Soles ſimul cernuntur; nec ſupra ipſum, nec infra, ſed ex obliquo; nunquam juxta, nec contra terram; nec noctu, ſed aut oriente, aut occidente. [c] Semel & meridie conſpecti in Boſphoro produntur, qui à matutino tempore duraverunt in occaſum. Trinos Soles [3] antiqui ſæpius vidêre: ſicut Sp. Poſthumio, Q. Mutio, & Q. Martio, M. Portio, & M. Antonio, P. Dolabella, & M. Lepido, L. Planco coss. Et noſtra ætas vidit Divo Claudio principe, conſulatu ejus, Cornelio Orfito collega. Plures ſimul, [4] quam tres, viſi, ad hoc ævi nunquam produntur.

3 & antiqui. *M.*
4 quam tres ſimul. *Chiff.*

CAP.

a *Corona circa lunam.*] Coronas hic vocat quod Græci ἅλωνας, & Latini areas: quando videlicet circa Solem, vel Lunam, vel aliam claram ſtellam circulus conſpicitur. Cujuſmodi depictas videbis apud Corn. Gem. Coſmocrit. lib. 1. c. 6. & 8. *Idem.*

b *Plures ſoles ſimul cernuntur.*] Quos hiſtorici Soles, Græci παρήλια vocant: noſtri vero virgas nominant. Fiunt autem quando nubes ex latere Solis vel orientis, vel occidentis collocata, velut ſpeculum εἴδωλον ſeu imaginem Solis recipit atque exprimit. Exempla aliquot receoſet Corn. Gem. Coſmocrit. lib. 1. c. 8. *Idem.*

c *Semel in meridie.*] Vetus lectio, *Semel & meridie.* Exemplaria conſentiunt. Mox poſt ſingula paria Conſulum adjecimus coojunctionem, quo evidentius anni ab invicem ſecernerentur. *Gelenius.*

Cap. XXXII. *Plures Lunæ.*

[a] LUnæ quoque trinæ, ut Cn. Domitio, C. Fannio conſulibus, apparuere: [1] quos plerique appellaverunt Soles nocturnos.

1 quod. *M. & Chiff.*

Cap. XXXIII. *Dierum lux nocte.*

[b] LUmen de cœlo noctu viſum eſt, C. Cœlio, Cn. Papirio conſulibus, & ſæpe alias, ut diei ſpecies [2] noctu luceret.

2 nocte. *M. & Chiff.*

Cap. XXXIV. *Clypei ardentes.*

CLypeus ardens ab Occaſu ad Ortum ſcintillans tranſcurrit, Solis occaſu L. Valerio, C. Mario conſulibus.

Cap. XXXV. *Oſtentum cœli.*

SCintillam è ſtella cadere, & augeri terræ appropinquantem, ac [c] poſtquam [3] Lunæ magnitudine facta ſit, illuxiſſe ſeu nubilo [4] diei; dein cum in cœlum ſe reciperet, lampadem factam, ſemel unquam proditur, Cn. Octavio, C. Scribonio coss. [5] Vidit hoc Licinius Syllanus Proconſul cum comitatu ſuo.

3 in Lunæ magnitudine. *M.*
4 die. *M. & Chiff.*
5 Vidit id Syllanus. *M. & Chiff. nulla Licinii facta mentione.*

Cap. XXXVI. *De diſcurſu ſtellarum.*

FIeri videntur, & [d] diſcurſus ſtellarum, nunquam temere, ut non ex ea parte truces venti cooriantur. [6] Exiſtunt ſtellæ & in mari terriſque.

6 Ex his tunc procellæ & in &c. *M.*

Cap.

a *Luna quoque trina*] Παρασελήνη, dicitur, & eandem habet cauſam materialem & efficientem, quam parelius. *Dalec.*

b *Lumen de cælo noctu viſum.*] Nihil aliud eſt quam chaſma ſupradictum. *Id.*

c *Poſtquam in Luna magnitudinem facta ſit.*] Sic alii leg. ſed miror, cur hîc Hebraiſmus placuerit. Sic enim illi loquuntur, *Factus eſt mihi Deus in protectorem, & in locum refugii.* Noſtri cod. habent, *Luna magnitudine.* Gelen.

d *Diſcurſus.*] Scintillas & diſcurſus ſtellarum vocat id quod Ptolomæus trajectiones. Ea de re acute Scalig. adverſ. Card, exer. 63. *Dalec.*

a Fulge-

CAP. XXXVII. *De ſtellis Caſtoribus.*

VIdi nocturnis militum vigiliis, inhærere pilis pro vallo [a][1] fulgorem effigie ea. Et antennis navigantium, aliiſque navium partibus, ſeu vocali quodam ſono inſiſtunt, ut volucres ſedem ex ſede mutantes: graves, cum ſolitariæ venere, mergenteſque navigia: & ſi in carinæ ima deciderint, exurentes: geminæ autem ſalutares, & proſperi curſus prænunciæ: quarum adventu fugari diram illam ac minacem, appellatamque [b] Helenam, ferunt. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant; eouſque in mari deos invocant. [c] Hominum quoque capita veſpertinis horis, magno præſagio circumfulgent. Omnia incerta ratione, & in naturæ majeſtate abdita.

1 fulgurum effigies. Ex, &c. *V. & M.*

CAP. XXXVIII. *De aëre.*

HActenus de [2] ipſo mundo, ſideribuſque. Nunc reliqua cœli memorabilia. Namque & hoc cœlum appellavere majores, [d] quod alio nomine aëra:

2 mundo ipſo. *M. & Chiff.*

a *Fulgorem effigie ea.*] Græci hoc meteoron vocant πολυδεύκεα. Latini Caſtorem & Pollucem. *Dalec.*

b *Helenam.*] Solinus expoſitis multis malis, quæ adfert mulierum ſanguis menſtruus: *Habet*, ait, *plane id ſolum ſalutare, quod avertit ſidus Helenæ, perniciosiſſimum navigantibus.* Apollo tamen in Oreſte apud Euripidem, ſalutarem nautis Helenam eſſe pronuntiat: *ζηνὸς γ᾽ ὖσαν ζῆν νιν ἄφθιτον χρεὼν κάστορί τε, πολυδεύκει τ᾽ ἐν αἰθέρος πτυχαῖς σύνθακος ἔσαι ναυτίλοις σωτήριος. Idem.*

c *Hominum quoque capita veſpertinis horis.*] Superfluit ultimum verbum, in ſcript. lect. *Pintian. Hominum quoque capita veſpertinis horis.*] Sic apud Virgilium 2. Æneid. ſub finem, caput Julii ardere viſum.

Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.

Dalec.

d *Quod alio nomine aëra.*] Elegantiſſimi ſunt verſus Pacuvii in Chryſe, de aëre.

Hoc vide circum ſupraque quod complexu tenet
Terram, quod noſtri cœlum memorant,
Græci perhibent æthera.
Quicquid eſt hoc, is omnia format, animat, auget, alit, ſerit,
Sepelit, recipitque in ſe omnia, omniumque idem eſt pater,
Indidemque eademque oriuntur, de integro æque eadem occident.

Vide ſupra caput primum, & Varr. de ling. Lat. lib. 4. *Idem.*

a *Inani*

aëra: omne quod [a] inani ſimile, vitalem hunc ſpiritum fundit. [b] Infra Lunam hæc ſedes, multoque inferior, (ut animadverto propemodum conſtare) infinitum ex ſuperiore natura aëris, [1] infinitum & terreni halitus miſcens, utraque ſorte confunditur. [c] Hinc nubila, tonitrua, & [2] alia fulmina. Hinc grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines. Hinc plurima mortalium mala, & rerum naturæ pugna ſecum. Terrena in cœlum tendentia deprimit ſiderum vis: eademque quæ ſponte non ſubeunt, ad ſe [3] trahunt. Decidunt imbres, nebulæ ſubeunt, ſiccantur amnes, ruunt grandines, torrent radii, & terram in medium undique impellunt. Iidem infracti reſiliunt: &, quæ [4] potuere, auferunt ſecum. Vapor ex alto cadit, rurſumque in altum redit. Venti ingruunt inanes, iidemque cum rapina remeant. Tot animalium hauſtus ſpiritum è ſublimi trahit. At ille contra nititur, telluſque, ut inani cœlo ſpiritum infundit. Sic ultro citroque commeante natura, ut tormento aliquo, mundi celeritate diſcordia accenditur. Nec ſtare pugnæ licet, ſed aſſidue rapta convolvitur, & circa terram, [5] immenſo rerum quaſi globo, tendit, ſubinde per nubes cœlum [6] aliud obtexens. Ventorum hoc regnum. Itaque præcipua eorum natura ibi, & ferme reliquas [7] complexa cauſas: quoniam & tonitruum, & fulminum jactus, horum violentiæ plerique aſſignant. Quin & ideo lapidi-

1 *hæc dictio in vetuſtis non leg.*

2 illa fulmina, *emphaticῶs.*

3 trahit. *Chiff.*

4 potavere, *forſan legendum eſſet.*

5 Immenſo rerum cauſas globo oſtendit. *M. & Chiff.*

6 aliud atque aliud. *Vet.*

7 complexa à ſe. *M.*

a *Inani ſimile.*] Videri enim propter raritatem non poteſt *Idem.*

b *Infra Lunam hæc ſedes multo inferior (ut animadverto propemodum conſtare infinitum) ex ſuperiore natura aëris, & terreni halitus miſcens, utraque ſorte confunditur.*] Planior lectio, *Infra Lunam hæc ſedes multoque inferior (ut animadverto propemodum conſtare) infinitum ex ſuperiore natura aëris, infinitum & terreni halitus miſcens, utraque ſorte confunditur.* Atteſtantur ambo exemplaria. *Gelen.*

c *Hinc nubila, tonitrua & alia fulmina.*] Legendum puto, *& illa fulmina*, vulgato more addendi id pronomen, ubi agitur de re memoranda. Fulminum autem mirandos effectus pete ab Ariſtotele, Seneca, & infra Plinio. *Pintian.* *Hinc nubila, tonitrua, & illa fulmina.*] Enumeratio eſt impreſſionum, quæ in aëre fiunt, ex congreſſu & pugna contrariarum qualitatum. *Dalec.*

a *Tem-*

pidibus pluere interim, quod vento ſint rapti, & multa ſimiliter. Quam ob rem plura ſimul dicenda ſunt.

CAP. XXXIX. *De ſtatis tempeſtatibus.*

[a] TEmpeſtatum, rerumque quaſdam [1] ſtatas eſſe cauſas; quaſdam vero fortuitas, aut adhuc rationis incompertæ, manifeſtum eſt. Quis enim æſtates, & hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubitet? [2] Ergo ut Solis natura temperando intelligitur anno, ſic reliquorum quoque ſiderum propria eſt quibuſque vis, & ad ſuam cuiquam naturam fertilis. Alia ſunt in liquorem ſoluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in nives, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec vero hæc tanta debent exiſtimari, quanta cernuntur; cum eſſe eorum nullum minus Luna tam immenſæ altitudinis ratio declaret. Igitur in ſuo quæque motu naturam ſuam exercent: quod manifeſtum, Saturni maxime [b] tranſitus imbribus faciunt. Nec meantium modo ſiderum hæc vis eſt, ſed multorum etiam adhærentium cœlo, quoties errantium acceſſu impulſa, aut conjectu radiorum extimulata ſunt: qualiter [c] in Suculis ſentimus accidere, quas Græci ob id pluvio nomine Hyadas appellant. Quin & ſua ſponte quæ-

1 ſtatutas. *M.*

2 ut Solis ergo. *CH.*

a *Tempeſtatum, rerumque quaſdam ſtatas eſſe cauſas.*] *Statas tempeſtates* vocat ſimpliciter ortus & occaſus ſiderum, qui certis temporibus ac vicibus oriuntur & occidunt: fortuitas quæ nulla certa cœleſti ratione gubernantur. *Idem.*

b *Tranſitus.*] Tranſitum hunc vulgo aperriones portarum vocant. *Idem.*

c *In Suculis.*] Sunt ſeptem ſtellæ obſcuræ, præter eam quæ λαμπάδιας à Græcis dicitur, connumeratiſque duabus ad exortum cornuum, iis namque omiſſis alii quinque tantum numerant, in capite tauri. eſtque vehemens ſidus terra ac mari. Vide inf. cap. 26. lib. 18. & Henr. Decimat. lib. de ſtell. pag. 31. & 108. Cæterum de univerſæ hujus artis inventoribus Vitruv. Archit. libro 9. cap. 8. Ubi tamen procul dubio legendum *Eudoxus, Euctemon, Calippus, Meton, &c.* Incertitudinem autem notat, nec artem ſed fortuitam tantum conſignationem eſſe contendit Geminus εἰσαγωγ pag. 209. ubi tamen egregie explicat methodum, quam veteres hac in re indaganda obſervavere. *Idem.*

1 ſtatutiſque. *M.*

quædam, [1] ſtatiſque temporibus, ut Hœdorum exortus. Arcturi vero ſidus non fermeſine procelloſa grandine emergit.

CAP. XL. *De vi Caniculæ.*

2 calores. *Vet. vide infra cap. 39. lib. 18.*

3 nulli dubium eſt. *M.*

NAm [a] Caniculæ exortu accendi Solis [2] vapores quis ignorat? cujus ſideris effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur. Fervent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, moventur ſtagna. [b] Origem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra ſtare, & contueri tradit, ac velut adorare, cum ſternuerit. Canes quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi, [3] non eſt dubium.

CAP. XLI.

Sidera in aliis ſignorum partibus, & temporibus alias influere.

4 brumæque. *M.*

5 Solſtitio folia. *M. & Chiff.*

QUin partibus quoque ſignorum quorundam ſua vis ineſt, ut autumnali æquinoctio, [4] brumaque, [c] cum tempeſtatibus confici ſidus intelligimus. Nec imbribus tantum tempeſtatibuſque, ſed multis & corporum, & ruris experimentis. [d] Afflantur alii ſidere, alii commoventur, ſtatis temporibus, alvo, nervis, capite, mente. Olea, & populus alba, & ſalices, folia [5] ſolſtitio circumagunt. Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arentis herba

a. *Canicula exortu accendi Solis, &c.*] Negat profecto magni apud vet. nominis Mathematicus Geminus auctis nonnullis excogitatis ratiunculis εἰσαγ. p. 221. At contra Delrius ſuper Sen. trag. par. ult. pag. 84. *Idem.*

b *Origem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra ſtare, & contueri tradit, ac velut adorare cum ſternuerit.*] Vocem etiam tunc edebat, nec in exortu caniculæ tantum hoc faciebat, ſed etiam ſolis ac lunæ. Et cur dicit, *ac velut adorare cum ſternuerit?* An reſpexit ad morem veterum, quo ſternuentes non tantum ab his qui aderant, ſalutabantur; ſed etiam ipſi ſibi qui ſternuebant, Deum propitium precabantur & adorabant. *Salmaſ.* 474. Vide & infra lib. 8. c 53.

c *Cum tempeſtatibus confici.*] Uſus eſt hypallage, cum dixit *ſidus confici tempeſtatibus*, pro *conficere tempeſtates.* Dalec.

d *Afflantur alii ſidere.*] Hoc eſt, ſiderantur. Morbi genus eſt, quem Græci ἀστροβολισμὸν appellant, aut quando corpus exareſcit & fit tabidum, aut ſit quis velut attonitus. Hoc in conjunctione Saturni cum Venere in Virgine fieri ſolet. *Idem.*

a *Cor-*

herba pulegii, rumpuntur intentæ ſpiritu membranæ. Miretur hoc, qui non obſervet quotidiano experimento, herbam unam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem Solem intueri ſemper, omnibuſque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Jam quidem lunari poteſtate oſtrearum, conchyliorumque, & concharum omnium [a] corpora augeri, ac rurſus minui. Quin & ſoricum fibras reſpondere numero Lunæ, exquiſivere diligentiores: minimumque animal formicam, ſentire vires ſideris, interlunio ſemper ceſſantem. Quo turpior homini inſcitia eſt, fatenti præcipue jumentorum quorundam in oculis morbos cum Luna increſcere, ac minui. [b] Patrocinatur vaſtitas [1] cœli immenſa, diſcreta altitudine in duo [2] atque LXX. ſigna. Hæ ſunt rerum, aut animantium effigies, in quas digeſſere cœlum periti. In his quidem mille ſexcentas annotavere ſtellas, inſignes videlicet effectu, viſuve. Exempli gratia, in cauda Tauri [c] ſeptem, quas appel-

1 rei. *Mſ. Vetus ſic habet*: cœli, immenſa altitudine, diſcreta in &c.

2 atque XL. *ex Higinio Martianus 47. numerat. Ptolemæus & Alfonſus* 48.

a *Corpora augeri, ac rurſus.*] Lucilius: Luna alit oſtrea: implet & echinos, muribus fibras & pecu addit. Sola omnium capitatarum cæpa Luna feneſcente augetur, juveneſcente flacceſcit, quaſi ſideris curſum peroſa. Quamobrem eam Peluſiotæ in cibis execrantur. *Idem.*

b *Patrocinatur vaſtitas cœli immenſa diſcreta altitudine in duo atque ſeptuaginta ſigna.*] Puto legendum alio verborum conceptu, *Patrocinatur vaſtitas cœli, immenſa altitudine diſcreta in duo, &c.* Præterea, *quadraginta*, ſcriberem potius quam, *ſeptuaginta.* Higinius in principio Aſtronomici: *Rurſuſque redeuntes ad ſphæram, duo & quadraginta ſigna nominatim pernumeravimus.* Alphonſus Hiſpaniæ rex, ſtudiorum claritate memorabilior etiam quam regno, quadraginta octo ſigna in octavo orbe conſtituit, Ptolemæum ſecutus ſeptimo & octavo libro maximæ Conſtructionis. Marcianus libro octavo quadraginta ſeptem ponit. Legendus quoque Vitruvius nono. Illud non prætererierim: Si velit quiſpiam, ut idem Marcianus tradit, in numerum ſignorum geſtamina ipſorum aſciſcere, multo majorem ſignorum numerum conſurrecturum, proximumque huic Pliniano, quem caſtigavimus. Exempli gratia: Capram Heniocho ſuperpoſitam, aut hœdos qui ejus humeris ſuſtinentur, aut ſerpentem quem Ophiuchus tenet, aut Pantheram quam Centaurus geſtat. quæ ſidera velut partes habendæ ſunt potiorum. *Pintianus.*

c *Septem.*] Fama & opinione vulgi ſeptem eſſe Vergilias, ſive Pleiadas Aratus ſcribit, conſpici tamen ſex tantum.

ἑπ]ὰ πόροι δὴ ταίγε μετ' ἀνθρώποις
καλέον]),
ἓξ οἶαι περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλ-
μοῖσι.
οὐ μὲν πῶς ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς
ἀστὴρ

ἐξ οὗ

appellavere Vergilias, in fronte Suculas, [a] Booten, qui ſequitur Septentriones.

CAP. XLII.

Imbrium, ventorum, & nubium cauſa.

EXtra has cauſas non negaverim exiſtere imbres ventoſque: [1] quoniam humidam à terra, [b] alias vero propter [2] vapores fumidam exhalare caliginem certum eſt. Nubeſque [3] liquore egreſſo in ſublime, aut ex aëre coacto in liquorem, gigni. Denſitas earum, corpuſque haud dubio conjectatur argumento, cum Solem obumbrent, perſpicuum alias etiam urinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

1 quoniam alias. *V.*
2 vaporem fumidam exhalari. *M. & Chiff.*
3 vapore, *ex Ariſt.*

CAP. XLIII. *De tonitruis & fulguribus.*

IGitur non eam inficias, [c] poſſe in has & ignes [4] ſuperne ſtellarum decidere, quales ſereno ſæpe cernimus, quorum ictu concuti aëra verum eſt, quando & tela vibrata ſtridunt. Cum vero in nubem [5] pervenerint, vaporem [6] diſſonum gigni, ut candente ferro in aquam demerſo, & fumidum vorticem volvi. Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens

4 ſupernarum. *V.*
5 pervenient. *M.*
6 altiſſonum. *Vet.*

ἐξ οὗ καὶ γλουηθεὶν ἀκχύσαμεν. ἀλλὰ μαλ' αὔτως
εἴρη). ἐπ' αὶ δ' ἐκεῖναι ἐπιῤῥήδην καλέοιν).
ἐξ οἷαι περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσι.

Homerus Odyſ. *μ.* tradit cum Pleiades occidunt, Symplegadum ſcopulorum concurſu & colliſu unam ſemper obteri: ſed alteram in ejus locum à Jove reſtitui, ut earum numerus integer ſit. Vide Athenæum lib. 11. *ὀρείας*, Pindarus vocat, tanquam *ὑέλας*, quod in Tauri cauda ſitæ ſint. *Dalec.*

a *Booten.*] Hunc Muſæus in Leandro tardum vocat, *καὶ μὲν ὀπιπτεύων σὺν ὄψε δύοντα Βοώτην, ὃ θρασεῖ ὠρείονα, καὶ ἄστρ' ἐγχον ὅλκον ἀμάξης.* Axen, Booten, & Temonem Varro appellat. Septentriones Homerus *ἄμαξαν*, *Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.* *Idem.*

b *Alias vero propter vapores fumidam caliginem exhalare.*] Vetus lectio, *exhalari* legit non *exhalare.* Pintian.

c *Poſſe in has & ignes ſuperne.*] Fuit hæc ſententia Epicureorum. At quam falſa, nemo non intelligit. ſtellæ enim non cadunt, nec ignis niſi ſuperius tendit. Vide Ariſt. 3. Meteor. & Stob. eclog. lib. 1. p. 64. *Dalec.*

a *Poſſe*

ardens fulmina, ſi longiore tractu nitatur, fulgetra. His ſindi nubem, illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactorum ignium plagas; ideoque protinus coruſcare igneas nubium rimas. [a] Poſſe & repulſu ſiderum depreſſum qui à terra meaverit, ſpiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat, ut in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & attritu, dum in præceps feratur, illum, quiſquis eſt, ſpiritum accendi. Poſſe & conflictu nubium elidi ut duorum lapidum, ſcintillantibus fulgetris. [1] Sed hæc omnia eſſe fortuita. Hinc [b] bruta fulmina & vana, ut quæ nulla veniant ratione naturæ. Iis [2] percuti montes, iis maria, omneſque alios irritos jactus. Illa vero fatidica ex alto, ſtatiſque de cauſis, & ex ſuis venire ſideribus. [c] Simili modo ventos vel potius flatus, poſſe [3] & [d] ex arido ſiccoque halitu terræ gigni non negaverim: poſſe & aquis aëra expirantibus, qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes: poſſe & [e] Solis impulſu agi: quoniam ventus non aliud intelligatur, quam [f] [4] fluctus aëris: pluribuſque etiam modis. Namque & è fluminibus, ac [5] nivibus, & è mari videmus & quidem tranquillo, & alios quos vocant Altanos, è terra conſurgere. Qui quidem cum è mari redeunt, Tropæi vocantur: ſi pergunt, Apogæi.

1 Et hæc omnia.

2 his percuti montes, his &c. *M.*

3 & arido ſiccoque anhelitu. *M. & CH.*

4 flatus. *M.*

5 Sinibus. *Conſt.*

CAP.

a *Poſſe & repulſu ſiderum depreſſum qui à terra meaverit ſpiritum.*] Exemplar Tolet. *qui ad terram meaverit ſpiritum.* Cui lectioni favent verba quæ paulo poſt ſequuntur; *Poſſe & attritum, dum in præceps feratur, illum quiſquis eſt ſpiritum accendi.* Pintian.

b *Bruta fulmina & vana.*] Quæ fulmina dicantur vana & quæ fatidica infra dicetur c. 54. *Dalec.*

c *Simili modo ventos.*] Quidam hic cap. aliud incipiunt de ventis. *Idem.*

d *Ex arido ſiccoque.*] Hæc eſt opinio Ariſtotelis, 2. Meteorol. cap. 1. *Idem.*

e *Solis impulſu agi.*] Ariſt. 2. Meteor. ὁ δ' ἥλιος καὶ παύει καὶ συνεξορμᾷ τὰ πνεύματα. Dalec.

f *Fluctus aëris.*] Plutarch. in Cauſ. Nat. Ἀναξίμαρχος λέγει ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος. Idem: Στωικοὶ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν. Ἀναξίμανδρος ῥύσιν ἀέρος, τὸν ἄνεμον εἶπε. Achill. Stat. ſuper Arat. pag. 102. vide & Dautis anemograph. *Idem.*

CAP. XLIV.

[1] *Qua ratione* [a] *echo reddatur.*

1 aut complexi ſubito anfractu innumeroſa juga. *Vet. M.* habet & conflexa ſubito aut fracta nivium eroſa juga.

MOntium vero flexus crebrique vertices, [b] & [1] conflexa cubito, aut confracta in humeros juga, concavi vallium ſinus, ſcindunt inæqualiter [c] inde reſultantem aëra: quæ cauſa etiam [d] voces multis in locis reciprocas facit.

CAP. XLV. *De ventis iterum.*

2 Jam ſine fine ventos generant, quidam etiam ſpecus. 3 Dalmatia, ore vaſto præceps hiatu. *Chiff.*

4 multa madefacta incluſa opacitate conceptacula. *Chiff.*

[e] SIne [2] fine ventos generant jam quidam ſpecus, qualis in [3] Dalmatiæ ora, vaſto in præceps hiatu, in quem dejecto levi pondere, quamvis tranquillo die, turbini ſimilis emicat procella. Nomen loco eſt Senta. Quin & [f] in Cyrenaica provincia rupes quædam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro volvente harenas. In domibus etiam [4] multis manu facta incluſa opacitate conceptacula auras ſuas habent, adeo cauſa non deeſt. Sed plurimum intereſt, flatus ſit, an ventus. [g] Illos ſtatos atque perſpiran-

a *Echo.*] Latinis imaginem dici notat Philargyr. ſuper Virgil. pagina 267. *Dalec.*

b *Et conflexa cubito aut confracta in humeros juga concavi vallium ſinus.*] Depravatiſſimus eſt locus. Codex Toletanus, pro *conflexa cubito*, *complexu ſubito*, habet, ut forte minus incommode legi poſſit ad hunc modum, *Aut complexi ſubito anfractu innumeroſa juga concavi*; *&c.* Ut ſit eadem ſententia aliis verbis repetita. *Pintian.*

c *Inde reſultantem aëra.*] *Ideo reſiltantem aëra*, prædicta exemplaria. *Idem.*

d *Voces multis in locis reciprocas facit.*] Auſonius ait Echo aëris & linguæ filiam eſſe. Varro in Seſquiulyſſe *Pieridum comes qua tenes cavata putri gelu montium ſaxa.* Vide Ovid. 3. Met. *Dalec.*

e *Sine fine ventos generant jam quidam etiam ſpecus.*] Scribendum puto alio verborum ordine, *Jam ſine fine ventos generant quidam etiam ſpecus.* ex familiari modo loquendi Plinii. *Pintian.* *Sine fine ventos generant jam, &c.*] De ventis vide Ariſtot. de Mundo, cap. 3. & Meteor. lib. 2. c. 2. & Achil. Stat. ad Arat. p. 102. & Vitruv. archit. 1. cap. 6. & lib 8. cap. 2. & Veget. de re mil. lib. 4. c. 38. & Deuth. anemograph. *Idem.*

f *In Cyrenaica provincia.*] Vide Pomp. Melam lib. 1. cap. de Cyrenaica. *Idem.*

g *Illos ſtatos atque perſpirantes, &c.*] Legend. *Illos ſtatos ac ſemper ſpirantes quos non tractus aliquis, verum terra ſentiunt: qui non aura, non procella, ſed mares appellatione quoque ipſa venti ſunt: qui ſive aſſiduo mundi incitu, & contrario ſiderum occurſu naſcuntur; ſive hic eſt ille genitabilis rerum naturæ ſpiritus, huc illucque tanquam in utero aliquo vagus, ſive diſperili errantium ſiderum ictu radiorumque multiformi jactu flagellatus aër, ſive à ſuis ſideribus exeunt, his propioribus, ſive*

ſpirantes; quos non tractus aliquis, verum terræ ſentiunt: [a] [1] qui non aura, non procella maris, ſed appellatione quoque ipſa venti ſunt: [b] qui ſive aſſiduo mundi [2] incitu, & contrario ſiderum occurſu naſcuntur; ſive hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus, huc [3] illuc tanquam in utero aliquo vagus; ſive diſparili errantium ſiderum ictu, radiorumque multiformi jactu flagellatus aër, [c] ſive à ſuis ſideribus exeunt his propioribus, ſive ab illis cœlo affixis cadunt, palam eſt [4] illud quoque legem naturæ habere non ignotam, etiamſi nondum percognitam.

1 qui non aura, non procellæ, ſed mares appellatione quoque ipſa venti ſunt. *Chiff.* Mares itaque exiſtimantur impari numero *infra cap. ſeq*

2 incitatu. *Chiff.*

3 illucque. *Tol.*

4 illos. *M. CH.*

CAP. XLVI.

Natura & obſervationes ventorum.

VIginti [5] amplius auctores Græci veteres prodidere de his obſervationes. Quo magis miror, orbe [6] diſcordi, & in regna, hoc eſt in [7] membra, diviſo, tot viris curæ fuiſſe, tam ardua [8] inventu; inter bella præſertim & infida hoſpitia, piratis etiam omnium mortalium hoſtibus tranſitus ferme tenentibus: ut hodie quædam in ſuo quiſque tractu ex eorum commentariis, qui nunquam eo acceſſere, verius [9] noſcat, quam indigenarum ſcientia: nunc vero pace tam feſta, tam gaudente proventu rerum artiumque principe, omnino nihil addiſci nova inquiſitione, imo ne veterum quidem inventa per-

5 & amplius. *M.*

6 tam diſcordi. *Vit.*

7 membra terræ. *M.*

8 inventu perquirere. *Vit.*

9 noſcant. *Vit.*

ſive ab illis cœlo affixis cadunt, palam eſt illos quoque legem habere natura non ignotam, etiamſi nondum percognitam. Vide Salmaſ. p. 755. b.

a *Qui non aura; non procella maris, ſed appellatione quoque ipſa venti ſunt.*] Convertenda verba, prætereaque legendum, *mares*, non *maris*, ex codice Toletano. *Qui non aura, non procella, ſed mares appellatione ipſa quoque venti ſunt.* Pintian.

b *Qui ſive aſſiduo mundi incitu.*] Verbum, *qui*, non habetur in eodem, & *incitatu*, legit, non *incitu*. Idem.

c *Sive à ſuis ſideribus exeunt.*] Hoc ex Epicureorum ſententia. Cujuſmodi tamen nihil legimus nec apud Lucr. qui lib. 6. ait, ventum fieri ubi ſit agitando percitus aër, nec apud Laërt qui in epiſt. ad Pythoclem longe aliam ventorum cauſſam ab Epicuro redditam ponit. *Dalecampius.*

perdiſci, [a] Non erant majora præmia in multos diſperſa fortunæ magnitudine: & iſta plures ſine præmio alio, quam poſteros juvandi, eruerunt. [b] [1] Namque mores hominum ſenuere, non fructus: & immenſa multitudo aperto [2] quodcunque eſt, mari, hoſpitalique litorum omnium appulſu navigat; ſed lucri, non ſcientiæ gratia. Nec reputat cæca mens, & tantum avaritiæ intenta, id ipſum ſcientia poſſe tutius fieri. Quapropter ſcrupuloſius, quam inſtituto fortaſſis conveniat operi, tractabo ventos, tot millia navigantium cernens.

1 Jamque. *M.*
2 quocumque. *M.*

CAP. XLVII. [c] *Ventorum genera.*

[d] VEteres [3] quatuor omnino [4] ſervavere, per totidem mundi partes, (ideo nec [e] Homerus plures nominat) hebeti, ut mox judicatum eſt, ratione. [5] Secuta ætas octo addidit, nimis ſubtili, & conciſa: proximis inter utramque media placuit, ad brevem ex

3 cernens veteres. *Chiff.*
4 ſervaſſe. *Vet.*
5 proxima. *Vet.*

a *Non erant majora præmia.*] Feſtiviorem reddes orationem ſi per interrogationem legas, *Num erant majora præmia?* Pintian.

b *Namque mores hominum ſenuere, non fructus.*] Deme dictionem, *namque*, ex codice Tolet. *Idem.*

c *Ventorum genera.*] Vetera exemplaria non ſeparant hoc caput à præcedenti. *Dalec.*

d *Veteres quatuor omnino ſervavere, per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebeti ut mox judicatum ed eſt. Secuta ætas octo addidit, ratione nimis ſubtili, & conciſa. Proximis inter utramque media placuit.*] Eſt quidem ſenſus idem in antiqua lectione, mirum tamen, quantum ſibi hic indulſerit caſtigator neſcio quis, dictiones alias addendo, alias tranſponendo, alias diviſas componendo, unamque continuam orationem in plures minutas ineptè concidendo. Talem audaciam ardelionum probare non poſſum. Hermolaus extra culpam eſt: Alerienſis fortaſſe non eſt. Nunc vide ſinceriorem lectionem: *Veteres quatuor omnino ſervavere, per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat hebeti ut mox judicatum eſt ratione: ſecuta ætas octo addidit, nimis ſubtili & conciſa, proximis inter utramque media placuit.* Quod ſi quis contendat noſtram lectionem ſcribarum temeritate invectam, primum exemplaria conſentiunt: deinde ſcribæ non ſolent tam feliciter errare. Caſtigatorum hæc ſolertia eſt, depravationibus ſpeciem aliquam ſinceritatis affingere, quorum impudentia ſæpius, quam vellem, anſam deſtomachandi præbet. *Gelen.*

e *Homerus.*] Odyſſ. ε. σὺν δ' Εὖρός τε νότος τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε δυσαὴς, καὶ βορέης αἰθρηγενέτης. Muſæus; Μαρναμένων ἀνέμων, ζεφύρῳ δ' ἀντιπνέεν εὖρος, καὶ νότος εἰς βορέην μεγάλας ἀφίηκεν ἀπειλάς. Ariſt. tamen 2. Meteorolog. ventos ex adverſo ruentes ſimul flare non poſſe tradit. *Dalecampius.*

a A Me-

ex numeroſa additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subſolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum [1]Apelioten, hunc Eurum Græci appellant. [a] A Meridie Auſter, & ab Occaſu [2] brumali Africus; Noton & Liba nominant. Ab Occaſu [3] æquinoctiali Favonius, ab [4] Occaſu ſolſtitiali Corus: Zephyrum & Argeſten vocant. [b] A Septentrionibus, Septentrio: interque eum & Exortum ſolſtitialem, Aquilo, [5]Aparctias dicti & Boreas. Numeroſior ratio quatuor his interjecerat, Thraſcian, media regione inter Septentrionem, & Occaſum [6] ſolſtitialem: itemque Cæciam, media inter Aquilonem & Exortum æquinoctialem. [c][7] Ab Ortu ſolſtitiali Phœnicean, media regione inter ortum brumalem & Meridiem. Item inter Liba & Noton, compoſitum ex utroque medium, [d] inter Meridiem & [1]hiber-

1 Aphelioteu. *Chiff.*

2 ſolſtitiali.

3 brumali.

4 ab ortu ſolſtitiali. *Long.*

5 Aparctias & Boreas dicti. *Chiff.*

6 brumalem.

7 æquinoctialem: Phœniciam media. *hæc quæ interjacent ſupervacanea ſunt*

a *A Meridie Auſter, & ab Occaſu.*] Mirum quod Ariſtoteles 2. Meteor. Auſtrum à mundi parte quæ antarctico polo ſubjecta eſt, flare negat, quod tam procul ad nos uſque flatus pervenire non poſſit, cum in Problematibus, & lib. de Mundo ad Alex. illinc flare tradat. Ovid. certe 4. de Ponto ab ortu ſuo procul digreſſum, languidum accedere ſcribit,

Hic oritur Boreas, oraque domeſticus huic eſt,
Et ſumit vires à propiore loco.
At Notus adverſa tepidus qui ſpirat ab arce,
Eſt procul & rarus, languidiorque venit. Idem.

b *A Septentrionibus, Septentrio.*] Ovid. *Scythiam Septemque triones*
Horrifer invaſit Boreas: contraria tellus,
Nubibus aſſiduis pluvioque madeſcit ab Auſtro.

idem, *Letiferi calidi ſpirarunt flatibus Auſtri*: νότος ἀπὸ τῆς νοτίδος ab humore & nebula. Hom. κατ' δὴ νότι ῥεῖν ἰδρώς. Idem: ὅτε θυελλόεσσα κόμισε τίσον βοῷ ποτὶ χέρσον πόντοθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ. Idem.

c *Ab ortu ſolſtitiali Phœniciam media regione inter ortum brumalem & meridiem.*] Ventus interjacens ortum brumalem & meridiem, qua ratione poſſit ſpirare ab ortu ſolſtitiali minime percipio, quum ortus ſolſtitialis ſubmotus ſit ab ortu brumali octo ferme & quadraginta partibus ex ſupputatione aſtronomorum noſtri temporis, & longe pluribus à meridie. Quapropter verba illa, *ab ortu ſolſtitiali*, ad ſuperiora pertineant neceſſe eſt: etſi exiſtimo magis expoſitionem eſſe, gloſſulamque, ut dicunt, interlinearem, quam Pliniana verba, ut ex ordine prodendi apparet. Verbum autem, *Phœniciam*, initium præſtat ſequenti cæſo. Qui ventus ita dictus eſt, quod à Carbanis gente Phœnices ſpiret, auctore innominato ſcriptore Græco, de ſignis aquarum & ventorum. *Pintian.*

d *Inter Meridiem & hibernum Occidentem Libanoton.*] Scribo, *libonoton*, non, *libanoton*, ex Ariſtotele ſecundo Meteoron, & Alexandro ejus expoſitore, item Vitruvio primo, & Seneca quinto Naturalium

1 æſtivum. [1] hibernum Occidentem, Libonoton. Nec finis. Alii quippe Meſen nomine etiamnum addidere inter Borean & Cæcian: & inter Eurum & Noton, Euronotum. [a] Sunt etiam quidam peculiares quibuſque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum, [b] ut Athenienſibus Sciron, [2] paulum ab Argeſte deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. [3] Aliubi elatior, idem Olympias vocatur. Conſuetudo omnibus his nominibus [c] Argeſten [4] intelligit: [d] & Cæcian aliqui vocant Helleſpontium, & eoſdem [5] alibi aliter. Item in Narbonenſi provincia clariſſimus ventorum eſt [e] Circius; nec [6] ulli violentia inferior, Oſtiam plerunque [7] recta Liguſtico mari perferens: idem non modo in reliquis partibus cœli [8] ignotus, ſed ne Viennam quidem, ejuſdem provinciæ urbem, attingens, paucis ante [9] limitibus jugi modici occurſu tantus [10] ille ventorum

2 paulo. *M.*
3 alibi ubi. *M.*
4 intelligi. Et. *M.*
5 Alii. *Chiff.*
6 ullo in violentia. *Chiff.*
7 recto. *M. Vet.*
8 ignotus eſt. *CH. M.*
9 Millib. *Vet.*
10 ille ventus coërcetur. *Vet. ut & CH.*

turalium Quæſtionum: à quo obſervatum eſt, carere eum ventum Latino nomine. *Idem.*

a *Sunt etiam quidam peculiares quibuſdam gentibus venti non ultra certum procedentes tractum, ut Athenienſibus Sciron, paulum ab Argeſte deflexus, &c.*] Imo Sciron non eſt ventus peculiaris Attici ſoli, ſed peculiare hoc nomen Argeſtæ ſive Chauri quo illum vocabant Athenienſes quod ex Scironiis ſaxis eum ſentirent. & cum hoc quidem nomine, non alibi notus quam in Attica regione. Vide *Salm.* 1257. *b.* Falſum ergo quod addit Plinius de hoc eodem Argeſte, qui & *Olympias & Sciron & Japyx* localiter appellabatur. *Conſuetudo omnibus his nominibus Argeſten intelligi.* Non conſuetudo hoc facit; ſed ſitus regionum quæ apud ſe ventis ex aliquo loco venientibus nomen fecerunt ex eo ipſo loco, unde flatus eorum percipiunt. *Idem ibid.*

b *Ut Athenienſibus Sciron.*] Strabo zephyros & præcipue Argeſtas σκείρωνας vocari ab Athenienſibus ſcribit, ὅτι πνέουσιν ἀπὸ σκειρωνίδων σκοπέλοις; *quoniam ſpirant à ſcopulis Sceironiis.* Quidam hunc ventum eundem eſſe putant cum Japyge, Cauro, Helleſpontio, Olympia. *Dalec.*

c *Argeſten intelligit & Cæciam.*] Diſtingue, ut Cæcias ſequentibus cohæreat, *Et Cæciam aliqui vocant Helleſpontiam.* Gelen.

d *Et Cæciam aliqui vocant Helleſpontium.*] Lego, *Helleſpontiam*, prima inflexione, tum ex ambobus ſcriptis codicibus, tum ex Ariſtotele libro paulo ante citato, & auctore de ſignis aquarum & ventorum, & reliquis, ne plures in re comperta citando auctores, tundam: quod video multos libenter facere, jactandæ potius doctrinæ avidos, quam juvandi ſtudioſos. *Pintian.*

e *Circius.*] Hunc Strabo lib. 4. *Melamborum* vocat, Circio tam vehementi ut tecta nonnunquam auferat, ne Galliam rapidus infeſtaret Auguſtus aliquando votum exſolvit & ſacrum fecit. Anemothidos Palladis Methone templum fuit. Vide Alex. ab Alexand. capite 22. 3. *Dalec.*

a *Ver.*

rum coërcitus. Et Auſtros in Ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifeſta lex naturæ, ventis etiam & tempore, & ſine dicto. [a] Ver ergo aperit navigantibus maria: cujus in principio, [b] Favonii hibernum molliunt cœlum, Sole Aquarii XXV. obtinente partem. Is dies ſextus eſt ante Februarias Idus. Competit ferme & hoc omnibus, quos deinde ponam, per ſingulas [c] intercalationes uno die anticipantibus; rurſumque luſtro ſequenti ordinem ſervantibus. Favonium quidam ad [1] VII. Calendas Martii, Chelidonian vocant, ab hirundinis [2] viſo: nonnulli vero Ornithian, uno & LXX. die poſt brumam ab adventu avium, flantem per dies novem. Favonio contrarius eſt, quem Subſolanum appellavimus. Datus [3] eſt autem huic exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri, ſex diebus ante Maias Idus, quod tempus auſtrinum eſt, huic vento Septentrione contrario. Ardentiſſimo autem æſtatis tempore exoritur Caniculæ ſidus, Sole primam partem Leonis ingrediente: qui dies XV. ante Auguſtas Calend. eſt. Hujus exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos [d] Prodromos appellant. Poſt biduum autem exortus, iidem Aquilones [e] conſtantius [4] perflant diebus quadraginta,

1 VII. *Chiff.*

2 viſu. *M.*

3 Eſt autem exortus Verg. *M*

4 perflant his diebus. *M.*

a *Ver ergo aperit navigantibus maria.*] Maria hieme clauſa ſunt cœlo tempeſtatibus fœdo ac procelloſo: aperiuntur vere. Diem anni quo navigationem auſpicabantur feriis publicis celebrabant. Veget. *Poſt natalem vero navigationis, qui ſolenni certamine, publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur, &c.* Turnebus capite 24. libro 18. Adverſar. *Idem.*

b *Favonii.*] Favonius inter omnes ventos mitiſſimus. *Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni.* Horat. Plaut. in Milite. *Liquidiuſculuſque ero quam ventus eſt Favonius.* Idem. ibid. *Hic Favonius ſerenus eſt, iſtic Auſter imbricus, hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.* Idem.

c *Intercalationes.*] Quarto quoque anno. *Idem.*

d *Prodromos.*] Vide infra capite 28. lib. 18. circa medium. & Del. ſuper Sen. trag. par. ult. p. 367. *Idem.*

e *Conſtantius perflant diebus quadraginta.*] Exemplar Salmanticenſe, *triginta*, præfert, non, *quadraginta.* Apollonius Rhodius primo, quadraginta, cum Plinii impreſſa lectione. Interpretes Apollonii, quinquaginta, ex Timoſthene, qui eiſdem referentibus, prodit flare Eteſias ſole obtinente poſtremam partem Cancri, & totum Leonem, do-

1 quos Eteſias appellant. *Chiff.*

2 Mollire eos. *CH.M. Vet.*

ginta, [1] quos [a] Eteſias [b] vocant. [2] Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore ſideris: nec ulli ventorum magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus Auſtri frequentes, uſque ad ſidus Arcturi, quod exoritur undecim diebus ante æquinoctium Autumni. Cum hoc Corus incipit. Corus autumnat: huic eſt contrarius Vulturnus. Poſt id æquinoctium diebus fere quatuor & quadraginta. Vergiliarum occaſus hiemem inchoat: [3] quod tempus in III. Idus Novembris incidere conſuevit: [4] hoc eſt Aquilonis hiberni multumque æſtivo illi diſſimilis, cujus ex adverſo eſt Africus. Ante brumam autem ſeptem diebus totidemque poſtea, ſternitur mare halcyonum fœturæ, unde nomen [c] hi dies traxere: reliquum tempus hiemat. [d] Nec tamen ſævitia tempeſtatum concludit mare. Piratæ primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, & hiberna experiri maria: nunc idem hoc avaritia cogit. [5] Ventorum frigidiſſimi ſunt, quos à Septentrione diximus ſpirare, & vicinus his Corus. [6] Ii & reliquos compeſcunt, & nubes abigunt. Humidi, Africus & præcipue Auſter Italiæ; Narrant & in Ponto Cæcian in ſe trahere nubes. Sicci Corus, & Vulturnus, præterquam deſinentes. Nivales Aquilo & Septentrio. Grandines Septentrio importat, & Corus, æſtuoſus Auſter: tepidi Vulturnus, & Favonius. Iidem Sub-

3 quod in tempus. *Vet.*

4 Hic eſt Aquilo hibernus. *M.*

5 venti etiam. *CH.*

6 hi. *Chiff.*

nec ingrediatur viceſimam partem Virginis. *Pintian.*

a *Eteſias.*] Eteſias conſtat flare à Septentrione. Lucret. *Eteſia flabra Aquilonum.* Licenter poëtæ Aquilonem, ſive Boream, medium inter Orionem & Urſam, Septentrionem, Græcorum Aparctiam vocant. Flant Prodromi diebus octo ante ortum Caniculæ: Eteſiæ vero biduo poſt. Ariſtoteli & Suidæ gignuntur ſole diſſolvente collectum humorem. ἀπὸ τῶ ἔτυς nomen eſt impoſitum quod ſint anniverſarii. Occidentem verſus ii flant ad Zephyrum, Argeſten, Thraſcian, Orientem vero ad Aphelioten. *Navales*, vel, ut alii legunt, *Nivales* Varro appellat in Ephemeride, *Navales Eteſiæ diutius & uberius flaverant, & autumnum ventoſum fecerant.* Dalec.

b *Vocant.*] Vide infra cap. 32. lib. 10. *Idem.*

c *Hi dies traxere.*] Vide Senecam. *Idem.*

d *Nec tamen ſævitia tempeſtatum concludit mare.*] *Cludit*, Melius quam *concludit*, vetuſta lectio. *Pintian.*

a *Salu-*

Subſolano ſicciores: & in totum omnes à Septentrione & Occidente ſicciores, quam à Meridie & Oriente. [a] Saluberrimus autem omnium [1] Aquilo: noxius Auſter, & magis ſiccus; fortaſſis quia humidus frigidior eſt. Minus eſurire eo ſpirante creduntur animantes. [b] Eteſiæ noctu deſinunt [2] fere, & à tertia diei hora oriuntur. [3] In Hiſpania & [c] Aſia ab oriente flatus eſt eorum; in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à Meridie. Spirant autem & à bruma, [4] cum [d] vocantur Ornithiæ, ſed leniores & paucis diebus. Permutant & duo naturam cum ſitu. Auſter Africæ ſerenus, Aquilo nubilus. Omnes venti vicibus ſuis ſpirant majore ex parte, [5] aut ut contrarius deſinenti [6] incipiat. Cum proximi cadentibus ſurgunt, à lævo latere in dextrum ut Sol, ambiunt. De ratione eorum menſtrua, quarta maxime Luna decernit. Iiſdem autem ventis in contrarium [e] navigatur prolatis pedibus, ut noctu plerunque adverſa vela concurrant. Auſtro majores fluctus eduntur quam Aquilone: quoniam

1 *Vide num rectius legatur*, aquilo, quia ſiccus & frigidior: noxius Auſter, fortaſſis, quia magis humidus. *Chiff.*
2 flare *M.*
3 In Hiſpaniam & Aſiam ab Oriente flatus eſt eorum: in Ponto ab Aquilone in meridiem. Reliquis autem partibus ſpirant & à &c. *V.*
4 qui. *Vet.*
5 *del.* aut.
6 incipiat: aut quam proxime cadentibus ſurgat. *Long. & M.*

a *Saluberrimus autem omnium Aquilo, quia ſiccus & frigidior: noxius Auſter, fortaſſe quia magis humidus.*] Non video, cur hîc quoque libuerit caſtigatoribus tantum verborum tranſponere, fortiter contempta fide archetyporum, Auſter, qui Græcis Notus, ſæpius quidem imbrifer, interdum tamen ſerenificus eſt, vel Horatio teſte, *Albus ut obſcuro deterget nubila cælo, Sæpe Notus*: neque ſemper imbres adfert: utroque modo noxius: atque etiam magis quoties eſt ſiccus, quod tunc etiam æſtuoſus fit. Id an non ſatis Latine Plinius expreſſit his verbis? *Saluberrimus autem omnium Aquilo. Noxius Auſter: & magis ſiccus, fortaſſis quia humidus frigidior eſt.* Sequenti verſu in ambobus legitur, *Eteſiæ nocte deſinunt fere*, non, *Flare*. Et quorſum attinebat ſupponere, *Flare*, cum æque perfecta locutio ſit, *Eteſiæ noctu deſinunt*? Nec male noſtri in ſequenti verſu, *Cum vocantur Ornithiæ*, pro quo in vulgatis eſt: *Qui vocantur.* Nam Ornithiæ ſunt Eteſiæ, atque ſtati. *Gelen.*

b *Eteſiæ noctu deſinunt fere.*] Codex Salmanticenſis & omnis impreſſa lectio, *flare*, non, *fere*, agnoſcit. Et ſic proculdubio ſcribendum, ex eodem Ariſtotele loco ſæpe allegato. *Pintian.*

c *Aſia ab oriente flatus eſt eorum.*] Venti Septentrionales omnes numero quinque: Aquilo, Cæcias, Aparctias, Thraſcias, Argeſtes. *Dalec.*

d *Vocantur Ornithiæ.*] Eteſiæ imbecilliores. *Idem.*

e *Navigatur prolatis pedibus.*] *Pes*, nauticum vocabulum, imus eſt veli angulus: aliis funis quo velum tenditur. Virgil. *Una omnes fecere pedem.* id eſt, vela tetenderunt. *Proferre pedem* Servio eſt, funibus & ſuis podiis imam veli partem minus adducere, ſive utramque veli partem æquatam eſſe non pati, quod ſit obli-

niam ille [1] infernus ex imo maris ſpirat, hic ſummo. Ideoque poſt Auſtros noxii præcipue terræ motus. Noctu Auſter, interdiu Aquilo vehementior. Et ab Ortu flantes diuturniores ſunt ab Occaſu flantibus. Septentriones impari fere deſinunt numero: quæ obſervatio & in aliis multis rerum naturæ partibus valet. Mares itaque exiſtimantur [2] impari numero. Sol & auget, & comprimit flatus. Auget exoriens occidenſque, comprimit [3] meridianus æſtivis temporibus. Itaque medio diei aut noctis plerunque ſopiuntur; qui aut nimio frigore, aut æſtu ſolvuntur. Et imbribus [4] venti ſopiuntur. Exſpectantur autem maxime, unde nubes diſcuſſæ adaperuere cœlum. Omnium quidem (ſi libeat obſervare minimos ambitus) redire eaſdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat; non ventorum modo, verum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte. [a] Et eſt principium luſtri ejus ſemper intercalari anno Caniculæ ortu. De generalibus ventis hæc.

1 Inferius ex imo mari. *Chiff.*

2 impares numeri. *Vet.*

3 meridianis & æſtivis. *M.*

4 venti ſop *deſ. hæc in Chiff. M. & recte.*

Cap. XLVIII. *De repentinis flatibus.*

[b] Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante terra (ut dictum eſt) coorti, [c] rurſuſque dejecti, interim obducta nubium cute multiformes exiſtunt. Vagi [5] quippe & ruentes torrentium modo (ut [6] aliquibus

5 *d. in M.*

6 aliqueis. *Chiff.*

ſit obliquato veli ſinu, dum producitur funis alter, alter reducitur. Sic colligitur ventus ut adverſæ naves eodem vento inflatæ ac pulſæ poſſint concurrere. Funes hos *vorſoria* vocat Plautus, *Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape vorſorium.* Propedes Iſidorus ex Turpilio, *Quaſi cum ventus fert navem in mare ſecundum ſi quis propedem miſit in veli ſiniſtrum.* Sic *anginam* ex Cinna vocat funem. *Qui autem navi ad malum conſtringit atque angina regit ſtabilem fortiſſima curſum.* Turn. cap. 4. lib. 20. Adverſ. *Idem.*

a *Et eſt principium luſtri ejus ſemper intercalari anno Canicula ortu.*] Lege & *eſt principium luſtri ejus ſemper in canario anno Canicula ortu. Canarius annus* eſt Ægyptiacus, quia Ægyptii ab ortu canis anni ſui exordium ſumebant. Vide *Salmaſ* pag. 553. a.

b *Nunc de repentinis flatibus.*] De his Ariſtoteles in Meteor. & Gellius lib. 19. Rhodig. cap. 19. 20. *Dalec.*

c *Rurſuſque dejecti in terram; obducta nubium cute.*] Antiqua ſcriptura, *Rurſuſque dejecti, interim obducta.* Gelen.

a *Qui*

quibus placere oſtendimus) tonitrua & fulgura edunt. Majore vero illati pondere incurſuque, ſi late ſiccam [1] ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis Ecnephias: Sin vero [2] depreſſo ſinu arctius rotati effregerint, ſine igne, hoc eſt ſine fulmine, vorticem faciunt, [a] qui Typhon vocatur, id eſt, vibratus Ecnephias. Defert hic ſecum [3] aliquid abruptum è nube gelida, convolvens, verſanſque, & ruinam ſuam illo pondere aggravans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua navigantium peſtis, non antennas modo, verum ipſa navigia contorta frangens; tenui remedio aceti in advenientem effuſi, cui frigidiſſima eſt natura. Idem illiſu [4] ipſe repercuſſus, correpta ſecum in cœlum refert ſorbetque in excelſum. [b] Quod ſi majore depreſſæ nubis eruperit ſpecu, ſed minus lato quam procella, nec ſine fragore, [c] Turbinem vocant, proxima quæque proſternentem. Idem ardentior, accenſuſque dum [5] furit, [d] Preſter vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

1 rupere. *Chiff.*
2 depreſſum ſinum. *Vet.*
3 aliquid abreptum.
4 ipſo. *P.*
5 Fuerit. *Chiff.*

CAP. XLIX.

Alia prodigioſa genera tempeſtatum.

[e] NOn fit autem aquilonius Typhon, [6] nec nivalis aut nive jacente Ecnephias. * Quod ſi ſimul

6 nec nivalis Ecnephias. *Redundant enim tria illa verba*, Aut nive jacente: *ex Vet. & Ariſt. 1. Met.*

a *Qui Typhon vocatur.*] Gellius loco citato. Alius eſt Typhon cometes ſupra cap. 25. *Dalec.*

b *Quod ſi majore depreſſæ nubis eruperit ſpecu, ſed minus alto, quam procella.*] Scribo, *Lato*, non, *Alto*. Superius enim dixerat, *Si late ſiccam ruperint nubem procellam gignunt.* Gelen. *Quod ſi majore depreſſa, &c.*] Τὸν σρόβιλον. Ventos hos nubibus incluſos & tanto impetu erumpentes Ennius his verſibus ſignificat. *Per ego Deum ſublimes ſubices humidas, Unde oritur imber ſonitu ſævo & ſpiritu.* Vide Feſtum hac de re. *Dalec.*

c *Turbinem.*] Huc videtur pertinere prima ſequentis capitis periodus, perperam ex hac ſua ſede in alienam trajecta. *Idem.*

d *Preſter.*] Eſt etiam πρηστὴρ χθόνιος. Ariſt. ἀναφύσημα vocat, cum ſpiritus ex terræ hiatibus exploſus mare vi ſe circumagit & contorquet. *Idem.*

e *Non fit autem Aquilonius Typhon, nec nivalis, aut nive jacente Ecnephias.*] Repugnent licet omnia exemplaria, perſuaſum habeo, tria illa verba, *aut nive jacente*; Plinii non eſſe, ut innumera alia in hiſtoria naturali. Movet me Ariſtoteles,

ſimul [1] rupit nubem, exarſitque, & ignem habuit, [2] non poſtea concepit, fulmen eſt. Diſtat à Preſtere, quo flamma ab igne. Hic late funditur flatu, illud conglobatur impetu. [a] Vortex autem [3] remeando diſtat à turbine, [4] & quo ſtridor à fragore. Procella latitudine ab utroque disjecta nube verius, quam rupta. Fit & caligo belluæ ſimilis, nube dira navigantibus. Vocatur & columna, cum ſpiſſatus humor rigenſque ipſe ſe ſuſtinet. Ex eodem genere, & [5] in longam veluti fiſtulam nubes [b] aquam trahit.

1 rumpit. 2 ac non poſtea concipit ex *M.* & *Chiff.* 3 meando. *Vet.* 4 turbine quomodo, &c. ex *Ch.* & *d. in Vet. omnibus.* 5 & in longum veluti fiſtula aquam &c. *Chiff.*

CAP. L.

Quibus in terris fulmina non cadant.

Hieme & æſtate rara fulmina, contrariis de cauſis; quoniam hieme denſatus aër nubium craſſiore corio ſpiſſatur; omniſque terrarum exhalatio rigens, ac gelida, quicquid accipit ignei vaporis,

ſtoteles, cujus verba ex initio tertii Meteororum ſubjeci, *Borea flante non fit typhon, neque ningente ecnephias.* De reliquo quis ita eſt mente captus, ut non videat, tum ex ordine eorum quæ indicantur, tum ex Ariſtotele à quo cuncta hæc ad literam, ut ajunt, hauſit Plinius, verba ſupra dicta alienum locum occupaſſe, proprio relicto, & ſtatuenda eſſe poſt illud cæſum proximi capitis, cujus finis eſt, *ſorbetque in excelſum?* Nam cum tractatio ecnephiæ & typhonis claudatur illo loco, non potuere commodius alibi ſubtexi accidentia utriuſque: præſertim cum ea parte, qua inſerta ſunt, ſeriem diſturbent, continuationemque interrumpant, turbinis, preſteris, fulminis, quorum commentatio interſcindenda non erat interpoſitione accidentium diverſarum tempeſtatum. *Pintian.*

* *Quod ſi ſimul rupit nubem, exarſitque, & ignem habuit, aut poſtea concepit fulmen eſt.*] Lego, *Non poſtea concepit.* Id addit ad differentiam preſteris, quem in fine præcedentis capitis dixit, rupta nube demum dum furit, accendi. *Gelenius.*

a *Vortex.*] Vorticem Græci σιφῶνα alii τυφῶνα vocant. Apollodorus in Meteor. Ariſt. Ἀριστοτέλης, inquit, τυφῶνα οἷον τυπῶνα καλεῖ, διὰ τὸ τύπτειν σφόδρως καὶ ῥηγνύειν τὰ ςερεὰ σώματα. καλεῖται δὲ σιφῶνα διὰ τὸ δίκην σιφῶνος ἀνασπᾶν τὸ ὕδωρ θαλάσσης. Vide Turn. cap. 20. lib. 4. Adverſ. *Dalec.* *Vortex autem hoc meando diſtat à turbine, quo ſtridor à fragore.*] Non diſplicet, quod habent noſtra exemplaria, *Vortex autem remeando diſtat à turbine, & quod ſtridor à frigore.* Gelen.

b *Aquam trahit.*] Præter Ecnephian, ſive procellam, vorticem, ſive typhonem, turbinem ſive ſtrobilum & preſterem nominat Ariſtoteles, θύελλαν, ἐξυδρίαν; λαίλαπα, καταιγίδα, ἀναφύσημα, de quibus Rhodig. ἐκνεφίας vero, ἀπογαίους, αἰθύγκους, hic referre nihil attinet, cum aliam naturam rationemque habeant, ut & imbres τροπαῖοι. Petrus Victorius Romæ in prima regione ædem Tempeſtati fuiſſe ſacram tradit. *Dalec.*

a *Ægy-*

poris, extinguit. Quæ ratio immunem Scythiam & circa rigentia à fulminum caſu præſtat; & è diverſo nimius ardor [a] Ægyptum. Siquidem calidi ſiccique halitus terræ, [b] [1] raras admodum, tenueſque & [2] infirmas denſantur in nubes. Vere autem & autumno crebriora fulmina, corruptis in utroque tempore, æſtatis hiemiſque cauſis. Qua ratione [3] crebra in Italia; quia mobilior aër mitiore hieme; & æſtate nimboſa, ſemper quodammodo vernat, vel autumnat. Italiæ quoque partibus iis, [c] quæ à Septentrione diſcedunt ad teporem, qualis eſt Urbis & Campaniæ tractus, juxtra hieme & æſtate fulgurat, quod non in alio [4] ſitu.

1 raro. *M.*

2 hæc verba, *& infirmas*, in quibuſdam deſunt.

3 crebra ſunt in Italia. *Chiff.*

4 ſitu evenit. *M.*

CAP. LI.

[d] *Fulgurum genera, & miracula.*

FUlminum ipſorum plura genera traduntur. Quæ ſicca veniunt, non adurunt, ſed diſſipant. Quæ humida, non urunt, ſed infuſcant. Tertium eſt, quod clarum vocant, mirificæ maxime naturæ, quo dolia exhauriuntur [e] intactis operimentis, nulloque alio veſtigio relicto. Aurum, & æs & [f] argentum

a *Ægyptum.*] Et Æthiopiam. Nam & hanc immunem eſſe à fulminibus teſtatur Plutarch. περὶ δεισιδαιμ. pagina 287. b. *Idem.*

b *Raras admodum tenueſque & infirmas denſantur in nubes.*] Duo illa verba, *& infirmas*, deſiderantur in exemplari Toletano, & quidem puto recte. Quid enim eſt aliud, *raras admodum tenueſque*, quam infirmas? *Pintian.*

c *Quæ à ſeptentrione deſcendunt ad teporem, qualis eſt omnis Campaniæ tractus.*] Rurſus in ambobus Mss. eſt, *Quæ à ſeptentrione diſcedunt ad teporem, qualis eſt Urbis & Campaniæ tractus.* Gelen.

d *Fulgurum genera.*] Fulgurum genera Rhodigino cap. 13. lib. 8. καταιβάται, ἀργῆτες, ψολόεντες, quæ, ut vult Suidas, maxima celeritate icta comminuunt. Ab his tribus generibus quidam *triſulcum* fulmen dictum volunt. *Dalec.*

e *Intactis operimentis.*] Vide Senecam cap. 31. lib. 2. Quæſt. Natur. Ariſt. de mundo cap. 3. Meteor. lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 1. *Idem.*

f *Argentum liquatur intus.*] Vide quod adnotatum eſt de Mithridate cap. 2. lib. 25. Varro lib. 3. Rerum divinarum: *Lucius Scipio cum aurum haberet in ciſta viminea, ita fulmine eſt icta, ut ciſta eſſet integra, aurum vero colliquiſſet.* Nonius in voce Liquidum. Plutarchus in Sympoſiis: ϗ κυλιχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐσκεπασμένων ἐλύτροις, τὸ μὲν ἀργυροῦν συντακῆναι, τὸ δὲ ξύλον ἄπτον ϗ ἀπαθὲς ὀφθῆναι. Idem.

a In Ca-

tum liquatur intus, ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis, ac ne confuſo quidem ſigno ceræ. Marcia princeps Romanarum icta gravida, partu exanimato, ipſa citra ullum aliud incommodum vixit. [a] In [1] Catilinanis prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius Decurio ſereno die fulmine ictus eſt.

1 Catilinianis. *Vet. alii*, Catilianis.

CAP. LII. *De obſervationibus.*

[b] THuſcorum literæ novem Deos emittere fulmina exiſtimant, eaque eſſe undecim generum: Jovem enim trina jaculari. Romani duo tantum ex iis [2] ſervare: diurna attribuentes Jovi, nocturna [c] Summano; rariora ſane eadem de cauſa [d] frigidioris cœli. Hetruria erumpere [3] terra quoque arbitratur, quæ infera [4] appellat, brumali tempore facta; ſæva maxime & execrabilia; cum ſint omnia, quæ terrena [5] exiſtimant, non illa generalia, nec à ſideribus venientia, ſed ex proxima atque turbidiore natura. Argumentum evidens [6] eſt quod omnia à ſuperiore cœlo decidentia obliquos [7] habeant ictus: hæc autem quæ [8] vocantur, terrena, rectos. Sed quia ex propiore materia cadunt, ideo creduntur è terra exire, quoniam ex [9] repulſu nulla veſtigia [10] edant, cum ſit illa ratio non [11] inferni ictus, ſed adverſi. A Saturni ea ſidere proficiſci ſubtilius iſta confectati putant: ſicut cremantia, à Martis.

2 ſervavere. *CH. M.*
3 è terra. *M.*
4 appellantur. *M.*
5 exiſtimantur. *M.*
6 *eſt* deeſt in Chif. *M.*
7 habent. *Chif.*
8 vocant. *CH.*
9 percuſſu. *CH.*
10 edunt. *CH. M.*
11 inferi. *Chiff.*

a *In Catilianis prodigiis.*] Vetus lectio, *Catilianis.* Lego, *Catilinanis.* Nam ut à Sylla Syllanus, ſic à Catilina Catilinanus. *Pintian.*

b *Thuſcorum literæ novem.*] Hetruſci judicabant fulmina ob hoc tantum fieri, ut aliquid ſignificarent: Philoſophi contra fulminum cauſam efficientem nubium colliſioni aſſignabant: poſtquam vero facta eſſent, aliquid portendere exiſtimabant. *Dalec.*

c *Summano.*] Plutoni ſummo Deorum Manium. Quis tamen Summanus eſſet, Ovidius dubitare videtur his verſibus,

Reddita, quiſquis eſt, Summano templa feruntur:
Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Hæc tota de re Delr. ſuper Sen. Herc. Oet. pag. 852. & par. ult. pag. 501. *Idem.*

d *Frigidioris cœli.*] Quia locis tepentibus cœlum propter ἀντιπερίστασιν frigidius eſt. *Idem.*

a *Volſinii*

Martis. Qualiter, cum [a] Volſinii oppidum Thuſcorum opulentiſſimum [1] totum concrematum eſt fulmine. Vocant & [b] familiaria in totam vitam fatidica, quæ prima fiunt familiam ſuam cuique indepto. Cæterum exiſtimant non [c] ultra decem annos portendere privata, præterquam aut [2] matrimonio primo facta, aut natali die: publica non ultra triceſimum annum, præterquam in deductione oppidorum.

1 opulentum. *M.*

2 patrimonio. *M.* *Senec.*

CAP. LIII. *De fulminibus evocandis.*

EXtat Annalium memoria, ſacris quibuſdam, & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Hetruriæ eſt, [d] impetratum, [3] Volſinios urbem agris depopulatis ſubeunte monſtro, quod vocavere Voltam. Evocatum & à Porſenna ſuo rege. Et ante eum à Numa ſæpius hoc factitatum,

3 Volſiniis & urbe & agris depopulatis. *Vet. Chiff.*

a *Volſinii oppidum Thuſcorum opulentiſſimum.*] Et Lugdunum, florentiſſima civitas, Nerone imperante. Hetruſci, quas vocarunt *manubias*, id eſt, fulminum jactus, à tribus ſuperioribus ſideribus, Saturno, Jove, Marte decidere putarunt: ſed præcipue Jove, qui colluctantes inter ſe nimium Saturni humorem, & immodicum ardorem Martis, medius ipſe prorumpere cogit. Jovis fulmina mitiora eſſe tradunt, Saturni ſæva & execrabilia, Martis cremantia. Itaque Jovis fulmen afflare tantum, levique injuria lædere, Saturni punire, ac perimere: Martis accendere: unde *triſulca* quoque *fulmina* appellata fuiſſe quidam cenſent. Abſtruſius eſt, quod fulguralibus Hetruſcorum libris continebatur, ex undecim manubiis novem diis traditis, tres Jovem habuiſſe: quarum prima eſt ejus ſolius arbitrii, placida & monitoria tantum: ſecunda ex conſilio Deorum concentum, quæ non impune mittitur: tertia conſenſu Deorum ſuperiorum, ſeu involutorum, quæ pervaſtat & imis ſumma commiſcet. Had. Jun. cap. 16. 5. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. Sunt & poſtulatoria fulmina, quæ contempta nec procurata expiatione indigent. *Idem.*

b *Familiaria in totam vitam fatidica.*] Seneca Quæſt. Natur. lib 2. cap. 47. *Fulmina perpetua, quorum ſignificatio in totam vitam pertinet, nec unam rem id enunciat, ſed contextum rerum per omnem deinceps ætatem futurarum complectitur. Hæc ſunt fulmina quæ prima accepto patrimonio & in novo hominis aut urbis ſtatu fiunt.* Idem.

c *Ultra decem annos portendere.*] Seneca idem, Quæſt. Nat. lib. 2. cap. 48. *Privata fulgura negant ultra decimum annum, publica ultra triceſimum poſſe differri.* Idem.

d *Impetratum Volſiniis & urbe & agris depopulatis, ſubeunte monſtro quod vocavere Oltam.*] Sic Vet. & Chiff. ſed ſincera lectio eſt, *Impetratum, Volſinios urbem agris depopulatis, ſubeunte monſtro, quod vocavere Voltam.* Alioqui ſerum erat Jovis Tonantis auxilium jam depopulata urbe. Quod autem ad monſtri nomen attinet, Tuſci terram vocabant Volam. Inde Volta terrigena bellua. *Gelenius.*

a *Ictum*

tum, in primo Annalium ſuorum tradit L. Piſo gravis auctor: quod imitatum parum rite Tullium Hoſtilium [a] ictum fulmine. Lucoſque & aras & ſacra habemus: [1] interque Statores, [2] & Tonantes, & [b] Feretrios, Elicium quoque accepimus Jovem. Varia in hoc vitæ ſententia, & pro cujuſque animo. [3] Imperari naturæ, audacis eſt credere: [c] nec minus hebetis, beneficiis abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit ſcientia, ut [d] ventura alia finito die præcinat:. & an [e] peremptura ſint fatum, aut [f] apertura [4] potius alia fata, quæ lateant innumerabilibus in utroque publicis privatiſque experimentis. Quamobrem ſint iſta (ut rerum naturæ libuit) [5] aliis certa, aliis dubia, aliis probata, aliis damnanda. Nos cætera, quæ ſunt in his memorabilia, non omittemus.

1 Inter quæ ſtatores. *Vet. alii*, inter quæſtores.
2 ac. *M. Chiff.*
3 imperari naturæ audaci, eſt credere, nec minus avitia beneficiis. *CH.* Imperare naturæ ſaceræ audacio. *Vet.*
4 prius. *Chiff.*
5 alias certa, alias. *Chiff. M.*

Cap. LIV. *Catholica fulgurum.*

[g] Fulgetrum prius cerni, quam tonitrum audiri, (cum ſimul fiant) certum eſt. Nec mirum; quoniam lux ſonitu velocior. Ictum autem & ſonitum congruere, ita modulante natura. Sed ſonitum profecti eſſe fulminis, non illati: etiamnum ſpiritum ocyorem fulmine; ideo quati prius omne

&

a *Ictum fulmine.*] Idem ſcribitur c.2. l.28. *Dalec.*

b *Feretrios.*] Feretrio opima ſpolia dicabantur. Numæ Pompilii lex prima: *Quojus auſpicio, claſſe procincta opima ſpolia capiuntor, Jovei Feretrio bovem cædito, quei cepit, æris tercenta darier oporteto.* Secunda, *Spolia in Martis aſam: in campo ſuove taurilia utra voluerit cædito.* Tertia, *Spolia Jano Quirino agnum marem cædito, quei ceperit centum æris dato. Quojus auſpicio capta Dis piacolom dato.* Fulv. Urſin. not. ad ll. P. Merula ſuper Enn. pag. 193. *Idem.*

c *Nec minus hebetis beneficiis abrogare fidem.*] *Habitis*, legit codex Tolet. non *hebetis.* Pintian.

d *Ventura.*] Seneca cap. 49. lib. 2. ex Cecinna: *Peremptalia fulmina quæ tollunt priorum minas: Regalia, quæ regum civitati minantur: Monitoria, quæ docent quid cavendum ſit, aut impendentis periculi evitationem continent.* Daleç.

e *Peremptura.*] Exoratura, placatura, ut pericula ſubmoveantur. Vide Senecam cap. 35. 26. Quæſt. Nat. *Idem.*

f *Apertura.*] Averſura. *Idem.*

g *Fulgetrum prius.*] Fulminis vim & impetum eleganter deſcribit Plautus in Amphitryon. his verbis: *Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus, ut ſubito, ut propere, ut tonuit valide.* Idem.

a Lava

& afflari, quam percuti: nec quenquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut [1] tonitru audierit. [a] Læva proſpera exiſtimantur; quoniam læva parte mundi ortus [2] eſt. Nec tam adventus ſpectatur, quam reditus, ſive ab ictu [3] reſiliat ignis, ſive opere confecto, aut igne conſumpto ſpiritus [4] remeet. [b] In ſedecim partes cœlum in eo [5] reſpectu diviſere Thuſci. Prima eſt à Septentrionibus ad Æquinoctialem exortum: ſecunda ad Meridiem, tertia ad Æquinoctialem occaſum: quarta obtinet, quod reliquum eſt ab Occaſu ad Septentriones. Has iterum in quaternas diviſere partes, ex quibus octo ab Exortu ſiniſtras, totidem è contrario appellavere dextras. Ex his maxime dira, [6] quæ Septentrionem ab Occaſu attingunt. Itaque perplurimum refert, unde venerint fulmina, & quo conceſſerint. Optimum eſt, in exortivas redire partes. Ideo cum à prima cœli parte venerint, & in eandem conceſſerint, ſumma felicitas portenditur, quale Syllæ Dictatori oſtentum datum accepimus. Cætera ipſius mundi portione minus [7] proſpera aut dira. Quædam fulgura enunciare non putant fas, nec audire, præterquam ſi hoſpiti indicentur, aut parenti. Magna hujus obſervationis vanitas, tacta Junonis æde, Romæ [8] deprehenſa eſt Scauro Conſule, qui mox [9] princeps fuit. Noctu magis, quam interdiu, ſine

1 tonitrui. *Vet.*
2 deeſt in *Chiff.*
3 reſilit. *CH.*
4 remeat. *Chiff.*
5 aſpectu. *M.*
6 quæ per Septentriones Occaſum. *Vet.*
7 proſpera. At dira quædam enunciare. *M.*
8 depreſſa Romæ.
9 *lego*, Senatus princeps, &c.

a *Læva proſpera exiſtimantur.*] Ad conſuetudinem Romani augurii dixit Ennius,

Quom tonuit lævum bene tempeſtate ſerena.

At Homericus Ulyſſes apud Achillem querens de ferocitate Trojanorum, neſcio quid hoc modo enunciat: *Proſpera Juppiter his dextris fulguribus edit.* Cicero 2. de Divinat. Homeri verſus eſt, Ζεὺς δὲ σφιν Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων. Idem teſtatur Pauſan. Meſſen. pag. 132. Victorius cap. 3. lib. 3. Muretus in Varronem cap. 6. 3. Apud Nonium è Catone. Fulguratores dicuntur fulgurum inſpectores, ut extiſpices, haruſpices. Vide Alex. ab Alex. c. 13. 5. Turneb. cap. 35. lib. 29. vide ſupra cap. 8. *Idem.*

b *In xvj. partes cœlum in eo reſpectu diviſere Thuſci.*] Exemplar Salmant. *in eo ſpectu*, habet, rectius: præceſſit enim mox ante, *Nec tam adventus ſpectatur, quam reditus.* Pintian.

ſine tonitribus fulgurat. Unum animal hominem non ſemper extinguit, cætera illico: [1] hunc videlicet natura tribuente honorem, cum tot belluæ viribus præſtent. Omnia contrarias [2] incubant in partes: [3] homo, niſi convertatur, vi percuſſus non expirat. Superne icti conſidunt. Vigilans ictus conniventibus oculis, dormiens patentibus reperitur. [a] Hominem ita exanimatum cremari fas non eſt: [b] condi terra religio tradidit. Nullum animal, niſi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnera [4] fulminatorum [5] frigidiora reliquo corpore ſunt.

1 huic. *M.*
2 concidunt. *M.*
3 homo niſi convertatur in percuſſas non expivar. *V.* Si convertatur in percuſſas non reſpirat. *M.*
4 fulminitorum. *Feſtus.*
5 frigidiora ſunt reliquo. *Chiff.*

Cap. LV. *Quæ non feriantur fulmine.*

Ex iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non icit: nec unquam quinque altius pedibus deſcendit in terram. Ideo pavidi altiores ſpecus tutiſſimos putant: aut tabernacula è pellibus belluarum, [c] quas [6] vitulos appellant; quoniam hoc ſolum animal ex marinis non percutiat; ſicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc [7] armiger hujus teli fingitur. In Italia inter [8] Tarracinam & [d] ædem Feroniæ, turres bellicis temporibus deſiere fieri, [9] nulla non earum fulmine diruta.

6 marinos vitulos. *Vet.*
7 armigera. *CH.*
8 Terracinem & ædem Feroniam. *CH.*
9 quia nonnullæ earum fulmine dirutæ. *M.*

Cap.

a *Hominem ita exanimatum.*] Credidit antiquitas Jovem tonare ac fulminare ſi quando iratus impios & perjuros ulciſci velit, aut lucos & ſacra loca violata, profanata, contaminata, parum caſte habita, expiari. Itaque ut Acro ſcribit, Aruſpicum & Pontificum doctrina, pollutum fuit quicquid de cœlo tangeretur. Turn. cap. 29. lib. 29. Inde apud Plautum in Trinummo, *fulgurita arbores.* Scalig. in Feſtum voce Occiſum & bidental. Turneb. cap. 22. 16. in leg. 12. Tabul. *Dalec.*

b *Condi terra.*] Antiquitus priuſquam gleba injecta eſſet, locus ubi crematum corpus erat, nil religionis habebat: injecta gleba tumulis corpus humatum dicebatur. *Idem.*

c *Quas vitulos appellant.*] Phocas ſcilicet. Harum pellis ut & Hiænarum fulmine non tangitur. *Idem.*

d *Ædem Feroniæ.*] Feronia libertorum Dea, in cujus templo ii, ſive bello capti, ſive compedibus ac ergaſtulo educti, ſeu vindicta manumiſſi forent, ſeu teſtamento, ſeu cenſu liberorum, ſtatum, munera & conditionem accipiebant. Alex. ab Alex. cap. 10. lib. 4. In Feroniæ templo numine afflati ſuper ignem citra noxiam incedebant, ut & virgines dicatæ templo Dianæ Perſicæ in Caſtrabalis, & ad montem Soractis Hyrpiarum familiæ, quibus ſenatus conſulto perpetua munerum vacatio conceſſa eſt. Idem cap. 2. lib. 6. Plin. cap. 2. lib. 7. *Idem.*

a Di

CAP. LVI.

[a] *De prodigioſis pluviis, lacte, ſanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis.*

[1] PRæter hæc [b] inferiore cœlo relatum in monumenta eſt, lacte & ſanguine pluiſſe M. [2] Acilio, C. Porcio coss. [c] [3] & ſæpe alias carne, ſicut [4] L. Volumnio, Servio Sulpitio coss. exque ea non [5] putruiſſe, quod non diripuiſſent aves. Item ferro in Lucanis, anno antequam M. Craſſus à Parthis interemptus eſt, omneſque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies, quæ [6] pluerat, ſpongiarum fere ſimilis fuit; aruſpices [7] cavenda præmonuerunt ſuperna vulnera. L. autem Paulo, C. Marcello coss. lana pluit circa caſtellum Cariſſanum, juxta quod poſt [8] annum [d] T. Annius Milo occiſus eſt. Eodem cauſam dicente lateribus coctis pluiſſe, [9] in ejus anni acta relatum eſt.

1 Præter hæc relatum in monumentis eſt cœlum lacte, &c. *M.*
2 Attilio. *Chiff.*
3 *In vett. & Chiff. legitur*, & ſæpe alias. ſicut carne, L. Volumnio, &c.
4 Publio, *ex Valerio* cap. 6. 1.
5 perputruiſſe. *CH. & M.*
6 pluit. *Chiff.*
7 *cavenda* deeſt in *Vet. M. & Chiff.*
8 d. in *Chiff.*
9 in acta ejus anni.

CAP. LVII.

De crepitu armorum, & tubarum de cœlo audito.

ARmorum crepitus, & tubæ ſonitus auditos è cœlo Cimbricis bellis accepimus: [10] crebroſque

10 crebroque. *M. & Chiff.*

a *De prodigioſis pluviis.*] Cœleſtes aquas ſive pluvias in ſublime piſcium examina ſecum rapere vide cap. 1. lib. 31. Apud Athenæum lib. 8. ex Phinia & Phylarcho piſcibus aliquando pluit. Contigit in Cherſoneſo toto triduo. Auctore Euſtathio in Dardania & Pæonia ranis pluit tam multis, ut incolis aufugiendum fuerit. Diodorus 4. Biblioth. Idem accidiſſe ſcribit in Vellauniis non ita ante multos annos: una nocte tantum erucarum è cœlo decidit, ut eas in domo reptantes, biduo toto, accenſa palea urere neceſſum fuerit, vix ad id ſufficiente hominum mulierumque turba. Vide Rhodig. cap. 3. 24. Jul. Obſeq. de prodig. 32. 34. 59. 60. *Idem.*

b *Inferiore cælo relatum.*] Cum hæc prodigia, oſtentaque acciderent prodigiali Jovi ſacrum fiebat. Plautus in Amphyt. *Sed mulier poſtquam experrecta eſt, prodigiali Jovi, Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatam oportuit.* Idem.

c *Et ſæpe alias carne, ſicut L. Volumnio, Servio Sulpicio Conſulibus.*] Tria illa verba, *& ſæpe alias*, præcedentibus junge. Deinde converſis verbis ſcribe quæ ſequuntur, *Sicut carne, L. Volumnio, &c.* ex apographo Toletano. *Pintianus.* *Et ſæpe alias carne, &c.*] Livius lib. 9. primæ Decad. *Dalec.*

d *T. Annius Milo.*] Cæſari lib. 3. belli civilis lapidis ictu periit, dum oppugnaretur Coſſa in agro Taurino. *Idem.*

que & prius, & poſtea. Tertio vero conſulatu Marii [a] ab [1] Amerinis & Tudertibus [b] ſpectata arma cœleſtia, ab Ortu Occaſuque inter ſe concurrentia, pulſis quæ ab Occaſu erant. Ipſum [c] ardere cœlum, minime mirum eſt, & ſæpius viſum, [2] majore vi ignis nubibus correptis.

1 Amamertinis. *CH. M.*

2 majore igne. *CH.*

CAP. LVIII. *De lapidibus è cœlo cadentibus.*

CElebrant Græci [d] Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis ſeptuageſimæoctavæ ſecundo anno, prædixiſſe cœleſtium [3] literarum ſcientia, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet è Sole. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Qui lapis etiam nunc oſtenditur, [e] magnitudine [4] vehis, [5] colore aduſto, comete quoque illis noctibus flagrante. Quod ſi quis prædictum credat, ſimul fateatur neceſſe eſt, majoris miraculi divinitatem Anaxagoræ fuiſſe; ſolvique rerum naturæ intellectum, & confundi omnia, ſi aut ipſe Sol lapis eſſe, aut unquam lapidem in eo fuiſſe credatur: [f] decidere tamen crebro, non erit dubium. [g] In Abydi gymnaſio ex ea cauſa colitur hodieque, modicus quidem, ſed quem in medio terrarum caſurum idem Anaxagoras prædixiſſe narratur. [6] Colitur & Caſſandriæ, quæ Potidæa vocitata eſt, ob id deducta. Ego ipſe vidi in Vocontiorum agro paulo ante delatum.

3 militiarum. *CH.*

4 vehiculi. *Vet.* vehibilis. *Salm.*

5 calore aduſtus. *Salm.*

6 Colitur & Potidææ, quæ Caſſandria vocitata eſt, colonia ab eo deducta.

CAP.

a *Ab Amerinis.*] Jul. Obſequens de prodig. 118. 125. *Idem.*

b *Spectata arma cœleſtia.*] Idem num. 76. 103. *Idem.*

c *Ardere cœlum.*] Jul. Obſeq. num. 13. 14. 15. 16. 30. &c. *Idem.*

d *Anaxagoram Clazomenium.*] Hegeſibuli vel Eubuli filium, Archelai & Euripidis magiſtrum, Anaximenis diſcipulum. De quo Leopard. cap. 17. 4. *Idem.*

e *Magnitudine vehis.*] Sic quidem exemplar Toletanum, at Salmanticenſe, *vehibilis* agnoſcit. *Pintian.*

f *Decidere tamen*] Vide lib. 1. cap. 31. *Dalec.*

g *In Abydi gymnaſio ex ea.*] Romæ quoties lapidibus pluiſſet, vel ab urbano Prætore, vel à Maximo Pontifice novendiale ſacrificium indicebatur; procurandi expiandique oſtenti gratia. Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 5. Sæpius autem pluiſſe refert Jul. Obſeq. de prodig. num. 3. 30. 32. &c. *Idem.*

a *Arcus*

CAP. LIX. *De arcu cæleſti.*

a ARcus vocamus, extra miraculum frequentes, & extra oſtentum. [b] Nam ne [1] pluvios quidem, aut ſerenos dies, cum fide portendunt. Manifeſtum eſt, radium Solis [c] immiſſum cavæ nubi, repulſa acie in Solem refringi, [d] colorumque [2] varietatem miſtura nubium, aëris, [e] [3] igniumque fieri. Certe niſi Sole adverſo non fiunt; nec unquam, niſi dimidia circuli forma: nec noctu; quamvis Ariſtoteles prodat aliquando viſum, quod tamen fatetur idem non [f] niſi [4] quartadecima Luna poſſe. Fiunt [5] autem hieme maxime ab Æquinoctio autumnali die decreſcente. Quo rurſus creſcente ab Æquinoctio verno, non exiſtunt: nec circa ſolſtitium longiſſimis diebus: bruma vero, hoc eſt, breviſſimis diebus, frequenter. Iidem [6] ſublimes humili Sole, humileſque ſublimi, & minores [7] occidente vel oriente, ſed in latitudinem diffuſi; meridie exiles, verum [8] ambitus majoris. Æſtate vero per meridiem non cernuntur, poſt autumni Æquinoctium, qua-

1 pluviales. *M.*
2 varietates. *M.*
3 luminumque. *Vet.*
4 triceſima. *M. & Chiff.*
5 autem hi maxime. *Vide Rhodig. cap. 27. lib. 22.*
6 Sole ſublimes humili humiles, &c. *M.*
7 Oriente vel occidente. *M. & Chiff.*
8 ambitu majores. *M.*

a *Arcus vocamus.*] Vide Rhodig. à cap. 24. uſque ad 32. lib. 22. Vitell. optica l. 10. Io. Fleiſcher. de iridibus. *Idem.*

b *Nam ne pluvios quidem.*] Seneca: *Undecunque apparuit non eaſdem minas affert. A Meridie ortus magnam vim aquarum vehit. Vinci enim non poteſt vehementiſſimo ſole, tantum eſt illi virium. Si circa Occaſum refulſit, rorabit, & leniter impluet. Si ab Ortu circave ſurrexerit, ſerena promittit.* Plautus de anu bibace in Curcul. *Ecce autem bibit arcus: pluet, credo, hercle hodie.* Poëta Elegiacus: *Cæruleus pluvias cur bibit arcus aquas?* Irin geminam copioſiſſimum imbrem portendere hoc verſu docet Aratus, ἢ δίδυμος διὰ μέσσον οὐρανὸν ἶρις. Interpres ejus Theon cauſam reddit. *Idem.*

c *Immiſſum cava nubi.*] Humidus enim vapor, in nubem concreſcens, ac deinde εἰς μικρὰς ῥανίδας νοτίζων, in exiguas ſtillas liqueſcens, non imaginem figuræ τὴν τοῦ σχήματος μορφὴν, ſed coloris oſtendit varietatem. *Idem.*

d *Colorumque varietatem.*] Tales colores apparent in Sapphiro nitida candelæ objecta, in aquæ cyatho quem feriunt ſolis radii, in vitri, cryſtallive anguloſa maſſa, ad lucem converſa. πολυώνυμον ὕδωρ vocat Heſiodus. *Idem.*

e *Igniumque fieri.*] Fit etiam per emphaſin, ſive ſymphaſin, lineis non rectis ſed refractis. Plutarch. de placit. Phil. lib. 3. c. 5. Stob. eclog. pag. 67. *Idem.*

f *Niſi quartadecima Luna poſſe.*] Ἐν τῇ πανσελήνῳ. Ariſt. Eodem anno bis viſam nocturnam Irin in Aquilone, Luna in Meridie poſita, non quidem plena, ſed amphicyrto obſervatum eſt. *Idem.*

quacunque hora, nec unquam plures ſimul, quam duo. [a] Cætera [1] ejuſdem naturæ non multis dubia eſſe video.

1 ejus. *M.*

Cap. LX.

De grandine, nive, pruina, nebula, rore.

[b] Grandinem conglaciato imbre gigni, & nivem eodem humore mollius coacto; pruinam autem ex rore gelido. Per hiemem nives cadere, non grandines: ipſaſque grandines interdiu ſæpius, quam noctu, & multo celerius reſolvi, quam nives. Nebulas nec æſtate nec maximo frigore exiſtere. [c] Rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec niſi ſerena nocte. Gelando liquorem minui, ſolutaque glacie non eundem inveniri modum.

Cap. LXI. [d] *De nubium imaginibus.*

Varietates colorum figurarumque in nubibus cerni, prout admiſtus ignis [2] ſuperet, aut [3] vincatur.

2 ſuperat. *M.*

3 vincitur. *M.*

a *Cætera ejuſdem naturæ multis dubia eſſe video.*] Hæc verba initium eſſe debent capitis ſequentis: alioqui magna lectoribus ariolandi occaſio præſtaretur. Differet enim Plinius capite proximo, de grandine, nive, rore, pruina, nebula, quæ ejuſdem videntur eſſe naturæ. *Pint. & Dalec.*

b *Grandinem conglaciato.*] Plutarch. de plac. phil. lib. 3. cap. 4. Stob. eclog. phyſ. lib. 1. c. 24. p. 63. *Dalec.*

c *Rores neque gelu.*] Ros imber tenuis, Alcam. ait eſſe, Jovis & Lunæ filiam. *διὸς θυγάτηρ ἔρσα τρέφει καὶ σελάνας δίας.* Nam, ut inquit Plutarchus, *πανσέληνος δροσοβόλος* ἐστιν: ac ideo canes pleniluniis *ἥκιστα ἰχνοσκοπίως εὐτυχεῖν*, quoniam roris frigiditas odorem abolet, nec *ἐᾷ ῥεῖν τὰς τῶν ζώων ἀποφοράς*: quæ cauſa eſt cur *δυσθήρατον* ſit *ἡ ἄγρα τοῦ ἔαρος*. Rhodig. capite 20. 26. Victorius capite 17. 14. Plutarchus *ἐν φυσικαῖς αἰτίαις* tradit obeſas mulieres rore pannis, aut mollibus velleribus collecto ac excepto pinguedinem minuere ac conſumere. Victorius cap. 6. 2. A rore milites Rorarii dicuntur: qui & Ferentarii, qui primi armatura levi prælium committunt, quemadmodum cœlum rorat ante pluviam. Plaut. in Frivolaria: *Ubi rorarii eſtis? D. en ſunt.* Vide Stevvech. ſuper Veget. lib. 1. capite 20. pag. 51. *Idem.*

d *De nubium imaginibus.*] Vide Ariſt. Meteor. lib. 1. cap. 2. *Idem.*

CAP. LXII. *De proprietatibus cœli in locis.*

PRæterea quaſdam proprietates [1] cœli quibuſdam locis eſſe. Roſcidas æſtate Africæ noctes. In Italia Locris, & [a] in lacu Velino, nullo non die apparere arcus. Rhodi & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cernatur: qualia aptius ſuis referentur locis. Hæc ſint dicta de aëre.

1 deeſt in *Chiff.*

CAP. LXIII. *De natura terræ.*

SEquitur terra, cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus [b] maternæ venerationis. Sic hominum illa, ut cœlum Dei; quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: noviſſime [c] complexa gremio jam à reliqua natura abdicatos, tum maxime, [d] ut mater, operiens; nullo magis [2] ſacramento, quam quo nos quoque [e] ſacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra brevitatem ævi. [f] Cujus numen ultimum jam nullis

2 ſacro merito *CH.* ſacra merito. *rectius.*

a *In lacu Velino.*] *Lago di Riete* hodie dicitur. Alias appellationes habes apud Ortel. Onomaſt. ſeu Theſaur. geogr. *Idem.*

b *Maternæ venerationis.*] Barn. Briſſon. form. lib. 1. pag. 49. *Idem.*

c *Complexa gremio.*] Ennius apud Varronem: *Eſt corpus terra, quæ dederat ipſa capit, neque diſpendii facit hilum.* Alibi: *Quæ dedit illa capit, neque diſpendii facit hilum.* Idem ex Epicharmo: *Iſthac terra gentes omnes peperit, & reſumit denuo: Iſthac dat cibaria, iſthac omnibus fruges gerit.* Idem.

d *Ut mater, operiens.*] Magnam olim & impiam fraudem admittere cenſebatur, qui in naufragum, aut inſepultum quemvis, terram non injeciſſet, Buzyre apud Athenienſes ejus caput execrato, qui id neglexiſſet. Horat. *Ne parce malignis arenæ oſſibus, & capiti inhumato Particulam dare.* Catullus in Argonaut. *Nec injecta tumulabor mortua terra.* Idem.

e *Sacros facit.*] Vetus lex fuit: *Ubi corpus hominis demortui condas, ſacer locus eſto.* Plutarchus ſacros mortuos appellat: quoniam eorum ſacra ſepulchra ſunt: inde Græcis dictum *ἀκίνητα μὴ κινεῖν.* Rhodig. cap. 19. 17. *Idem.*

f *Cujus numen ultimum jam nullis imprecamur, rati grave.*] Quid eſt imprecari numen? Imprécamur mala. Numen, niſi aliquid addas, nihil mali eſt. Tranſpoſuit unam ſyllabam neſcio quis, *Imprecamur rati*, ſcribendo, pro, *Precamur irati.* Dicebant enim male precantes, *Sit tibi terra gravis:* ſicut contra bene precantes, *Sit tibi terra levis:* ut eſt videre in epitaphiis. Irati precamur de-

lis [1] precamur irati grave: tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur homini. A quæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër denſatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, uſuſque mortalium ſemper ancilla, quæ coacta generat, quæ ſponte fundit! quos odores ſaporeſque! quos ſuccos! quos tactus! quos colores! quam bona fide creditum [2] fœnus reddit! quæ noſtri cauſa alit! Peſtifera enim animantia, vitali ſpiritu habente culpam, neceſſe eſt illi ſeminata excipere, & genita ſuſtinere. Sed in [3] malis generantium noxa eſt. Illa ſerpentem homine percuſſo non amplius recipit, pœnaſque etiam inertium nomine exigit; illa medicas fundit herbas, & ſemper homini parturit. Quin & venena noſtri miſertam inſtituiſſe credi poteſt; [a] [4] ne in tædio vitæ diræ famis mors, terræ meritis alieniſſima, lenta nos conſumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta diſpergerent, ne laquei torqueret pœna præpoſtera, incluſo ſpiritu, cui quæreretur exitus: ne in profundo quæſita morte, ſepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus ſcinderet corpus. [5] Ita eſt, miſerta genuit id, cujus facillimo hauſtu, illibato corpore, & cum toto ſanguine extingueremur, nullo labore, [6] ſitientibus ſimiles: [7] qualiter defunctos, non volucris, non fera attingeret, terræque ſervaretur, qui ſibi ipſi periſſet. [b] Et, ut verum fateamur, terra nobis malorum remedium [8] genuit; nos illud vitæ fecimus venenum. [c] Nos enim & ferro, quo carere

non

1 imprecamur rati grave. *Vet.*

2 deeſt in *M.*

3 in his malis.

4 ne in tædio vitæ fames, mors terræ meritis alieniſſima, lenta nos conſumeret tabe. *CH,*

5 ita genuit id. *M.* *cætera quæ interpoſita, ſunt delenda.*

6 ſeutientibus.

7 quo taliter.

8 genuit: illud vita fecit venenum. Num enim & ferro. *interrogative. Tol. Vet.:* facimus. *CH.*

functis terram gravem, cupientes & ipſam ejs iratam, quaſi neſciamus ſolum nunquam homini iraſci. *Gelen.*

a *Ne in tædio vitæ diræ famis mors, terræ meritis alieniſſima.*] Verbum, *diræ*, redundat ex Toletano archetypo. In quo etiam, *fames*, in recto, non *famis*. Pint.

b *Et ut verum fateamur.*] Duæ priores dictiones itidem redundant in eodem. *Idem.*

c *Nos enim & ferrum quo carere potuiſſemus, ſimili modo utimur.*] Archetypum idem, *Non enim*, &c. rectiſſime: ut ſit interrogatio urgens. *Idem.*

a Quaſi

non poſſumus, ſimili modo utimur. Nec tamen quereremur merito, etiamſi maleficii [1] cauſa tuliſſet. Adverſus unam quippe naturæ partem ingrati ſumus: [a] [2] quaſi non ad delicias quaſque, non ad contumelias ſerviat homini. In maria jacitur, aut, ut freta admittamus, [3] eroditur aquis, ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis, multoque plus, ut deliciis, quam ut alimentis famuletur noſtris. [4] Et tamen, quæ ſumma patitur atque extrema cute tolerabilia videantur. Penetramus in viſcera, auri argentique venas, & æris ac plumbi metalla fodientes; gemmas etiam & quoſdam parvulos quærimus [5] lapides, ſcrobibus in profundum actis. Viſcera ejus extrahimus, [b] ut digito geſtetur gemma, quam petimus. Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus! Si ulli eſſent inferi, jam profecto illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadem ad noxam genuit aliqua! Feræ enim credo cuſtodiunt illam, arcentque ſacrilegas manus. [6] Nonne inter ſerpentes fodimus, & venas auri tractamus cum [7] veneni radicibus? [c] Placatiore tamen Dea [8] ob hoc utimur, quod omnes hi opulentiæ exitus ad ſcelera cædeſque & bella tendunt: quamque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Quibus tamen, velut exprobrato furore, tandem ipſa ſe obducit & ſcelera quoque mortalium occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim, quod naturam ejus ignoramus,

1 cauſam attuliſſet. *Vet.*

2 Quaſve non inſervit. *Toll. interrogando.*

3 eruitur. *Vet.*

4 illa tamen. *M.*

5 lapides. Scrobibus in profundum actis viſcera. *M. alia diſtinctione*, petimus quot, *alia diſtinct.*

6 Nos inter. *Tol.* Nam inter. *Sal.*

7 venenis traducibus. *Vet. alii*, venenis trucibus *& recte.*

8 *Tol.* delet.

CAP.

a *Quaſi non ad delicias quaſque, non ad contumelias ſerviat homini.*] Elegantior ſcripta lectio cum interrogandi nota, *Quas non ad delicias, quaſque non ad contumelias ſervit homini?* Idem.

b *Ut digito geſtetur gemma, quam petimus.*] Eadem, cum interrogatione, *Ut digito geſtetur gemma, quo petitur?* Idem.

c *Placatiore tamen dea utimur.*] Poſtremum verbum deſideratur in ſcripta lectione. *Idem.*

Cap. LXIV. *De forma terræ.*

Est autem figura prima, de qua conſenſu judicat. [a] Orbem certe dicimus [1] terræ, globumque verticibus includi fatemur. Neque enim abſoluti orbis eſt forma; in tanta montium excelſitate, [b] tanta camporum planitie; ſed cujus amplexus, ſi capita [2] linearum comprehendantur ambitu, figuram abſoluti orbis efficiat: id quod ipſa rerum naturæ cogit ratio, non eiſdem cauſis, quas attulimus in cœlo. Namque in illo cava in ſe convexitas vergit, & cardini ſuo, hoc eſt terræ, undique incumbit. Hæc, ut ſolida atque conferta, aſſurgit, [3] intumeſcenti ſimilis, extraque protenditur. Mundus in centrum vergit: at terra exit à centro, immenſum ejus globum in formam orbis aſſidua circa eam mundi volubilitate cogente.

1 terræ globum, quem. *M. & CH.*

2 Cunctarum linearum. *Vet.*

3 & intumeſcenti ſimilis ex utraque parte extenditur. *t. M.*

Cap. LXV.

[c] *De Antipodibus, an ſint, & aquæ rotunditate.*

Ingens hic pugna literarum, contraque vulgi; circumfundi terræ undique homines converſiſque inter ſe pedibus ſtare, & cunctis ſimilem eſſe cœli verticem, ac ſimili modo ex quacunque parte mediam calcari: illo quærente, cur non decidant contra ſiti; tanquam non [4] & ratio præſto ſit, ut nos non decidere mirentur illi. Intervenit ſententia,

4 in M. deeſt, &.

a *Orbem certe dicimus.*] Eſſe τυμπανοειδῆ quoſdam exiſtimaſſe, alios κυνοειδῆ, alios τραπεζοειδῆ Plutarchus in Placitis philoſophorum ſcribit, lib. 3. cap. 10. Qui globoſam eſſe putant, ob id *apeirona* vocant, quod rotundi corporis nullus ſit finis, nullum initium. *Dalec.*

b *Tanta camporum planitie.*] Ea ratione Sophocles in Oedipode *Sternuchon* vocat: *ſterna* enim & νῶτα τῆς γῆς latæ fuſæque planities: αὐχένες vero anguſti campi metaphoricos dicuntur. Vide Rhodig. 18. 15. *Idem.*

c *De Antipodibus.*] De iis Manilius & Lucretius. Lactantius lib. 3. negat Antipodas. Vide & Plutarch. de Plac. Phil. lib. 3. cap. 11. Cleomed. Cyclic. lib. 1. cap. 2. pag. 323. Pomp. Mel. de ſitu orb. lib. 1. c. 1. *Idem.*

a In-

tia, quamvis indocili probabilis turbæ, [a] inæquali globo; ut ſi ſit figura pineæ nucis, nihilominus terram undique incoli. Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente? pendere ipſam, ac, non cadere nobiſcum, ſeu ſpiritus vis mundo præſertim incluſi, [1] dubia ſit: aut poſſit cadere, natura repugnante, & quo cadat, [2] negante. Nam ſicut ignium ſedes non eſt niſi in ignibus, aquarum niſi in aquis, ſpiritus niſi in ſpiritu, ita terræ, arcentibus cunctis, niſi in ſe, locus non eſt. Globum tamen effici mirum eſt, in tanta planitie maris camporumque. Cui ſententiæ adeſt Dicæarchus, [b] vir inprimis eruditus, regum cura permenſus montes, ex quibus altiſſimum prodidit Pelion, M. CCL. paſſuum, ratione perpendiculi, [c] nullam eſſe [3] eam [4] portionem univerſæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc videtur conjectatio, haud ignaro quoſdam Alpium vertices, longo tractu, nec breviore L. millibus paſſuum aſſurgere. Sed vulgo [5] maxima hæc pugna eſt, ſi coactam in verticem aquarum quoque figuram credere cogatur. Atqui non aliud in rerum natura aſpectu manifeſtius. Namque & dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus: & pulveri illatæ, frondiumque lanugini impoſitæ, abſoluta rotunditate cernuntur: & in poculis repletis media maxime tument: [d] quæ propter ſubtilitatem humoris, [6] mollitiamque in ſe reſidentem, ratione facilius, quam viſu, deprehenduntur. Idque etiam magis

1 dubium ſit. *Chiff.*
2 non dante. *Vet.*
3 eam altitudinem proportione univerſitatis. *Vet.*
4 portione univerſæ rotunditatis, *hoc eſt*, ſi univerſæ rotunditatis ſpectes proportionem, *quod genus locutionis Plinio in primis eſt familiare.*
5 maxime. *M. & Sabellicus.*
6 mollitiemque in ſe reſidentem. *Tol.*

a *Inæquali globo.*] Multis ſedibus & veluti ſcalarum gradu diſtincto. *Idem.*

b *Vir in primis eruditus.*] Cujus nuper quædam geographica, &c. edidit Henr. Stephan. in quibus tamen locum hunc exſtare non memini. *Idem.*

c *Nullam eſſe eam portionem univerſæ rotunditatis colligentis.*] Scribendum, *portione*, auferendi caſu, non, *portionem*, & Pliniano loquendi more, hoc eſt, ſi ratio reſpectuſque habetur univerſæ rotunditatis: ut pronomen, *eam*, referas ad rationem perpendiculi. *Pintian.*

d *Quæ propter ſubtilitatem humoris, mollitiamque in ſe reſidentem.*] Exemplar utrunque, Salmant. & Tol. *reſidente*, habet, ut intelligas *humore*. Utitur ſubinde tali locutione Plinius. *Idem.*

a *Globo*

gis mirum, in poculis repletis, addito humore minimo circumfluere quod ſuperſit: contra evenire ponderibus additis ad vicenos ſæpe denarios: ſcilicet quia intus recepta liquorem in verticem attollant, at cumulo eminente [1] infuſa dilabantur. Eadem eſt cauſa propter quam è navibus terra non cernatur, è navium malis conſpicua: ac procul recedente navigio, ſi quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim deſcendere videatur, & poſtremo occultetur. Denique Oceanus, quem fatemur ultimum, quanam alia figura cohæreret, atque non decideret, nullo ultra margine includente? [2] Ipſum id ad miraculum redit, quonam modo, etiamſi globetur, extremum non decidat mare. Contra quod, ut ſint plana maria, & qua videntur figura, non poſſe id accidere, magno ſuo gaudio, magnaque gloria inventores Græci ſubtilitate geometrica docent. Namque cum è ſublimi in inferiora aquæ ferantur, & ſit [3] hæc natura earum confeſſa; nec quiſquam dubitet [4] in litore ullo acceſſiſſe eas, quo longiſſime devexitas paſſa ſit; procul dubio apparere, quo quid humilius ſit, propius centro eſſe terræ, omneſque lineas, quæ emittuntur ex eo ad proximas aquas, breviores fieri, quam quæ ad extremum mare à primis aquis. Ergo totas, omnique ex parte aquas vergere in centrum: ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur. Quod ita formaſſe artifex [5] Natura credi debet, ut cum terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet, nec rurſus ſtare aqua, niſi ſuſtinente terra, mutuo [6] implexu jungerentur; hac ſinus pandente, illa vero permeante totam, intra, [7] extra, ſupra, venis, ut vinculis, diſcurrentibus, atque etiam in ſummis jugis erumpente: [8] quo ſpiritu acta & terræ pondere expreſſa, ſiphonum modo emi-

1 infra. *Vet.*

2 In idipſum ad miraculum rediit. *Chiff.*

3 ſit hic naturæ earum conſenſus. *M.* & ſit hæc natura conceſſa. *alii.*

4 in littus ullum acceſſiſſe eas niſi quo longiſſima. *Vet.*

5 Naturæ. *Ch.*

6 complexu fungerentur. *Vet. Tol.*

7 extra, intra, ſup.

8 quibus.

emicat: tantumque à periculo decidendi abeſt, ut in ſumma quæque & altiſſima exiliat. Qua ratione manifeſtum eſt, quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcant.

CAP. LXVI.

Quomodo aqua ſit terræ innexa.

EST igitur in toto ſuo [a] globo tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. Nec argumentis hoc inveſtigandum, ſed jam experimentis cognitum.

CAP. LXVII.

De navigatione maris, & fluminum.

A Gadibus, columniſque Herculis, Hiſpaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie navigatur Occidens. Septentrionalis vero Oceanus, majore ex parte navigatus eſt, auſpiciis Divi Auguſti, Germaniam claſſe circumvecta ad [b] Cimbrorum promontorium: & inde immenſo mari proſpecto, aut fama cognito, ad [1] Scythicam plagam, & humore nimio rigentia. Propter quod minime veriſimile eſt illic maria deficere, ubi [2] vis humoris ſuperet. Juxta vero ab Ortu ex Indico mari, [c] ſub eodem ſidere pars tota vergens in [d] Caſpium mare, pernavigata eſt Macedonum armis, Seleuco atque Antiocho

1 Scythicam ad plagam. *Chiff.*

2 humoris vis. *CH. & M.*

a *Globo tellus medio.*] Hic Plinius mediam tantum terram mari præcinctam eſſe, reliquum vero dimidium eminere extra undas, velut pila aut globus aquis innatans ait ex Thalis Mileſii ſententia. Ariſt. de cœlo, lib. 2. *Dalec.*

b *Cimbrorum promontorium.*] Cherſoneſum Cimbricam, quam incolunt Holſatienſes. *Idem.*

c *Sub eodem ſidere.*] Sidus hic plagam mundi ſignificat. Vide Turn. c. 24. lib. 18. Adverſ. *Idem.*

d *Caſpium mare.*] Errores vet. de hoc mari exſtant apud noſtrum auctorem infra lib. 4. cap. 13. & apud Capellam lib 6. pag. 247: & apud Dionyſ. περιηγησ. verſ. 47. & 727. Melam lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 5. & Strab. lib. 11. Ortel. Theſaur. Hyrcan. Vivaque effigie in tab. geograph. ſeptentrional. terrar. Gerardi Mercat. Atque hinc quoque factum, ut veteres ſcriptores ſinum nuncupent. Quod dum noſtrates plerique κακόζηλοι non animadvertunt, & ipſi eleganter ſcilicet ſcripturi eodem quoque nomine utuntur. *Idem.*

a *Sive*

tiocho regnantibus, qui & Seleucida atque Antiochida ab ipſis appellari voluere. Circa Caſpium quoque [1] multa Oceani litora explorata, parvoque brevius, quam totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Ut tamen conjecturæ locum ſic quoque non relinquat, ingens argumentum paludis Mæoticæ, ſive ea illius Oceani ſinus eſt, ut multos adverto credidiſſe, [a] ſive anguſto diſcreti ſitu reſtagnatio. Alio latere Gadium, ab eodem Occidente, magna pars Meridiani ſinus ambitu Mauritaniæ navigatur hodie. Majorem quidem ejus partem, & Orientis, victoriæ Magni Alexandri luſtravere, uſque in Arabicum ſinum. In quo res gerente C. Cæſare Auguſti filio, ſigna navium ex Hiſpanienſibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit ſcripto: ſicut ad extera Europæ noſcenda miſſus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor eſt, [b] Eudoxum quendam ſua ætate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum, Gades uſque pervectum: multoque ante eum Cœlius Antipater, vidiſſe ſe, qui navigaſſet ex Hiſpania in Æthiopiam commercii gratia. Idem Nepos de Septentrionali circuitu tradit, Quinto Metello Celeri, C. [2] Afranii in Conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ proconſuli, Indos à rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſa navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Sic maria circumfuſa undique dividuo globo, partem orbis

[1] multo labore Oceani. *M.*

[2] Sabellicus emendavit, *Africani.*

a *Sive anguſto ſitu diſcreti.*] Deſideratur verbum, *ſitu*, in exemplari Salmant. recte puto. Pari locutione uſus eſt lib. 5. cap. 51. *Tam parvo diſtat tanta rerum natura diverſitas.* Pintian.

b *Eudoxum.*] Navigatorem, non Aſtrologum, de quo Petronius in Satyra: *Eudoxus quidem in excelſiſſimi montis cacumen conſcendit, ut aſtrorum cœlique motus deprehenderet.* Vide Strabonem lib. 2. qui diverſæ eſt à noſtro auctore ſententiæ. *Dalec.*

a *Jam*

orbis auferunt nobis; nec inde huc, nec hinc illo pervio tractu. Quæ contemplatio apta detegendæ mortalium vanitati, poſcere videtur, ut totum hoc, quicquid eſt, in quo ſingulis nihil ſatis eſt, ſeu ſubjectum oculis, quantum ſit oſtendam.

CAP. LXVIII. *Quæ portio terræ habitetur.*

[a] JAm [1] primum in dimido computari videtur, tanquam nulla portio ipſi decidatur Oceano: qui toto circundatus medio, & omnes cæteras fundens recipienſque aquas, & quicquid exit in nubes, ac [b] ſidera ipſa tot & tantæ magnitudinis paſcens, quo tandem amplitudinis ſpatio credetur habitare? Improba & infinita debet eſſe tam vaſtæ molis poſſeſſio. Adde quod ex relicto plus abſtulit cœlum. Nam cum ſint ejus quinque partes, [c] quas vocant

1 Jam primum inde mihi diſputandum videtur, cum nulla portio ipſi decedat. *M.* Inde mihi diſputandum videtur, quænam portio illius ipſi decedat Oceano. *Vet. Pint.* aſtipulatur *Chiff.*

a *Jam primum in dimidio computari videtur, tanquam nulla portio ipſi decidatur Oceano.*] Codex Salmant. & Romana impreſſio, *Jam primum inde mihi diſputari videtur, cum nulla portio, &c.* Scribendum reor, *quænam illius portio ipſi decedat oceano*, hoc ſenſu, Caput hujus diſputationis eſſe videtur, quanta ſit illa terræ portio, quæ Oceano ceſſerit, quam permagnam eſſe ſimile vero eſt, cum in confeſſo ſit Oceani vaſtitas. *Pintianus.* *Jam primum in dimidio computari mihi videtur tanquam nulla portio ipſi decedat Oceano.*] *Mihi*, redundat: nam ipſe improbat eam opinionem. Et pro, *Decedat*, *Decidatur*, legendum. Portio terræ deciditur Oceano, eique accedit, non decedit. *Gelen.*

b *Sidera ipſa.*] Vide adnotata cap. 9. hujus libri. *Dalec.*

c *Quas vocant zonas.*] Eratoſthenes in Hermete, apud Heraclidem lib. 2. de Allegoriis Homericis,

Πέντε δ' αἱ ζῶναι περιειλήγεες ἐσπείρηντο,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
Ἡ μία ψαφαρή τε καὶ ἔμπυρος, οἷον ἐρυθρὴ,
Τυπτομένη φλογμοῖσιν ἐπεὶ ῥά ἑ μοῖραν ὑπ' αὐτὴν
Κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθέρεες πυρῶσιν.
Αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοιο περιπεπτηυῖαι,
Αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι.

Verſus hos Virgilius ſic expreſſit:

Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quam circa extremæ dextra lævaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter mediamque duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ divûm.

Homer. in Achillis clypeo πτύχας vocat: & polis vicinas ex albo plumbo factas ait: mediam, auream, id eſt, igneam: reliquas duas ad tropicos ſitas, æneas, velut

vocant Zonas, infeſto [a] rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid eſt ſubjectum duabus extremis, utrinque circa vertices; hunc qui [b] Septentrio vocatur, eumque qui adverſus illi, Auſtrinus appellatur. Perpetua caligo utrobique, & alieno molliorum ſiderum aſpectu, maligna, ac pruina tantum albicans [1] lux. Media vero terrarum, qua ſolis orbita eſt, [c] exuſta flammis & cremata, cominus vapore torretur. Circa duæ tantum, inter exuſtam & rigentes, temperantur: eæque ipſæ inter ſe [d] non perviæ, propter incendium [2] ſideris. Ita terræ tres partes abſtulit cœlum: Oceani rapina in incerto eſt. Sed & relicta nobis una portio, haud ſcio an etiam in majore damno ſit. Idem ſiquidem Oceanus infuſus in multos (ut [3] dicemus) ſinus, adeo vicino acceſſu interna maria allatrat, ut centum xv. millibus [4] paſſuum Arabicus ſinus diſtet ab Ægyptio mari: Caſpius vero CCCLXXV. millibus à Pontico. Idem interfuſus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Aſiamque [5] diſpeſcit. Quantum terrarum occupet, computetur etiam nunc menſura tot fluminum, tantarum paludum. Addantur & lacus, & ſtagna: jam elata in cœlum, & ardua aſpectu quoque juga: jam ſilvæ, valleſque præruptæ, & ſolitudines, & mille cauſis [6] deſerta detrahantur. Hæ tot portiones terræ, imo vero, ut

1 albicans. Lux vero media terrarum. *Chiff.*

2 ſiderum. *M. & Chiff.*

3 diximus. M. ſc. ſupra cap. 67.

4 paſſuum tantum Arabicus, &c. *Vet.*

5 dum diſpertit. *M.* diſpeſcit, multum terrarum occupat. *Comput. Vet.*

6 deſerta detrahantur terræ. Imo. *M.*

veluti medii coloris inter aurum & plumbum.

Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτερείας, τὴν δὲ μίαν χρυσέην. Zonas has eleganter deſcripſerunt Ovid. 1. Met. Claudian. lib. de raptu Proſerpinæ, Hadrianus Junius cap. 5. 3. Procl. ſphær. cap. 19. *Idem.*

a *Rigore.*] Glacie ad Septentrionem, imbribus ad Meridiem. *Idem.*

b *Septentrio.*] Triones boves qui terram arant, colunt, terunt, quaſi teriones. Hoc ſidus quod cœli vertex eſt, à ſtellarum figura & poſitu ſimile plauſtro Græci *ἄμαξαν* vocarunt: Romani à ſeptem ſtellis ita junctis ut triones juncti videantur Septentriones. Vide Aulum Gell. cap. 21. lib. 11. Feſt. in Septentriones, nonnihil reſtitutum à Merula ſuper Enn. p. 36. & 614. *Idem.*

c *Exuſta flammis.*] Sub Æquinoctiali. *Idem.*

d *Non perviæ.*] Quoniam ut ipſe putat ſub Æquinoctiali commeare non licet. *Idem.*

a *Mundi*

ut plures tradidere, [a] mundi punctus, (neque enim eſt aliud terra in univerſo.) Hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hic honores [1] gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic [2] tumultuatur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam civilia, mutuiſque cædibus laxiorem facimus terram. [b] Et ut publicos gentium furores tranſeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini ceſpitem noſtro ſolo [3] affodimus, ut qui latiſſime rura metatus fuerit, ultraque [4] fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad menſuram avaritiæ ſuæ propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat!

1 querimus. V.
2 tumultuamur. Chiff.
3 ordimur. M. affodimus. Et ut quis. Vet.
4 famam. Chiff.

CAP. LXIX.

Mediam eſſe mundi terram.

[c] MEdiam eſſe [5] mundi totius haud dubiis conſtat argumentis; ſed [6] clariſſime Æquinoctii paribus horis. Nam niſi in medio eſſet, æquales dies noctesque haberi non poſſe deprehenderunt & [d] Dioptræ, quæ vel maxime id confirmant: cum Æquinoctiali tempore ex eadem linea Ortus Occaſuſque cernatur, & ſolſtitialis exortus per

5 eſſe terram mundi. Chiff. M.
6 clariſſimo. M.

a *Mundi punctus.*] Vide Senecam in procemio. *Idem.*

b *Et ut publicos gentium furores tranſeam.*] Lege ex Mss. *Et, (ut publicos furores tranſeam) hæc* (terra eſt) *in qua conterminos pellimus furtoque vicini caſpitem noſtro ſolo ordimur: ut qui latiſſime rura metatus fuerit, ultraque famam exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, vel cum ad menſuram avaritia ſua propagaverit? quam tandem portionem ejus defunctus obtineat.* Vide Gronovii Obſervat. lib. 1. cap. 4.

c *Mediam eſſe mundi.*] Vide Ariſtot. lib. 2. de cœlo, cap. 2. Plutarch. de plac. Phil. lib. 3. cap. 11. Achil. Stat. ſuper Arat. pag. 84. *Dalec.*

d *Dioptræ.*] Aſtronomica inſtrumenta, quale noſtrum Aſtrolabium à Ptolomæo, ut cenſent, excogitatum, quo Lunæ, Solis, & reliquorum aſtrorum intervalla cognoſcuntur. Geminus teſte Proclo ſuper 1. Eucl. lib. 1. cap. 13. Aſtronomiæ tres conſtituit partes, *γνωμονικὴν, μετεωροσκοπικὴν καὶ κατοπτρικὴν.* Et quamvis id non ſit accurate dictum: cum multis aliis hæc poſtrema ſcientia atque ars inſerviat matheſeos quoque partibus: hoc tamen conſtat, in univerſum dictam eam, quæ de quibuſvis inſtrumentis mathematicis pertractat, quibus oculorum adhibita acie, per ipſorum pinnacidia adſpectando quidpiam indagamus. Atque ita & ejus generis quoque inſtrumenta omnia generali nomine hac lege dicuntur dioptræ. *Idem.*

per ſuam lineam, Brumaliſque occaſus. Quæ accidere nullo modo poſſent, niſi in centro ſita eſſet.

Cap. LXX.

De ſiderum ortus inæqualitate, & de ecleipſi, & ubi, & quare.

TRes autem circuli ſupra dictis zonis implexi, inæqualitates temporum diſtinguunt: Solſtialis à parte Signiferi excelſiſſima nobis, ad Septentrionalem plagam verſus; contraque ad alium Polum brumalis; item medio ambitu Signiferi orbis incedens [a] Æquinoctialis. Reliquorum, quæ miramur, cauſa in ipſius terræ figura eſt, quam globo ſimilem, & cum ea [1] aquas, iiſdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubie, ut nobis Septentrionalis plagæ ſidera nunquam occidant; contra Meridianæ nunquam oriantur: rurſuſque hæc illis non cernantur, attollente ſe contra medios viſus terrarum globo. Septentriones non cernit Troglodytice, & confinis Ægyptus: [2] nec Canopum Italia, [b] & quem vocant Berenices crinem; item quem ſub Divo Auguſto cognominavere Cæſaris thronon, [3] inſignes ibi ſtellas. Adeoque manifeſto aſſurgens faſtigium curvatur, ut Canopus quartam fere partem ſigni unius ſupra terram eminere Alexandriæ intuentibus videatur: eadem à Rhodo terram quodammodo ipſam ſtringere: in Ponto omnino non cernatur, ubi maxime ſublimis Septentrio. Idem à Rhodo abſconditur, magiſque Alexandriæ. In Arabia Novembri menſe prima vigilia occultus, ſecunda ſe oſtendit: in Meroë

1 aquam. *M.*

2 nec Canopum Italia, ſed quem vocant Berenices crinem. *Vitruv. lib. 9. c. 6. 7.*

3 inſignis ibi ſtella. *M. Chiff.* *Quidam:* ſtella Canopus adeo manifeſto ſurgens faſtigio cernitur, ut quartam, &c.

a *Æquinoctialis.*] Ab hoc loco in finem uſque capitis LXXVII. una eſt & brevis ſententia: Terram & aquas eſſe circacumque rotundas, idque multis probat exemplis. *Idem.*

b *Et quem vocant Berenices crinem.*] Lege: *Veneris crinem.* Salmaſius pagina 759. b.

a *Neque*

Meroë Solſtitio veſperi pauliſper apparet, pauciſque ante exortum Arcturi diebus pariter cum die cernitur. Navigantium hæc maxime curſus deprehendunt, in alia adverſo, in alia prono mari, ſubitoque conſpicuis, atque ut è freto emergentibus, quæ in anfractu pilæ latuere ſideribus. [a] Neque enim (ut dixere aliqui) mundus [1] hoc Polo excelſiore ſe attollit: [2] aut undique cernerentur hæc ſidera: [b] verum hæc eadem [3] quibuſque proximis ſublimiora creduntur: eademque demerſa longinquis: utque nunc ſublimis in [4] dejectu poſitis videtur hic vertex, ſic illam terræ devexitatem tranſgreſſis, illa ſe attollunt, reſidentibus quæ hic excelſa fuerant: quod niſi in figura pilæ, accidere non poſſet. [5] Ideoque defectus Solis ac Lunæ veſpertinos Orientis incolæ non ſentiunt; nec matutinos ad Occaſum habitantes: meridianos vero ſæpius. Nobili apud Arbela magni Alexandri victoria, Luna defeciſſe noctis ſecunda hora prodita eſt: eademque in Sicilia exoriens. [c] Solis defectum, Vipſanio & Fonteio coss., qui fuere ante paucos annos, factum [6] pridie Calendas Majas, Campania hora dici inter ſeptimam & octavam ſenſit: Corbulo dux in Armenia

1 hic. *M.*
2 ut. *M.* & *Chiff.*
3 proximis quibuſque. *Pint.*
4 dejectum. *M.*
5 que *deeſt in M.*
6 undecimo Calend. Majas. *adſtipulante etiam Marciano, qui de hac ipſa loquens eclipſi, in diem xi. Calend. Majas eam incidiſſe ait.*

a *Neque enim, &c. mundus hic polo excelſiore ſe attolit, ut undique non cernantur hac ſidera.*] Sic leg. alii, Primum non, *Mundus hic*, ſed, *Hoc polo*, legendum: deinde, *Aut undique cernerentur hac ſidera. Aut*, id eſt, alioqui. nam & hoc ſignificatu apud probos auctores reperitur hæc particula. Sic lib. 19. cap. 5. *Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt.* Gelen.

b *Verum hac eadem quibuſque proximis ſublimiora cernerentur.*] Mallem legere permutato verborum ordine, *proximis quibuſque*, uſitatiore loquendi modo. *Pintian.*

c *Solis defectum Vipſanio & Fonteio conſulibus, qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas Majas Campania ſenſit.*] Marcianus, qui Plinii breviarium compoſuit, non *pridie Kalendas*, ſed *xi. Kalendas*, legit in Plinio. Exemplar Toletanum *ij. Kalendas*, habet, ut facilis fuerit librarii lapſus in alterutram partem. Horum Conſulum, qui Neronis principatu magiſtratum geſſerunt, meminere tum Plinius infra hoc ipſo libro tum Cornelius Tacitus libri decimiquarti initio. Meminit & Fonteii Juvenalis poeta:

--- *Stupet hac qui jam poſt terga reliquit*
Sexaginta annos Fonteio conſule natus.

Marciani codices, ut hoc obiter notetur, atrox menda invaſit. *Apiano* enim & *Fonteio conſulibus* legitur, pro *Vipſanio & Fonteio conſulibus.* Idem.

menia inter horam diei decimam & undecimam prodidit viſum, circuitu globi alia & aliis detegente & occultante. Quod ſi plana eſſet terra: ſimul omnia apparerent cunctis, noctesque non fierent inæquales: neque [1] alias, quam in medio ſitis, paria duodecim horarum intervalla cernerentur, [2] quæ nunc in omni parte ſimili modo congruunt.

1 aliis. *M.*
2 quæ nunc non, &c. *M.*

Cap. LXXI.

Qua ratio diurnæ lucis in terris.

IDeo nec nox dieſque quævis eadem toto orbe ſimul eſt, oppoſitu globi noctem, aut ambitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In Africa Hiſpaniaque turrium Annibalis: in Aſia vero propter piraticos terrores, ſimili ſpecularum præſidio excitato: [a] in queis [3] prænunciativos ignes ſexta hora diei accenſos, ſæpe compertum eſt, [b] tertia noctis à tergo ultimis viſos. Ejuſdem Alexandri curſor Philonides, ex Sicyone Elin mille & ducenta ſtadia novem diei confecit horis: indeque quamvis declivi itinere, tertia noctis hora [4] remenſus eſt ſæpius. Cauſa, quod eunti cum Sole iter erat: [c] [5] eundem remeans obvium contrario prævertebat occurſu. [d] Qua de cauſa ad Occaſum navigantes, quamvis breviſſimo die, vincunt ſpatia nocturnæ navigationis, ut Solem ipſum comitantes.

3 prænuntios. *V.* Prænuntiaturos. *Pint.*
4 reverſus eſt. Cauſa. *M.*
5 eundemque. *M.*

Cap.

a *In queis prænunciativos ignes.*] Lego, *prænunciaturos*, aut quod magis probo, ut infra cap. 86. *Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuncium eſſet.* Idem.

b *Tertia noctu à tergo ultimis viſos.*] Melichius hoc eſſe credibile non putat, ſicut nec quod de Alexandri curſore ſequitur. *Dalec.*

c *Eundemque remeans obvium contrario prætervertebat occurſu.*] Malui, quod eſt in ſcriptis exemplaribus, *Prævertebat*: prævertimus enim ad eandem metam nobiſcum tendentes, non obvios. Et æque integra locutio eſt abſque conjunctione, *Que*. Gelen.

d *Qua de cauſa ad Occaſum navigantes, &c.*] Ita hæc continuanda ſunt, quæ perperam in Editis diducta leguntur: *Qua de cauſa ad Occaſum navigantes, &c. ut Solem ipſum comitantes, vaſaque horoſcopa non ubique eadem ſunt uſui, &c.* Salmaſ. p. 651. a.

a Vaſa-

CAP. LXXII.

Gnomonica de eadem re, & horologio primo.

[a] Vaſaque [1] horoſcopa non ubique [2] eadem ſunt uſui, in [3] trecentis ſtadiis, aut, ut longiſſime in quingentis, mutantibus ſemet umbris Solis. Itaque umbilici ([b] quem gnomonem appellant) umbra, in Ægypto meridiano tempore, Æquinoctii die, paulo plus quam dimidiam gnomonis menſuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deeſt umbræ. [c] In oppido [4] Ancone ſupereſt quinta [5] trigeſima. In parte Italiæ, quæ Venetia appellatur, eiſdem horis umbra gnomoni par fit.

1 horoſpica. *Tol.* 2 eidem. *Longol.* 3 tricenis. *CH.* 4 Ancona. *M.* 5 treceſima. *M.*

CAP. LXXIII. *Ubi & quando nulla umbra.*

Similimodo tradunt in Syene oppido, quod eſt ſupra Alexandriam quinque millibus [6] ſtadiorum, Solſtitii die medio nullam umbram jaci: puteumque ejus experimenti gratia factum, totum illuminari. Ex quo apparere, tum Solem illi loco ſupra verticem eſſe: quod & in India ſupra flumen Hypaſin fieri tempore eodem Oneſicritus [7] ſcripſit. Conſtatque in Berenice urbe Troglodytarum, & inde ſtadiis quatuor millibus DCCCXX in eadem gente, Ptolemaide oppido, [d] quod in margine Rubri

6 ſtadium. *Chiff.* 7 ſcribit. *Chiff.*

a *Vaſaque horoſcopa non ubique eidem ſunt uſui.*] *Horoſpica*, uterque codex, Tol. & Salmant. legit. Græci horoſcopia appellant *Pintian*. *Vaſaque horoſcopa non ubique eidem ſunt uſui.*] Lege, *Eadem*, id eſt, vaſa. *Gelen.*

b *Quem gnomonem appellant.*] Vide infra cap. 10. lib. 36. & cap. 60. & 34. lib. 7. Item Vegetium cap. 8. lib. 9. Vitruvium lib 9. c. 4 & 8. Ex recentioribus vero Clavium gnomonicis. *Dalecampius.*

c *In oppido Ancona.*] Scribo, *Ancone*, nec enim primæ, ſed tertiæ inflexionis eſt. Ancon Græce, apud nos Anco, ut Naro, Narbo, Hippo, Aſcalo, aſtipulantibus non ſolum vetuſtis codicibus, ſed etiam Priſciano grammatico. *Pintianus.*

d *Quod in margine Rubri maris ad primos, &c.*] Scribe: *Quod in margine Rubri maris primum, ad elephantorum venatus conditum eſt.* Vide *Salm.* pag. 424. a. Paulo poſt ibid. legend. *Rurſus in Meroë, inſula hac, caputque gentis Æthiopum quinque millibus ſtadium (a Syene in amne Nilo habitatur, bis in anno abſumi umbras ſole duodeviceſimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente.*

Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum eſt, hoc idem ante ſolſtitium quadragenis quinis diebus, totidemque [1] poſtea fieri, & per eos xc. dies in Meridiem umbras jaci. Rurſus in [2] Meroë Inſula, quæ eſt caput gentis Æthiopum, & quinque millibus [3] ſtadiorum à Syene in amne Nilo habitatur, bis anno abſumi umbras, Sole duodevicesimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente. In Indiæ gente Oretum, mons eſt Maleus nomine, juxta quem umbræ æſtate in Auſtrum, hieme in Septentrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet Septentrio. In eadem India [4] Patales celeberrimo portu, Sol dexter oritur, umbræ in Meridiem cadunt. Septentrionem, ibi Alexandro morante, [5] annotatum prima tantum noctis parte aſpici, Oneſicritus dux ejus ſcripſit: quibus in locis Indiæ umbræ non ſint, Septentrionem non conſpici, & ea loca appellari Aſcia, nec horas dinumerari ibi.

1 poſt. *M.*

2 Meroë inſula, hæc quæ eſt &c. *Chiff.* Meroë, inſula hæc caputque. *Tol.*

3 ſtadium. *Chiff.*

4 Patalis. *Chiff.*

5 annotatum, ſed princ.

Cap. LXXIV.

Ubi bis anno umbra, & ubi in contrarium.

AT in tota Troglodytice, umbras bis quadragintaquinque diebus in anno Eratoſthenes [a] in contrarium cadere prodidit.

Cap. LXXV.

Ubi longiſſimus dies, & ubi breviſſimus.

SIc fit, ut vario lucis incremento, in Meroë longiſſimus dies XII horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat: Alexandriæ vero XIV horas: in Italia quindecim; in Britannia XVII; [b] ubi æſtate

a *In contrarium cadere prodidit.*] Hoc evenit, quia Troglodytica ſita eſt inter Tropicum Cancri & Æquatorem. *Dalecampius.*

b *Ubi æſtate lucidæ noctes haud dubie repromittunt, id quod cogit ratio credi, ſolſtitialibus diebus accedente Sole propius verticem mundi, anguſto lucis ambitu ſubjecta*

æſtate lucidæ [1] noctes, haud dubie repromittunt id, quod cogit ratio credi; ſolſtitii diebus accedente Sole propius verticem mundi, anguſto lucis ambitu, ſubjecta terræ continuos dies habere [*] ſenis menſibus noctesque è diverſo ad Brumam remoto. Quod fieri in inſula [a] Thule, Pythias Maſſilienſis ſcripſit, ſex dierum navigatione in Septentrionem à Britannia diſtante: quidam vero & in [b] Mona, quæ diſtat à [3] Camaloduno Britanniæ oppido circiter ducentis millibus affirmant.

CAP. LXXVI.

Item de horologio.

[c] UMbrarum hanc rationem, & [4] quam vocant gnomonicen, invenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri (de quo [5] diximus) diſcipulus: primuſque horologium; quod appellant [d] ſcioterícon, Lacedæmone oſtendit.

CAP.

1 noctes, anguſto lucis ambitu ſubjecta terræ, haud dubia repromittunt id, &c. mundi continuos, &c. *Pint. tranſpoſitione verborum corrigit.*

2 ſenis diebus. *Pintianus, vetuſti codicis fidem ſecutus* binis. *Longol.*

3 Camoladuno. *M. Tacitus, lib.* 13. Camuloduno. *Ptolemæus* Camum-Ludonum. *Pintian.*

4 quem vocant gnomonem, invenit Mileſius Anaximander, de quo diximus, primuſque. *Pint. ex Laërt. ſic Vitruv. lib. 6. c. 4. 8. in vita Anaximandri.*

5 diximus, & Thaletis. *Vet.*

jecto terra continuos dies haberi.] In exemplari Salmant. *haud dubia repromittunt*, ſcriptum invenies, non *haud dubie repromittunt.* Item quinque illa verba, *anguſto lucis ambitu, ſubjecta terra,* indebito loco, ni fallor, poſita ſunt. Sic enim, ut ſentio, ſcribendum eſt; *Ubi æſtate lucidæ noctes anguſto lucis ambitu, ſubjecta terra:* quibus verbis oſtenditur ratio, quare in Britannia æſtate lucidæ noctes ſint. *Ambitum* enim *lucis* appellat lineam illam, quam ſol deſignat motu coacto. Quod autem ſequitur ſtatim, *Senis menſibus*, in eodem exemplari non *menſibus*, ſcriptum eſt, ſed, *diebus*, ut immerito hac parte taxetur Plinius à Budæo, primo libro de aſſe. Quid ſi duo illa verba, *ſenis menſibus*, aut *ſenis diebus*, falſo adjecta ſunt? *Pintian.*

a *Thule.*] Iſlandia. *Dalec.*

b *Mona.*] Vulgo, *Man.* Idem.

c *Umbrarum hanc rationem, & quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri, de quo diximus, diſcipulus.*] Hic locus in aliis exemplaribus aliter legitur. Sed nulla mihi lectio ſatisfacit. Exiſtimo enim verba eſſe partim adventitia, partim etiam depravata, ſcribendumque ad hunc modum, *Umbrarum hanc rationem*, & *quem vocant gnomonem, invenit Mileſius Anaximander, de quo diximus.* cætera redundant, ex Laërtio Diogene in vita Anaximandri. *Pintian.*

d *Scioterícon.*] Quod deprehenduntur ad umbram horæ. Sunt enim & automata per arenam, aquam, orbiculos, &c. de quibus Varro de re ruſtic. lib 3. cap. 5. & ibi Fulv. Urſin. Vitruv. Archit. lib. 9. cap. 9. Proclus hypotypoſ. Vide & infra lib. 7. cap. 60. & Cœl. Rhodig. antiq. lect. 7. cap. 9. & lib. 10. cap. 39. & lib. 14. cap. 7. *Dalec.*

CAP. LXXVII. *Quomodo dies obſerventur.*

[a] IPſum diem alii aliter obſervavere. Babylonii inter duos Solis Exortus: Athenienſes inter duos Occaſus: Umbri à Meridie in Meridiem: vulgus omne à luce ad tenebras: ſacerdotes Romani, & qui diem [1] diffinière civilem; item Ægyptii & Hipparchus, à media nocte in mediam. [2] Minora autem intervalla eſſe lucis inter ortus ſolis juxta ſolſtitia, quam æquinoctia, apparet: quia poſitio Signiferi circa media ſui obliquior eſt; juxta ſolſtitium [3] vero rectior.

1 finiere. *CH.*

2 Minora majorave, &c. *Chiff.*

3 autem. *CH.*

CAP. LXXVIII. *Differentia gentium ratio.*

COntexenda ſunt his cœleſtibus nexa cauſis. Namque Æthiopas vicini ſideris vapore torreri, aduſtiſque ſimiles gigni, barba & capillo vibrato, non eſt dubium. Et adverſa plaga mundi, atque glaciali, candida cute eſſe gentes, flavis promiſſas crinibus, [b] truces vero ex cœli rigore, [4] has & illas mobilitate habentes. [5] Ipſoque crurum argumento, illis in ſupera ſuccum revocari, natura vaporis: his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hîc graves feras, illic varias effigies animalium provenire, [6] & maxime alitum, & in multas figuras gigni volucres. Corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium niſu, hîc humoris alimento. Medio vero terræ [7] ſalubris utrinque miſtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles, ſenſus

4 *Cœlius Rhodig. Antiq. lect. lib.* 3. *c.* 12. *legit*: has & illas mobilitate hebetes. *lege*, truces ex cœli rigore & has. Illas vero, &c.

5 criniumque ipſorum. *CH.* Ipſorumque crinium. *Vet.*

6 & *redundat.*

7 ſalubri utrinque miſtura. *V.*

a *Ipſum diem alii aliter obſervavere.*] Alex. ab Alex. cap. 20. lib. 4. *Diei ſpatium totum veteres diviſerunt in matutinum, ortum, meridiem, occaſum: noctis vero in veſperum, conticinium, ſive intempeſtam noctem; gallicinium & Luciferum.* Aliter paulo Cenſorin. de die nat. cap. 23. & 24. Beroald. ad Apulei. pag. 35. *Idem.*

b *Truces verò ex cœli rigore has & illas.*] Scribe ex Salmant. exemplari, verbis commutatis, *Truces vero ex cœli rigore & has. Illas, &c.* cum majore. *Pintian.*

a Pra

ſus liquidus, ingenia fœcunda, totiuſque naturæ capacia. Iiſdem imperia, quæ nunquam extimis gentibus [1] fuerint: ſicut ne illæ quidem his [2] paruerint, avulſæ, ac [a] pro [3] immanitate naturæ urgentis illas ſolitariæ.

CAP. LXXIX. [b] *De motu terræ.*

[c] Babyloniorum placita [d] motus terræ, hiatuſque, & cætera omnia, vi [4] ſiderum exiſtimant fieri, ſed illorum trium, quibus fulmina aſſignant: fieri autem, meantium cum Sole, aut congruentium, & maxime circa quadrata mundi. [e] [5] Præclara quædam eſſe & immortalis [6] in eo (ſi credimus) divinitas perhibetur [7] Anaximandro Mileſio Phyſico, quem ferunt Lacedæmoniis prædixiſſe, [8] ut urbem ac tecta cuſtodirent: inſtare enim motum [9] terræ, cum & urbs tota eorum corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, [10] cladem inſuper eam ruina preſſit. [f] Perhibetur & [11] Pherecydis Pythagoræ doctoris

1 fuerunt. *V.*
2 paruerunt. *V.*
3 pronitate. *V.* unitate. *CH.*
4 ſiderum vi. *CH.*
5 Præclara quædam & immortalis (ſi credimus) divinitas perhibetur Anaximand. *Ex vet. Cod.*
6 *Hæc duo vocabula* (ſin eo) *d. in Vet. & M.*
7 Anaximene, *ex Ariſtot. Meteor. lib. 2.*
8 ne. *ex Cicer. lib. 1. de Divin.*
9 terræ: & tum urbs. *M.*
10 cladem eam, inſuper & ruina oppreſſit. *M.*
11 Pherecydi Pythagoræ doctori. *CH.*

a *Pro immanitate naturæ.*] Salmant. codex, *Pronunciate naturæ.* Toletanus, *Pro unitate naturæ.* Legendum puto, *Pronitate naturæ.* Sic melius, quam ut Hermolaus emendat, *Pro immanitate naturæ.* Idem.

b *De motu terræ.*] Hæc ex Ariſtot. lib. 2. Meteorol. & cap. 1. lib. 2. de Plantis. item cap. 4. de Mundo, Seneca in Quæſt. Natur. Vide auctores à Joan. Raſſio collectos, & Plutarch. de Plac. Philoſ. lib. 3. c. 15. & Stob. eclog. lib. 1. pag. 68. *Dalec.*

c *Babyloniorum placita.*] De Chaldæorum Philoſophis loquitur. *Idem.*

d *Motus terræ.*] Si quando Romæ terra quaſſata fuiſſet, ſupplicatio in triduum decernebatur, feriis à prætore indictis, præeuntibus duumviris, eoque die terræ motum nemo prænuntiabat, tanquam fœdum & abominandum quodpiam, nec Dei nomen, cui ſacrum fiebat, edebatur, quod Pontificum libris traditum non eſſet cujus Dei nutu imperiove terra moveretur. Vide Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 5. Vide Rhodig. cap. 27. lib. 30. *Idem.*

e *Præclara quædam eſſe, &c.*] Ariſtoteles terræmotuum, τῶν σεισμῶν, hæc refert genera, 1. χασματίας, receſſus, 2. ῥήξιας, hiatus, 3. ἐγέρσεις, ſuccuſſionem, 4. ὤσεις, impulſionem, 5. ἐπικλίσεις, inclinationem, 6. παλματίας, vibrationem. Vide Dionem in Trajano quatuor genera recenſentem, &c. & Ammian. Marcellin. lib. 17. mihi pag. 1503. *Idem.*

f *Perhibetur & Pherecydis Pythagoræ doctoris alia conjectatio.*] Scribe dandi caſu,

ctoris alia conjectatio, ſed & illa divina; hauſtu aquæ è puteo præſenſiſſe, [a] [1] ac prædixiſſe ibi terræ motum. Quæ ſi vera ſunt, quantum à Deo tandem videri poſſunt tales diſtare, dum [2] vivant? Et hæc quidem arbitrio cujuſque exiſtimanda relinquantur: ventos in cauſa eſſe non dubium reor. Neque enim unquam [b] intremiſcunt terræ, niſi ſopito mari, cœloque adeo tranquillo, ut volatus avium non pendeant, ſubtracto omni ſpiritu qui vehit: [c] nec unquam, niſi poſt ventos [3] conditos, ſcilicet in venas & cavernas ejus occulto afflatu. [d] Neque aliud eſt in terra tremor, quam in nube tonitruum. Nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit, incluſo ſpiritu luctante, & ad libertatem exire nitente.

1 ac prædixiſſe.) *hæc duo vocab. ds M. d.*

2 vivant.

3 condito ſcilicet in venas, & cava ejus occulta flatu. *CH.* calidos occultato flatu. *M.*

CAP. LXXX. [e] *De terræ hiatibus.*

VArie itaque quatitur, & mira eduntur opera, alibi proſtratis mœnibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſſis amnibus: nonnunquam etiam ignibus, calidiſve fontibus, alibi [4] adverſo fluminum curſu. Præcedit vero comitaturque terribilis ſonus, aliàs [5] murmur ſimilius mugitibus, aut clamori humano, [6] armorumve

4 *Rectius*, averſo. *M. & CH.*

5 alias murmuri ſimilis, alias mugitibus. *Chiff. aſtipulatur* M.

6 arborumve. *Chiff.*

caſu, *Perhibetur & Pherecydi Pythagoræ doctori alia conjectatio.* Ex utroque codice. Sic paulo ante, *Præclara quædam eſſe, immortalis in eo ſi credimus, divinitas perhibetur Anaximandro Mileſio phyſico.* In quibus verbis ſubſtantivum illud verbum *eſſe*, ſuperfluit ex vetere lectione: duas vero dictiones *in eo*, quis non videt, gloſſulam eſſe interlinealem? *Pintian.*

a *Ac prædixiſſe ibi terræmotum.*] Particula *ibi*, deeſt in vetuſtis codicibus. *Idem.*

b *Intremiſcunt terræ, niſi ſopito mari.*] Proclus ſcribit ut terræmotus ceſſet, Neptuno ſacrum fieri Aſphelio, quoniam mare ſæpius obſtat, ne terræ latebris erumpant venti, quamobrem Neptunum & *γαιήοχον*, & *ἐνοσίχθονα* vocaverunt. *Dalec.*

c *Nec unquam niſi poſt ventos conditos ſcilicet in venas & cavernas ejus occulto afflatu.*] Aptior multo noſtrorum exemplarium lectio, *Nec unquam niſi poſt ventos, condito ſcilicet in venas & cava ejus occulta afflatu.* Pintian.

d *Neque aliud eſt in, &c.*] Lege Senec. Quæſt. Nat. lib. 6. cap. 9. *Dalecampius.*

e *De terræ hiatibus.*] Totum hoc caput eſt ex Ariſtotele Meteorolog. lib. 2. ſumma 3. Exempla aliquot habes apud Jul. Obſeq. de prodig. & Corn. Gemin. Coſmocrit. *Idem.*

a *Mari-*

rumve pulſantium fragori, pro qualitate materiæ excipientis; formaque vel cavernarum, vel cuniculi, per [1] quem meat, exilius graſſante in anguſto; eodem rauco in [2] recurvis reſultante, in duris fremente, in humidis fluctuante & ſtagnantibus: item fremente contra ſolita. [3] Itaque & ſine motu ſæpe editur ſonus. Nec ſimplici modo quatitur, [4] unquam, ſed tremit vibratque. Hiatus vero alias remanet, oſtendens quæ ſorbuit, alias occultat ore compreſſo, rurſuſque ita inducto ſolo, ut nulla veſtigia extent, urbibus plerunque devoratis, agrorumque tractu hauſto. [a] Maritima autem maxime quatiuntur. Nec [5] montoſa tali malo carent. Exploratum eſt mihi, Alpes, [6] Apenninumque ſæpius tremuiſſe. Et autumno ac vere terræ crebrius moventur, ſicut fiunt fulmina. Ideo [b] Galliæ & Ægyptus minime quatiuntur: quoniam hic æſtatis cauſa obſtat, illic hiemis. Item noctu ſæpius, quam interdiu. Maximi autem motus exiſtunt matutini, veſpertinique: ſed propinqua luce crebri; [c] interdiu autem circa meridiem. [7] Fiunt & Solis Lunæque defectu, quoniam tempeſtates tunc ſopiuntur. Præcipue vero, cum ſequitur imbrem æſtus, [8] imbreſve æſtum.

1 per quem fit exitus. *Salm.*
2 recurvis, reſultante in duris, fremente in humidis, fluctuante in ſtagnantibus, fervente contra ſolida. Itaque. *CH.* & *M. Vet.* *item Salmant.*
3 Quandoque. *M.*
4 *d. in M.*
5 montuoſa. *CH.*
6 Apennias. *M.* Pœnias. *Longol.*
7 Fiunt & Lunæ defectu. *Pint.* & *Ariſtot.*
8 imberve.

CAP.

a *Maritima maxime quatiuntur.*] Quamobrem Homero Neptunus vocatur ἐνοσίγαιος. *Idem.*

b *Galliæ & Ægyptus minime quatiuntur.*]: Seneca cap. 26. lib. 6. Quæſt. nat. quia ex limo concrevit tota, quem affert Nilus turbido affluxu. Quamobrem nulla intervalla habet, accreſcente in ſolidum limo, nihil inane quod interveniat, & ſpiritum includat. Moveri tamen aliquando Ægyptum idem aſſerit. *Idem.*

c *Interdiu autem circa meridiem. fiunt & Solis Lunaque defectu.*] Ariſtoteles, quem hoc libro ſequi videtur Plinius, Lunæ tantum defectu terram quati prodit, de Sole nullum verbum. Quare dictio *Solis*, ſupervacanea eſſe videtur, adjecta, ut conjicio, ab aliquo, qui putabat indifferenter terram tremere utriuſque ſideris defectu. Legendum itaque, *Interdiu autem circa meridiem.* Sed hæc verba anterioribus adjunge iſta. Sequitur ſtatim alius ſenſus: *Fiunt & Lunæ defectu, quoniam tempeſtates tunc ſopiuntur.* Pint.

CAP. LXXXI. *Signa motus futuri.*

NAvigantes quoque ſentiunt non dubia conjectura, ſine flatu intumeſcente fluctu ſubito aut quatiente [1] icti. Intremunt vero & in navibus poſita, æque quam in ædificiis, crepituque prænunciant. Quin & volucres non impavidæ [2] ſedent. Eſt [3] & in cœlo ſignum, præceditque motu futuro, aut interdiu, aut paulo poſt occaſum ſereno, [4] ſeu tenuis linea nubis in longum porrectæ ſpatium. Eſt & in puteis turbidior aqua, nec ſine odoris tædio.

CAP. LXXXII.
Auxilia contra motus futuros.

SIcut [5] in iiſdem eſt remedium, [a] [6] quale & crebri ſpecus præbent: [7] præconceptum enim ſpiritum exhalant: [b] quod [8] in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur, crebris ad eluviem cuniculis cavata. Multoque ſunt tutiora in iiſdem illis quæ pendent: ſicut Neapoli in Italia intelligitur, parte ejus, quæ ſolida eſt, ad tales caſus obnoxia. Tutiſſimi ſunt ædificiorum fornices, [9] anguli quoque parietum, poſteſque alterno [10] pulſu renitentes. [11] Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. Magna differentia eſt & in ipſo genere motus: pluribus ſiquidem modis quatitur. Tutiſſimum eſt, cum vibrat criſpante ædificiorum crepitu: & cum intumeſcit aſſurgens, alternoque motu reſidet: innoxium & cum concurrentia tecta contrario ictu arietant; quoniam alter motus alteri reniti-

1 ictu. *CH.*
2 ſedentes *CH.* &c. ſentiunt.
3 Sed & in cœlo ſignum præcedit motu futuro. *M.*
4 tenuis ſeu lineæ nube in longum porrecta ſpat. *CH.* Tenuis ſeu lanea nubes in long. porrecta. Pintian. ex Virg *Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.*
5 Sed & in iiſdem eſt remedium. *Vet.*
6 quale cloacæ &. *V.*
7 conceptum. *CH.*
8 totis notatur oppidis: minus quippe quatiuntur. *ex M. & CH.*
9 non anguloſi quoque parietes. *Vet.*
10 pulſui. *Vet.* alterno pulſu retinente. *CH.*
11 E latere terrave. *V.*

a *Quale & crebri ſpecus præbent.*] Exemplar Salmanticenſe, *Quam rem & crebri ſpecus præbent.* Pintian.

b *Quod in certis notatur oppidis.*] Apographon Toletanum, *Quod in totis notatur oppidis.* Salmanticenſe, *Quod in tutis notatur oppidis*, egregie. Nam ſequitur ſtatim, *Multoque ſunt tutiora in iiſdem illis quæ pendent*, hoc eſt, cum omnia tuta oppida minus infeſtentur: hoc malo partes quæ pendent, ſunt adhuc tutiores. *Idem.*

a *Prin-*

renititur. Undantis inclinatio, & [1] fluctus more quædam volutatio infeſta eſt: aut cum in unam partem totus ſe motus impellit. Deſinunt autem tremores, cum ventus emerſit: ſin vero duravere, non ante quadraginta dies ſiſtuntur: plerunque & tardius, utpote cum quidam annuo & biennio ſpatio duraverint.

1 fluctuum. CH.

CAP. LXXXIII.

Portenta terrarum ſemel viſa.

FActum eſt ſemel, quod equidem in Hetruſcæ diſciplinæ voluminibus [2] inveni ingens terrarum portentum, L. Marcio, Sex. [3] Julio coss. in agro Mutinenſi. Namque montes duo inter ſe concurrerunt, crepitu maximo aſſultantes; recedenteſque, [4] inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte interdiu, ſpectante è via Æmilia magna equitum Romanorum, familiarumque & [5] viatorum multitudine. Eo concurſu villæ omnes eliſæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata ſunt, anno ante ſociale bellum: quod haud ſcio an funeſtius ipſi [6] terræ Italiæ fuerit, [7] quam civilia. Non minus mirum oſtentum & noſtra cognovit ætas, anno Neronis, [a] principis ſupremo, ſicut in rebus ejus expoſuimus, pratis oleiſque intercedente via publica, in contrarias ſedes tranſgreſſis, in agro Marrucino, prædiis Vectii Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis.

2 inveſtitur. CH.
3 Lucio. CH.
4 interea. CH.
5 uxorem. CH.
6 terra ipſi. CH.
7 bella civilia. CH.

CAP. LXXXIV.

[b] *Miracula terræmotus.*

FIunt ſimul cum terræmotu & inundationes maris, eodem videlicet ſpiritu infuſi, aut [8] reſidentis

8 terra ſidentis. V.

a *Principis.*] Vide infra cap. 5. lib. 17. ſub finem. *Dalec.*

b *Miracula terræmotus.*] Vide Ariſt. Meteor. lib. 1. ſum. 4. per totum, & l. 2. c. 2. de Mundo. c. 4. *Idem.*

dentis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus, Tiberii Cæſaris principatu, XII urbibus Aſiæ una nocte proſtratis. Creberrimus Punico bello, intra eundem annum ſepties atque quinquagies nuntiatus Romam. Quo quidem anno ad [a] Traſymenum lacum dimicantes, maximum motum neque Pœni ſenſere, nec Romani. Nec vero ſimplex malum, aut in ipſo tantum motu periculum eſt; [b] ſed par aut majus [1] oſtentum. Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuntium eſſet.

1 oſtento. *M.Vet.Chiff.*

CAP. LXXXV.

Quibus locis maria receſſerint.

EAdem naſcentium cauſa terrarum eſt, cum idem ille ſpiritu attollendo potens ſolo, non [2] valuit erumpere. Naſcuntur enim nec fluminum tantum invectu, ſicut Echinades inſulæ ab Acheloo amne congeſtæ; majorque pars [c] Ægypti à Nilo, [d] in quam à Pharo inſula noctis & diei [3] curſum fuiſſe [e] Homero credimus: ſed & receſſu maris, ſicut eidem [f] de Circeiis. Quod accidiſſe & in [4] Ambraciæ portu decem millium paſſuum intervallo; & Athenienſium quinque millium ad Piræeum memoratur: & Epheſi, ubi quondam ædem [5] Dianæ alluebat. Herodoto quidem ſi credimus, mare

2 valet. *M.*

3 curſus fuit, ſi Homero. *Pint.*

4 Umbraciæ. *Chiff.*

5 abluebat. *Chiff.*

a *Traſymenum*] Livius lib. 2. Decadis tertiæ. *Idem.*

b *Sed par aut majus oſtentum,*] Lege, *oſtento,* ut ſimilis caſus ſimili reſpondeat, exemplari etiam utroque ſic præferente. *Pintian.*

c *Ægypti.*] Horodotus vocat Ægyptum ποταμοῦ δῶρον, fluvii donum, ut & Seneca, Quæſt. nat. cap. 26. lib. 6. *Dalec.*

d *In quam à Pharo inſula noctis & diei curſum fuiſſe Homero credimus.*] Scribo contra omnia exemplaria, *noctis & diei curſus fuit, ſi Homero credimus:* ut paulo poſt, *Herodoto quidem ſi credimus, mare fuit ſupra Memphin.* Pintian. *In quam à Pharo inſula, &c.*] Nunc Alexandriæ ponte jungitur. Vide cap. 11. lib. 13. *Dalec.*

e *Homero.*] Odyſſ. δ. *Idem.*

f *De Circeiis.*] Odyſſ. κ. εἴδων γὰρ σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθὼν Νῆσον, τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται. Idem.

a Item-

mare fuit ſupra Memphim uſque ad Æthiopum montes: [a] itemque [1] à planis Arabiæ. Mare & circa Ilium, & tota [b] Teuthrania, quaque campos intulerit Mæander.

1 ia. *Pint.*

CAP. LXXXVI.

Ratio inſularum enaſcentium.

[c] NAſcuntur & alio modo terræ, ac repente in [2] aliquo mari emergunt, velut paria ſecum faciente natura; quæque hauſerit hiatus, alio loco reddente.

2 alto. *M.* alio, *Cod. Salmantic.*

CAP. LXXXVII.

Quæ & quibus temporibus enatæ ſunt.

CLaræ jam pridem inſulæ, [d] Delos & Rhodos, [3] memoriæ produntur enatæ. Poſtea minores, ultra Melon, [e] Anaphe; inter Lemnum & Helleſpontum, Nea: inter [4] Lebedum & Teon, Alone: inter Cycladas Olympiadis CXXXV anno quarto, [f] Thera & [5] Theraſia. Inter eaſdem poſt annos CXXX Hiera, [6] eademque Automate. [7] Et ab duobus ſtadiis poſt annos CX, in noſtro [8] ævo, [g] M. Junio Syllano, L. Balbo coss. ad VIII. Idus Julias, Thia.

3 memeria. *M.*
4 Lesbon. *Chiff.*
5 & Thia. *Brod. Senec.*
6 eadem quæ. *M.*
7 Ab ea duobus. *Chiff.*
8 ævo, junio Syllaneo, Mar. Cœlio Balbo. *Chiff. Salm.*

a *Itemque à planis Arabiæ.*] Subdubito an legi debeat, *in planis Arabia*, ex ipſo quem allegat Herodoto, libro ſecundo. *Eſt*, inquit, *Arabiæ regionis non procul ab Ægypto ſinus maris productus, in quo ſinu quotidie reciprocatio aquarum & vadoſum æſtuarium eſt.* Pintianus.

b *Teuthrania.*] Troadis mediterranea parte. *Dalec.*

c *Naſcuntur & alio, &c.*] Vide Strabonem ſub finem lib. 1. *Idem.*

d *Delos & Rhodos.*] Dicta ἀπὸ τοῦ δηλῶσαι. De Rhodo Philo lib. de Mundo. Heracleides lib. περὶ πολιτειῶν, Ῥόδον τὴν νῆσον, inquit, τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ἐξηρανθεῖσαν. Hadri. Jun. cap. 15. lib. 3. Vide infra c. 12. lib. 4. *Idem.*

e *Anaphe.*] Strabo lib. 2. *Idem.*

f *Thera & Theraſia.*] Seneca 6. Nat. Quæſt. *Theren & Thian noſtræ ætatis inſulam hanc ſpectantibus nobis in Ægæo mari enatam, quis dubitat quin in lucem ſpiritus vexerit?* Idem.

g *M. Junio Syllano, L. Balbo Conſulibus.*] Codex Salmanticenſis, *Junio Syllano, M. Lælio Balbo Conſulibus.* Tolet. *Cœlio*, legit, non *Lælio*. De hoc Junio Syllano, quem princeps Caligula *auream pecudem* appellabat, collega Silii Nervæ in Conſulatu, principatu Tiberii Cæſaris, mox ab Agrippina Neronis matre veneno extincto, vide Cornelium Tacitum Hiſtoriarum libro 4. & item 13. *Pintian.*

Cap. LXXXVIII.

Quas terras interruperint maria.

1 d. in *M.* Ante nos [1] & juxta Italiam inter [a] Æolias inſu-
2 M. M. D. *Tol.* las, item juxta Cretam emerſit è mari [2] M. D.
paſſuum una cum calidis fontibus: altera Olympia-
3 CLXIII. *CH. Tol.* dis [3] CXLIII, anno tertio in Thuſco ſinu, flagrans
4 quoque. *M.* hæc violento cum flatu. [4] Proditurque memoriæ
magna circa illam multitudine piſcium fluitante,
confeſtim expiraſſe, quibus ex his cibus fuiſſet. Sic
& [b] Pithecuſas in Campano ſinu ferunt ortas. [c] Mox
in his montem Epopon, cum repente flamma ex
eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie. In
5 iiſdem. *M.* [5] eadem & oppidum hauſtum profundo: alioque
6 Stativas. *Long. Scalig. in Var.* motu terræ [d] [6] ſtagnum emerſiſſe: & alio, provo-
lutis montibus inſulam extitiſſe [e] Prochytam. Nam-
que & hoc modo inſulas rerum natura fecit. Avellit
[f] Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœo-
tiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Besbycum Bi-
thyniæ, [g] Leucoſiam Sirenum promontorio.

Cap.

a *Æolias inſulas.*] Vulcanias, Liparæas, Hephæſtias, infra cap. 8. lib. 3. ſub finem. *Dalec.*

b *Pithecuſas.*] Ænaria, Inarime Homero. Pithecuſæ Græcis. cap. 6. lib. 3. *Idem.*

c *Mox in his montem Epopon.*] Scribo, *Epomeum*, non, *Epopon*, ex Strabone lib. 5. non longe à fine: Timæus ait, *priſcos quoque illos multas de Pithecuſſis fabulas edidiſſe prodit. Paulo ante ipſum collem Epomeum in inſula medio ſitum, per quoſdam terræmotus incendia evomuiſſe tradit.* Pintian.

d *Stagnum emerſiſſe.*] Ut intelligas omnia in una inſula accidiſſe, oppidum hiatu hauſtum, ſtagnum emerſiſſe, montes provolutos, non eodem tamen terræ motu, ſed alio poſt alium. *Gelen.*

e *Prochytam.*] Vide cap. 8. lib. 3. *Dalecampius.*

f *Siciliam.*] Seneca lib. 6. Nat. Quæſt. cap. 29. *Idem.*

g *Leucoſiam.*] Leucoſia Sirenum una in Neptunium promontorium è mari ejecta inſulæ nomen dedit. Lycophron in Caſſandra: *ἀκτὴν δὲ τὴν προὐχῦσαν εἰς Ἐνιπέως λευκωσία ῥιφεῖσα τὴν ἐπώνυμον πέτραν ὀχήσει δαρόν.* Canterus cap. 10. lib. 3. *Alia eſt Leucoſia dicta ab Ænea conſobrina, ibi ſepulta; cujus meminit Halicarnaſſeus lib. 1. & qua depravata ſcriptura Feſto* Lectoſia *dicitur.* Sirenas Auſonius in Grypho vocat *Siredonas*, quaſi σειρηνδόνας, cantu allicientes: *Tres in Trinacria Seiridones: omnia trina.* Idem.

a *Demi-*

CAP. LXXXIX.

Quæ inſulæ continenti adjunctæ.

RUrſus abſtulit inſulas mari, junxitque terris: Antiſſam Lesbo, [1] Zephyrium Halicarnaſſo, [a 2] Æthuſam Myndo, [b] Dromiſcon & Pernen Mileto, Narthecuſam Parthenio promontorio. Hybanda quondam inſula Ioniæ, CC nunc à mari abeſt ſtadiis. [c] Syrien Epheſus in [3] mediterranea habet: Deraſidas & Sophoniam vicina ei Magneſia. Epidaurus & Oricum inſulæ eſſe deſierunt.

1 Zephyriam. *V. M.* 2 Æchuſam. *CH.* *al.* Æthechuſam. 3 mediterraneo. *M.*

CAP. XC.

Quæ terra in totum mari permutata.

IN totum abſtulit terras, primum omnium ubi Atlanticum mare eſt, ſi Platoni credimus, immenſo ſpatio. [d] Mox interno, [4] quæ videmus hodie, merſam Acarnaniam Ambracio ſinu, Achaiam Corinthio, Europam Aſiamque Propontide & Ponto. Ad hoc perrupit mare Leucada, Antirrhium, Helleſpontum, Boſphoros duos.

4 quo. *M.* Hodieque vid. *CH.*

CAP. XCI.

Quæ terræ ipſæ ſe ſorbuerunt.

[e] ATque ut ſinus & ſtagna prætercam, [5] ipſa ſe condens terra devoravit Cyborum altiſſimum

5 ipſa ſe comeſt terra. Devoravit. *Chiff.* ipſa quæ ſe comeſt, terra. *M.*

a *Æthuſam Myndo.*] Plinius lib. 5. cap. 31. *Æthecuſam* nominat, etſi aliter habeat vetus lectio, ut ſuo loco dicetur. Cæterum utro modo legatur, per *a*, diphthongon ſcribendum eſſe, ex etymologia Græca, notius eſt quam ut indicari egeat. Item Mindo per *y*, ut in Pomponium diximus. *Pintian.*

b *Domiſton & Prienem Mileto, Artemiſiam Parthenio promontorio.*] In Vett. Cod. verius legitur, *Dromiſcon & Pernen Mileto, Narthecuſam Parthenio promontorio.* Gelen.

c *Syriten Epheſus in mediterranea habet.*] Plinius libro 5. cap. 31. *Syrien*, non *Syriten* appellat: cui ſuffragatur & vetus lectio. *Pintian.*

d *Mox interno quæ videmus hodie, &c.*] Lege, *quo videmus hodie*; ex codice Salmant. ut referat mari interno. *Idem.*

e *Atque ut ſinus & ſtagna præteream, ipſa ſe condens terra, &c.*] Ambo exemplaria, *ipſa ſecum eſt terra.* Scribo, *ipſa ſe comeſt terra*, ut lib. 8. cap. 51. *Comeſſa fœtus his non eſt prodigium.* & Cicero pro Cluentio, *Comeſtum* dixit, Priſciano auctore lib. 10. Verbum autem quod

1 Curice. *Chiff.*

2 Galenes & Galames *Chiff.*

3 Jopes. *Longol. vide c.13. l.5.*

mum montem, cum oppido [1] Curite: Sipylum in Magneſia: & prius in eodem loco clariſſima n urbem, quæ Tantalis vocabatur. [2] Galanis & Gamales urbium in Phœnice agros cum ipſis: Phegium [3] Æthiopiæ jugum excelſiſſimum, tanquam non infida graſſarentur & litora.

Cap. XCII. *Quæ urbes hauſtæ ſint à mari.*

4 Burſam, ſinus Corinthius. *CH*

5 trecenta. *M.*

6 mortalibus. Rapuit &c. *CH.*

7 *d. in Ch.*

PYrrham & Antiſſam circa Mæotim Pontus abſtulit, [a] Elicen & [4] Buram in ſinu Corinthio, quarum in alto veſtigia apparent. Ex inſula Cea amplius [5] triginta millia paſſuum abrupta ſubito, cum plurimis [6] mortalium rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tyndarida urbem, ac quicquid ab Italia deeſt. Similiter in Bœotia [7] & Eleuſina.

Cap. XCIII. *De miraculis terrarum.*

8 extant ſepultarum. *M.*

MOtus enim terræ ſileantur, & quicquid eſt, ubi ſaltem buſta urbium [8] extant: ſimul ut terræ miracula potius dicamus, quam ſcelera naturæ. Et hercule non cœleſtia enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam fœcunda, tot ſeculis ſuboriens, cum tantum quotidie orbe toto populentur ignes, ruinæ, naufragia, bella, fraudes: tantum vero luxuria, & tot mortales conterant: gemmarum pictura tam multiplex; lapidum tam diſcolores maculæ, interque eos [b] candor alicujus, præter lucem omnia excludens: medicatorum fontium vis: ignium tot locis

ſequitur continuo, *Devoravit*, cum majore litera ſcriptum, initium eſſe debet ſequentis clauſulæ. Porro *Cibotum* montem conjicio fuiſſe provinciæ Phrygiæ. Nam Apameam Phrygiæ etiam urbem, appellatam aliis nominibus *Celenas* & *Ciboton*, lib. 5. tradit: ut forte, quod frequenter accidit, mons urbi nomen dederit. Confirmant hoc verba ſequentia, *Sipylum in Magneſia.* Pintian.

a *Elicen.*] Strabo lib 8. Ariſt. de mundo. Calliſthenes apud Senecam lib. 6. Quæſt. Nat. Ovid *Si quæris* Polyp. lib. 2. Xylan. ſuper vitam M. Antonini lib. 4. p. 334 *Dalec.*

b *Candor alicujus.*] Vel unionis, vel Adamantis. *Idem.*

a *Spiri-*

cis emicantium perpetua tot ſeculis incendia: [a] ſpi-
ritus letales [1] alibi, aut [b] ſcrobibus emiſſi, aut ipſo 1 aliubi. CH.
loci ſitu mortiferi; [2] alibi volucribus tantum, ut So- 2 aliubi. CH.
racte vicino urbi tractu: [3] alibi præter hominem, 3 aliubi. Idem.
cæteris animantibus: nonnunquam & homini, ut in
Sinueſſano agro & [c] Puteolano: [d] [4] ſpiracula vo- 4 quæ ſpiracula. CH.
cant, alii Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum ſunt ſpiracula, quæ
exhalantes. Item in [e] Hirpinis [5] Amſancti, ad Me- vocant alii. CM.
phitis ædem [f] locum, quem qui intravere, moriun- 5 Anſacti.
tur. Simili modo [g] Hierapoli in Aſia, Matris tan- CH.
tum magnæ ſacerdoti innoxium. [6] Alibi fatidici ſpe- 6 Aliubi.
cus, quorum exhalatione tremulenti futura præci- CH.
nunt, ut Delphis, nobiliſſimo oraculo. Quibus in
rebus quid poſſit aliud cauſæ [7] efferre mortalium 7 afferte
quiſpiam, quam diffuſæ per omnė naturæ ſubinde CM.
aliter atque aliter numen erumpens?

CAP.

a *Spiritus letales alibi.*] Vide Rhodig. capite 12. lib. 8. Babylone in Apollinis templo arculam inventam, qua conſciſſa proſilierit ſpiritus peſtilens, non ſolum Babylonlis, ſed accolis etiam Parthis. Item principatu M. Antonini & Veri, diruto Apollinis fano Seleuciæ, repertum à militibus foramen, quod obturaverant Chaldæi, eoque recluſo vaporem letiferum prorupiſſe, qui funeſtus in Gallias uſque ſit debacchatus. *Dalec.*

b *Scrobibus emiſſi.*] Seneca lib. 6. Nat. quæſt. cap. 28. *Idem.*

c *Puteolano.*] Cicero 1. de Divinat. *Plutonia* vocat, eaque ſibi in Aſia viſa tradit, nempe ad Hierapolin. Idem lib. 2. multis diſputat, qua ratione Delphicus anhelitus & afflatus, quo Pythia mente incitata, oracula edebat, evanuerit, & ceſſaverit. Vide Rhodig. cap. 16. lib. 8. Idem auctor cap. 12. lib. 19. Charoneis ſuffocari quævis animalis tradit, præter ea quibus exſciſſa ſunt genitalia. χαρωνίτας βουλευτὰς, Plutarchus in Antonio. Orcini ſenatores Suetonio in Auguſto, poſt Cæſaris necem ad orcum demiſſi & Charonem gratia vel præmio allecti. Victorius cap. 16. lib. 16. Fuit & Athenis χαρώνιος θύρα in Nomophylacio δι' ἧς οἱ κατάδικος τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἐξῄεσαν. Zenobius, Pollux. Rhodig. cap. 9. lib. 17. Brod. cap. 8. lib. 4. *Idem.*

d *Spiracula vocant.*] *Spiracula Ditis.* Virg. 7. Æneid. nempe in quibus eſt, rupto ingens Acheronte vorago, id eſt, eruptio, & exæſtuatio ἀπόῤῥωξ. Homer. 2. Iliad. ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπόῤῥωξ. Vide Turn. cap. 28. lib. 26. *Idem.*

e *Hirpinis.*] Strabo lib. 6. *Leucis, oppidulo non procul à Tarento ſejuncto, fœtidam aquam fons effundit.* Idem.

f *Locum*] Speluncam: quidam *Lacum* legunt. *Idem.*

g *Hierapoli in Aſia.*] Galenus lib. 1. tuendæ valetudinis, circa Sardeis talem quoque locum eſſe tradit. *Idem.*

CAP. XCIV. *De terris ſemper trementibus.*

[a] QUædam vero terræ ad ingreſſus tremunt, ſicut in Gabienſi agro, non procul urbe Roma, jugera ferme ducenta, equitantium curſu: ſimiliter in Reatino.

CAP. XCV. *De Inſulis ſemper fluctuantibus.*

1 fluitant. *V.*
2 Stationenſi. *Chiff. forſan* Statinienſi. Statinas *enim meminit Statius.*
3 Vadimontis. *CH.*
4 nocte. *M. CH.*
5 contis, vel quo. *V.*

[b] QUædam inſulæ ſemper [1] fluctuant, ſicut in agro Cæcubo, & eodem Reatino, Mutienſi, [2] Statonienſi. In [c] [3] Vadimonis lacu, & [d] ad Cutilias aquas opaca ſilva, quæ nunquam die ac [4] noctu eodem loco viſitur. In Lydia quæ vocantur [e] Calaminæ, non ventis ſolum, ſed etiam [5] contis quo libeat impulſæ, multorum civium Mithridatico bello ſalus. [f] Sunt & in Nymphæo parvæ, Saltuares dictæ;

a *Quædam vero terræ ad ingreſſus tremunt.*] Exemplar Tolet. *premuntur*, legit, non, *tremunt*: verius puto. *Pintian.*

b *Quædam inſulæ ſemper fluctuant.*] Conſiderandum an ſit commodior lectio, *fluitant.* Plinius infra, capite 107. non longe à fine: *Sicut illa permira naturæ opera, æs & plumbum in maſſam mergi, dilatata fluitare.* & lib. 7. cap. 17. *Virorum cadavera ſupina fluitare: fœminarum prona.* Idem. *Quædam inſulæ ſemper fluctuant.*] Theoph. cap. 11. lib. 4. Hiſtoriæ νήσων πλωάδων meminit. vide Senecam cap. 25. lib. 3. Quæſt. nat. & And. Bacc. de Ther. lib. 4. pag. 264. *Dalec.*

c *Vadimonis lacu.*] Vadimonius lacus, ad quem lib. 9. Livius ſcribit, Hetruſcos à Romanis ſuperatos fuiſſe, monti Roſulo vicinus, inter Sutrium & Nepe medius eſt Blondo: alii prope Tiberim collocant, juxta Baſſano, inter Orti & Galeſe caſtella. Vide Ortel. Theſaur. *Idem.*

d *Ad Cutilias aquas.*] Strabo, καὶ τὰ ἐν Κοτυλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. Oppidum quod ad eam paludem erat *Cutilias* numero plurali dixerunt, & inde aquas eas. Aluminoſas eas fuiſſe Gal. tradit; Græcis ſedes quærentibus reſponſum eſt redditum: στεῖχε μαιόμενοι Σικελῶν Σατύρνιον αἶαν, ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται. *Idem.*

e *Calaminæ.*] Inſulæ Calaminæ & ſaltuares eædem. Prope fuit Nympharum templum quibus erant dicatæ. Plinius Nymphæum vocat. Sotion in Eclogis, ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη Καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δ' οὖσα νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μεῖζον αὐτῶν ἕνα ὃν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι, θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται. τούτων δ' ἐπιπλεουμένων ἐπειδὰν ἐπὶ τοῦ ἠϊόνος κλύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς παραγίνετ' ἐπὶ τὴν ἠϊόνα. Varro lib. 3. de re ruſt. capite 17. Cum eodem tempore inſulas Lydorum ibi χορευούσας vidiſſes. Vide ibi Fulv. Urſini notas. *Idem.*

f *Sunt & in Nymphæo parvæ, Saltuares dictæ.*] Legend. *Sunt & in Nymphæo Saliares dictæ, quoniam in ſymphonia cantu ad ictum modulantium pedum moventur.* *Salia-*

dictæ; quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur. In Tarquinienſi lacu magno Italiæ duæ nemora [1] circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus; quadratam nunquam. *1 circumierunt. CH.*

CAP. XCVI.

Quibus in terris non pluat: & acervata terrarum miracula, & cæterorum elementorum.

CElebre fanum habet Veneris Paphos, in cujus quandam [2] aream [a] non impluit. Item in Nea, oppido Troadis, circa ſimulacrum Minervæ. In eodem & relicta ſacrificia non putreſcunt. Juxta Harpaſa oppidum Aſiæ cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis: eadem, ſi toto corpore impellatur, reſiſtens. [b] In Taurorum peninſula in civitate [3] Paraſino terra eſt, qua ſanantur omnia vulnera. At circa Aſſon Troadis lapis naſcitur, quo conſumuntur omnia corpora: [c] Sarcophagus vocatur. [d] Duo ſunt montes juxta flumen Indum: alteri natura eſt ut ferrum omne teneat, alteri ut reſpuat. Itaque ſi ſint clavi in calciamento, veſtigia avelli in altero non poſſe, in altero [4] ſiſti. Locris & [e] Crotone peſtilentiam nunquam fuiſſe, [5] nec ullo terræmotu laboratum, annotatum eſt. In Lycia vero ſemper à terræmotu XL. dies ſerenos eſſe. In agro [6] Ardano fru-

2 aram. CH. — *3 Characena.* — *4 obſiſti.* — *5 ne illo terræmotu adnotatum eſt. CH.* — *6 Arpano.*

Saliares ſunt ὀρχηστρίδες, χορηΐδες, à ſaliis, qui ſunt ὀρχησταί. *Nymphæum* Lydiæ ſtagnum erat, in quo inſulæ illæ Calaminæ & Saliares dictæ habebantur. *Salmaſ.* p.125. a. b.

a *Non impluit.*] Tacitus lib. 18. de illa ara: *Sanguinem aræ offundere vetitum, precibus & igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus, quamquam in aperto madeſcunt.* Dalec.

b *In Taurorum peninſula in civitate Paraſino.*] Scribo, *in civitate Characena*, à Charace civitate Tauricæ Cherroneſi, Ptolemæo, Stephano, Plinio, etſi in Plinio lib.4. cap.12. corrupte etiam, *Charaſeni*, ſcriptum ſit, ut proprio loco dicetur. *Pintian.*

c *Sarcophagus.*] Si omnia corpora conſumit, πανφάγος potius quam σαρκοφάγος dicitur. *Dalec.*

d *Duo ſunt montes.*] Idem montibus duobus Æthiopiæ infra cap.16. lib.36. in fine capitis. *Idem.*

e *Crotone.*] Vide apud Strabonem l.6. vetus proverbium, Κρότωνος ὑγιέστερον. *Idem.*

1 Mutias. frumentum ſatum non naſcitur. [a] Ad aras [1] Murtias [b] in Veiente, & apud Tuſculanum, [c] & in ſilva Ciminia loca ſunt, in quibus in terram depacta non extrahuntur. In Cruſtumino natum fœnum ibi noxium, extra ſalubre eſt.

CAP. XCVII.

Qua ratione æſtus maris accedant, & recedant. Et ubi iidem extra rationem.

ET de aquarum natura complura dicta ſunt: ſed [d] Æſtus maris accedere, & reciprocare, maxime mirum: pluribus quidem modis, verum cauſa in Sole, Lunaque. Bis inter duos exortus Lunæ affluunt, biſque remeant, vicenis quaterniſque ſemper horis. Et primum attollente ſe cum ea mundo intumeſcentes, mox à meridiano cœli faſtigio vergente in Occaſum reſidentes: rurſuſque ab Occaſu ſubter cœli ima, & meridiano contraria accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, ſe [2] ſorbentes. Nec unquam eodem tempore, quo pridie, reflui, [3] ut ancillante ſidere, trahenteque ſecum avido hauſtu maria, & aſſidue aliunde, quam pridie, exoriente: paribus tamen intervallis reciproci, ſeniſque ſemper [e] horis, non cujuſque diei

2 reſorbentes. *Tol.*

3 ut ancillantes ſideri avido, trahentique ſecum hauſtu maria, & aſſidue aliunde, quam pridie, exorienti. *CH.*

a *Ad aras Murtias.*] Veneri Murtiæ dicatas, de qua infra cap. 29. lib. 15. Rhodig. cap. 12. lib. 18. *Mutias* probat, nempe in honorem Q. Mutii Scævolæ erectas, qui tanta integritate Aſiæ præfuit, ut in ejus gloriam *Mutia* diem feſtum Aſiatici celebraverint, ſicut & Syracuſani *Marcellea*, eodem fere laudis genere, quo Scipioni in ſella Jovis Capitolini, Catoni in curia ſtatua poſita eſt. *Dalec.*

b *In Veiente, &c.*] Hodie *Martignano*, ſeu Martheniano: aliis tamen aliter. Vide. Ortel. Theſ. Marthenian. *Idem.*

c *Et in ſilva Ciminia, &c.*] Ciminius mons, Viterbio proximus. Ciminius lacus hodie Viterbienſis. In eo monte Ciminia ſilva, in qua victos à Fabio conſule Hetruſcos ſcribit Livius l. 9. Per montem illum tendebat via Caſſia, ubi nunc eſt Surianum, arx munitiſſima. *Idem.*

d *Æſtus maris accedere.*] De hoc vide Ptolemæum lib. 2. cap. 12. Quadrip. & Ariſt. Prob. ſect. 23. Item Meteor. lib. 2. ſum. 1. per totum. & Plutarch. de plac. phil. lib. 3. cap. 17. & Stob. eclog. phyſ. cap. 25. pag. 69. Solin. Polyhiſt. 22. S. Aug. de civit. Dei lib. 7. cap. 22. *Idem.*

e *Horis.*] Has horas vulgares & temporales καιρικὰς Græci vocant, ut æquinoctiales ἰσημερινὰς. Vide Senec. Quæſt.

diei aut noctis, aut loci, ſed Æquinoctialibus: ideoque inæquales vulgarium horarum ſpatio, utcunque plures in [1] eas aut diei aut noctis illarum menſuræ cadunt, & Æquinoctio tantum pares ubique. Ingens argumentum, plenumque lucis ac vocis etiam [2] diurnæ, hebetes eſſe, qui negent ſubtermeare ſidera, ac rurſus eadem reſurgere, ſimilemque terris; imo vero univerſæ naturæ exinde faciem in iiſdem ortus occaſuſque operibus, non aliter ſub terra manifeſto ſideris curſu, aliove effectu, quam cum præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumque ſeptenis diebus. [3] Quippe modici nova ad dividuam æſtus, pleniore ab ea exundant, plenaque maxime fervent. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis: Iterumque alio latere dividua augentur. [a] In [4] coitu Solis pares. Plane eadem Aquilonia, & à terris longius recedente mitiores, quam [5] cum in Auſtros digreſſa, propiore niſu vim ſuam exercet. Per octonos quoque annos ad principia motus & paria incrementa centeſimo Lunæ revocantur ambitu, [6] augente ea cuncta ſolis annuis cauſis, duobus Æquinoctiis maxime tumentes, & autumnali amplius, quam verno: [b] inanes vero bruma, & magis ſolſtitio. Nec tamen in ipſis, quos dixi temporum articulis: ſed paucis poſt diebus ſicuti neque in plena aut noviſſima, ſed poſtea: nec ſtatim ut Lunam mundus oſtendat occultetve, aut media plaga declinet, verum duabus fere horis Æquinoctialibus ſerius; [c] tardiore ſemper ad terras omnium, quæ gerun-

1 eos. *ſub.* æſtus.

2 divinæ.

3 Quippe modici à nova ad dividuam æſtus, pleniores ab ea exundant. *CH.*

4 In coitu Solis pares plenæ. Eadem, &c. *Chiff.* pares plane. Ead. *M.*

5 d. in Ch. *& rectius.*

6 augentibus. *Vet. Pint.*

Quæſt. Nat. lib. 2. cap. 28. Vide & annotata in cap. 10. lib. 36. *Dalec.*

a *In coitu Solis pares.*] Lege: *In coïtu Solis pares & plena. Eadem Aquilonia & à terris longius recedente, mitiores.* Salmaſius.

b *Inanes vero bruma.*] *Manes vero bruma*, Tol. & Salmant. codices. Legendum forte, *manſuetiores*, ut paulo ante, *Mitiores quam cum in Auſtros degreſſa.* Pintian.

c *Tardiore ſemper ad terras omnium quæ geruntur in cælo effectu cadente quam viſu.*] Lego, *niſu*, non *viſu*, verbo

 Plinio

geruntur in cœlo, effectu cadente, quam [1] viſu ſicuti fulguris, & tonitrus, & fulminum. [a] Omnes autem æſtus in Oceano majora integunt ſpatia inundantque, quam in reliquo mari: ſive quia totum in univerſitate animoſius eſt quam in parte, ſive quia magnitudo aperta ſideris vim laxe graſſantis efficacius ſentit, eandem anguſtiis arcentibus. Qua de cauſa nec lacus, nec amnes ſimiliter moventur. Octogenis cubitis ſupra Britanniam intumeſcere æſtus Pythias Maſſilienſis auctor eſt. Interiora autem maria terris clauduntur, ut portu. Quibuſdam tamen in locis [b] ſpatioſior laxitas [2] ditioni [3] paret, utpote cum plura exempla ſint, in tranquillo mari, nulloque velorum [4] impulſu, tertio die ex Italia [5] provectorum Uticam, æſtu fervente. Circa litora autem magis quam in alto deprehenduntur hi motus: quoniam & in corpore extrema pulſum venarum, id eſt, ſpiritus magis ſentiunt. In pleriſque tamen æſtuariis propter diſpares ſiderum in quoque tractu exortus, diverſi exiſtunt æſtus, tempore, non ratione, diſcordes, ſicut in Syrtibus. Et quorundam tamen privata natura eſt, velut [6] Taurominitani [c] euripi ſæpius, & in Eubœa ſepties die ac nocte reciprocantis. [7] Æſtus idem triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octava, nonaque

1 niſu.
2 dictioni. CH.
3 patet. Alii.
4 pulſu. CH.
5 perrectorum. CH.
6 Tauromenitani. CH.
7 idem æſtus, &c.

Plinio familiari, ut liquebit etiam paulo poſt. *Pintian.*

a *Omnes autem æſtus in, &c.*] Romani veteres æſtum maris accedentem *Veniliam* appellarunt, reciprocantem vero & in ſalum redeuntem, *Salaciam*. Cum autem in Germanicum Oceanum penetraſſent Germanicis vocabulis pro Venilia, *Maladinam* dixerunt, vulgo *marce*, & pro Salacia *Lidunam*, quibus vocabulis uſus eſt Marcellus Empiricus, *Conficitur*, inquit, 12. *Cal. Julias. Non intereſt qua die vel Luna: Liduna, vel Malina.* His verbis apparet obſervatione ſuperſtitioſa Marcellum crediddiſſe, alias vires herbis eſſe collectis, cum mare inundat; alias cum recedit. Oceanum refuſum vocat Virg. 7. Æneid. refluentem ἀψόῤῥοον Homerus: idem æſtum extumeſcentem, ac detumeſcentem αἰλοσυδνλην vocat. Vide Scalig. in Feſtum, voce Salacia. *Dalec.*

b *Spatioſior laxitas.*] Lunæ viribus ac imperio. *Idem.*

c *Euripi.*] Vide Pomponium Melam. *Idem.*

a *Gadi-*

nonaque Luna. [a] Gadibus, qui eſt delubro Herculis proximus, fons incluſus ad putei modum, alias ſimul cum Oceano augetur minuiturque, alias vero utrunque contrariis temporibus. Eodem in loco alter, Oceani motibus conſentit. In ripa Bætis oppidum eſt, cujus putei creſcente æſtu minuuntur, augeſcunt decedente, mediis temporum immobiles. Eadem natura in Hiſpali oppido uni puteo, cæteris vulgaris. Et [b] Pontus ſemper extra meat in Propontidem, [c] introrſus in Pontum nunquam refluo mari.

CAP. XCVIII. *Miracula maris.*

OMnia plenilunio maria purgantur; quædam & ſtato tempore. [d] Circa Meſſanam & Mylas fimo ſimilia expuuntur in litus purgamenta: unde fabula, Solis boves ibi ſtabulari. His addit (ut nihil quod equidem noverim præteream) Ariſtoteles, nullum animal niſi æſtu recedente expirare. Obſervatum id multum in Gallico Oceano, & duntaxat in homine compertum.

CAP. XCIX.

Quæ poteſtas Lunæ, in terrena, & marina.

[e] QUo vera conjectatio exiſtit, haud fruſtra [1] ſpiritum ſidus Lunæ exiſtimari. Hoc [2] eſſe quod terras

[1] ſpiritus. *Vet.* ſpirituoſum ſidus Lunam &c. *CH.* & *M.*
[2] eſt. *CH.*

a *Gadibus.*] Strabo ſub finem lib. 3. *Dalec.*

b *Pontus ſemper.*] Seneca in præfatione lib. 4. Quæſt. Nat. *Ob hoc Pontus in inferum mare aſſidue fluit rapidus, non ut cætera maria alternans ultro citro æſtus, in unam partem ſemper pronus & torrens. Quod niſi faceret, hiſque itineribus quod cuique deeſt redderetur, & quod cuique ſupereſt emitteretur, jam aut ſicca eſſent omnia, aut inundata.* Vide infra cap. 13. lib. 4. *Idem.*

c *Introrſus in Pontum nunquam refluo mari.*] Legend. *Prorſus in Pontum, &c.* ex autographo Toletano. *Pintian.*

d *Circa Meſſanam, &c.*] Seneca lib. 3. cap. 26. *Dalec.*

e *Quo vera conjectatio exiſtit.*] Legend. *Quo vero conjectatio exiſtit haud fruſtra ſpiritus ſidus Lunam exiſtimari. Hoc eſt, quod terras ſaturet, accedenſque corpora impleat, abſcedens inanit.* Vide Salmaſ. p. 755. b. *Quæ vero conjectatio exiſtit, haud fruſtra ſidus Luna exiſtimari.*] *Lunam*, habet autographum Toletanum, non, *Luna*: recte opinor. *Pintianus.*

terras ſaturet, accedenſque corpora impleat, abſcedens inaniat. Ideo cum incremento ejus [a] augeri conchylia, & maxime ſpiritum ſentire, quibus ſanguis non ſit. [b] ſed & [1] ſanguine hominem etiam cum lumine ejus augeri ac minui: frondes quoque ac pabula (ut ſuo loco dicetur) ſentire, in omnia eadem penetrante vi.

1 ſanguinem hominum. *CH.*

Cap. C. *Quæ Solis, & quare ſalſum mare.*

[2] Itaque Solis ardore ſiccatur liquor: & hoc eſſe maſculum ſidus accepimus, torrens cuncta ſorbenſque. Sic mari late patenti [c] ſaporem incoqui ſalis; [d] aut quia exhauſto inde dulci tenuique, quod facillime trahat vis ignea, [e] omne [3] aſperius craſſiuſque linquatur: ideo [4] ſumma æquorum aqua dulciorem profundam: hanc eſſe veriorem cauſam aſperi ſaporis, quam quod mare terræ ſudor ſit æternus; aut quia [5] plurimum ex arido miſceatur illi ſine vapore; aut quia terræ [6] natura medicatis aquas inficiat. Eſt in exemplis, Dionyſio Siciliæ tyranno, cum pulſus eſt ea potentia, accidiſſe prodigium, [f] ut uno die in portu dulceſceret mare.

2 Ita, cum Solis ardore ſiccetur liquor (nam & hoc, &c. ſorbenſque) ſic mari, &c. *Pint.*
3 Summam æquorum aquam dulciorem profunda. *Alii.*
4 & aſperius. *CH.*
5 plurimus ex arido miſceatur illi vapor. *CH. Sal.*
6 natura ſicut med. *CH.*

Cap.

a *Augeri conchylia.*] Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribus, & pecori fibras addit. Lucilius ad Gellium cap. 7. lib. 20. Vide Ariſt. de partibus animal. lib. 4. cap. 5. Ptol. quadrip. lib. 1. cap. 2. & ibi Procl. *Dalec.*

b *Sed & ſanguine hominem etiam cum lumine ejus augeri*] Lego, *Sed & ſanguinem hominum etiam, &c.* ex utroque exemplari. *Pintian.*

c *Saporem incoqui ſalis.*] Rhodig. c. 15. & 16. lib. 26. Plutarch. de plac. ph. 3. c. 16. *Dalec.*

d *Aut quia exhauſto inde dulci.*] Dictionem, *aut*, ſupervacaneam cenſemus: totum enim perturbat ſenſum, qui ſine illa conſtat perbelle. Nam etſi paulo poſt ſimiles particulæ ſequantur, non tamen ad hanc referendæ ſunt, ſed ad confutandam Ariſtotelis, & Senecæ, & aliorum opinionem de ſalſo maris ſapore appoſitæ. *Pintian.*

e *Omne aſperius craſſiuſque linquatur.*] Scribo, *liquatur*, hoc eſt, liqueſcit ardore Solis: quod cum fieri nequeat in profunda parte æquorum, quo radii Solis non penetrant, ſequitur quod ſubjungit, *ſummam æquorum aquam, etſi ſalſa ſentiatur, dulciorem tamen eſſe profunda. Idem.*

f *Ut uno die in portu dulceſceret mare.*] Vide Val. Max. cap. ultimo lib. 6. *Dalec.*

a *Quod*

CAP. CI. *Item de natura Lunæ.*

E Contrario ferunt Lunæ fœmineum ac molle ſidus, atque nocturnum, ſolvere humorem, & trahere, non auferre. Id manifeſtum eſſe, [a] quod ferarum occiſa corpora in tabem viſu ſuo reſolvat, ſomnoque ſopitis torporem contractum in caput revocet, glaciem refundat, cunctaque humifico ſpiritu laxet. Ita penſari naturæ vices, ſemperque ſufficere, aliis ſiderum elementa cogentibus, aliis vero fundentibus. Sed in dulcibus aquis Lunæ alimentum eſſe, ſicut in marinis Solis.

CAP. CII. *Ubi altiſſimum mare.*

ALtiſſimum mare xv. ſtadiorum Fabianus tradit. Alii, in Ponto ex adverſo Coraxorum gentis (vocant Bathea Ponti) trecentis fere à continenti ſtadiis immenſam altitudinem maris tradunt, vadis nunquam repertis.

CAP. CIII.

[b] *Miracula aquarum, fontium, & fluminum.*

[1] MIrabilius id faciunt aquæ dulces, [c] juxta mare ut fiſtulis [2] emicantes. Nam nec aquarum natura à miraculis ceſſat. Dulces mari invehuntur, leviores haud dubie. Ideo & [3] marinæ, quarum natura gravior, magis invecta ſuſtinent. Quædam vero & dulces inter ſe ſupermeant alias. Ut

1 Mirabile. *CH.*
2 emanantes. *M.*
3 marinæ natura gravior, magis invecta ſuſtinet. *Tol. V. Cod.*

a *Quod ferarum occiſa corpora in tabem viſu ſuo reſolvat.*] Scribendum, ut teſtatus ſum, *niſu*, non *viſu*, ut ſupra cap. 97. *Eadem aquilonia & è terris longius recedente mitiores quàm quum in Auſtros digreſſa propiore niſu vim ſuam exercet.* Appellat *niſum* Plinius defluvium illud, quod à ſideribus in terram decidens, varios pro qualitate ipſius ſideris gignit effectus. *Influentias* philoſophi juniores, hoc eſt, infantes ac barbari, appellitant. Vetuſta etiam exemplaria, *niſu* legunt, non aliter. *Pintian.*

b *Miracula aquarum, &c.*] De aquarum miraculis vide Vitruv. lib. 8. cap. 3. & And. Baccium de therm. paſſim quidem, cum primis tamen lib. 6. cap. 23. *Dalec.*

c *Juxta mare.*] Vide Ariſt. Sect. 23. Problem. 19. 21. 27. *Idem.*

a Ut

[a] Ut in Fucino lacu invectus amnis, in [b] Lario [c] Addua, [d] in Verbano Ticinus, [e] in Benaco [f] Mincius, [g] in Sevinno [h] Ollius, in Lemano Rhodanus, hic trans Alpes, ſuperiores in Italia, multorum millium tranſitu hoſpitales ſuas tantum, 1 inlere. *M.* nec largiores, quam [1] intulere, aquas evehentes. Proditum hoc & in Oronte amne Syriæ multiſque aliis. Quidam vero odio maris ſubeunt vada, ſicut Arethuſa fons Syracuſanus, in quo redduntur jacta [i] in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Pelo- 2 terræ. *CH.* ponneſiaco litori infunditur. Subeunt [2] terras, rurſuſque redduntur, [k] Lycus in Aſia, Eraſinus in Argolica, Tigris in Meſopotamia. Et quæ in Æſcu- 3 emerſa. *CH. M.* lapii fonte Athenis [3] immerſa ſunt, in Phalerico redduntur. Et in Atinate campo fluvius merſus poſt xx. M. paſſ. exit: & in Aquilëienſi Timavus. Nihil in Aſphaltite Judææ lacu, qui bitumen gignit, mergi poteſt: nec in Armeniæ majoris Arethuſa: is quidem nitroſus piſces alit. In Salentino juxta 4 Anduriam. *CH.* oppidum [4] Manduriam lacus ad margines plenus, neque exhauſtis aquis minuitur, neque infuſis augetur. In Ciconum flumine, & [l] in Piceno lacu Velino lignum dejectum, lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine, adeo ut lapidem 5 durus. plerunque [m] [5] durans adhuc integat cortex. Similiter

a *Ut in Fucino lacu.*] *Lago di Celano* hodie. *Dalec.*

b *Lario.*] *Lago di Como.* Idem.

c *Addua.*] *Ada.* Idem.

d *In Verbano.*] *Major.* Idem.

e *In Benaco.*] *La Garde.* Idem.

f *Mincius.*] *Mento.* Idem.

g *In Sevinno.*] *Iſero.* Idem.

h *Ollius.*] *Oglio.* Idem.

i *In Alpheum.*] Idem tradunt de Alpheo Strabo & Timæus. *Idem.*

k *Lycus in Aſia, &c.*] *Dic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu; Exiſtit procul hinc alioque renaſcitur ore.* De Eraſino vide Senec. Quæſt. Nat. lib. 3. cap. 26. *Sic modo qui bibitur tacito ſub gurgite lapſus, Redditur Argolicis ingens Eraſinus in undis.* Virgilius De Arethuſa, *Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos Doris amara ſuam non intermiſceat undam.* Idem.

l *In Piceno lacu Velino.*] *Piedi luco* Ovid. *Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactu inducit marmora rebus.* Idem.

m *Durans adhuc integat cortex.*] Rectior lectio, *durus*, etſi repugnant exemplaria, hoc ſenſu: non lignum tantum, ſed durum lapidem, duro adhuc integi cortice. *Pintian.*

a *Ultra*

liter in [1] flumine Silaro, [a] ultra Surrentum, non virgulta modo immerſa, verum & folia lapideſcunt, alias ſalubri potu ejus aquæ. In exitu [b] paludis Reatinæ ſaxum creſcit. [c] Et in Rubro mari oleæ, virenteſque [d] frutices enaſcuntur. Sed & fontium plurimorum natura mira eſt fervore. Idque etiam in jugis Alpium ipſoque in mari inter Italiam & Ænariam; ut in Bajano ſinu, & in Liri fluvio, multiſque aliis. Nam dulcis hauſtus in [2] mari plurimis locis; ut ad Chelidonias inſulas, & [3] Aradum, & in Gaditano Oceano. Patavinorum aquis calidis herbæ virentes innaſcuntur: Piſanorum ranæ: [e] ad Vetulonios in Hetruria non procul à mari piſces. In Caſinate fluvius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior æſtate. In eo, ut in Arcadiæ Stymphali, [4] enaſcuntur aquatiles [f] muſculi. In Dodone Jovis fons cum ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoveantur, accendit. Idem meridie ſemper deficit; qua de cauſa [g] Anapauomenon vocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit. In Illyriis ſupra fontem frigidum expanſæ veſtes accenduntur. [h] Jovis Hammonis [5] fons interdiu frigidus, noctibus fervet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim tepeſcens, ad noctis media fervore & amaritudine [6] infeſtatur. Padi fons mediis diebus æſtivis velut interquieſcens ſemper aret. In Tenedo

1 d. in Tol. & Salm.

2 maris. *Vet.*

3 Arabum. *CH.*

4 naſcuntur. *M.*

5 ſtagnum interdiu frigidum. *CH.*

6 infeſtus. *Vet.*

a *Ultra Surrentum.*] Vide Strabonem ſub finem lib. 5. *Dalec.*

b *Paludis Reatinæ.*] Ea palude ſola jumentorum ungulæ durantur c. 2. l. 31. *Idem.*

c *Et in rubro mari oleæ virenteſque frutices enaſcuntur.*] Hæc verba deſiderantur in Tol. & Salmant. codd. *Pintianus.*

d *Frutices enaſcuntur.*] Vide Theophraſt. in Hiſt. *Dalec.*

e *Ad Vetulonios.*] *Viterbo. Idem.*

f *Muſculi.*] Mures exigui, vel aquatici mytuli, ut in multis Galliæ fluviis. *Idem.*

g *Anapauomenon.*] Vide Pontanum. *Idem.*

h *Jovis Hammonis fons.*] Vide Scotonem. & noſtrum cap. 5. lib. 5. *Idem.*

a In

nedo inſula fons, ſemper à tertia noctis hora in ſextam ab æſtivo ſolſtitio exundat. Et in Delo inſula [1] Inopus fons eodem, quo Nilus, modo, [2] ac pariter cum eo decreſcit augeturque. Contra Timavum amnem inſula parva in mari eſt cum fontibus calidis, qui pariter cum æſtu maris creſcunt, minuunturque. In agro Pitinate trans Apenninum fluvius Novanus omnibus Solſtitiis torrens, Bruma ſiccatur. [a] In Faliſco [3] omnis aqua pota candidos boves facit: in Bœotia amnis Melas oves nigras: [b] Cephiſſus ex eodem lacu profluens, albas: rurſus nigras Penius, rufaſque juxta Ilium Xanthus, unde & nomen amni. [c] In Ponto fluvius [4] Aſtaces rigat campos, in quibus [5] paſtæ nigro lacte equæ gentem alunt. In Reatino fons [6] Neminia appellatus, alio atque alio loco exoritur, annonæ mutationem ſignificans. Brundiſii in portu fons, [7] incorruptas præſtat aquas navigantibus. [d] Lynceſtis aqua, quæ vocatur

1 Inolus. *CH.*
2 ac pariter, *redundant.*
3 Clitumni amnis. *Vet. aſtipulat.* M.
4 Aſtaccenos rigat campos, irrigat. *CH.*
5 oves paſtæ nigro lacte, & equæ. *M. Vet.*
6 Neminie. *CH.*
7 incorruptas in ſpira præſtat. *Chiff.* ſemper præſt. *M.*

a *In Faliſco omnis aqua pota candidos, &c.*] Faliſco. Virg. 2. Georg. *Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus Victima.* Silius lib. 1. *Et lavet ingentem perfundens flumine ſacro Clitumnus taurum:* Ejus fluvii Deus Jupiter Clitumnus vocabatur, de quo Plinius Junior lib. 8. Epiſtola 8. *Adjacet templum priſcum & religioſum: ſtat Clitumnus ipſe amictus ornatuſque prætexta. Præſens numen atque etiam fatidicum indicat ſortes.* Flumen ſacrum eum ideo vocarunt, quod, ut idem Plinius ait, in illo ad pontem uſque natare liceret, non navigare. *Idem. In Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boves facit.*] Hominem petitum regionum, qui tam levi momento Clitumnum ex Umbria in Hetruriam traduxit. Vetus lectio, *in Faliſco omnis aqua pota candidos boves facit.* Gelen *In Faliſco omnis aqua.*] *Amnis*, non *omnis*, noſtrates habent codices. *Pintian.*

b *Cephiſſus ex eodem, &c.*] Uterque in Orchomenium lacum effunditur. Theophraſt. cap. 12. lib 4. Hiſt. *Dalec.*

c *In Ponto fluvius Aſtaces irrigat campos.*] Aſtacon oppidum eſſe Ponti in Bithynia, unde ſinus Aſtacenus dictus ſit, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Plinius, auctores ſunt. De fluvio qui *Aſtaces* dicatur, nihil comperi. Quamobrem ſcribendum hic puto, non *Aſtaces*, ſed *Aſtacenus*, poſſeſſive, ſicuti multos hoc ipſo capite fluvios & aquas Plinius nominat, abſque proprio nomine indicata modo regione in qua habeantur. *Pint. In Ponto fluvius Aſtaces irrigat campos, in quibus paſtæ oves nigro lacte equæ gentem alunt.*] Cur abſurdum viſum eſt Scythicam gentem equino lacte ali, is multo vaniora credidiſſet, quæ Pauſanias de Victimis ex hoc armento tradit & ſacras quoque dapes apud illos equinis viſceribus conſtare. Certe apud Maronem legiſſe debuerat: *Et lac concretum cum ſanguine potat equino.* Gelen.

d *Lynceſtis aqua.*] Viblus Sequeſter *Lyceſium* nominat: Thraciæque fluvium eſſe tradit. Ch. exemp. *Lynceſtus* legit. Ovid. 15. Metam. *Huic fuit effectu diſpar Lynceſtius amnis, Quem quicunque parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat*

vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item
in Paphlagonia, & in agro Caleno. In Andro in-
ſula templo Liberi patris fontem nonis Januariis
ſemper vini ſapore fluere Mutianus ter cos. credit:
[a] Dios [1] Tecnoſia vocatur. Juxta Nonacrim [2] Ar- 1 Tecoſia. *Vet.*
cadiæ [b] Styx, nec odore differens, nec colore, 2 in Arcadia. *CH.*
epota illico necat. Item in Beroſo Taurorum colle
tres fontes, ſine remedio, ſine dolore mortiferi.
[c] In [3] Carrinenſi Hiſpaniæ agro duo fontes juxta 3 Catanenſi.
fluunt, alter omnia reſpuens, alter abſorbens. In
eadem gente [4] alius, aurei coloris omnes oſtendit 4 alveus. *CH.*
piſces, nihil extra illam aquam cæteris differentes.
In Comenſi juxta Larium lacum, fons largus, ho-
ris ſingulis ſemper intumeſcit ac reſidet. In Sydo-
nia inſula ante Lesbon fons calidus, vere tantum
fluit. Lacus [5] Sinnaus in Aſia circumnaſcente ab- 5 Innaus. *CH.*
ſynthio inficitur. Colophone in Apollinis Clarii
ſpecu lacuna eſt, cujus potu [d] mira redduntur oracu-
la, bibentium breviore vita. Amnes retro fluere &
noſtra vidit ætas, Neronis principis annis ſupre-
mis, ſicut in rebus ejus [e] retulimus. Jam omnes
fontes æſtate quam hieme gelidiores eſſe, quem
fallit? Sicut illa permira naturæ opera, æs &
plumbum in maſſa mergi, dilatata fluitare: ejuſ-
demque ponderis alia ſidere, [f] alia invehi. Onera
in

titubat quam ſi mera vina bibiſſet. Vide Senec. Quæſt. Natur. lib. 3. cap 20. *Lynceſtas* Strabo. lib. 7. inter gentes Macedoniæ refert, quæ in Auſtrum & Ionium ſinum jacent. *Dalec.*

a *Dios Tecnoſia vocatur.*] Ambo ſcripta exemplaria, *Dios Theodoſia appellatur.* Pintian.

b *Styx.*] Vide cap. ult. lib. 39. & 2. lib. 31. *Dalec.*

c *In Carrinenſi Hiſpania, &c.*] Alii *Catanenſi*, leg. Fons ille Catanenſis abſorbens omnia hodie *Ferventia* vocatur: ager, Cadima, vicinus municipio Tentugallenſi. Auctor ſtirpis regum Luſitaniæ narrat jumentum quo vehebatur demerſo pede in eum fontem, vix extractum fuiſſe à duobus comitibus. *Idem.*

d *Mira redduntur oracula.*] Iis per ambages redditis exitium ſibi maturum impendere Germanicus monitus eſt. Rhod. cap 5. lib. 27. *Idem.*

e *Retulimus.*] Supra cap. LXXXIII. *Idem.*

f *Alia invehi.*] In Silia Indiæ montanæ fluvio nihil innatare Strabo tradit lib. 15. *Idem.*

a *Pluvias*

in aqua facilius moveri. Thyrreum lapidem, quamvis grandem innatare, eundemque comminutum mergi. Recentia cadavera ad vadum labi, intumeſcentia attolli. Inania vaſa haud facilius, quam ple-
1 aquis. *CH.* na, extrahi. [a] Pluvias ſalinis [1] aquas utiliores eſſe, quam reliquas: nec fieri ſalem, niſi admiſtis dulcibus. Marinas tardius gelare, celerius accendi. Hieme mare calidius eſſe, autumno ſalſius. Omne oleo tranquillari. Et ob id urinantes ore ſpargere; quoniam mitiget naturam aſperam, lucemque deportet. Nives in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorſum feratur, exilire fontes, atque etiam in Ætnæ radicibus flagrantis in tantum, ut
2 cineres & flammarum globos. *M.* 3 globo. *CH.* quinquagena & centena milia paſſ. [2] harenas flammarum [3] globus eructet.

Cap. CIV.

Ignium & aquarum juncta miracula, & de maltha.

4 Namque. *CH.* [4] Jamque & ignium, quod eſt naturæ quartum elementum, reddamus aliqua miracula. Sed
5 in urbe Comagenes Samoſata. *CH.* primum ex aquis. [b] [5] In Comagenes urbe Samoſatis ſtagnum eſt, emittens limum ([c] maltham
6 attingit. *Vet.* vocant) flagrantem. Cum quid [6] attigit ſolidi, [d] ad-
7 tactu. *CH.* hæret: præterea [7] tactus ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo: flagrabat-
8 d. in *CH.* que miles armis ſuis: aquis [8] etiam accenditur. Terra tantum reſtingui docuere experimenta.

Cap.

a *Pluvias ſalinis aquas utiliores eſſe quam reliquas.*] Codices noſtri, *Pluvias ſalinis aquas dulciores eſſe quam reliquas.* Pintian.

b *In Comagenes urbe Samoſata.*] Scribo *Samoſatis*: neutrius enim eſt generis, clara natalibus Luciani, celebris apud Græcos ſcriptores. Item *Commagenes*, cum duplici *m*, ſcribendum, ut oſtendimus in Pomponium. *Idem.*

c *Maltham vocant.*] Maltha hæc bitumen eſt. Malthæ factitiæ rationem, vide cap 22. lib. 36. *Dalec.*

d *Adhæret: præterea tactus ſequitur fugientes.*] Apographon Toletanum, *Adhæret præterea tactus, & ſequitur fugientes.* Salmanticenſe, *Adhæret præterea, & tactum ſequitur fugientis.* Pintian.

a *Similis*

CAP. CV. *De Naphtha.*

[a] SImilis eſt natura naphthæ; ita appellatur circa [1] Babyloniam, & in [2] Auſtagenis Parthiæ, profluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium, tranſiliuntque protinus in eam undecunque [b] viſam. Ita [3] ferunt à Medea [c] pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta.

1 Babylonem. *CH.* 2 Auſtacenis. *CH.* 3 fertur. *CH.*

CAP. CVI. *De ſemper ardentibus locis.*

VErum in montium miraculis, ardet Ætna noctibus ſemper, tantoque ævo [4] ignium materiæ ſufficit, nivalis hibernis temporibus, egeſtumque cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura ſævit, [d] exuſtionem terris denuncians. [e] Flagrat in [5] Phaſelide mons Chimæra, & quidem immortali diebus ac noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua, extingui vero terra, aut [6] fœno, Cnidius Cteſias tradit. [f] Eadem in Lycia Hephæſtii montes, teda flammante [7] tacti, flagrant adeo, ut lapides quoque rivorum, & harenæ in

4 materia ignium. *CH. M.* 5 Phaſelitis. *Chif. & Tol.* 6 fimo. *Long.* 7 tracti flagrant, & adeo. *Ch.*

a *Similis eſt natura naphtha, &c.*] Legend. *Similis eſt natura Naphta: ita appellatur circa Babylonem, & in Aſtacene Parthia profluens bituminis, &c.* Ἀστακηνὴ provincia eſt regni Parthorum. Per Parthiam igitur intellexit Plinius, τὴν τῶν Παρθῶν ἐπικράτειαν. alias Ἀστακηνὴ diverſa à Parthia proprie dicta, quæ Παρθυηνὴ Græcis. *Salmaſ.* pag. 241. b.

Similis eſt natura naphtha, &c.] Latinorum quidam oleum vivum vocant. Gratius, *Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti Stagna ſedent venis oleoque madentia vino.* Xiphilin. ex Dione refert Tigranocertanos naphtha ſeſe inter cætera defendiſſe, Lucullo urbem oppugnante. Vide & And. Baccium de therm. lib 5. cap. 13. *Dalec.*

b *Viſam.*] Eadem vis in radice Aproxidis infra c. 17. lib. 24. *Idem.*

c *Pellicem.*] Horat. *Hoc delibutis ulta donis pellicem ſerpente fugit alite.* Idem.

d *Exuſtionem.*] Veteres enim univerſitatis rerum apocataſtaſin, id eſt, reſtitutionem; ſive redintegrationem factam fuiſſe per cataclyſmum tradunt, & olim futuram per ἐκπύρωσιν. Ejus meminit Rhodig. cap. 21. lib. 2. Ejus fit & mentio infra cap. 16. lib. 7. *Idem.*

e *Flagrat in Phaſelide mons Chimera.*] Ambo codices non *Phaſelide* habent, ſed *Phaſelitis*, quod & melius, ut paulo poſt *Flagrat in Bactris*, & mox, *Flagrat in Medis.* Pintian.

f *Eadem in Lycia Hephaſtii montes, &c.*] Legend. *Eadem in Lycia Hephaſtii montes tada flammante tractim flagrant; & adeo; &c.* vide *Salmaſ.* p. 801. b.

in ipſis aquis ardeant: aliturque ignis ille pluviis. Baculo ſi quis ex iis accenſo traxerit ſulcos, rivos ignium ſequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus vertex. Flagrat in Medis & Cæſtia gente confinio Perſidis: Suſis quidem ad Turrim albam, è xv caminis, maximo [1] eorum & interdiu. Campus Babyloniæ flagrat, quadam veluti piſcina jugeri magnitudine. [a] Item Æthiopum juxta Heſperium montem, ſtellarum modo campi noctu nitent. Similiter in Megalopolitanorum agro; tametſi internus ſit ille jucundus, [b] frondemque denſi ſupra ſe nemoris non adurens, & juxta gelidum fontem ſemper ardens. Nymphæi crater dira Apolloniatis ſuis portendit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus egeritque bitumen, temperandum fonte illo inguſtabili; alias omni bitumine [2] dilutius. Sed quis hæc miretur? in medio mari Hiera inſula Æolia juxta Italiam cum ipſo mari arſit per aliquot dies ſociali bello, donec legatio Senatus

1 eorum. Et inter campos Babyloniæ flagrat quædam velut. *CH.*

2 dulcius. *CH.*

a *Item Æthiopum juxta Heſperium montem.*] Utrumque exemplar, *Heſperum*, habet, non *Heſperium.* Unde & *Heſperu Ceras* à Plinio alibi & Mela vocatur, ut in eum diximus. Proinde legendum hic, *Heſperu montem*, non *Heſperium*, etſi ſcio appellari etiam *Heſperion Ceras*, *Heſperios Æthiopas.* Pintian.

b *Frondemque denſi ſupra ſe nemoris non adurens, & juxta gelidum fontem ſemper ardens. Nymphai crater dira Apolloniatis ſuis portendit.*] In tam paucis verbis quot res in cenſuram cadunt? Ante omnia conjunctio, *&*, cum majore litera ſcribenda; ut adjuncta præcedentibus, ſit initium inſequentium. Legenda quoque verba illa, *Nymphai crater*, ſine diſtinctione: deinde ſcribendum videtur, *egelidum*, non *gelidum*, quæ dictio ſignificat tepidum vel ex Ovidiano verſu, cujus Seneca meminit libro declamationum ſecundo,

Et gelidum Borean, egelidumque Notum.

Tepidum vero fuiſſe fontem juxta Nymphæi craterem, non frigidum, Strabo oſtendit ſeptimo geographumenôn, his verbis: *In ipſis Apolloniatarum finibus celeber locus extat, quem Nymphæum vocant. Ibi vero & petra eſt ignem vomens: cui fontes ſubſunt, qui aquas tepidas bitumenque ſcatent, dum ipſa bituminis petra, ut par eſt, uritur.* hæc Strabo. Præterea videtur ordo verborum inverſus eſſe, & præpoſtere conceptus, ſenſu aut nullo, aut vix cohærente. Nam ſi ſemper ardet, qua ratione Apolloniatis ſuis dira portendit? Quapropter legendum cenſeo, *Et juxta egelidum fontem Nymphæi crater. Dira ſemper Apolloniatis ſuis portendit ardens* Neque enim crater ille ſemper ardet, ut oſtendunt Strabonis verba paulo ante adducta, dum ipſa bituminis petra, ut par eſt, uritur: ſed cum ardet, dira ſemper Apolloniatis prænuntiat. Poſtremo diſpiciendum, an non *egelidum fontem*, ſed plurium numero *egelidos fontes* ſcribi debeat, ut Straboni cum Plinio conveniat. *Idem.*

a *Specula*

tus piavit. Maximo tamen ardet incendio Theôn ochema dictum, Æthiopum jugum, torrenteſque Solis ardoribus flammas egerit. Tot locis, tot incendiis rerum natura terras cremat.

CAP. CVII. *Ignium per ſe miracula.*

PRæterea cùm ſit hujus unius elementi ratio fœcunda, ſeque [1] ipſe pariat, & minimis creſcat ſcintillis, quid fore putandum eſt in tot rogis terræ? Quæ eſt illa natura, quæ voracitatem in [2] toto mundo avidiſſimam ſine damno ſui paſcit? Addantur iis ſidera innumera, ingenſque Sol. Addantur humani ignes, & lapidum quoque inſiti naturæ, attrita inter ſe ligna, jam nubium & origines fulminum. Excedit profectò [3] omnia miracula [4] ullum diem fuiſſe, quo non cuncta conflagrarent: cum [a] ſpecula quoque concava adverſa Solis radiis facilius etiam [5] accendantur, quam ullus alius ignis. [b] Quid quod innumerabiles parvi, ſed naturales ſcatent? In Nymphæo exit è petra flamma, quæ pluviis accenditur. [c] Exit & ad aquas Scantias. Hæc quidem invalida, cum tranſit, nec longe in alia materia durans. Viret [6] æterno hunc fontem igneum con-

1 ipſum.
2 iſto. *M.*
3 miracula omnia. *Chiff.*
4 unum. *Chiff.*
5 accendant. *Ch.*
6 ex æterno. *M.* ſuperne. *Alii.*

a *Specula quoque concava, &c.*] De ſpeculis his exurentibus, quibus Romanorum ſuccendit naves Syracuſanus ille mathematicus celeberrimus Archimedes, res vulgo eruditorum nota eſt: cujuſmodi autem fuerint ea ſpecula non perinde conſtat. pleroſque recentiorum in ea video ſententia eſſe, quaſi, in parabolæ modum cava fuerint, uti præter Vitell. à Milichio laudatum Orontius quoque peculiari libello perſecutus eſt, & Cardan. lib. 3. de ſubtil. &c. Sed vetus auctor Anthemius *περὶ παραδόξων μηχανημάτων* (uti ex eo quod ſupereſt fragmento didicimus) *κλιβανοειδῆ* fuiſſe tradit. Idem autem ab aliis præſtitum reperies. apud Zonaram in vita Anaſtaſ. Dicori. & Curion. Saracen. lib. 2. pag. 61. *Dalec.*

b *Quid quod innumerabiles parvi, ſed naturales ſcatent?*] Alii, *Partus.* antiqua lectio, *Parvi.* Naturales dixit propter præcedentem ſpeculorum mentionem: *Parvi*, quia hactenus de magnis loquutus. *Gelen.* *Quid quod innumerabiles parvi, &c.*] Vide Senecam Quæſt. Nat. lib. 2. cap. 2. *Dalec.*

c *Exit & ad aquas Scantias.*] Eadem flamma micat in uliginoſa terra, cum baculo ſculpitur prope Gratianopolim Allobrogum, ad fontem quem Ardentem vocant, è quo ſtramen admotum poſſit accendi. *Idem.*

contegens fraxinus. Exit in Mutinenſi agro ſtatis [1] Vulcano diebus. Reperitur apud auctores, ſubjectis Ariciæ arvis, ſi carbo deciderit, ardere terram. In agro Sabino & Sidicino unctum flagrare lapidem. In Salentino oppido Egnatia, impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exiſtere. In Laciniæ Junonis ara ſub dio ſita, cinerem immobilem eſſe, perflantibus undique procellis. Quin & repentinos [2] ignes exiſtere, & in aquis, & in corporibus etiam humanis. Traſymenum lacum arſiſſe totum: [a] Servio Tullio dormienti in pueritia, ex capite flammam emicuiſſe: L. Marcio in Hiſpania interemptis Scipionibus concionanti, & milites ad ultionem exhortanti, arſiſſe ſimili modo, Valerius Antias narrat. Plura mox & diſtinctius, nunc enim quadam miſtura rerum omnium exhibentur miracula. [b] Verum egreſſa mens interpretationem naturæ, feſtinat legentium animos per totum orbem velut manu ducere.

1 Vulcanis. *M.*

2 exiſtere ignes. *Chiff.*

CAP. CVIII.

[c] *Terræ univerſæ menſura, longitudo & latitudo.*

PArs noſtra terrarum, de qua memoro, ambienti ([d] ut dictum eſt) Oceano velut innatans, longiſſime ab Ortu ad occaſum patet, hoc eſt, ab India ad Herculis columnas Gadibus ſacratas [3] octuagies quinquies centena ſeptuaginta octo M. paſſ. ut Artemidoro auctori placet. Ut vero Iſidoro, [4] nonagies octies centena & [5] decem & octo M. Artemidorus adjicit amplius, à Gadibus circuitu ſacri pro-

3 Sabellico: octogintaquinque millia ſtadiorum, & præterea ſexaginta octo.

4 *idem:* ſtadiorum millia nonaginta octo, ac præterea octodecim.

5 LXVIII. *CH.*

a *Servio Tullio.*] Idem infra cap. I. lib. 37. Vide lib. 2. Æneid. Virg. de Iulo. *Dalec.*

b *Verum egreſſa mens interpretationem naturæ.*] Archetypum Toletanum, non, *Verum* legit, ſed *iterum:* ut legendum putem, *interim.* Pintian.

c *Terræ univerſæ menſura, &c.*] Capella philol. lib. 6. pag. 229. *Dalecampius.*

d *Ut dictum eſt:*] Supra cap. LXVI. *Idem.*

promontorii ad [a] promontorium Artabrum, quo longiſſime fons procurrit Hiſpaniæ, octingenta M. nonaginta unum. Id menſuræ duplici currit via. A Gange amne oſtioque ejus, quo ſe in Eoum Oceanum effundit, per Indiam Parthyenenque ad Myriandrum urbem Syriæ, in Iſſico ſinu poſitam, [1] quinquagies bis centena quindecim M. paſſ. Inde proxima navigatione Cyprum Inſulam, [2] Pataram Lyciæ, Rhodum, Aſtypalæam in Carpathio mari inſulas, [3] Laconicæ Tænarum, Lilybæum Siciliæ, [b] [4] Calarim Sardiniæ, [5] tricies quater centena quinquaginta M. Deinde Gades quatuordecies centena & quinquaginta M. paſſ. Quæ menſura univerſa ab eo mari efficit [6] octogies quinquies centena [7] LXXVIII. M. paſſ. Alia via, quæ certior, itinere terreno maxime patet, à Gange ad Euphratem amnem [8] quinquagies centena M. paſſ. & XXI. Inde Cappadociæ Mazaca CC. M. XLIV. Inde per Phrygiam, Cariam, Epheſum, CCCC. M. paſſ. XCVIII. ab Epheſo per Ægæum pelagus Delum ducenta M. Iſthmum CCXII. M. Deinde terra & [9] Laconico mari & Corinthiaco ſinu Patras Peloponneſi ducenta duo M. quingenti: Leucadem [10] LXXXVI millia [11] quingenti: Corcyram totidem: Acroceraunia centum triginta duo millia [12] quingenti: Brundiſium LXXX. ſex millia quingenti; Romam CCC. millia LX. Alpes uſque ad [13] Cincomagum vicum M. CCCCCXVIII. Per Galliam ad Pyrenæos montes Illiberim quingenta quinquaginta ſex M. Ad Oceanum & Hiſpaniæ oram trecenta triginta duo M. Trajectu Gadis ſeptem millia quingenti. Quæ menſura [14] Artemidori ratione efficit octua-

1 quinquagintaquinque millia ſtadiorum. *Sabellicus.*
2 Patras.
3 Tænarum Laconiæ. *Chiff.*
4 Caralim, *ex Strabone & Ptolemæo. Unde etiam infra lib. 3. c. 7. propinquum promontorium* Caralitanum *appellatur.*
5 trigeſies bis quinquaginta. *CH.*
6 nonaginta octo millia ſtadiorum. *Sabell.*
7 LXVIII. *CH.*
8 quinquaginta millia ſtadiorum & novendecim. *Sabellic. Long. paſſ. etiam leg. hic & in ſequentibus.*
9 Lechaico. *CH. Ab oppido Lechæo ſinus Corinthiaci.*
10 LXXXVII. *Chiff.*
11 d. in Chiff.
12 d. in Chiff.
13 Calcincomacum. *Vet.*
14 Artemidoro atteſtante. *Vet.*

a *Promontorium Artabrum.*] Ibi ſita eſt Olyſſipo. *Dalec.*

b *Calarim Sardiniæ.*] Oſtendimus in Pomponio, *Caralim* enunciandum, non *Calarim*: errareque eos qui aliter proferant. *Pintian.*

octuagies ſexies centena octoginta quinque. Latitudo autem terræ à meridiano ſitu ad ſeptentrionem, dimidio [1] fere minor colligitur, quinquagies quater centena ſexaginta duo millia. Quo palam fit, quantum & hinc vapor abſtulerit & illinc [2] rigor. Neque enim deeſſe arbitror terris, aut non eſſe globi formam; ſed inhabitabilia utrinque incomperta eſſe. Hæc menſura currit à litore Æthiopici Oceani, qua modo habitatur, ad Meroën [3] CCCCL. M. Inde Alexandriam duodecies centena millia quinquaginta. Rhodum quingenta [4] octogintatria. Gnidum [5] octogintaquatuor millia quingenti. Côn vigintiquinque millia. Samum C. millia. Chium [6] LXXXIV. millia. Mitylenem LXV. millia. Tenedon [7] XXVIII. millia. Sigæum promontorium XII. millia quingenti. Os Ponti CCCXII. millia quingenti. Carambin promontorium CCCL. Os Mæotidis CCCXII. millia quingenti. Oſtium Tanais [8] CCLXV. M. qui curſus compendiis maris brevior fieri poteſt LXXXIX. M. Ab oſtio Tanais nihil modicum diligentiſſimi auctores fecere: Artemidorus ulteriora incomperta exiſtimavit, cum circa Tanaim [a] Sarmatarum gentes degere fateretur ad Septentriones verſas. Iſidorus adjecit [9] XIIC. M. L. uſque ad Thulen, quæ conjectura divinationis eſt. Ego non minore, quam proxime dicto ſpatio Sarmatarum fines noſci intelligo. Et alioquin quantum eſſe debet, quod innumerabiles gentes ſubinde ſedem mutantes capiat? Unde ulteriorem menſuram inhabitabilis plagæ, multo eſſe majorem arbitror. Nam & à Germania immenſas inſulas non pridem compertas, cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hæc ſunt, quæ digna

1 fermè. *CH.*
2 liquor.
3 D. cccv. *CH.*
4 octog. quat. *CH.*
5 octog. quinque. *CH.*
6 XLIV. *CH.*
7 CXIX. *CH.*
8 CCLXII. *Idem.*
9 duodecim millia ſtadiorum & quinquaginta. *Sabell.*

a *Sarmatarum gentes.*] Herodoto Sarmatæ ſupra Mæotin habitant quindecim dierum itinere. *Dalec.*

a *Era-*

digna memoratu putem: Univerſum autem hunc circuitum [a] Eratoſthenes, in omnium quidem literarum ſubtilitate, & in hac utique præter cæteros ſolers, [1] quam cunctis probari video, ducentorum quinquagintaduorum millium ſtadiûm prodidit. Quæ menſura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia paſſ. Improbum auſum: verum ita ſubtili [2] computatione comprehenſum, ut pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adjicit ſtadiorum paulo minus xxv. millia.

1 quem. *CH.*

2 argumentatione. *M.*

CAP. CIX. *Harmonica mundi ratio.*

ALia Dionyſodoro fides: neque enim ſubtraham exemplum vanitatis Græcæ maximum. [3] Melius hic fuit, Geometrica ſcientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cum ſecutis diebus juſta peragerent, inveniſſe dicuntur in ſepulchro epiſtolam Dionyſodori nomine ad ſuperos ſcriptam: Perveniſſe eum à ſepulchro ad infimam terram, eſſeque eo ſtadiorum quadraginta duo millia. Nec defuere Geometræ, qui interpretarentur ſignificare epiſtolam à medio terrarum orbe miſſam, quo deorſum ab ſummo longiſſimum eſſet ſpatium, & idem pilæ medium. Ex quo conſequuta computatio eſt, [b] ut circuitu eſſe [4] ducenta quin-

3 Chius. *M. alii*, Cydius. *al.* Cydnius.

4 Ducenta quinquaginta duo millia ſtadiorum. *Ch. Vet.*

a *Eratoſthenes.*] Is Cyrenæus fuit, ut ſcribit Vitruv. c.6. lib.1. *Dalec.*

b *Ut circuitu eſſe ducenta quinquaginta quinque millia ſtadiorum pronunciarent.*] Scribo, *CCL II. M. ſtadia pronunciarent*, ex ipſo Plinio capite præcedente, & Macrobio lib. in Somnium Scipionis ſecundo. Ptolemæus vero & Marcianus aliam rationem ſecuti ſunt. Sed & calculi ratio, *duo millia*, non *quinque* ſcribendum eſſe convincit. Nam ſi à pilæ medio ad ſummum, quæ eſt dimetientis dimidia pars, colliguntur XLII. M. duplicata, hæc ſumma reddet totum dimetientem, hoc eſt, LXXXIV. M. Qui numerus ſi triplicetur, (nam ſeptima pars dimetientis videtur ab Eratoſthene neglecta, ut parvi momenti acceſſio ad totum circulum) conficiet numerum prædictum CC L II. M. ſtadiorum. *Pint.*

quinquagintaquinque millia ſtadia pronuntiarent, Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, [a] addit huic menſuræ ſtadia [1] ſeptem millia; terramque nonageſimam ſextam milleſimam totius mundi partem facit.

1 ſtadiorum XII. M.

a *Addit huic menſuræ ſtadia ſeptem millia.*] Scribendum videtur *XII. M.* non, *VII. M.* facili librariorum lapſu, mutato *X*, in *V*. Duodecim autem ſuperiori ſummæ defuerant ad complementum totius circuli: qui, ut eſt in confeſſo, & ſupra docuit Plinius, complectitur ter dimetientem, & inſuper ſeptimam dimetientis partem. Dato ergo, dimetientem continere LXXXIV. M. conſequitur, ut ſeptima ejus pars agat XII. M. ſtadia. *Pint.*

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ

LIBER TERTIUS.

PROOEMIUM.

HActenus de ſitu, & miraculis terræ, aquarumque [1] *ac ſiderum,* & [2] *ratione* 1 & Chiff.
univerſitatis, atque [3] *menſura. Nunc de* 2 ac Chiff. 3 menſuræ. V.
partibus; quanquam infinitum id quoque [4] *exiſtimatur, nec temere ſine aliqua reprehen-* 4 æſtimatur. V.
ſione [5] *tractatum. Haud ullo in genere venia juſtior* 5 tractandum. Vet.
eſt, ſi modo minime mirum eſt, hominem genitum non omnia humana noviſſe. Quapropter auctorem neminem unum ſequar; ſed ut quemque veriſſimum in quaque parte arbitrabor. Quoniam commune ferme omnibus fuit, ut eos quiſque diligentiſſime ſitus [6] *di-* 6 diſceret, ex quibus ipſe prodibat.
ceret, in quibus ipſe prodebat: ideo nec culpabo, aut coarguam quenquam. Locorum nuda nomina, &
[7] *quanta dabitur brevitate ponentur, claritate cauſiſ-* 7 quantum dabitur brevi.
que dilatis in ſuas partes. nunc enim ſermo de toto eſt. Quare ſic accipi velim, ut [8] *ſi* [9] *vidua fama* 8 ſicubi. V. 9 dividua. Ch.
ſua nomina, qualia fuere primordio ante res ullas geſtas, nuncupentur; [10] & *ſit quædam in his nomen-* 10 &, del. vid. ex Ch.
clatura quidem, ſed mundi rerumque naturæ. Terrarum orbis univerſus in tres dividitur partes, Europam, Aſiam, Africam. Origo ab occaſu Solis & Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa eſt, læva Europa: inter has Aſia [11] *eſt. Ter-* 11 eſt, deeſt in Ch.
mini amnes, Tanais, & Nilus. Quindecim M. paſſ.

 in

Digitized by Google

in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent, quinque M. in latitudinem, à vico Mellaria Hiſpaniæ ad promontorium Africæ Album, auctore
1 Gracili. *V.* *Turannio* [1] *Graccula juxta genito. T. Livius, ac*
2 minus. *Ch.* *Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi* [2] *minimum, vij. M. paſſ. ubi vero plurimum, x. M. Tam modico ore tam immenſa æquorum vaſtitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de cauſa* [a] *Limen interni maris multi*
3 proximis. *Ch.* *eum locum appellavere.* [3] *Proxima autem faucibus*
4 veluti clauſtra. *utrinque impoſiti montes coërcent* [4] *clauſtra. Abila*
5 meta. *Ch.* *Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis* [5] *metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas ejus Dei vocant,*
6 perfoſſos (ſub. montes.) *Pint.* *creduntque* [6] *perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem.*

CAP. I. *De Europa.*

PRimum ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longeque terrarum pulcherrima, [b] quam plerique merito non tertiam por-

a *Limen interni maris.*] Mediterranei, quod & ſupra *internum* dixit. Salluſtio *mare ſecundum*, & fretum maris noſtri: Iſidoro, *mare magnum*. Dalec.

b *Quam plerique merito non tertiam portionem fecere.*] Iſocrates in Panegyrico. Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν. Æthic. Coſmogr. poſtquam vulgo tandem receptam orbis terrarum tripertitam attuliſſet diviſionem. *Sed hinc*, inquit, *magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi qui res divinas evidentius agnoverunt, duas tantum partes accipiendas ſuadent, id eſt, Aſiam & Europam tantummodo. Africam vero cenſent Europæ finibus deputandam.* *Et revera hoc ita eſſe evidenti documento monſtratur. Quia non ſolum venenorum male altrix terra partem habet ſpatii; verum etiam eſt & cæli adverſo ſidere plus deſtituta. Namque illam partem tertiam vocaverunt, non ut æqualem inclitis præcellentibuſque ſed ſitu peſſimo, languidam ardoribus ſuis, in extremo poſitam, ab optimis ſecarunt: non diviſionis merito, ſed ſic ut inciſa ſuis fluctibus invenitur.* Id quod poſtea p.32. paucioribus paulo verbis repetit, & p.52. Simler. quoque alios auctores dilaudat, quibus addatur & Auſon. ep. 18. Revera autem rem aliter, quoad cauſſas ab Æthico adductas, ſeſe habere norunt partim eruditi, qui id omne ex hominum pendere arbitrio ſciunt, partim vero qui hodierna die parentumque noſtrorum memoria orbem terrarum ipſi luſtravere, certioraque experti ſunt. Qua de re cum primis, quod huc faciat, Leo Afer in deſcriptione Africæ, cæterique Coſmographi recentiores. Salluſtius in Jugurth.

portionem fecere, verum æquam, in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum fretum, univerſo orbe diviſo. Oceanus hoc quod dictum eſt ſpatio [1] Atlanticum mare infundens, & avido meatu terras, quæcunque venientem [2] expavere, demergens; reſiſtentes quoque flexuoſo litorum anfractu lambit; Europam vel maxime receſſibus crebris excavans: ſed in quatuor [3] præcipue ſinus. [a] Quorum primus à Calpe Hiſpaniæ extimo (ut dictum eſt) monte, Locros [4] & Brutium uſque promontorium immenſo ambitu flectitur. In eo prima Hiſpania terrarum eſt, ulterior appellata, eadem Bætica. [5] Mox à fine Urgitano citerior, eademque Tarraconenſis ad Pyrenæa juga. Ulterior in [6] duas, per longitudinem, provincias dividitur. Siquidem Bæticæ latere ſeptentrionali prætenditur Luſitania, amne Ana diſcreta. Ortus hic Laminitano agro citerioris Hiſpaniæ, & modo ſe in ſtagna fundens, modo in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Tarraconenſis autem affixa Pyrenæo, totoque ejus latere decurrens, & ſimul ad Gallicum Oceanum Iberico à mari [7] tranſverſa ſe pandens, Solorio monte, & Oretanis jugis, Carpetaniſque, & Aſturum, à Bætica atque Luſitania diſtinguitur: Bætica, à flumine eam mediam ſecante cognominata, cunctas provinciarum dividi cultu, & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. [b] Juridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Cor-

1 In Atlanticum mare ſe infun.

2 exſpectavere, excepere. *Vet.*

3 præcipuos. *Ch.*

4 deeſt in Chiff.

5 lege, à ſinu Virgitano. *urbs enim Virgi hac in parte à Pomponio collocatur: propinquuſque ſinus appellatur, Virgitanus.*

6 duas partes divid. *Chiff.*

7 tranſverſim. *Vet.*

gurth. *In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere, pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe: ſed Africam in Europa.* Dalec.

a *Quorum primus à Calpe Hiſpania.*] Scribe: *Quorum primus à Calpe Hiſpaniæ extimo monte, Locros, Bruttium uſque promontorium immenſo ambitu amplectitur.* Salmaſ. pag. 83.

b *Juridici conventus ei quatuor.*] Marcianus duos aſſignat Bæticæ duntaxat conventus, Cordubenſem & Gaditanum. Mirumque mihi, cur in hac traditione, tam diverſus abierit à ſuo Plinio, à quo in cæteris neque latum, ut ajunt, unguem diſcedere ſolet. *Pintian.*

a *Oppida*

Cordubenſis, [1] Aſtigitanus, Hiſpalenſis. [a] Oppida omnia numero CLXXV. In iis coloniæ VIII. municipia VIII. [b] [2] Latio antiquitus donata XXIX. libertate VI. [3] fœdere II. ſtipendiaria CCX. Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia, à flumine Ana, litore Oceani, oppidum Oſſonoba, Luſturia cognominatum. [4] Interfluentes, Luxia & Urium, Ariani montes: Bætis fluvius: Litus [5] Corenſe inflexo ſinu; cujus ex adverſo Gades inter inſulas dicendæ. Promontorium Junonis, portus Beſippo, Oppida Belon, Mellaria, fretum ex Atlantico mari. Carteia, [6] Tarteſſos à Græcis dicta. Mons Calpe. Dein litore interno [7] oppidum, Barbeſula cum fluvio. Item Salduba oppidum, [8] Suel Melacha cum fluvio fœderatorum. Dein Menoba cum fluvio. [9] Sexti Firmum cognomine Julium, Selambina, Abdera. Murgis Bæticæ finis. Oram eam univerſam originis Pœnorum exiſtimavit M. Agrippa. Ab Ana autem Atlantico Oceano obverſa Baſtulorum Turdulorumque eſt. [10] In univerſam Hiſpaniam M. Varro perveniſſe Iberos & Perſas & Phœnicas, Celtaſque, & Pœnos tradit. [c] Luſum enim Liberi patris, aut Lyſſam

1 Aſticianus. *Ch.*
2 *lege* Latio jure. *ut infra cap.* 3.
3 fœdere III. in Ch. II.
4 interfluunt. *Vet.*
5 Curonenſe. *Ch.*
6 Carpeſſum. *Appian. Pauſania. Leopard.*
7 oppida. *Vet.*
8 ſive. *Chiff.*
9 Sextifirmium *Ptolemæo.*
10 Turduli à Bæti fluvio ad Ætnam uſque protenduntur. Eorum finis ad promontorium ſacrum: Baſtuli vero à Calpe uſque Alimentam. *Pinetus hæc interſerit.*

a *Oppida omnia numero clxxv.*] Et paulo poſt, *fœdere ij.* Scribe, *fœdere iiij.* ex exemplari Tolet. eximie. neque enim inferiores numeri collecti redderent aliter prædictam ſummam 275. *Pintian.*

b *Latio antiquitus donata xxix.*] Quoniam hac tota Geographia frequens mentio fit juris Latii, ac Municipalis, coloniarum, oppidorum, quæ ſtipendiaria fuerunt & quæ immunia, gentium, quæ Romana civitate donatæ ſint, Alexandrum ab Alex. cap. 10. lib. 4. conſulendum puto, qui ea omnia diligenter perſequutus eſt. Jus Latii levatio cenſitionis fuit, ut idem jus experirentur in cenſitione quod Italicæ coloniæ, ac præterea in traditionibus nixi, uſucapionibus, annali exceptione jure capiendi: immunitas vero cum nec pro capite, nec pro ſolo tributum pendebant. Videatur Onuph. Panvin. Imper. Rom. & Car. Sigon. de antiq. jur. *Dalec.*

c *Luſum enim Liberi patris ac Lyſam cum eo bacchantium, &c.*] Scribe, *aut Lyſam cum eo bacchantem.* Marcianus, *Cui*, inquit, *nomen fabula à luſu Liberi patris, vel cum eo bacchantium ſociavit.* favent etiam ambo exemplaria. *Pintian.* *Luſum enim Liberi patris, ac Lyſſam, &c.*] Nota eſt ex poëtis *lyſſa*, hoc eſt, rabies, Mænadum Bacchi comitum obvios thyrſo ferientium, & canes pecudeſque diſcerpentium: de qua illud: *Et torvum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris & lyncem Mænas flexura corymbis.* Gelen.

a At

ſam cum eo [1] bacchantium nomen dediſſe Luſitaniæ, & Pana præfectum ejus [2] univerſæ. [a] At quæ de Hercule ac Pyrene vel Saturno traduntur, fabuloſa in primis arbitror. Bætis in [3] Tarraconenſis provinciæ, non ut aliqui dixere, [4] Menteſa oppido, ſed Tugienſi exoriens [5] ſaltu, quem Tader fluvius, qui Carthaginienſem agrum rigat, [6] Ilorci refugit Scipionis rogum: verſuſque in occaſum, Oceanum Atlanticum provinciam adoptans petit, modicus primo, ſed multorum fluminum capax, quibus ipſe famam aquaſque aufert. [b] Bæticæ primum [7] ab Oſſigitania infuſus, amœno blandus alveo crebris dextra lævaque accolitur oppidis. Celeberrima inter hunc & Oceani oram in mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Julia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, [8] Ebura quæ Cerealis, Iliberi quod Liberini, Ilipula quæ Laus, Artigi quod Julienſes, Veſci quod Faventia, Singilia, Hegua, Atialdunum, Aglaminor, [9] Bæbro. Caſtra vinaria, [10] Epiſibrium, Hippo nova, Illurco, Oſca, Eſcua, Succubo, Nuditanum, Tucci vetus, omnia Baſtitaniæ vergentis ad mare. Conventus vero Cordubenſis circa flumen ipſum Oſſigi, quod cognominatur, [11] Laconicum, Illiturgi quod Forum Julium, Ipaſturgi quod Triumphale Sitia, & XIV. M. paſſuum remotum in mediterraneo Obulco quod Pontificenſe appellatur. Mox Ripepora fœderatorum, Sacili, [12] Martialium Onoba. Et dextra Corduba, Colonia patricia cognominata; inde primum navigabili Bæti. Oppida Carbulo, Decuma, fluvius Singulis, eodem Bætis latere incidens. Oppida Hiſpalenſis conventus Celtica,

Axa-

1 patris comitem, aut Lyſſam bacchantem. *Gor. Pinet.*

2 ejus univerſa autem quæ de.

3 Tarraconenſi provincia.

4 Meteſa. *Ch.*

5 ſaltu juxta quem.

6 ille ocyor refugit. *Vet.*

7 Oſſigitaniæ.

8 Hebura.

9 Ubedæ.

10 Piſimbrium. *CH.*

11 Laconicum. *Ch.*

12 Maritalium. *Vet.*

a *At quæ de Hercule.*] Vetuſti codices, *Quæ autem de Hercule.* Pintian.

b *Bætica primum ab Oſſigitania infuſus.*] Alii, *Oſſigetania.* Codex Salmanticenſis, *Oſſigitania*, per *i*, in tertia, veriore lectione, ab *Oſſigi* oppido conventus Cordubenſis cognomine Laconio, de quo mox paulo. *Idem.*

a Celti-

Axatiara, Arruci, Menoba, Ilipa cognomine Italica. Et à læva Hiſpalis colonia, cognomine Romulenſis. Ex adverſo oppidum Oſſet, quod cognominatur Julia Conſtantia, Vergentum quod Julii genitor, Hippo Cauraſiarum, fluvius Menoba, Bæti & ipſe à dextro latere infuſus. At inter æſtuaria Bætis oppidum Nebriſſa, cognomine Veneria & Colobona, coloniæ, Aſta quæ regia dicitur. Et in mediterraneo Aſido, quæ [1] Cæſariana. Singulis fluvius in Bætin, quo dictum eſt ordine, irrumpens, Aſtigitanam coloniam alluit, cognomine Auguſtam firmam, ab ea navigabilis. Hujus conventus ſunt reliquæ coloniæ immunes: Tucci, quæ cognominatur Auguſta gemella, Itucci quæ Virtus Julia, Attubi quæ Claritas Julia, Urſo quæ Genua Urbanorum, inter quæ fuit Munda cum Pompeii filio capta. Oppida Libera, Aſtigi vetus, Oſtippo: ſtipendiaria Callet, Calucula, Caſtra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sacrana, Obulcula, Oningis. Ab ora venienti prope Menobam amnem & ipſum navigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli, [2] Aloſtigi. Quæ autem regio à Bæti ad fluvium Anam tendit extra prædicta, Beturia appellatur, in duas diviſa partes, totidemque gentes: Celticos qui Luſitaniam attingunt, Hiſpalenſis conventus; Turdulos, qui Luſitaniam & Tarraconenſem accolunt, jura [3] Cordubam petunt. [a] Celticos à Celtiberis ex Luſitania adveniſſe manifeſtum eſt, ſacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica diſtinguuntur: Seria, quæ dicitur fama Julia: Vertobrige, Concordia Julia: Segede, Reſtituta Julia: Contributa Julia, Ucul-

1 Cæſariana. *CH.*

2 Alagiſti. *Ch.*

3 Corduba. *S. M.* *perinde namque eſt atque ſi Turdulos hoſce fori Cordubenſis eſſe dixiſſet aut conventus.*

a *Celticos à Celtiberis ex Luſitania.*] Scribo, *Celticos, à Celticis ex Luſitania adveniſſe.* Nam Celtiberi Tarraconenſis provinciæ ſunt populi, non Luſitaniæ. De Celticis autem Luſitaniæ, Plinius in quarto, Ptolemæus primo. *Pintian.*

a Vcul-

[a] Ucultuniacum, quæ & Curiga nunc eſt: Laconimurgi, Conſtantia Julia: Tereſibus Fortunales, & Callenſibus Emanici. Præter hæc in Celtica Acinippo, Arunda, Arunci, Turobrica, Laſtigi, Alpeſa, Sæpona, Serippo. Altera [1] Beturia, quam diximus Turdulorum, & conventus Cordubenſis, habet oppida non ignobilia, Arſam, Mellariam, Mirobricam: regiones Oſintigi, Siſaponem. [2] Gaditani conventus civium Romanorum Regina, Latinorum Læpia, Ulia, Cariſa cognomine Aurelia, Urgia cognominata caſtrum Julium: item Cæſaris Salutarienſis: Stipendiaria, Beſaro, Belippo, Berbeſula, Lacippo, Beſippo, Callet, Cappagum, Oleaſtro, Itucci, Brana, Lacibi, Saguntia, [3] Andoriſippo. Longitudinem univerſam ejus prodidit M. Agrippa CCCCLXV. M. paſſuum: latitudinem CCLVII. M. ſed cum termini Carthaginem uſque procederent, quæ cauſa magnos errores [4] computatione menſuræ ſæpius parit, alibi mutato provinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis [5] paſſibus. Incubuêre maria tam longo ævo alibi, proceſſere littora, torſere ſe fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis [6] exordium menſuræ eſt, & alia meatus: ita fit, ut nulli duo concinant.

1 altera Betulia ab ea quam.
2 Tuditani. *Ch.*
3 Andoriſæ. Porro longit. &c.
4 comparatione. *V.*
5 paſſibus. Et dum incub.
6 Exordium eſt, menſura & alia meatus.

CAP. II. *Bætica longitudo, & latitudo.*

BÆticæ longitudo nunc à Caſtulonis oppidi [7] fine Gadeis, [8] CCCCLXXV. M. & à Murgi maritima ora [9] XXII. M. paſſ. [10] amplior. Latitudo à Carteiana ora [11] CCXXIV. M. paſ. Agrippam quidem in [12] tanta viri diligentia, præterque in hoc opere cura, orbem cum terrarum urbi ſpectandum [13] propoſiturus eſſet,

7 finibus ad Gadeos.
8 CCL. *Chiff.*
9 XXV. *Ch.*
10 amplius. *Vet.*
11 CXXVIII. *CH.*
12 tanta virium diligentia.
13 proponeret, cæce erraſſe.

a *Uculuniacum qua & Turiga nunc eſt.*] Exemplar Salmant. *Icuriga.* Toletan. *Et Curiga:* Ptolemæus, *Acurgia.* Pintian.

eſſet; erraſſe quis credat, & cum eo Divum Auguſtum? Is namque complexam eam porticum ex
1 deſignationes. [1] deſtinatione & commentariis M. Agrippæ à ſorore ejus inchoatam peregit.

CAP. III. *Hiſpania citerior.*

CIterioris Hiſpaniæ, ſicut complurium provinciarum, aliquantum vetus forma mutata eſt; utpote cum Pompeius magnus tropæis ſuis,
2 LXXVII. *Cb.* quæ ſtatuebat in Pyrenæo [2] DCCCXLVI. oppida ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionem
3 abs ſe. *V.* [3] à ſe redacta teſtatus ſit. Nunc univerſa provincia dividitur in conventus ſeptem: Carthaginienſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem,
4 Lucrenſem. *Cb.* Aſturum, [4] Lucenſem, Bracarum. [a] Accedunt inſulæ quarum mentione
5 ſepoſita civitatis provincia ipſa, præter contributas aliis. ccxciij continet oppida clxxix. *Chiff.* [5] ſepoſita præter civitates contributas aliis, provincia ipſa CCXCIV. continet oppida. In iis [6] colonias XII. oppida civium Romanorum XIII. Latinorum veterum [7] XVII. fœderatorum unum, ſtipendiaria [8] CXXXVI. Primi in
6 coloniæ. *Vet.* præter civitates contributas aliis ducentas nonaginta quatuor, provincia ipſa continet oppida CLXXIX. ora Baſtuli: poſt eos, quo dicetur ordine, intus recedentes Menteſani, Oretani, & ad Tagum Carpetani: juxta eos Vaccæi, Vectones, & Celtiberi, Arrebaci. oppida oræ proxima, Urci, adſcriptumque Bæticæ Barea; regio Mauritania, mox Deitania, dein Conteſtania, Carthago nova, colonia: cujus à promontorio quod Saturni vocatur,
7 XVIII. *Chiff.* Cæſariam Mauritaniæ urbem CLXXXVII. M. paſſ.
8 CXXXV. *Cb. quibuſdam* CXXXVII. trajectus. Reliqua in ora flumen Tader, colonia immunis Illici, unde Illicitanus ſinus. In eam contribuuntur Icoſitani. Mox Latinorum Lucentum, Dia-

a *Accedunt inſulæ, quarum mentione ſepoſita præter civitates contributas aliis, provincia ipſa cccxiij. continet oppida. In iis colonias xij.*] Locus eſt vitiatiſſimus, cui opportune ſuppetias tulit apographon Toletanum, in quo ad hunc modum legitur: *Accedunt inſulæ, quarum mentione ſepoſita, civitates provincia ipſa præter; contributas aliis ccxciij. continet oppida clxxix.* Pintian.

à Flumin

Dianium ſtipendiarium, Sucro fluvius, & quondam oppidum, Conteſtaniæ finis. Regio Edetania amœno prætendente ſe ſtagno ad Celtiberos recedens. Valentia Colonia III. M. paſſ. à mari remota: [a] [1] flumen Turium, & tantundem à mari Saguntum, [2] civium Romanorum oppidum, fide nobile: [b] flumen [3] Idubeda: regio Ilergaonum. Iberus amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica, [4] CCCCL. M. paſſ. fluens; navium per CCLX. M. à Varia oppido capax, quem propter univerſam Hiſpaniam Græci appellavere Iberiam. Regio Coſſetania, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionum opus, ſicut Carthago Pœnorum. [c] Regio Illergetum, oppidum Subur, flumen Rubricatum, à quo Laletani & Indigetes. Poſt eos, quo dicetur ordine, intus recedentes radice Pyrenæi, Auſetani, Itani, [5] Lacetani, perque Pyrenæum Cerretani, dein Vaſcones. In ora autem colonia Barcino, cognomine Faventia. Oppida civium Romanorum Bætulo, [6] Illuro, flumen Larnum, Blandæ, flumen Alba, Emporiæ: geminum hoc, veterum incolarum, & Græcorum, [d] qui Phocœnſium fuere ſoboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrenæa Venus in latere promontorii altero XL. M. Nunc per ſingulos conventus reddentur inſignia præter ſupradicta. Tarracone diſceptant populi [7] XLIV. quorum celeberrimi civium Romanorum Dertuſani, Biſgargitani: [e] Latiniorum

1 Durias, *quibuſdam.* Turia. *Vet.*
2 civium Romanorum fide oppidum nobile.
3 Uduba.
4 per CCCCL. *M. Ch.*
5 *Ita legitur Straboni lib. 3. & Ptolemæo. Fulvio Urſino* Jaccetani.
6 Irulo. *Ch.*
7 XLIII. *Chiff.*

a *Flumen Turium.*] Alii, *Durias:* Toletanum archetypon, *Turium:* Salmant. *Torim:* Ptolemæus, *Turulim.* Pintian.

b *Flumen Idubeda.*] Apographum Tolet. *Udiba*; Salmant. *Uduba:* Nam *Idubeda* mons eſt celeber Hiſpaniæ Straboni & Ptolemæo. *Idem.*

c *Regio Illergetum.*] Illurganonenſes; vel ut Fulvius Urſinus legit; *Lurganonenſes.* Vide Cæſar. in Comment. *Dalec.*

d *Qui Phocœnſium fuere ſoboles.*] Alii leg. *Phocenſium.* Scribe, *Phocaenſium,* à Phocæa Ioniæ, non à Phocide Helladis. *Gelen.*

e *Latinorum.*] Qui Latii jure donati fuerant. Id autem fuit magiſtratus petendi cauſa civitatem adipiſci. Fuerunt Latini cives, & veteres, nimirum ex

 Latio

norum Auſetani, Cerretani, qui Juliani cognominantur, & qui Auguſtani, Sedetani, Gerundenſes, Geſſorienſes, Teari, qui Julienſes. Stipendiariorum Aquicaldenſes, Onenſes, Bætulonenſes. Cæſarauguſta colonia immunis, amne Ibero affuſa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Sedetaniæ, recipit populos CLII. Ex his civium Romanorum Bellitanos, [a] Celſenſes. Ex colonia [b] Calaguritanos, qui Naſcici cognominantur. Ilerdenſes Surdaonum gentis, juxta quos Sicoris fluvius. Oſcenſes regionis [1] Veſcitaniæ. [c] Turiaſonenſes. Latinorum veterum [2] Caſcantenſes, Ergavicenſes, Gracchuritanos, Leonicenſes, Oſſigerdenſes, fœderatos Tarragenſes, ſtipendiarios [3] Arcobricenſes, Andologenſes, Arocelitanos, Burſaonenſes, Calaguritanos qui Fibularenſes cognominantur, Complutenſes, Carenſes, Cincenſes, [4] Cortonenſes, Dammanitanos, Larnenſes, Ituriſenſes, Iſpalenſes, Ilumberitanos, Lacetanos, [5] Vibienſes, Pompelonenſes, Segienſes. Carthaginem conveniunt populi [6] LXII. exceptis inſularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenſes, & [7] Libiſoſona cognomine Foroauguſtana, quibus duabus jus Italiæ datum: ex colonia Salarienſe oppidani Latii veteris Caſtulonenſes, qui Cæſari Venales appellantur. Setabitani qui Auguſtani, Valerienſes. Stipendiariorum autem celeberrimi, [8] Babanen-

1 Beſſetaniæ. *Vet.*
2 Caſcantes. *Ch.*
3 Arcobrienſes. *Ch.*
4 Cotonenſes. *Ch.*
5 Subienſes. *Ch.*
6 LXV. *Chiff.*
7 *Rectius* Libiſoca, *ut in vetuſtis codicibus, & apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 6.*
8 Alabanenſes. *CH.* Labanenſes. *Vet.*

Latio ipſo civitate donati, & novi beneficio principis idem adepti. Cujacius cap. 35. lib. 10. Obſerv. Car. Sigon. de vet. jur. & Onuph. Panvin. de Imperat. Roman. *Dalec.*

a *Celſenſes. Ex colonia Calagurritanos.*] Scribendum reor, *Celſenſi ex colonia Calagurritanos*, hoc ſenſu, Ex agro Celſenſis coloniæ diſceptare Cæſareæ auguſtæ Calagurritanos cognomine Naſcicos. ut hoc ipſo cap. infra; *Conveniunt Carthaginem ex colonia Accittania Gemellenſes, ex colonia Salarienſi oppidani Latii veteris Caſtulonenſes, qui Cæſari Venales appellantur.* Celſæ autem Hiſpaniæ coloniæ & Strabo meminit in IV. lib. *Pintian.*

b *Calaguritanos.*] Eorum urbs *Calagurus* dicebatur. Florus cap. 20. lib. 2. Epitomes. De Calaguritanis vide cap. 6. lib. 7. Val. Max. *Dalec.*

c *Turiaſonenſes.*] Turiaſſonenſes à Turiaſſone oppido ferrariis officinis nobili, cap. 14. lib. 34. *Idem.*

a *Caput-*

banenſes, [1] Baſtitani, Conſaburenſes, Dianenſes, [2] Egeleſtani, Ilorcitani, Laminitani, Menteſani qui & Oritani, [3] Menteſani qui & Baſtuli, Oretani qui & Germani cognominantur, [a] caputque Celtiberiæ Segobrigenſes, [4] Carpetaniæ Toletani Tago flumini impoſiti. Dein Viacienſes & Virgilienſes. In conventum Clunienſem Varduli ducunt populos XIV. ex quibus Albanenſes tantum nominare [5] libeat, Turmodigi quatuor, in quibus Segiſamonenſes, [6] Segiſamejulienſes. In eundem conventum Carietes & Vennenſes quinque civitatibus vadunt, quarum ſunt [7] Velienſes. [8] Eodem [9] Pelendones [10] Celtiberorum quatuor populis, quorum Numantini fuere clari, ſicut in Vaccæorum XVIII. civitatibus [b] Intercatienſes, Pallantini, Lacobricenſes, Caucenſes. Nam in Cantabricis [11] quatuor populis, Juliobrica ſola memoratur. In Autrigonum decem civitatibus Tricium & Viroveſca. Arevacis nomen dedit fluvius Areva. Horum ſex oppida: Saguntia & Uxama, quæ nomina crebro aliis in locis uſurpantur; præterea Segovia, & nova Auguſta, Thermes, ipſaque Clunia Celtiberiæ finis. Ad Oceanum reliqua vergunt, Vardulique ex prædictis, & Cantabri. Junguntur his Aſturum XII. populi, diviſi in Auguſtanos, & Tranſmontanos, Aſturica urbe magnifica. [c] In his ſunt Giguri, Peſici, Lancienſes, [12] Zoëlæ. Numerus omnis multitudinis ad CCXL. M. liberorum capi-

1 Baſtiani. *Vet.*
2 Geleſtani. *Ch.*
3 Meteſani. *CH.*
4 Carpetani. *Ch.*
5 libet.
6 & Sagiſemejulienſes. *Chiff.*
7 Velienſes. *Scal.*
8 Iidem. *Vet.*
9 Pelontones. *CH.*
10 Celtiberi. *Pint.*
11 VII. *Chiff.*
12 Zoëli. *Ch.*

a *Caputque Celtiberia Segobrigenſes Carpetani, & Toletani.*] Sic quidam legunt, verum nullo modo ſuſtineri poteſt hæc lectio. Nam cum Plinius hic ſequatur ordinem Alphabeti, quo pacto poſt elementum, S, ſubſequi poſſint populi incipientes à C, quales ſunt Carpetani, non video. Legendum igitur, *Caputque Celtiberia Segobrigenſes, Carpetania Toletani.* Pintian.

b *Intercatienſes, Palantini.*] Scribendum, *Intercatenſes*, ex monumento antiquiſſimo, quod uſque in hodiernum legitur *Clunia*, quæ eſt finis Celtiberiæ: de qua mox paulo. *Idem.*

c *In his ſunt Giguri.*] Ambo codices cum duplici *rr Cigurri*; Ptolemæus, *Egurri*. Idem.

capitum. [a] Lucenſis conventus populorum eſt XVI. præter Celticos & Lebunos, [1] ignobilium, ac barbaræ appellationis; ſed liberorum capitum ferme CLXVI. M. Simili modo Bracarum XXIV. civitates [2] CCLXXV. M. capitum, ex quibus præter ipſos Bracaros Vibali, Celerini, Gallæci, Æquesilici, Querquerni citra faſtidium nominentur. Longitudo citerioris Hiſpaniæ eſt, ad finem Caſtulonis à Pyrenæo, ſexcentaſeptem M. paſſ. & ora paulo amplius. Latitudo à Tarracone ad littus Olarſonis CCCVII. [3] Et radicibus Pyrenæi, ubi cuneatur anguſtiis inter duo maria, paulatim deinde ſe pandens, qua contingit ulteriorem Hiſpaniam, tantundem & amplius latitudini adjicit. Metallis, plumbi, ferri, æris, argenti, auri tota ferme Hiſpania ſcatet, Citerior & [b] [4] ſpecularibus lapidibus: Bætica & minio. Sunt & marmorum lapicidinæ. Universæ Hiſpaniæ Veſpaſianus Imperator Auguſtus jactatus procellis Reipublicæ Latii jus tribuit. Pyrenæi montes Hiſpanias Galliaſque diſterminant, promontoriis in duo diverſa maria projectis.

1 ignominioſæ. *M. Vat.*

2 CLXXV. *Chiff.*

3 E radicibus. *Ch.*

4 ſpecularis lapidis: Bætica & minio & marmorum lapidicinis. *M.*

CAP. IV. *Narbonenſis provincia.*

NArbonenſis provincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque [5] ſaluberrimis Romano imperio jugis. A reliqua vero Gallia latere Septentrionali, montibus [c] Gebenna & [d] Jura: agrorum cultu, virorum, morumque

5 vel ſalub. *Ch.*

a *Lucenſis conventus populorum eſt xvj. præter Celticos & Lebunos ignominioſæ ac barbaræ appellationis.*] Lege, *præter Ceuticos & Lebunos ignobilium, ac barbaræ appellationis*, ex vetere lectione, ut infra in Gallia Narbonenſi, *Oppida vero ignobilia xix* & ſæpe alias. *Pintian.*

b *Specularibus lapidibus.*] Talcum vocant, ſeu Aſini ſpeculum. *Dalec.*

c *Gebenna.*] *Les montagnes de Geneve à l'entour de Anici, les montagnes de Foſſigny.* Idem.

d *Jura.*] Eſt exiguus pagus in radice montis non longe diſtans à D Glaudio, Gallice *Miton*, à quo Iura mons nomen accepit. *Idem.*

a *Fin-*

que dignatione, amplitudine opum, [1] nulli pro- *1 nulla ei præferenda. Al.*
vinciarum poſtferenda, breviterque Italia verius
quam provincia. In ora regio [2] Sardonum, intuſque *2 Sardaonum, ut præcedenti cap. legitur.*
Conſuaranorum. [a] Flumina Tecum, Vernodu-
brum. [b] Oppida, [3] Illiberis, magnæ quondam ur- *3 Illileberæ. Ch. V. quibuſdam Illybyrtis.*
bis tenue veſtigium, Ruſcino Latinorum. Flumen
Atax è Pyrenæo [c] [4] Rubrenſem permeans lacum: *4 Rubroſum. Vetus Narbonenſem. Strab. lib. 4.*
Narbo Martius, Decumanorum Colonia, XII. M.
paſſ. à mari diſtans, Flumina, [5] Araris, Liria. Op- *5 Rharraris. Strab.*
pida de cætero rara, præjacentibus ſtagnis, Agatha
quondam [d] Maſſilienſium, & regio Volcarum Te-
ctoſagum: atque ubi [e] Rhoda Rhodiorum fuit,
unde dictus multo Galliarum fertiliſſimus Rhoda-
nus amnis, ex Alpibus ſe rapiens per Lemanum la-
cum, ſegnemque deferens [6] Ararim, [f] nec minus *6 Aurarim, quibuſdam.*
ſeipſo [7] torrentem Iſaram, & Druentiam. Libyca
appellantur duo ejus ora modica: ex his alterum *7 torrentes. Ch. M.*
Hiſpanienſe, alterum Metapinum: tertium idem-
que ampliſſimum [g] Maſſalioticum. Sunt auctores,
& He-

a *Flumina Tecum, Vernodubrum, &c.*] Scilicet Larnum, Alba, Tichis, ut ſuperiori cap. *Dalec.*

b *Oppida Illiberis.*] Archetypum Toletanum, *Illiſeberre:* Salmant. *Eliſeberre:* Strabo, *Illibirris* fluvius & oppidum: Ptolemæus *Illiberris.* Pintian.

c *Rubrenſem permeans lacum.*] Rubrenſis lacus alluit Narbonenſem, Strabo lib. 16. *Le lac qui eſt pres de Capdeſtam, & de l'Archeveché de Narbonne.* Dalec.

d *Maſſilienſium.*] De Maſſilienſibus honorifice & magnifice multa Livius lib. 37. Valerius, Cicero pro Flacco, Iſocrates in Archidamo & Ariſtoteles conditam putant à Phocæenſibus magni regis dominatum fugientibus: addit Plutarch. in Solone, illorum ducem fuiſſe Protum: Trogus vero, Peranon. Dictam volunt ἀπὸ τ͂ μάσαι, quod cum in littore piſcatorem gubernator navis conſpexiſſet, juſſi μάσαι τὸ ἀπόγειον σχοινίον, religare funem quo ad terram appellitur. Rhodig. cap. 8. lib. 16. Maſſilienſes tamen mores Plautus in Caſina delicatos & muliebres intellexit: Athenæus autem ait ϑηλυνθῆναι Μασσαλιώτας, καὶ αἰσχημονεῖν διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν καὶ διὰ τρυφὴν γυναικοπαθεῖν, ὅθεν καὶ προσῆλθεν παροιμία, πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν: Brod. cap. 27. lib. 3. qui & adnotat Maſſilienſes à Phocœenſibus, non Phocenſibus oriundos. *Idem.*

e *Rhoda.*] *Poce de Rhore, Aiguemortes,* quo in loco Marius foſſam duxit. *Idem.*

f *Nec minus ſeipſo torrentem Iſaram & Druentiam.*] *Torrentes* agnoſcit exemplar utrunque, Salmant. & Tol. ut ambos fluvios comprehendat; quos, ſi Ptolemæum ſequeris, *Iſara* accuſativo Græco, & *Truentium* nominabis. *Pintian.*

g *Maſſalioticum.*] *Maſſalian* enim Græci, non *Maſſilian* proferunt. In Narbonenſi Gallia recumbentibus qui ad nuptias invitati eſſent prodiens virgo jubebatur à patre aquam ei porrigere,

& Heracleam oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe. [a] Ultra [1] foſſa ex Rhodano C. Marii opere, & [2] nomine [b] [3] inſigne ſtagnum: Aſtromela oppidum, [c] maritima Avaticorum: ſuperque campi lapidei, Herculis præliorum memoria: Regio [4] Anatiliorum, & intus [5] Deſuviatium, Cavarumque. Rurſus à mari Tricorium, & intus Tricollorum, Vocontiorum [6] & [d] Segovellaunorum, mox Allobrogum. At in ora Maſſilia Græcorum [7] Phocæenſium fœderata. [e] Promontorium [8] Cithariſta, portus regio Camatullicorum. Dein Suelteri, ſupraque [9] Verrucini. In ora autem Athenopolis Maſſilienſium, [f] Forum Iulii [10] Octavanorum colonia, quæ Pacen-

1 foſſam ex Rhodano C. paſſ. Marii, &c. *Vet.* foſſæ. *Ch.*
2 nomine Latera inſigne ſtagnum. (*L'eſtan de Lares.*) *Vide infra capite 15.*
3 Inſigne ſtagnum Maſtrumela. Ipidum. Maritima Avaticorum. *Or.*
4 Natiliorum. *M.*
5 Deſuviaticum. *Ch.*
M

6 *Alias*, Segalaunorum: *quemadmodum & apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Ch.* Segonellanorum *legit.* 7 Phocenſium. 8 Zaozita: iſta portus. *Chiff.* aliis, Zaoportus.
9 Verticini. *M.* 10 Octavianorum. *Vet.*

quem ſibi dari virum vellet. Ea forte Peranus Phœnicum Dux Senani regis Segoregiorum gener delectus condendæ Maſſiliæ locum à ſocero accepit. Rhodig. cap. 15. lib. 28. Turneb. cap. 26. lib. 27. Ex Plutarcho in Solone Protum, non Peranum vocatum fuiſſe monſtrat. Maſſaliæ, Salyum caput: à Salyis nomen inditum. *Dalec.*

a *Ultra foſſam ex Rhodano C. paſſuum Marii opere & nomine inſigne ſtagnum, Aſtromela oppidum.*] Subſultans & vacillans oratio, erroribus ſcatens. Verbum, *ultra*, per majorem literam ſcribendum, ut ſit principium ſententiæ. *Ultra foſſa ex Rhodano, C. paſſuum, Marii opere & nomine inſignis. Stagnum Aſtromela. Oppidum, &c.* De foſſa Mariana Ptolemæus & Pomponius. De ſtagno Stephanus, quod tamen ipſe *Maſtramellam* nominat cum duplici, *ll*, non *Aſtromelam*. Ptolemæus item foſſas Marianas plurali numero vocat. *Pint.*

b *Inſigne ſtagnum: Aſtromela oppidum, &c.*] Lege: *inſigne ſtagno Maſtramela oppidum, Maritima Avaticorum.* Salmaſ. p. 94.

c *Maritima Avaticorum.*] Ptolemæus *Avatilorum.* Vetus tamen lectio & Pomponius, *Avaticorum.* Pintian.

d *Segovellaunorum.*] Nominis Segovellaunorum veſtigium adhuc reſtat in appellatione oppiduli Diæ, & Tricoriis vicini, quod incolæ vocant Saillans, & in pago provinciæ dicto Solies Salyum. *Dalec.*

e *Promontorium Cithariſta, Portus Regio.*] Codices iidem, *Promontorium Lao cithariſta, portus, &c.* Sed cum conſtet ex Ptolemæo Cithariſtam promontorium eſſe, ſcribendum videtur permutatione dictionum: *Cithariſta promontorium, Zao portus.* Pintian. *Promontorium Cithariſta, &c.*] Lege: *Promuntorium Cithariſta, Lacydon portus, regio Camatullicorum.* Iſ. Voſſ. in Melam. 174. Paulo ante legend. *Ultra foſſa ex Rhodano, C. Marii opere & nomine, inſigne ſtagnum Maſtramele, oppidum Maritima Avaticorum.* Et oppidi & lacus nomen eſſe Maſtramelam docet Stephanus. Vide Iſ. Voſſium in Melam.

f *Forum Iulii Octavianorum.*] Sic leg. alii; ſed Apographon Toletanum, *Octavanorum*, legit, non *Octavianorum*, recte: ſic uti paulo ante *decumani*, & mox, *ſeptumani*. Nominantur & hoc capite Sextani, & Secundani. Ut igitur à Decimus, Septimus, Sextus, Secundus, Decumani, Septumani, Sextani, Secundani,

Pacenſis appellatur, & claſſica: [a] amnis in ea Argenteus. Regio, Oxubiorum [b] Ligaunorumque, ſuper quos Suetri, Quariates, Adunicates. At in ora oppidum Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Varus, ex Alpium monte [c] [1] Acema 1 Cema. *Vet.*
profuſus. In mediterraneo coloniæ [d] Arelate ſextanorum, [e] [2] Bliteræ ſeptumanorum, Arauſio ſe- 2 Bilteræ. *Vet.*
cundanorum. In agro Cavarum Valentia, Vienna Allobrogum. Oppida Latina, [f] Aquæ Sextiæ
[3] Salyorum, Avenio Cavarum, Apta Julia Vul- 3 Saluviorum. *Ch.*
gientium, Alebeceriorum Apollinarium, Alba
[4] Helvorum, Auguſta [5] Tricaſtinorum: Anatilia, 4 Helucocuorum.
[6] Aëria, [g] Bormannico, Marcina, [h] Cabellio Car- 5 Tricaſtemorum. *Criff.*
caſum, Volcarum [i] Tectoſagum: Ceſſero, Carpentoracte, [k] Meminorum: Cenicenſes, Cam- 6 Arcarbonia, Nocomannia, Cab. *Ch.*
bolecti, qui Atlantici cognominantur, Forum Voconii, Glanum Livii, Lutevani, qui & Foroneronien-

cundani, ita ab Octavus Octavani. *Pint.* *Forum Iulii Octavanorum.*] Straboni *villa franca.* Hod. *ville neuve pres de Nice:* aliis *Breil pres de Nice:* aut *villa franca.* Oxubii *Oberrois.* Dalec.

a *Amnis in ea Argenteus.*] Vetus lectio, *amni ſive Argenteus.* Scribendum puto, *Amnes Canus*, *Argenteus*, ex Ptolemæo, qui tamen *Argentius* cum, *i*, in tertia enunciat. *Pintian.*

b *Ligaunorumque.*] Ingaunorumque, ut capite ſequenti legitur. Ejus nationis caput eſt Albium Ingaunum (vulgo Arbenga) ut eodem capite. *Dalec.*

c *Acema.*] Alii, *amnis Cema.* Cum omnes Geographi Varum in hac ora Galliæ fine faciant, miror cur caſtigatoribus libuerit Cemam pro Varo ſupponere, reclamantibus manuſcriptis codicibus. *Gelen.*

d *Arelate.*] Arelatem Romam Gallulam vocavit Auſonius, ob celeberrimum & opportuniſſimum emporium, cujus commoditatibus invitatus Flavius Conſtantinus tyrannus, Imperator in Britanniis ſalutatus, tempore Honorii junioris, ſedem imperii ſui illic ſtatuit. Vide commentarios Scaligeri in Auſonium cap. 24. lib. 1. *Dalec.*

e *Blitera ſeptumanorum.*] *Beterre*, uterque Codex: Ptolemæus, *Betiræ.* Pintianus.

f *Aquæ Sextiæ Salyorum.*] *Salicas* hos idem Ptolemæus nominat, non *Salyos.* Strabo tamen modo *Sallyos*, modo *Sallyas* cum duplici, *ll.* *Idem.*

g *Bormannico.*] Bormanni, Comacina, Turnebus cap. 6. lib. 4. Bormanni: *Obrac.* Comacina: *la Caune.* Dalecampius.

h *Cabellio Carcaſum.*] *Caballio*, Strabo: Ptolemæus, tamen & ſcripta lectio *Cabellio.* Item *Carcaſo* Ptolemæus, non *Carcaſum.* Pintian.

i *Tectoſagum.*] Tectoſagas ſub Volſcis comprehendi auctor eſt Strabo. Carcaſſo certe in confinio Volſcarum eſt, & Tectoſagum. *Dalec.*

k *Meminorum.*] Quidam volunt eſſe *la Mure pres Grenoble.* Sed mihi placet magis, *Menoſque* vel *Mornas*, oppidum antiquum Rhodano appoſitum. cap. 8. lib. 18. legitur *Meninorum*, & non *Meminorum.* Idem.

[1] Nemauſum *pauci vol. ſuper notic. lib. 2. cap. 36.*
2 Taſcoduni. Taruſconienſes. *Pint.*
4 *Alias,* Vaſio. *quemadmodum & apud Ptolemaum.*

ronienſes, [1]Nemauſum Arecomicorum, Piſcenæ, Ruteni, Sanagenſes, Toloſani Tectoſagum. Aquitaniæ contermini [a]Taſcodunitari, [2]Cononienſes, Umbranici: Vocontiorum civitatis fœderatæ duo capita, [3]Vaſco & Lucus Auguſti. Oppida vero ignobilia XIX. ſicut XXIV. Nemauſienſibus attributa. Adjecit formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Avanticos, atque Ebroduntios: quorum oppidum Dinia. Longitudinem provinciæ Narbonenſis CCLXX. M. paſſ. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

CAP. V.

Italia, Tiberis, Roma, Campania.

4 ab Alpium fine. *ſic infra:* Patet longitudine ab Alpino fine, &c.
5 Peduculi. *Ch.*

[b]ITalia dehinc, primique ejus Ligures; mox Hetruria, Umbria, Latium, ubi [c]Tiberina oſtia, & Roma terrarum caput XVI. M. paſ. intervallo à mari: Volſcorum poſtea litus, & Campaniæ; Picentinum inde, ac Lucanum, Brutiumque, quo longiſſime in Meridiem, [d][4]ab Alpium pene lunatis jugis in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salentini, [5]Pediculi, Apuli, Peligni, Fren-

a *Taſcodunitari.*] Quibuſdam Tarraſco *pres de Foix:* quibuſdam Taſco Dunitari. *Chatelnau d'Arri*, aliis *Mirepois.* Dalec.

b *Italia.*] Italiam præter hanc notiſſimam appellationem, vel ab Italo Arcade, vel Siculo, vel Penelopes, & Telegoni filio ſumptam, vel ut Cato in Originibus maluit, ab Italo Heſperi fratre: vel ab Italis bobus, quos optimos gignit, etiam Argeſſam, ſive Morgeſſam, Janiculam Saturniam, Auſonism, præſertim maritimum tractum Auruncorum, Volſcorum, Campanorum, Calabrorum, Heſperiam, Oenotriam ab Oenotro rege, vel ἀπὸ τοῦ οἴνου quo nobilis eſt, ut Servius putat, vocaverunt. Hadrian. Jun. animadverſ. cap. ult. lib. 1. *Idem.*

c *Tiberina oſtia.*] De Tiberi vide Andream Baccium de therm. c. 5. lib. 3. & Georg. Fabric. Rom. cap. 16. *Idem.*

d *Ab Alpium pene lunatis jugis excurrit Italia.*] Æſtimandum lectoribus relinquo, an hic *fine* potius quam *pene* legi debeat, hoc ſenſu: Italiam à fine Alpium excurrere in maria lunatis jugis, quod Plinius paulo poſt tradit: *Et Amazonica figura deſinens parma. Ubi à medio excurſu Cocinthos vocatur, per ſinus lunatos duo cornua emittens.* Porro Amazonicas parmas lunæ expreſſiſſe figuram, & ſummus poëta ſcribit:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Quem locum Servius grammaticus exponens, *Pelta*, ait, *ſcutum breviſſimum, in modum luna jam media.* Et alio loco, hoc ipſo capite Plinius, *Patet*, inquit, *longitudine ab Alpino fine Pratoria Auguſta.* Pintian.

a *Marru-*

[1] Frentani, [a] Marrucini, Veſtini, Sabini, Picentes, 1 Ferrentani. *V.*
Galli, Umbri, [2] Thuſci, Veneti, Carni, Iapides, 2 Hetruſci. *Vet.*
Iſtri, Liburni. Nec ignoro, ingrati ac ſegnis animi
exiſtimari poſſe merito, ſi breviter atque in trans-
curſu, [3] ad hunc modum dicatur terra, omnium ter- 3 in hunc. *M.*
rarum alumna, eadem & parens, numine Deûm
electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa
congregaret imperia, rituſque molliret, & tot po-
pulorum diſcordes feraſque linguas, ſermonis com-
mercio contraheret ad colloquia, & humanitatem
homini daret; breviterque una cunctarum gentium
in toto orbe, patria fieret. [4] Sed quid agam? Tanta 4 Sed ne id agam? tanta. *Vet.*
nobilitas omnium locorum, [5] quos quis attigerit, 5 quæ.
tanta rerum ſingularum populorumque claritas te-
net. Urbs Roma, vel ſola in ea, & digna tam feſta
cervice facies, quo tandem narrari debet opere?
Qualiter Campaniæ [6] ora per ſe, felixque illa ac 6 oræ per ſe fœlix. illa. *Vet.*
beata amœnitas? ut palam ſit, [7] uno in loco gau- 7 uno hoc in.
dentis opus eſſe naturæ. [b] Jam vero [8] tota ea vita- 8 tanta. *Vet.*
lis ac perennis ſalubritatis [9] cœli temperies [10] eſt, 9 talis cœli. *Chiff.*
tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii 10 eſt, *Tol. delet.*
ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſilvarum
genera, [c] tot montium afflatus, tanta frugum
& vitium, olearumque fertilitas, [d] tam nobilia
[11] pecori vellera, [12] tot opima tauris colla, tot la- 11 pecudi. *Chiff.*
cus, tot amnium fontiumque ubertas, totam eam 12 tam. *Vq.*
perfundens, tot maria, portus, gremiumque terra-
rum commercio patens undique: & tanquam ad
juvan-

a *Marrucini.*] Marrucinorum regio ſupra Aquilam à monte Secco, fluvius Sino & Tano, uſque Lentem, Album, & Forum torrentes, qui conjuncti Lancianum adeunt. Ferentanis Marrucini propinqui, verſus Adriaticum mare. *Dalec.*

b *Jam vero tota ea vitalis ac perennis ſalubritatis cœli temperies.*] Sic legend. *Jam vero tota ea vitalis ac perennis ſalubritas, talis cœli temperies, &c.*

c *Tot montium afflatus.*] Salmaſ. ad Solin. leg. *tot marium adflatus*, quia montium, inquit, nullus eſt adflatus, ſed marium & ventorum. Sed profecto & hæc quoque aliter ſe habent. Vide *Iſ. Voſſium* in Melam, pag. 161.

d *Tam nobilia pecori vellera.*] Quid ſi legendum *mollia*, potius quam *nobilia.* Pintian.

juvandos mortales, ipſa avide in maria procurrens. Neque ingenia, rituſque, ac viros, & lingua manuque ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea judicavere Græci, genus in gloriam [1] ſuam effuſiſſimum, quotam partem ex eo appellando Græciam magnam. Nimirum id, quod in mentione cœli fecimus, hac quoque in parte faciendum eſt, ut quaſdam [2] notas ac pauca ſidera attingamus. Legentes tantum quæſo meminerint, ad ſingula toto orbe ediſſerenda feſtinari. Eſt ergo folio maxime querno aſſimilata multa proceritate amplior, quam latitudine; in [3] læva ſe flectens cacumine, & Amazonicæ figura deſinens parmæ, ubi à medio excurſu Cocinthos vocatur, per ſinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetram dextera, Lacinium ſiniſtra. Patet longitudine ab Alpino fine Prætoriæ Auguſtæ per Urbem, Capuamque curſu meante Rhegium oppidum in humero ejus ſitum, à quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena & viginti millia paſſuum: multoque amplior menſura fieret Lacinium uſque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur. [a] Latitudo ejus varia eſt, [4] CCCCX. millium inter duo maria, inferum & ſuperum amneſque Varum atque Arſiam: [5] mediæ atque ferme circa urbem Romam, ab oſtio Aterni amnis in Adriaticum mare influentis, ad Tiberina oſtia CXXXVI. & paulo minus à [b] Caſtro novo Adriatici maris Alſium ad Tuſcum æquor, haud ullo loco [6] CC. in latitudinem excedens. [c] Univerſæ autem

1 ſui. *Ch.*

2 quaſdam notas ſtellas. *Vet.* quaſdam notas &c. *Ch.*

3 lævo. *Vet.*

4 *Vet. lectio*, CCXC. Mil.

5 Media autem ferme. *Ut mediam latitudinem intelligas, non Italiam mediam.* mediam autem *Ch.*

6 *Legendum* trecenta, *ex antiq. cod. adſtipulante etiam Marciano.*

a *Latitudo ejus varia eſt* cccc x. *M. inter duo maria.*] Nullo modo ſic legi poteſt. Nam, ut mox paulo ſubjungit, *haud ullo in loco* ccc *M. in latitudinem excedit*, etſi ibi quoque perperam ſcriptum eſt cc. pro ccc. ut liquet ex Marciano. *Pintianus.*

b *Caſtro novo.*] Eſt & Caſtrum novum Hetruriæ, hodie *Corneto*, vel extructum, vel auctum, ruinis urbis Tarquiniæ vicinæ. *Dalec.*

c *Univerſa autem ambitus à Varo ad Arſiam.*] Sic ibi legend. *univerſa ambitus à Varo ad Arſiam, vicies centena quadraginta novem millia.* Salmaſius capite 83.

a *A Cor-*

autem ambitus à Varo ad Arſiam [1] xxx. paſſ. LVIII. efficit. Abeſt à circundatis terris, Iſtria ac Liburnia quibuſdam locis [2] centum M. paſſ. ab Epiro & Illyrico quinquaginta. Ab Africa minus cc. ut [3] auctor affirmat Varro. Ab Sardinia cxx. M. Ab Sicilia M. ccccc. [a] A Corcyra minus [4] LXX. Ab Iſſa quinquaginta. Incedit per maria [5] cœli regione ad Meridiem quidem: ſed [6] ſi quis id diligenti ſubtilitate exigat, [b] inter ſextam horam primamque brumalem. Nunc ambitum ejus, urbeſque enumerabimus. Qua in re præfari neceſſarium eſt, auctorem nos Divum Auguſtum ſecuturos, deſcriptionemque ab eo factam Italiæ totius in regiones XI. ſed ordine eo, [7] qui litorum tractu fiet, urbium quidem vicinitates [8] oratione utique præpropera ſervari non poſſe: itaque interiori in parte digeſtionem in literas ejuſdem nos ſecuturos, coloniarum mentione ſignata, quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus origineſque perſequi facile eſt, [9] Ingaunis Liguribus (ut cæteri omittantur) agro tricies dato. Igitur ab amne Varo Nicæa oppidum à Maſſilienſibus conditum: fluvius [10] Padus: Alpes, populique Inalpini multis nominibus, ſed maxime Capillati: [c] oppidum [11] Vediantiorum civitatis Ceme-

1 *Antiq. cod. ſic habet*, vicies centena XLIX. M. *in quam menſuram etiam Martianus & Solinus conſentiunt.*
2 centena. *Ch.*
3 auctor eſt. *Ch.*
4 LXXX. *Chiff.*
5 ad cœli quidem meridionalem regionem.
6 ſi quis hoc exigat dilig *Ch.*
7 qui in lit. *V.*
8 ordinatione. *Tol.*
9 *Superiore capite legitur*, Ligaunis.
10 Pado. *Chiff.*
11 Vendiatiorum civitas, &c. *Vet.*

a *A Corcyra minus lxx.*] Alii leg. *à Corſica minus cxx.* Eſt quidem huic ferme par intervallum, & inter Corſicam: magis tamen placet *Corcyram* legi, quam *Corſicam*, ut habent codd. vett. alioqui Corſica ante Sardiniam, non ante Iſſam ponenda erat, eo ſcil. ordine quo ipſæ inſulæ ſitæ ſunt. *Gelen.*

b *Inter ſextam horam primamque brumalem*] Hoc eſt inter meridiem & hibernum exortum, id eſt, inter Notum & Eurum. Vide annot. cap. 32. lib. 6. *Dalec.*

c *Oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion.*] Cæſar, Livius & Plinius ſolent gentes Hiſpanas atque Gallicas in civitates dividere, cujuſmodi nunc imperitum vulgus *communitates* vocat. Sic inter Belgarum civitates numerantur Remi, Treviri, Eburones, Nervii, Morini atque alii. Singulæ civitates plura habebant oppida, pro ſuis quæque opibus: quædam exiguæ non plus uno. Ita hoc loco Vediantiorum civitatis oppidum Cemeliou recenſetur non longe ab ora. Et Vediantii dicuntur ea forma, qua in eiſdem Alpibus Ebroduntii, qui hodie ſunt Ebrodunenſes. Venidates diverſi ſunt ab his trans Padum vicini Carnis. *Gelen.*

a *Portus*

Cemelion, [a] [1] portus Herculis Monœci, Liguſtica ora. Ligurum celeberrimi ultra Alpes [2] Sallyi, [3] Deceates, [4] Oxubii: citra Veneni, & Caturigibus orti Vagienni, Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates, Caſmonates, Veliates, & quorum oppida in ora proxima [5] dicemus. Flumen Rutuba, oppidum [6] Albium, Intemelium, flumen Merula, oppidum [7] Albium Ingaunum, [b] portus Vadum Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluvius Feritor, portus Delphini, Tigulia, intus Segeſta Tiguliorum: flumen Macra Liguriæ finis. A tergo autem ſupradictorum omnium Apenninus mons Italiæ ampliſſimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero ejus latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona colonia, [8] Iria, Barderate, Induſtria, Pollentia, Carrea quod Potentia cognominatur, Forofulvi quod Valentinum, Auguſta Vagiennorum, Alba Pompeia, Aſta, Aquis Statyellorum. [c] Hæc regio ex deſcriptione Auguſti [9] nona eſt. Patet ora Liguriæ inter amnes Varum & Macram ccxi. M. paſſuum. Adnectitur [10] ſeptimæ, [d] in qua Hetruria eſt, ab amne Macra, ipſa

1 Portus Herculis & Monœchus. *Ve.*

2 Salpes *Strab.* Salyes (*la Provence baſſe.*)

3 Deciates. *Ch.*

4 Oxybii. *Vet.*

5 edicemus. *Ch.*

6 Album. *Chiff.*

7 Album Ingaunum. *Chiff.*

8 trita. *Vet.*

9 undecima eſt. *Vet.*

10 ſeptima. *Ch.*

a *Portus Herculis Monœci.*] Portus Herculis Menœci, *Villa francha.* Lucanus: *Quaque ſub Herculeo ſacratus nomine portus Urget rupe ſua pelagus, non Corus in illum Jus habet & Zephyrus: ſolus ſua littora turbat Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci.* Portus Monœci Straboni, *Monigo*, ſtatio potius quam portus, maxime infida, & vix quatuor navium capax. Vide Ortel. Theſ. *Dalec.*

b *Portus Vadum Sabatium.*] Vadum Sabatium vetuſtum oppidum, dirutum, hodie *Vae*, ſuperſtitibus tantum quibuſdam domunculis. Ex ejus ruinis extracta eſt Savona. Legendum puto *portus Vadûm Sabatiûm*, pro Vadorum Sabatiorum. *Idem.*

c *Hæc regio ex deſcriptione Auguſti, nona eſt*] Scribendum, *undecima:* non *nona.* qui error, ut puto, ortus eſt ex ſimilitudine numerorum, *xi.* & *ix.* Nam Italia, ut paulo ante meminit, in undecim regiones ab Auguſto diviſa eſt. De undecima vero regione nuſquam, niſi hic, mentio: at de nona, capite xvi. peculiaris ſit commentatio. *Pintian.*

d *In qua Hetruria eſt.*] Ita vocarunt Pelaſgi veteres, qui in Italia conſederunt, nobilem eam partem Italiæ montoſam. ὄθρυες enim montes, unde fit ἔθρυες ο in ε mutato, ut in Apello, Apollo: τὴν πεδιάδα, Campaniam. καμπὸς enim vox priſca planitiem ſignificat. Sic Hernicam, aſperam, ut in Græcia τραχεῖαν; λαπειλίαν, ἀπυλίαν, ει in υ contracto,

[1] ipſa mutatis ſæpe nominibus. Umbros inde exegere antiquitus Pelaſgi: hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à ſacrificio ritu, lingua Græcorum [a] Thuſci ſunt cognominati. Primum Hetruriæ [b] oppidum Luna portu nobile. Colonia Luca à mari recedens, propiorque [c] Piſæ inter amnes [2] Auſerem & Arnum, ortæ à Pelope Piſiſque, ſive [3] Atintanis, Græca gente. Vada Volaterrana, fluvius Cecinna, Populonium Hetruſcorum quondam hoc [4] tantum in littore. Hinc amnes Prille, mox Umbro navigiorum capax, & ab eo tractus Umbriæ, [d] portuſque Telamon, Coſſa Volcientium à populo Romano deducta, Graviſcæ caſtrum novum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipſum [e] Cære intus M. paſſ. quatuor, Agylla à Pelaſgis conditoribus dictum: Alſium, Fregenæ. Tiberis amnis à Macra CCLXXXIV. M. paſſ. Intus Coloniæ, Faliſca Argis orta (ut auctor eſt Cato) quæ cognominatur Hetru-

1 & ipſa.

2 Auxerem. *Vet.* Exarem. *Strab.*

3 à Teutanis. *Cb.* *Sunt qui malint* Atintanibus à recto Atintan. Teucanis. *Vet.*

4 ſituum.

cto, ἕλη enim ſol. Et in ipſa Apulia μεσ'απίους, nam ἄπιοι advenæ, ut ἰθαιγενεῖς Aborigenes. & ipſa Hetruria Umbros, ſpurios, nothos, inſititios, Scalig. in Var. quamvis Varro ipſe 4. de Ling. Lat. *Umbros* dictos velit ab imbre, quod ea regio ſit humilis, & multis imbribus pertuſa. *Dalec.*

a *Thuſci.*] Dicti ſunt ἀπὸ τοῦ θύειν. De illorum origine, imperio & ſtatu, vide Alexandrum ab Alex. cap. ult. 3. *Idem.*

b *Oppidum Luna.*] Lunæ, Petræ ſanctæ, & Carraræ montanos incolas. Livius Appuanos Ligures appellat, lib. 10. ad Macram fluvium, non ut vulgo legitur, Mœram, ſitos. Rupem eo tractu excelſam adhuc vocant Petram Paniam. Lunenſis portus, Ptolomæo ſinus Eryceis: hodie *porto di Spetia.* Idem.

c *Piſæ.*] Sic dictæ, quod in humido loco poſitæ ſint. Loca enim uda & humecta Græci πίζα vocant. ἀπὸ τοῦ πίζαι, id eſt, πολίζαι Rhodig. c. 6. l 28. *Idem.*

d *Portuſque Telamon.*] Ptolemæo, Telamonium promontorium, hodie Argentarium: cui vicinus eſt Trajani portus, hodie Herculis: eidem Populonium promontorium, hodie *Troia*, vel *Capo di Toſcana.* Portus Herculis meminit Strabo, ſub ingenti tumulo ſiti, juxta Coſſam oppidum. *Idem.*

e *Cære intus M. paſſ quatuor, Agylla.*] Cære à quo de quorundam ſententia dictæ *Carimoniæ*, hodie *Cervetere*: prope id ad 4. mill. paſſuum in ſaxoſo tumulo manent ruinæ Agyllæ. Strabo imperite cum Cære Agyllam confundit: quod errandi cauſam attulit Hermolao. Ptolemæo Alſium, quod Agyllam quidam eſſe volunt, Pyrgis vicinum & maritimum eſt: Cære mediterraneum prope Faleriam. *Cerus* veteri lingua ſanctus. In Saliari carmine, *Cerus manus*, myſticum nomen Iani, quamvis quidam expoſuerint Creatorem bonum. *Scaliger in Feſtum. Idem.*

a *Præ-*

[1] Hetruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſellana, [2] Senenſis, Sutrina. De cætero Aretini veteres, [3] Aretini Fidentes, Aretini Julienſes, Amitinenſes, [4] Aquenſes cognomine Taurini, Blerani, [5] Cortonenſes, Capenates, Cluſini novi, Cluſini veteres, [6] Fluentini præfluenti Arno appoſiti, Feſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novem pagi, [a] [7] præfectura Claudia [8] Foroclodii, [b] Piſtorium, Peruſia, [c] Suanenſes, Saturnini, qui [9] ante Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, [10] Veientani, Veſentini, [d] [11] Volaterrani cognomine Hetruſci, [12] Volſinienſes. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus, Caletranus. Tiberis antea Tybris appellatus, & [e] prius Albula, è media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primo, nec niſi piſcinis corrivatus, emiſſuſque navigabilis, ſicuti [f] Tinia & [13] Glanis influentes in eum, [g] novenorum ita conceptu dierum, ſi non adju-

1 Hetruſcorum lucus, Feronia, colonia Ruſſellana. *Vet.*
2 Senienſes. *Ch.*
3 Arutini fidentiores. Aretini Fidenates. *Ch.*
4 Aquulenſes. *V.*
5 Cortonienſes. *Vet.*
6 Florentini profluenti. *Ch.*
7 Præfecturæ Claudiæ. *Vet.*
8 Forum Claudii. *V.* *alii*, Forum Caſſii.
9 antea. *Ch.*
10 Veretani Valentini. *Vet.*
11 Volaterrani Volgentini cognom. *Ch.*
12 Volſini, *Flor. cap.* 21. *l.* 1. *Valerio Max.* Volſinenſes. *c.* 9.
13 Glanius. *Vet.*

a *Præfectura Claudia Foroclodii.*] Foroclodii, forum Claudii vel Caſſii: oppidum Sutrio vicinum, in via Caſſia, euntibus Viterbio Romam, hodie *Vetralla.* Huic oppido contiguum divæ Mariæ templum in foro Caſſii vocatur. *Dalec.*

b *Piſtorium*] Inde jocus & alluſio Plauti in Captivis: *Multis & multigeneribus opus eſt ibi Militibus: primo dum opus eſt Piſtorienſibus.* Idem.

c *Suanenſes, Saturnini.*] Puto ſcribendum, *Suenſes, Saturniani*, à Suena & Saturniana, ex Ptolemæo. *Pintian.*

d *Volaterrani.*] Strabo Volaterram vocat οἰνοφίαν, ut & auctor libri περὶ τῶν ἀκυσμάτων, qui ſcribit Volaterranos ne civitatem quiſpiam occuparet, ſolitos imperium ac dominium Reipub. ſuis libertis dare, quibus abeuntibus magiſtratu, alios ejuſdem conditionis ſufficerent. Victor. c. 23. lib. 22. *Dalec.*

e *Prius Albula.*] Invenio Serram quoque ac Rumonem vocatum, quoniam rapidis & concitatis aquis, quæ alluit, mordet, limat, mollit. Sic veteres loquuti ſunt. Horat. --- *qua Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis.* Cornelius Severus in Ætna: ---- *ſeu lympha perenni Edit humum lima, furtimque obſtantia mollit.* Attius in Telepho: ---- *remiſque nixi properiter navem in fugam Trudunt ſubter ſaxa ad levam qua montem mollibat mare.* Feſto *Rumentum*, abruptio, interruptiove. *Idem.*

f *Tinia.*] Legitur apud Strabonem *Tinias:* hodie *Topino.* Mixtus is ad Canariam oppidum Chieſio, nomen amittit, & Cheſius dicitur. *Idem.*

g *Novenorum ita conceptu dierum.*] Hoc eſt, cum per novem dies aquæ in piſcinis vel alveo clauſtris & aggeribus cohibitæ fuerint. *Idem.*

a *Lati-*

adjuvent imbres. Sed Tiberis propter aſpera & confragoſa, ne ſic quidem, præterquam trabibus verius quam ratibus, [1] longe meatibus fertur, per centum quinquaginta millia paſſuum non procul Tiferno, Peruſiaque & [2] Ocriculo, Hetruriam ab Umbris ac Sabinis; mox citra tredecim millia paſſuum urbis Veientem agrum à Cruſtumino; dein Fidenatem [a] Latinumque à Vaticano dirimens: ſed [3] infra Aretinum Glanim duobus & quadraginta fluviis auctus, præcipuis autem Nare & [b] Aniene, qui & ipſe navigabilis Latium includit à tergo, nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis: & ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus. Pluribus prope ſolus, quam cæteri in omnibus terris amnes, accolitur, aſpiciturque villis. Nullique fluviorum minus licet incluſis utrinque lateribus: nec tamen ipſe pugnat, quanquam [4] creber ac ſubitis incrementis, & nuſquam magis aquis quam in ipſa urbe ſtagnantibus. Quinimo vates intelligitur potius ac monitor, auctu ſemper religioſus verius, quam ſævus. Latium antiquum à Tiberi [5] Circeios [6] ſervatum eſt mille paſſuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis ſæpe mutatis, tenuere alii aliis temporibus, Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et ultra [7] Circeios Volſci, Oſci, Auſones, unde nomen [8] modo Latii proceſſit ad Lirim amnem. In prin-

1 longis meatibus *in Vet.*

2 Otriculo. *Vet. Ch.*

3 Intra Tiniam & Glanim. *Vet. lego*, ultra Tiniam item Glanim è duobus quadraginta.

4 crebris.

5 Cerceios. *Ch.*

6 Uſque obſervatum. *Vet.*

7 Cerceios. *Ch.*

8 deeſt in Ch.

a *Latinumque à Vaticano dirimens.*] Emendatius, ni fallor, legetur *à Labicano*, ex verbis quæ paulo poſt ſequuntur, *Et qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano.* Nec ſum immemor verborum Solini, quæ favere videntur priori lectioni. *Pintian.*

b *Aniene*] Anio, *Teverone* hodie. Ad eum fluvium Camillus Gallos redempta Roma exeuntes trucidavit. Jungitur via Tiburtina ponte Mænnolo, quem Mammæa Severi Alexandri mater ædificavit. Numentana via, Numentano; Salaria, ponte extructo à Narſete. *Dalec.*

a *Lu-*

principio eſt Oſtia, colonia à Romano rege deducta. Oppidum Laurentum, [a] lucus Jovis Indigetis, [b] amnis Numicius, Ardea à Danaë Perſei matre condita. Dein quondam Aphrodiſium, [c] Antium colonia, Aſtura flumen & inſula. Fluvius Nymphæus, Cloſtra Romana. Circeii quondam inſula immenſo quidem mari circundata, (ut [d] creditur Homero) at nunc planitie. Mirum eſt, quod hac de re tradere hominum notitiæ poſſumus. Theophraſtus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius ſcripſit (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem duntaxat à Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum miſſam) [e] hic jam pluſquam & fama, [1] Circeiorum inſulæ menſuram poſuit ſtadia octoginta in eo volumine, quod ſcripſit Nicodoro Athenienſium magiſtratui, qui fuit Urbis noſtræ quadringenteſimo [2] ſexageſimo anno. Quicquid eſt ergo terrarum, præter decem millia paſſuum [3] prope ambitus, adnexum

1 Cerceiorum. *Ch.*
2 xi. *Chiff.*
3 propinqui. *Vet.*

a *Lucus Jovis Indigetis.*] Nemus id hodie *Campo ſelva*, vicinum Albæ longæ, hodie *Savello*, & Aritiæ ruinis, hodie *la Riccia*. Dalec.

b *Amnis Numicius.*] Fl. hic olim ex lacu Nemorenſi emiſſus per Aream in mare labebatur. In ipſum vero Iuturnæ fons, cujus aqua victimas conſpergebant. Eam vaſe hauſtam oris latioris & fundi anguſti, ne humi depoſitum ſtaret: humum namque attingere piaculi loco habitum, aut Flaminicæ virginis ſacrorum miniſtræ, aut Veſtalium famulæ, aut patrimi, matrimique Camilli, ſive pueri coronati manibus tenebant. Alex. ab Alex. cap. 17. lib. 4. Hodie fons Ardeæ proximus tenui rivo in mare deſcendens. Cæterum lacus Nemorenſis meminit Sueton. Calig. *Idem.*

c *Antium.*] Antium Equeſtris fortunæ templo celebre, auctore Tacito qui incurioſe ſcribit, nullam ejus ædem ſeculo ſuo Romæ fuiſſe: cum Quintus Fulvius Flaccus cenſor, victis Celtiberis, magnificam ædificaſſet, regulis marmoreis tectam, quas Junonis Laciniæ templo detraxerat. Antiates famoſos olim prædones fuiſſe conſtat: à piratica tamen coactos abſiſtere Græcorum precibus, qui de eorum latrociniis apud Rom. Senatum queſti fuerant. Victorius cap. 22. lib. 31. Hodie *Anxo*. Tiberius ſumptuoſiſſimis ædificiis ornavit: Nero & portu quo carebat, maximo ſumptu & cura. In ruinarum parte oppidulum Neptunium extructum eſt, hodie *Natum*. Idem.

a *Creditur Homero.*] Vide locum quem citavit ſupra cap. 80. lib. 2. *Idem.*

b *Hic jam pluſquam & fama.*] Phraſis obſervanda, hoc eſt, certius quam ſi tantum auditione & fama comperiſſet. *Idem.*

a *Fla-*

nexum inſulæ. Poſt eum annum acceſſit Italiæ aliud
miraculum. [1] A Circeiis palus [2] Pomptina eſt, 1 Cerceiis *Cb.*
quem locum [3] viginti trium urbium fuiſſe Mutianus 2 Pontina, *inf. lib.* 26. *c.*4.
ter Conſul prodidit. Deiñ [a] [4] flumen Uſens, ſu-
pra quod [b] Tarracina oppidum, lingua Voſcorum 3 XXXIII. *Cb.*
Anxur dictum: & [5] ubi fuere [c] Amyclæ à ſerpen- 4 flumen Uſentum. *Chiff.*
tibus deletæ. Dein locus ſpeluncæ, lacus Funda- 5 ibi.
nus, Cajeta portus. Oppidum [d] Formiæ, Hor- 6 Pylo. *Chiff.*
miæ dictum, ut exiſtimavere, antiqua Læſtrigo- 7 *Alias* Clanio: *quo pacto & à Virgilio appellatur l.* 1. *Georg.*
num ſedes. Ultra fuit oppidum [6] Pyræ, Colonia
Minturnæ, [e] Lyri amne diviſa, [7] Glanico appel-
lato. Oppidum Sinueſſa extremum in [8] adjecto 8 adjectum.
Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam.
Hinc felix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt
vitiferi colles, & [9] temulentia nobilis ſucco per 9 temeto nobiles.
omnes terras inclyto, atque (ut veteres dixere)
ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc
Seti-

a *Flumen Vfens.*] Flumen inter Formias & Sinueſſam Garigliano, à monte Tauro, hujus fluminis oſtiis. *Dalec.*

b *Tarracina.*] Porphyrio in Horat. ex vetuſtiſſimo Codice, *Quæ nunc Tarracina dicitur, olim Anxur dicebatur, unde Jovem Anxurum colebant:* cujus & Virg. meminit, dum ait: *Juppiter Anxurus arvis præſidet.* Merito autem inquit Horat. *repimus*, & *impoſitum ſaxis*, quoniam adhuc illis temporibus Tarraconenſis urbs in altiſſimo monte erat: inde poſtea in æquiorem locum depoſita eſt, ut non ſolum adhuc ſint veſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum. Si Servio credimus, *Anxyrus Jupiter* dictus fuit, quod puer & imberbis pingeretur & ſculperetur. Ἄξυρος, legendum, ἄνευ ξύρου, quia nunquam eſſet barba raſa. In denario ſtirpis Panſarum altera parte videtur perſona ludis Cerealibus conveniens, in altera Jovis imago ſine barba, cum hac inſcriptione: C. VIBIUS. C. F. C. JOVIS. (pro Jupiter) AXUR. *Idem.*

c *Amyclæ.*] Virgil. nono Æneid. *Tacitis regnavit Amyclis*, id eſt, deletis, & oblivione ſepultis. Ejus oppidi cives Pythagorei cum animatis omnibus abſtinerent, ſerpentium quos occidere nolebant, in vicinis paludibus natorum copia, deleti ſunt. Narrant alii, cum inani rumore hoſtes adeſſe crebro nunciaretur, lege cautum, ne id poſtea indicarent, & ex improviſo aliquanto poſt, facta impreſſione, ab hoſtibus oppreſſos fuiſſe: unde proverbium, *Amyclas ſilentium perdidit.* Lucilius: *Mihi neceſſe eſt loqui. Nam ſcio Amyclas ſilentio periiſſe.* Idem.

d *Formiæ.*] Formiæ fuerunt à Sarracenis dirutæ anno 956. prope Tarracinum extant illarum ruinæ. *Idem.*

e *Lyri amne diviſa, Glanico appellato.*] Scribo, *Clani* non *Glanico*, ex Strabone, v. & Cornelio Tacito, 11. *Orantibus*, inquit, *Florentinis, ne Clanis ſolito alveo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem afferret.* Summus poëta Georgicorum ſecundo, *Clanium* appellat Acerranorum fluvium,

-- *& vacuis Clanius non æquus Acerris.*
Pintian.

K a *Vul-*

Setini & Cæcubi [1] obtenduntur agri. His junguntur Falerni, Caleni. Dein conſurgunt Maſſici, Gaurani, Surrentinique montes: Ibi [2] Laborini campi ſternuntur, & in delicias alicæ [3] politur meſſis. Hæc litora fontibus calidis rigantur: prætereque cætera in toto mari conchylio & piſce nobili [4] annotantur. Nuſquam generoſior oleæ liquor: Et hoc quoque certamen humanæ voluptatis tenuere Oſci, Græci, Umbri, Thuſci, Campani. In ora Savo fluvius; [a] Vulturnum oppidum cum amne, Liternum, [b] Cumæ Chalcidenſium, Miſenum, portus Bajarum, [c] Bauli, lacus Lucrinus & Avernus, juxta quem Cimmerium oppidum quondam. Dein Puteoli, Colonia Dicæarchia dicti: poſtque Phlegræi campi, Acheruſia palus Cumis vicina. Litore autem [d] Neapolis Chalcidenſium & ipſa, Parthenope à tumulo Sirenis appellata: [e] Herculanium; Pompeii: haud procul ſpectante monte Veſuvio, [f] alluente vero Sarno amne, ager [5] Nucerinus:

1 protenduntur. *Ch.*

2 Leborini. *Ch.*

3 * politura. *Vet.* poliuntur meſſes. *Herm.* populatur. *Chiff.* halicæ poliuntur menſis. *Blondo.* lego colligitur.

4 nobilitantur.

5 Nucerinus eſt: &c. *Vet.*

a *Vulturnum.*] Vulturnum à colonia Roma eo miſſa conditum ad oſtia Vulturni fluvii, hodie Vulturnia. Liv. lib 4. ait Capuam olim Vulturnum dictam fuiſſe; Capuæ vero nomen inditum à Capuo Samnitum duce qui eam ceperat, vel à campeſtri agro. Vulturnum flumen etiam à Romanis *Nataronum* vocatum fuiſſe tradit in vita Fabii, Plutarchus. *Dalec.*

b *Cumæ.*] Cumis Hamæ vicinæ fuerunt, ſacrorum religiones claræ. Liv. lib. 23. *Campani adorti ſunt rem Cumanam ſuæ ditionis facere: primo ſollicitantes ut à Romanis deficerent. Ubi id parum proceſſit, dolum ad capiendum eos comparant. Sacrificium ad Hamas nocturnum erat, &c.* In arduo monte qui à Balneis Tripergulinis abeſt mille & quingentos paſſus, Hamarum inſignes ruinæ conſpiciuntur. *Idem.*

c *Bauli.*] Baulos, Herculeos vocat Silius, quod eo Geryonis armenta diverſatus Hercules egiſſet, quaſi βοαύλας. Hadrian. Jun. cap. 9. lib. 1. *Idem.*

d *Neapolis Chalcidenſium, & ipſa Parthenope à tumulo Sirenis dicta.*] Sic interpungendum, ut verba illa, *& ipſa*, ad ſuperiora referas. Ait enim, ſicuti Cumas, quas paulo ante reddidit, ita etiam Neapolin Chalcidenſium ædificium eſſe. Auctor eſt Strabo libro v. *Pintian.*

e *Herculanium, Pompeii: haud procul ſpectante monte Veſuvio, &c.*] Lege: *Herculaneum, Pompeii; haud procul ſpectato monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne.* Vid. Iſac. Voſſium in Melam. pag. 170.

f *Alluente vero Sarno amne, ager Nucerinus eſt: & novem millia paſſuum à mari ipſa Nuceria.*] Prima illa verba, *Alluente vero Sarno amne*, ad ſuperiora pertinent: ut ſcribendum putem, *Pompeii haud procul ſpectante monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne. Ager Nucerinus, & ix. m. paſſuum à mari ipſa Nuceria.* Nam verbum, *eſt*, non legitur in ſcriptis codicibus. Allui vero Pompeios

Sarno

nus: & novem millia paſſuum à mari ipſa Nuceria. Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam [1] ſede. Navigatio à [a] Circeiis duodeoctoginta millia paſſuum patet. Regio ea à Tiberi prima Italiæ ſervatur, ex deſcriptione Auguſti. Intus coloniæ, Capua ab campo dicta, Aquinum, Sueſſa, Venafrum, Sora, Teanum Sidicinum cognomine, Nola. Oppida, Abellinum, Aricia, Alba longa, Acerani, Allifani, Atinates, Aletrinates, Anagnini, [b] Atellani, [2] Aſulani, Arpinates, [3] Auximates, Avellani, Alfaterni: & qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bovillæ, [c] Calatiæ, [d] Caſinum, [e] Calenum, Capitulum, Cernetum, Cernetani qui Mariani cognominantur: Corani à Dardano Trojano orti: Cubulterini, Caſtrimonienſes, Cingulani: [4] Fabienſes, in monte Albano Foropopulienſes. Ex Falerno [5] Fruſinates: [f] Ferentinates, Freginates, Fabraterni veteres, Fabraterni novi, Ficolenſes, [6] Foroappi, Forentani, Gabini, Interamna-

1 ſedes, *Chiff.*

2 Æſulani. *V.*

3 Auximares, Auxellani. *Vet.*

4 Gabienſes. *Ch.*

5 Fuſcinates, à Fuſcinone oppido. *Vet.*

6 Foro Appiani. *V.* hodie *foſſa nova, cœnobium.*

Sarno amne, Strabo tradit libro quinto. *Pintian.*

a *Circeiis.*] Circeium eſt mons, ſive promontorium potius, ad cujus radices oppidum Sanctæ Felicitatis ſitum eſt. *Dalec.*

b *Atellani.*] Atellanorum ruinæ viſuntur in Averſa oppido regni Neapolitani. Prope id oppidum divæ Mariæ templum, quod nomine vetuſto in Altella vocatur. Robertus Guichardus Averſum nominavit, quod illic munitis caſtris Neapolin ſimul & Capuam per longum tempus obſidens adverſatus diu ſit. *Idem.*

c *Calatia.*] Calatia, hodie, *Cajatia.* Huic vicinus Callis Sidicinus, hodie, *Calvi,* & Callicula, hodie, *Cajanello.* Idem.

d *Caſinum.*] Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Caſſinum* ſcribit, ac ejus dictionis rationem ducit à *Caſſo,* quod *vetus* ſignificat, quod veteres Samnites à Sabinis orti id tenuerunt: eadem ratione Forum Caſſinum *vetus* appellari. Papinius *Caſinum* ſcribit prima brevi,

--- *Nymphiſque habitata Caſini Rura evaſtantur.*

Nunc Divi Benedicti cœnobium in monte Caſſino. *Idem.*

e *Calenum.*] Calenum hodie Carinula. Juven.

-- *Et molle Calenum Porrectura viro.*

ſub. vinum, quod in eo tractu nobile fuit: ut Maſſicum, Falernum, Surrentinum, Cecubum, dicta à collibus Caleno vicinis, imprimis vitiferis. *Idem.*

f *Ferentinates.*] Ferentium Tuſciæ Ptolemæo, unde Ferentini: Ferentinum Latii, unde Ferentinates. Strabo perpetuo *Ferentinum* ſcribit. Eſt & in Samnio Ferentum, ſive Sabinis, unde Ferentani & Ferentii. Valer. lib. 2. *Habitabat in villa ſua prope vicinum Sabinæ regionis Ferentum:* quamvis illic quidam legant Fretum. *Idem.*

raminates, Succaſani qui & Lirinates vocantur, Ilionenſes, [a] Lavinii, Norbani, Nomentani, Preneſtini, urbe quondam Stephani dicta, Privernates, Setini, Segnini, Sueſſulani, Telini, [1] Trebulani cognomine Balinienſes, Trebani, [b] Tuſculani, Verulani, Veliterni, Ulubrenſes, [2] Ulvernates; ſuperque Roma ipſa: [c] cujus nomen alterum dicere, arcanis cæremoniarum nefas habetur: optimaque & ſalutari fide abolitum enunciavit Valerius Soranus, luitque mox pœnas. Non alienum videtur inſerere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc maxime ſilentium inſtitutæ. Namque Diva Angerona, cui ſacrificatur ad diem XII. Calend. Januarii, ore obligato obſignatoque ſimulacrum habet. [d] Urbem [e] tres portas habentem Romulus reliquit, aut (ut [3] plurimas tradentibus credamus) quatuor. Mœnia ejus collegere ambitu Imperatoribus Cenſoribuſque Veſpaſianis anno conditæ [4] DCCCXXVIII. paſſ. XIII. [5] M. CC. com-

1 *Alias* Mutiſcæi *infra* c. 12.

2 Urbinates. *Chiff.*

3 plurimis. *V.*

4 DCCCCXX. *Ch.*

5 XXX. *Vet.*

a *Lavinii.*] In ruinis Lavinii exſtructa eſt civitas Indivina. Aliud fuit Lanuvium municipium, è quo Licinii Murenæ originem trahebant. Roma Tarracinam petentibus occurrit Marinum, deinde Lucii Murenæ villa, adhuc nonnihil integra, & Portium prædium. Marinum quidam Marianam villam eſſe putant: alii extructum fuiſſe ex Lavinii ruinis. Quidam de Zagarolo propinquo id exiſtimant. In denariis Romanis inſignia fuere penates tantum duo, haſtas manibus tenentes, porca in eorum medio: quod ſus Æneæ Lavinii porcos albos triginta pepererat, Albæ poſt annos triginta à Laviniis condendæ oſtentum. Urſinos famil. Sulpic. & Leandr. in deſcrip. Latii litoral. pag. 198. *Idem.*

b *Tuſculani.*] Prope erat villa Ciceronis Tuſculana, hodie, *Sancta Maria di grotta ferrata.* Idem.

c *Cujus nomen alterum dicere, &c.*] Roma altero nomine *Valentia* vocabatur. Vide Solinum cap. 2. M. Velſerum rer. Auguſt. lib. 3. pag. 50. & lib. 2. pag. 23. Jul. Jacobon. append. ad famil. Cæſ. pag. 9. Pet. Pith. adverſ. 1. cap. 4. Briſſon. form. 1. pag. 70. Fabric. Rom. cap. 2. Onuphr. urb. Rom. pag. 16. & auctorem ipſum infra, lib. 28. cap. 2. *Idem.*

d *Urbem.*] Urbs ab orbe, ſive urvo, quod & urbum dicitur. Urvum autem τὸ ἀνάζιμον, indeque & aratri pars. Orbis quem & Olympum, limbum, mundum vocarunt. Foſſa primum excavata die auſpicato, qua cingebatur urbs junctis bove vaccaque interiore, aratro ſulco ducto, introrſumque mœnibus factis. Varro. Magius cap. 13. lib. 3. *Idem.*

e *Tres portas habentem.*] Quadratam Fabio Pictori, Catoni, Pompeio, Ennio:

Et quis extiterat Roma regnare quadrata.

Plutarcho in Romulo τετράγωνον. *Magius.* Portarum Urbis 34 nomina, appellationiſque rationem vide apud Alex. ab Alex. cap. 16. lib. 4.

a Com-

complexa montes ſeptem ipſa dividitur in regiones quatuordecim, [a] compita [1] Larium CCLXV. Ejuſdem ſpatii menſura [b] currente à milliario in capite Rom. fori ſtatuto ad ſingulas portas quæ ſunt hodie numero triginta ſeptem, [2] ita ut duodecim portæ ſemel numerentur, prætereanturque ex veteribus ſeptem, quæ eſſe deſierunt, efficit paſſuum per directum XXX. M. DCC. LXV. Ad extrema vero tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem milliario per vicos omnium viarum menſura colligit paulo amplius ſeptuaginta millia paſſuum. Quo ſi quis altitudinem tectorum addat, [3] dignam profecto æſtimationem concipiat, fateaturque nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Clauditur ab Oriente aggere Tarquinii Superbi, inter prima opere mirabili. Namque eum muris æquavit, qua maxime patebat aditu plano. Cætero munita erat præcelſis muris, aut abruptis montibus, [4] niſi quod expatiantia tecta multas addidere urbes. In prima regione præterea fuere, in Latio clara oppida, Satricum, Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium, Tellene, Tifata, Cænina, Ficana, [c] Cruſtumerium, Ameriola, [5] Medullia, Corniculum, Saturnia, ubi nunc Roma eſt: [d] [6] Antipolis, quod nunc Janiculum in parte Romæ: [7] Antemnæ,

1 carum: *Vet.*

2 bis quindecim: *alii*, ita ut patentes portæ.

3 dignationis.

4 niſi qua.

5 Medullum. *Ch.*

6 Æneipolis. *Vet.*

7 Antenna. *Vet.*

a *Compita Larium cclxv.*] Atteſtatur Ovidianus verſiculus, *Compita grata Lari, compita grata cani.* Nam in compitis ſacrum anniverſarium Laribus fiebat: unde *Compitalia* dicta, dies ei ſacrificio ſtatus. Et verba quæ ſubjiciuntur, intelligenda ſunt de paribus inter ſe à miliario ad omnes portas ſpatiis. *Gelen.*

b *Currente à milliario.*] Milliarium eſt, 1. ſpatium mille paſſuum, 2. columna aurea in capite fori Romani, ad quam viæ publicæ terminabantur, 3. Vas Balneatorium magnum multarum amphorarum capax, Senecæ cap. 24. lib. 3. Quæſt. Natur. ὑπολέοσης. Milliariæ porticus à ſpatio mille paſſuum, vel à numero columnarum. Milliariæ oleæ cap. 12. lib. 17. *Dalec.*

c *Cruſtumerium.*] In ea regione nunc ſunt Mons rotundus, Palumbaria, & quædam oppida ignobilia. Vide Scalig. in Feſtum voce Cruſtumina. *Idem.*

d *Antipolis.*] Sic vett. edd. legunt: veriſimileque eſt, Pelaſgos aut Arcadas, qui cum Aboriginibus Saturniam tenebant, hoc nomen Janiculo indidiſſe, quod id oppidum ſibi ex adverſo ſitum eſſet. *Gelenius.*

temnæ, Camerium, Collatia, [1] Amiternum, Norbe, Sulmo: & cum his [a] carnem in monte Albano ſoliti accipere populi Albenſes, Albani, [2] Æſolani, Acienſes, Abolani, [3] Bubetani, Bolani, Cuſuetani, Coriolani, [b] Fidenates, [4] Foretii, Hortenſes, Latinienſes, [5] Longulani, Manates, Macrales, Mutucumenſes, Munienſes, Numinienſes, Olliculani, Octulani, Pedani, [6] Polluſtini, Querquetulani, Sicani, Siſolenſes, Tolerienſes, Tutienſes, [7] Vimitellarii, Velienſes, Venetulani, Vicellenſes. [c] Ita ex antiquo Latio LIII. populi interiere ſine veſtigiis. In Campano autem agro Stabiæ oppidum [8] fuere uſque ad Cn. Pompeium & L. Carbonem Conſules, pridie Calend. Maji, quo die L. Sulla legatus bello ſociali id delevit, quod nunc in [9] villas abiit. Intercidit ibi & Taurania. Sunt & morientis [d] Caſilini reliquiæ. Præterea auctor eſt Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum à L. Tarquinio rege, ex cujus præda [10] Capitolium is inchoaverit: [e] A Surrento ad Silarum amnem triginta millia paſſuum ager Picentinus fuit, Tuſcorum templo Junonis Argivæ ab Jaſone condito inſignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. A Silaro regio tertia, & ager Lucanus Brutiuſque incipit: nec ibi rara incolarum [11] mutatione.

1 Amitinum. *Ch.*
2 Solani. *Vet.*
3 Nubetani. *Ch.*
4 Foreſi. *Vet.* Foruli. *Strab.* Forenſes. *Fiſtur in voce Nova curia.*
5 Longani. *Ch.*
6 Poletaurini. *Chiff.*
7 Vimiterali. *Vet.* Vinutellarii. *Chiff.*
8 fuit. *Vet.*
9 villam. *Ch.*
10 *lego,* Capitoliſnum.
11 mutatio.

a *Carnem in monte Albano.*] In viſcératione, ſive ἐν τῇ κρεοδαισίᾳ, cui apud Lacedæmonios ſplendidiſſimus quiſque ac clariſſimus præficiebatur. Itaque & Lyſandro munus aliquando id commiſſum eſt. Rhodig. c. 7. 5. τὴν κρεοδαισίαν Lampridius in Alexandro *Eduiitatem* nominare videtur. *Dalec.*

b *Fidenates.*] Fidenas evertit ac prorſus delevit M. Æmilius Dictator. *Idem.*

c *Ita ex antiquo Latio liij. populi interiere.*] Hi populi, qui ex antiquo Latio, Plinii tempore, defecere, illi ipſi ſunt proxima relatione ab ipſo memorati. Nam præfatus fuit, *fuere in Latio clara oppida:* quaſi diceret, fuere olim, jam non ſunt. Hi autem populi LI. ſunt: non LIII. Itaque aut duo oppida librariorum indiligentia omiſſa ſunt, aut in poſtrema ſumma non LIII. ſed L. ſcribi debet. *Pint.*

d *Caſilini.*] De Caſilino & Caſilinorum adverſus Hannibalem fortiſſima tolerantia vide Strabonem lib. 5. *Dalec.*

e *A Surrento ad Silarum amnem, &c.*] *A Surrento ad Silarum amnem triginta millia paſſuum ager Picentinus fuit Oſcorum, templo Junonis Argivæ ab Jaſone condito inſignis.* ſic legit Salmaſ. 59.

a Ad

tatione. Tenuerunt eam Pelaſgi, Oenotrii, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ [1] maxime populi: noviſſime Lucani à Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum [2] Pæſtum, Græcis Poſidonia appellatum, ſinus [3] Pæſtanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia. Promontorium Palinurum: à quo ſinu recedente trajectus [a] [4] ad columnam Rhegiam centum M. paſſ. Proximum autem huic flumen Melphes, oppidum Buxentum, Græce Pyxus, [5] Laus amnis: fuit & oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium litus, oppidum Blanda, flumen [6] Batum, portus Parthenius [7] Phocenſium, ſinus Vibonenſis, [8] locus Clampetiæ, oppidum Temſa, à Græcis Temeſe dictum, & Crotonienſium Terina, ſinuſque ingens Terinæus. Oppidum Conſentia. Intus in peninſula fluvius Acheron, à quo oppidani Acherontini. Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus, Portus Herculis, Metaurus amnis, [9] Tauroëntum oppidum, Portus Oreſtis & [10] Medua. Oppidum Scylleum, [11] Cratais fluvius, [12] mater (ut dixere) Scyllæ. Dein columna Rhegia: Siculum fretum, ac duo adverſa promontoria: ex Italia Cænys, ex Sicilia Pelorum duodecim ſtadiorum intervallo. Unde Rhegium [13] duodecim M. D. paſſ. Inde Apennini [14] ſilva [15] Sila, promontorium Leucopetra [16] XII. M. paſſ. ab ea Locri cognominati à promontorio Zephyrio, abſunt à Silaro CCCIII. M. paſſ. [17] Et includitur Europæ ſinus primus, in eoque maria nuncupantur: unde [18] irrumpit Atlanticum, ab aliis magnum: qua intrat, [19] Porthmos à Græcis, à nobis Gaditanum fretum: cum intravit, Hiſpanum, quatenus Hiſpanias [20] illuit: ab aliis Ibericum, aut Balearicum: mox

1 maximæ. *aliis*, magnæ.
2 Præſtum. *Ch.*
3 Præſtanus. *Ch.*
4 ad Coloniam. *M. Vet. ut & paulo poſt.*
5 Talaus. *Strabo lib.* 6.
6 Balcetum. *M.V. Chiff.*
7 & Phocenſium. *Chiff.*
8 lucus.
9 Taurianum. V.
10 Medina. *Vet.*
11 Cratis. *Vet.*
12 pater. *Vet.*
13 XX. M. paſſ. *Ch.*
14 inſula. *M.*
15 Sila. *in Vet.*
16 XXV. *Chiff.*
17 His includitur Europ. ſi. pri. in eoque maria diverſa nuncup. *Chiff.*
18 irrumpunt. *alii*, unde Oceanus irrumpit. *V.*
19 Aſtmos. *Ch.*
20 alluit, abluit. *Vet.*

a *Ad columnam.*] Strabo ſemper hoc vocabulo utitur. Græci στήλην & στηλίδας. Manuſcriptum exemplar habet *coloniam*. Dalec.

ſinox Gallicum ante Narbonenſem provinciam, hinc Liguſticum. Ab eo ad Siciliam inſulam Tuſcum: quod ex Græcis alii Notium, alii Tyrrhenum, è noſtris plurimi inferum vocant. Ultra [1] Siciliam ad Salentinos, Auſonium Polybius appellat. Eratoſthenes autem inter oſtium Oceani & Sardiniam quicquid eſt, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenum. Ab hac Cretam uſque Siculum. Ab ea Creticum. Inſulæ per hæc maria primæ omnium Pityuſæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebuſus vocatur, [a] utraque civitate fœderata anguſto freto interfluente, patent [2] XLII. M. paſſ. Abſunt à Dianeo ſeptingentis ſtadiis: totidem Dianium per continentem à Carthagine nova. [3] Tantundem à Pityuſis in altum, [b] Baleares duæ, & Sucronem verſus Colubraria. Baleares funda bellicoſas, Græci Gymnaſias dixere. Major centum millia paſſum longitudine, circuitu vero [4] CCCLXXX. M. [c] Oppida habet civium Romanorum Palmam & Pollentiam, [5] Jatina Cinium & Cunici, & fœderatum Bochri fuit. Ab ea XXX. M. paſſ. diſtat minor, longitudine, [6] LX. M. circuitu CL. M. paſſ. Civitates habet, [7] Jamnonem, Saniſcram, Magonem. A majore XII. M. paſſ. in altum abeſt Capraria, inſidioſa naufragiis, & è regione Palmæ urbis [d] Mænariæ, ac [8] Tiquadra, [e] & [9] parva Annibalis. Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit.

1 Siciliam quod eſt ad. *Ch.*
2 XLVI. *Chiff.*
3 eſt add. *Ch.*
4 cccclxxv. *Ch.*
5 Latinorum civium & Tuſcium quod fœderatum Bocchorum fuit *V.* Latina cinium & fœderatum Bocchorum.
6 xl. *Chiff.*
7 Hannonem *ut poſtea* Labonem *in Chif.* Lamnonem. *V.*
8 Tiquetra. *V.*
9 & patria Annibalis. *Vet.*

a *Utraque.*] Altera *Evizza*, altera *Frumentara* vocatur. *Dalec.*

b *Baleares duæ.*] Statius in Achil.
----*Ut flexa balearicus actor habena,*
Quo ſuſpenſa trahens libraret vulnera tortu
Incluſum quoties diſtingueret aëra gyro.
Hadrian Jun. c. 2. 1. Ortel. Theſ. *Idem.*

c *Oppida habet civium Romanor. &c.*] Senſus eſt: olim quinque in ea inſula oppida fuiſſe, duo jus civitatis habuiſſe: duo jus Latii: quintum fœderatum Romanorum fuiſſe, idque intercidiſſe. *Gel.* *Oppida habet civium Romanorum, &c.*] Legend. *Oppida habet civium Romanorum Palmam & Pollentiam: Latina Cinium & Tucim & fœderatum Bocchorum fuit.* Salmaſ. pag. 281.

d *Mænariæ.*] A mænis piſcibus ſalſamento aptis. *Gelen.*

e *Et parva Annibalis.*] Hodie *Alſas* vocatur, inter Hiſpaniam & Majoricam è regione Ortoſiæ, hodie *Tortoſa.* Hermolaus haud recte putat eſſe Cuniculariam. *Dalecamp.*

parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Græci Ophiuſam dixere. [1] Nec cuniculos Ebuſus gignit, populantes [2] Balearium meſſes. Sunt aliæ xx. ferme parvæ mari vadoſo. Galliæ [3] autem ora, in Rhodani oſtio, Metina, mox quæ [a] Blaſcon vocatur, [4] tres [b] Stœchades à vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem, quas item nominant ſingulis vocabulis, Proten & Meſen, quæ & [5] Pomponiana vocatur, tertia Hypæa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lero, & Lerina adverſum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

1 Nec, in M. d.
2 Braſſocorum. M. la Plage.
3 autem, hinc ora. Vet.
4 Stœchades à vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem, quo ſitæ ſunt. Nomina ſingulis Prote, Meſe, &c. C. Tol.
5 Pompejana. Vet.

CAP. VI. *De Corſica.*

IN Liguſtico mari eſt [c] Corſica, quam Græci Cyrnon appellavere, ſed Thuſco propior à Septentrione in Meridiem [6] projecta, longa paſſuum CL. millia: lata majore ex parte quinquaginta. Circuitu [7] CCCXXII. M. abeſt à vadis Volaterranis LXII. M. paſſ. Civitates habet XXXIII. & colonias Marianam, à C. Mario deductam; [8] Aleriam à Dictatore [9] Sulla. Citra eſt Oglaſa: intra vero ſexaginta millia paſſuum à Corſica, [10] Planària à ſpecie dicta, æqualis freto, ideoque navigiis fallax. Amplior [11] Urgo & Capraria; quam Græci Ægilon

6 porrecta.
7 CCCXXV. Tol. Ch. & Martianus.
8 Alteram. Vet.
9 Scipa autem citra eſt, Ogloſa infra, Marcianus.
10 Platanaria.
11 Orgon. Vet. Gorgona.

a *Blaſcon vocatur.*] Monpeſſulenſibus hodie, *La Plage*: Inſula cincta altera ex parte mari, altera ſtagno. *Dalec.*

b *Stœchades.*] Ptolemæo & Straboni, Stœchades quinque: duæ parvæ: tres ſat magnæ: ac poſt eos Lero, & Planaſia. Stœchades tres Plinii, hodie *Pomige*, ab unius nomine. Earum prima, Themiſta Martiano, Prote Plinio, hodie *Iſoco*. Altera Meſe, hodie *Divi Stephani*: tertia Hypæa, hodie *Pomige*. Aliæ inſulæ parvæ Stœchadib. vicinæ, duæ Straboni, & Ptolemæo, plures Melæ, hodie, *Les Iles Dieres*, numero tres: *Bonomo, Porta Crozo*, *Porto Rhena* ſive *Ribadeo*. Quatuor vero Stœchadibus vicinæ, Sturium, Phœnice. Phila Lero, hodie *Aire, Hiare, Prozelo, Reo*. His adjacent & aliæ duæ, quarum unam rubram vocant: Blaſconem, hodie dici *Gianeam* volunt: & Agatham Ptolemæo memoratam, hodie *L'iule d'Ade*: Lerina, in qua Leronis templum fuit, hodie *Sancti Honorati*: Planaſia vero à Strabone memorata, huic vicina hodie Divæ Margaretæ. *Idem.*

c *Corſicæ.*] De Corſicæ ſitu, variis incolis, Phocenſibus, Liguribus, Cantabris, & de coloniis Mariana & Syllana, vide multa apud Senecam c. 8. lib. de Conſol. ad Helviam. *Idem.*

1 *Ægilium. Vet.* [1] Ægilon dixere: Item [2] Ægilium & Dianium,
2 *Igilium. Vet. Ignium. Mela.* quam Artemiſiam, ambæ contra [a] Coſanum litus:
3 *& Barpona, Mæ. Vet.* [3] & parvæ [b] Mænaria, Columbaria, Venaria, [c] Ilua
cum ferri metallis, circuitu centum millia, [d] à Populonia decem, à Græcis Æthalia dicta. Ab ea
4 *XXXVIII. Ch.* Planaſia [4] XXXIX. M. Ab his ultra Tiberina oſtia in Antiano Aſtura, mox Palmaria, Sinonia, & adverſum Formias Pontiæ. In Puteolano autem ſinu
5 *Pandateria. Ch.* [e] [5] Pandataria, [f] Prochyta, non ab [g] Æneæ nutrice,
6 *quidam Æncaria ubique hic ſcribunt.* ſed quia [h] profuſa [6] ab Ænaria erat. [i] Ænaria ipſa à ſtatione navium Æneæ, [k] Homero Inarime dicta,
7 *mutatione.* Græcis [l] Pithecuſa, non à ſimiarum [7] multitudine, (ut

a *Coſanum litus.*] Dicitur etiam à quibuſdam Barpona. Pomp. Melæ Carbonaria, hodie Monte Chriſto. *Dalec.*

b *Manaria.*] Hodie Melora. *Idem.*

c *Ilua.*] Ptolemæus in mari Liguſtico recenſet Iluam, Æthaliam, Caprariam, diverſas inſulas. Quidam Æthaliam ejus, eſſe putant Palmariam inſulam. De illa illiuſque portu, variis lapillis, & Argonautarum relictis Stœchadib. eam acceſſu, vide multa apud Vict. c. 10. 19. *αἰθάλειαν* Græci vocant, pro quo apud Ariſt. *περὶ τ̃ αἰκεσμ.* legitur corrupte, nunc *θάλεια*, nunc *αἰγιαλία*. Vict. cap. 23. 32. *Idem.*

d *A Populonia decem, à Græcis Æthalia dicta.*] Geographi omnes, & utrunque ſcriptum exemplar, & vulgaris hodie nominatio, *Populonium.* Solus Virgilius poëtica, puto, licentia, *Populonia.* Nam Pomponio idem ſemper jus eſt cum Plinio. Occurrit hic notandum, Iluam inſulam pro eadem cum Æthalia accipi à Plinio. A quo ſtare videtur Stephanus. Nam ferri metalla, quæ Iluæ Plinius, ipſe Æthaliæ tribuit, unde inſulæ nomen proditum tradit. At Ptolemæus diverſas facit inſulas, Iluam & Æthaliam. Sicuti infra etiam octavo capite, Æthuſam & Æguſam Plinius unam intelligit, cum Ptolemæo duæ ſint. *Pintian.*

e *Pandataria.*] Ex inſulis duabus quas nautæ *Le Botte* vocant, altera Sanum, Pandataria eſt, in quam filiam Auguſtus relegavit: altera Divi Martini hodie. Vide cap. 88. lib. 1. *Dalec.*

f *Prochyta.*] Virgil. 9. Æneid.

---- Tum Prochyta alta tremit: durumque cubile
Inarime, Jovis imperiis impoſta Typhæo.

Idem.

g *Æneæ nutrice.*] Vide Dionyſium Halicar. lib. 1. *Idem.*

h *Profuſa ab Ænaria erat.*] Nam Inarime ſive Ænaria terræ motu quaſſata, monte dirupto ac proſtrato, inſulam divulſam extruſit Prochytam ideo dictam, quod ea cauſa veluti profuſa fuiſſet. Strab. lib. 5. *Idem.*

a *Ænaria ipſa à ſtatione navium, &c.*] Lege: *Ænaria à ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta: Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavere, ſed à figlinis doliorum.* Salmaſ. p. 96.

b *Homero Inarime.*] Apud Homerum debuit ſcribi *εἰν' Α'ρίμοι.* error eſt librarii ex contractione *εἰνάριμον.* Virg. hunc ſequutus lib. 9. Æneid. ut ſupra oſtendimus:

Inarime, Jovis imperiis impoſta Typhæo.

Veteres vocarunt Arimen. Vide Erythræum in Virg. & Ortel. theſaur. *Dalec.*

c *Pithecuſa.*] Sic vocata eſt, auctoribus Xenagora, Suida, Harpocratione, quod Candulum & Atlantem ſceleratiſſimos homines, ac ideo vocatos Cercopas, quaſi caudatas Simias, advenas dolis circumvenientes, Jupiter eadem fraude ab illis petitus in ſimias verterit. Vide Ovid. libro 14. Metamorph. *Idem.*

a Ex-

(ut aliqui exiſtimavere) ſed à figlinis doliariorum. Inter Pauſilypum & Neapolim Megaris mox à Surrento octo millibus paſſuum diſtantes, Tiberii principis arce nobiles Capreæ, circuitu quadraginta millia paſſuum. [1] Mox Leucothea, [2] [a] extraque conſpectum, pelagus Africum attingens, Sardinia, minus [3] novem millibus paſſuum à Corſicæ extremis, etiamnum anguſtias eas arctantibus inſulis parvis, quæ [b] Cuniculariæ appellantur; itemque [4] Phintonis & Foſſæ, à quibus fretum ipſum Taphros nominatur.

1 *Sunt qui non legant*, Mox.
2 extra quem. *M. Vet. Chiff.*
3 VIII. *Chiff.*
4 Phitonis. *V.* Pintonis. *Tol.*

CAP. VII. *De Sardinia.*

[c] Sardinia ab Oriente patens, CLXXXVIII. millia paſſuum: ab Occidente, [5] CLXX. millia: à Meridie, [6] LXXIV. millia: à Septentrione, [7] CXXII. circuitu [8] DLX. millia: abeſt ab Africa [9] Caralitano promontorio ducenta millia, à Gadibus quatuordecies centena. Habet & à Gorditano promontorio duas inſulas, quæ vocantur Herculis, à [10] Sulſenſi [d] Enoſin, [e] [11] à Caralitano [f] Ficariam. Quidam haud procul ab ea etiam [g] Berclidas ponunt

5 clxxv. *Ch. Tol. alias*, clxxII.
6 lxxvII. *Ch.*
7 cxxv. *Ch.*
8 DLXV. *Ch.*
9 Calaritano. *Vet.*
10 Sylcenſi. Solcenſi. *vetuſtiſſ.*
11 Caralit. Fica. Galatamque. *Martian.*

a *Extraque conſpectum, pelagus Africum, &c.*] Lege: *extraque in conſpectu pelagus Africum attingens Sardinia, minus octo millibus à Corſica extremis, etiam anguſtias eas arctantibus inſulis, &c.* Salmaſ. p. 98.

b *Cunicularia.*] Harum altera hodie, *Iſola de le Bizze*, Serpentum inſula, altera *Speragia.* Dalecamp.

c *Sardinia.*] Sardiniæ cœlum Pauſaniaſ eſſe ſcribit ϑολερὸν ἐς ἐπιπᾶν ϗ νοσῶδες, ob ſalinas, graves & violentos auſtros, & montium altitudinem, qui ſalubrem Boreæ flatum repellunt. Alii Solpugas venenatæ formicæ genus, & Sardonium Bathrachium cauſantur potius. Cicero Tigellium in ea inſula natum patria ſua peſtilentiorem eſſe ait. Martial.

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

Silius:

Serpentum tellus pura ac viduata veneno:
Sed triſtis cœlo, & multa vitiata palude.

Rhodig. c. 16. 12. & 24. 20. *Idem.*

d *Enoſin.*] Enoſis, *Diabaſta* Ptolemæo, hodie, *Santermo.* Idem.

e *A Caralitano Ficariam.*] Adde *Galatam*, ex Martiano. *A Caralitano*, inquit, *Ficariam Galatamque.* Galatæ meminit & Pomponius, ſed in freto Siculo. Meminit & Plinius infra capite octavo: cujus terra Scorpionem dirum Africæ animal necari, ſcribit lib. V. cap. VII. *Pintian.*

f *Ficariam.*] Hodie, *Iſola roſſa.* Dalecamp.

g *Berclidas.*] Duæ parvæ, hodie, *Le Tauro & la Vacca.* Idem.

a *Collo-*

nunt & [a] Collodem, & quam vocant [b] Heras [1] luſtra. Celeberrimi in ea populorum [2] Ilienſes, Balari, Corſi. Oppidorum [3] XIV. Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Boſenſes, Caralitani civium Romanorum, & Norenſes. Colonia autem una, quæ vocatur ad turrim Libyſonis. Sardiniam ipſam Timæus Sandaliotin appellavit ab effigie soleæ, Myrſilus Ichnuſam à ſimilitudine veſtigii. Contra Pæſtanum ſinum Leucaſia eſt à [c] Sirene ibi ſepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, & [4] Iſcia, [5] utræque uno nomine Oenotrides, argumentum poſſeſſæ ab Oenotriis Italiæ: & contra Vibonem [d] parvæ, quæ vocantur Ithaceſiæ, [6] Ulyſſis [7] ſpecula.

1 Hieraca. vetuſt. Heralytra. Ch.
2 Iotenſes, Ioalenſes. Vet.
3 XVIII. Ch.
4 Iſacia.
5 utraque. Vet.
6 ab Ulyſſ. V. Ch.
7 ſpectacula. Vet. Tol. Ch.

CAP. VIII. *De Sicilia.*

VErum ante omnes claritate Sicilia, Sicania [8] Thucydidi dicta, Trinacria pluribus aut Triquetra à triangula ſpecie: circuitu patens, ut auctor eſt Agrippa, DCXVIII. M. p. quondam Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari avulſa [9] XII. M. in longitudinem freto, in latitudinem autem M. D. p. juxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiſcendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere

8 à Thucydide. Vet.
9 XV. Ch. Al.

a *Collodem.*] Fortaſſis à lignorum copia, Ptolemæo Melibodes, ſive Plumbea, hodie, Palmæ ſolis. *Dalec.*

b *Heras.*] Apud Ptolemæum & in vetuſtiſſimo codice legitur *Hieraca*, hodie *Divi Petri.* Ptolemæus addit inter Corſicam & Sardiniam, Hermeam, non longe à Nymphata, hodie *Tabularia.* Idem.

c *Sirene.*] Straboni Sirenes, ſive Sirenuſſæ inſulæ, in circumflexu promontorii Athenæi, & Peſtano ſinu, olim Poſſidoniate, ſitæ è regione Silaris fluminis, qua ſinum eum illabitur, hodie *Trozo, Toro, Nizari.* Plinius unius tantum Leucaſiæ meminit. in veterib. Rom. denariis Syren ſpectatur capite virginis criſtata galea tecto, adjectis duabus pilis cum ſcuto, reliquo ut avis corpore. Nam quod tradit Servius Sirenes partim virgines fuere, partim volucres, Acheloi & Calliopes filiæ, numero tres, quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Juxta Pelorum illæ primum habitarunt: deinde Capreas inſulas tenuerunt, prætemavigantes illectos ſuo cantu in naufragia deducentes. *Idem.*

d *Parva qua vocantur Ithaceſia, Ulyſſis ſpecula.*] Videtur & hic deeſſe præpoſitio, *ab*, ex eodem Marciano: *Contra Vibonem Ithaceſia, ab Ulyſſis ſpecula dicta.* Exemplar Salmant. *ſpectaculo* præfert, pro quo forte commodius legeretur, *ſpeculatu.* Exemplar Toletanum, *Ulyſſis ſpectacula* legit. *Pintian.*

a *Ipſius*

dere oppido, in margine Italiæ ſito. In eo freto eſt ſcopulus Scylla, item Charybdis, mare vorticoſum, ambo clara ſævitia. [a] Ipſius Triquetræ, ut diximus promontorium Pelorus vocatur, adverſus Scyllam vergens in Italiam: [1] Pachynum in Græciam, [2] CXLV. M. ab eo diſtante Peloponneſo: Lilybæum in Africam CLXXX. M. intervallo à Mercurii promontorio: & à Caralitano Sardiniæ [3] CXX. M. Inter ſe autem hæc promontoria ac latera diſtant his ſpatiis. Terreno itinere à Peloro Pachynum [4] CLXVI. M. p. Inde Lilybæum CC. M. inde Pelorum CLXX. M. [b] [5] Coloniæ ibi, urbes ac civitates [6] LXXII. A Peloro mare Ionium ora ſpectante, oppidum Meſſana civium Romanorum qui Mamertini vocantur. Promontorium [c] Drepanum, colonia [d] Taurominium, quæ antea Naxos, [e] flumen Aſines, [f] mons Ætna nocturnis mirus incendiis.

1 Pachynus.
2 CCCCXL. M. *cui lectioni adſtipulatur & Marcianus.*
3 CXC. *Ch.*
4 CLXXXVI. *Ch.*
5 Coloniæ immunes quinque, civitates LXXIII.
6 LXIII. *Ch.*

a *Ipſius Triquetra ut diximus.*] Verbum, *Triquetra*, hic & ſuprà, adjectum arbitramur, falſoque Plinio attributum. De Sicilia enim differit peculiari & dicato tractatu, non de alia regione, inſulave. *Pint.*

b *Coloniæ ibi, urbes, ac civitates lxxij.*] Scribendum reor, *Coloniæ immunes ac civitates, &c.* ut hoc ipſo libro, capite primo: *Hujus conventus ſunt reliquæ coloniæ immunes.* Et capite tertio: *Poſt Cæſarauguſtana colonia immunis amne Ibero affuſa.* & paulo ante, *Colonia immunis Ilici.* Patet præterea ex Marciano, numerum coloniarum præteritum eſſe, librariorum incuria. Confirmatur id auctoritate Ipſius Plinii, qui ſtatim colonias in Sicilia quinque aſſignat: Taurominium, Catinam, Syracuſas, Thermas, Tyndaridem. Item Marcianus & antiqua lectio, *civitates lxxiij.* legunt, quam eſſe veram lectionem comperiet qui diligenter eas numeraverit. Ut in totum legendum ſit: *Coloniæ immunes v. civitates lxxiij.* Idem.

c *Drepanum.*] Ex ejus adverſo Ptolemæus inſulam exiguam Forbantiam ſtatuit, hodie *Lenza*: & ex adverſo Lilybæi, Sacram, hodie *Maretino.* Dalec.

d *Taurominium.*] Hic & paulo poſt, in ambobus antiquis codicibus, *Tauromenium* leges, non *Taurominium.* Pintian.

e *Flumen Aſines.*] Acim fluvium ex Ætna monte ἀκίδος, id eſt teli inſtar decurrere adnotat Euſtathius in Dionyſium, ab eo fluvio Romæ dicti *Aciſculi*, quaſi Aciſcoli, ut *Agriculi*, pro Agricoli. *Dalecamp.*

f *Mons Ætna.*] Plautus in Milite:

---- præter theſaurum,
Tum argenti montes, non maſſas habet:
Ætna non æque alta eſt.

In Mercatore: *Montes tu quidem mali ardentes in me jamdudum jacis.* Sub Ætna, Liparenſibus inſulis, & Puteolano, Bajanoque agro Typhona Gigantem ſepultum fuiſſe ex Pindaro Strabo ſcribit libro 4. Cornelius autem Severus in Ætna Enceladum:

Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Ætna
Obruit Enceladum, vaſti qui pondere montis
Æſtuat, & patulis expirat faucibus ignes. Idem.

a *Cra-*

cendiis. [a] Crater ejus patet ambitu ſtad. xx. Favilla Taurominium & [1] Catanam uſque pervenit fervens; fragor vero ad [2] Maronem & Gemellos colles. Scopuli tres Cyclopum; portus Ulyſſis; colonia Catana. Flumina Symæthum, Terias. Intus Læſtrygonii campi. Oppida, Leontini, Megaris, amnis [3] Pantagies. Colonia Syracuſæ cum fonte Arethuſa. Quanquam & Temenitis, & [4] Archidemia, & Magæa, & Cyane, & [5] Milichie fontes in Syracuſano [6] potantur agro. Portus Nauſtathmus, flumen Elorum, promontorium Pachynum: à qua fronte Siciliæ flumen Hirminium, oppidum [b] [7] Camarina, fluvius Delas, oppidum Acragas, quod Agrigentum noſtri dixere. Thermæ colonia, amnes [8] Atys & Hypſa, Selinus oppidum, Lilybæum ab eo promontorium, Drepana, [9] mons Eryx. Oppida Panhormum, Solûs, Himera cum fluvio, Cephalœdis, [10] Aluntium, [11] Agathirnum, Tyndaris colonia, oppidum Mylæ, & unde cœpimus, Pelorus. Intus Latinæ conditionis Centuripini, [12] Netini, [13] Segeſtani: ſtipendiarii, Aſſorini, [14] Ætnenſes, Agyrini, Aceſtæi, Acrenſes, Bidini, Citarii, Caciriri, Drepanitani, Ergetini, Eceſtienſes, Erycnii, Entellini, [15] Etini, Enguini, Gelani, Galatani, Haleſini, Ennenſes, Hyblenſes, Herbitenſes, Herbeſſenſes, Herbulenſes, Halicyenſes, Hadranitani, [16] Imacarenſes, Ichanenſes, [17] Jetenſes, [18] Mutuſtratini, Magellini, Murgentini, [19] Mutyenſes, Menanini, Naxii, Noœni, Petrini, Paropini, Phinthienſes, Semellitani, Scherrini, Selinuntii, Symætii, Talarenſes, Tiſſinenſes, Triocalini, Tiracienſes, Zanclæi Meſ-

1 Catiham, ut paulo poſt, &c. *Vet.*
2 Maroneum. *Ch.*
3 Pantagia. *Vet.*
4 Archidemiſa & Margæa. *Vet.*
5 Milinæ. *Vet.*
6 ponantur. *Vet.*
7 Cametina.
8 Acis. *Vet.*
9 mox. *Vet.*
10 Aleuntium. *Vet.*
11 *Α'ιας*, Agathyrſum, *quo pacto & à Strabone appellatur.*
12 Nepini. *Ch.*
13 Ægeſtani. *Vet.*
14 Echetienſes. Eſcletienſes. *Vet.*
15 Ædini. V. *ita index habet & Ch.* leg. Netini, Edini, Getini, &c.
16 *Lego* Hyccarenſes, *ab oppido Hyccaro: unde autem nomen hoc acceperit vide apud Athenæum ſub finem lib.7.*
17 Letenſes. *Vet.*
18 Mutuſtrani. *Chiff.* Mytiſtratini. *Vet.*
19 Mutycenſes. *Chiff.*

a *Crater.*] Eſt ſummus verticis hiatus. *Dalecamp.*

b *Camarina.*] Virgilio dicitur Cametina:

Apparet Camerina procul, campique Geloi:
Immaniſque Gelo fluvii de nomine dicta. Idem.

[1] Meſſeniorum in Siculo freto. Inſulæ ſunt in Africam verſæ Gaulos, Melita à Camerina [2] LXXXIV. M. paſſ. à Lilybæo CXIII. Coſyra, Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, [a] Æthuſa, quam alii Æguſam ſcripſerunt, [3] Bucinna, [b] & [4] à Solunte LXXV. M. [5] Oſteodes, contraque Paropinos Uſtica. [c] Citra vero Siciliam ex adverſo Metauri amnis [6] XII. millibus ferme paſſ. ab Italia, VII. Æoliæ appellatæ. Eædem [d] Liparæorum & Hephæſtiades à Græcis, à noſtris [7] Vulcani, Æoliæ, quod Æolus Iliacis temporibus ibi [8] regnabat.

1 Meſſeniorum. Horum in Siculo freto inſulæ. *Vet.*
2 LXXXVII. *Chiff.*
3 Ætnæ. *V.* add.
4 à Selinunte.
5 Oſteades. *Ch.*
6 XV. *Ch.*
7 Vulcaniæ.
8 regnavit. *Chiff.*

CAP. IX. *De Lipara.*

[e] Lipara cum civium Rom. oppido, dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Æolo, antea [f] [9] Melogonis vel Meligunis vocitata, abeſt [10] XII. M. paſſ. ab Italia, ipſa circuitu paulo [11] minori. Inter hanc & Siciliam altera, antea Theraſia appellata, nunc [g] Hiera: quia ſacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas evomente flammas. Tertia [h] Strongyle, à Lipara M. p. ad exortum ſolis vergens, in qua regnavit Æolus, quæ à Lipara liquidiore flamma tantum differt:

9 Milogenis. *Chiff.*
10 XV. *Chiff.*
11 minori. *V. Ch.* quinque.

a *Æthuſa.*] *Grandolo* hodie. Huic vicina Æoli inſula, hodie *Palanderia*. Dal.

b *Et à Solunte, lxxv.*] Exemplar Tolet. *Selinunte.* De Selinuſiis, ipſe paulo ante Plinius & Stephanus, Eſt ejuſdem nominis fluvius in eadem inſula, Plinio, Straboni, Ptolemæo. *Pintian.*

c *Citra vero Siciliam ex adverſo Metauri, &c.*] Legend. *Citra Siciliam ex adverſo Metauri amnis xxv. millibus ferme paſſuum ab Italia ſeptem Æolia appellata. Eadem Liparaorum & Hephaſtiades à Græcis, à noſtris Vulcania, Æolia, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnavit.* Salmaſ. p. 136.

d *Liparaorum.*] Inſulas has τὰς τῶν Λιπαραίων νήσους Strabo vocat, quod aliquando in Liparæorum ditione fuerint. *Dalecamp.*

e *Lipara.*] Eſt princeps & maxima Æolidum inſula. Apud Liparam Duillius Conſul primus Carthaginenſes prælio navali ſuperavit. *Dalec.*

f *Melogonis, vel Meligunis.*] Dicitur ab ovium proventu ἀπὸ μῆλον καὶ γίγνομαι. *Idem.*

g *Hiera.*] De Hiera Virg. 8. Æneid. inquit:

Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis.

Turn. c. 29. 26. *Idem.*

h *Strongyle.*] Cornel. Severus in Ætna de nomine hujus inſulæ ait:

Inſula cui nomen facies dedit ipſa rotunda.

Idem.

differt: è cujus fumo, quinam flaturi ſint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur: unde ventos Æolo paruiſſe exiſtimatum. Quarta Didyme, minor quam Lipara. Quinta Ericuſa. Sexta Phœnicuſa, pabulo proximarum relicta. Noviſſima eademque minima, Euonymos. Hactenus de primo Europæ ſinu.

CAP. X. *De Locris Italiæ fronte.*

A Locris Italiæ frons incipit, Magna Græcia appellata, in [1] tres ſinus recedens Auſonii maris; quoniam Auſones tenuere primi: patet [2] octogintaduo M. paſſ. ut auctor eſt Varro. Plerique LXXII. M. fecere. [a] In ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna à Locris [b] Sagra, & veſtigia oppidi Caulonis Myſtia, Conſilinum caſtrum, Cocinthum, quod eſſe longiſſimum Italiæ promontorium aliqui exiſtimant. [c] Dein [3] ſinus, & [d] Scylacium, Scylletium Athenienſibus, cum conderent, dictum. quem locum occurrens Terinæus ſinus peninſulam efficit: [e] & in ea portus, qui vocatur Caſtra Annibalis, nuſquam anguſtiore Italia. [4] XX. M. paſſuum latitudo eſt. Itaque Dionyſius major interciſam eo loco adjicere Siciliæ voluit. Amnes ibi navigabiles, [5] Cæcinos, Crotalus, Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia,

1 treis. *Chiff.*

2 octogintaſex. *Chiff.*

3 Deinde ſinus Scylacius & Scolagium, Scyllacium & Scyllecium ab Athenienſ. *Pint.*

4 XL. *Ch.*

5 Cæcinus. *Vet.* Carcines. *Ch.*

a *In ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna à Locris Sagra.*] Sic quidem noſtri ſcripti codices habent, quod correctores fefellit. Multa enim in ſcripta lectione perperam poſita eſſe contingit, librariorum imperitia. Rectius igitur in hac parte impreſſa exemplaria, *ſed memoratu digna Locanus Sagra*, ex Ptolemæo evidenter. *Pintian.*

b *Sagra.*] Sagrus Straboni, Ferentanos à Pelignis dividens inter Amiternum & Ortonium labitur hodie Sangrus fluvius, & tribus milliaribus à Lantiano fertur. *Dalec.*

c *Dein ſinus, & Scylacium.*] Legend. *Dein ſinus Scylacius, & Scylacium, Scylletium Athenienſibus cum conderent dictum.* Salmaſ. p. 82.

d *Scylacium.*] Virgilius vocat, Scylaceum navifragum:

Caulониſque arces, & navifragum Scylaceum.

Dalec.

e *Et in ea portus, qui vocatur Caſtra Annibalis*] Scribe: *Et in ea portus qui vocatur caſtra Hannibalis, nuſquam anguſtiore Italia* XL. M. *paſſuum latitudo eſt.* Salmaſ. p. 83.

a *Fra-*

Petilia, mons Alibanus, promontorium Laci-
nium: cujus ante oram inſula x. M. paſſ. à terra
Dioſcoron, altera Calypſus, quam Ogygiam ap-
pellaſſe Homerus exiſtimatur: præterea [1] Tiris, 1 tres Si-
[a] Eranuſa, Meloeſſa. Ipſam à Caulone abeſſe LXX. renuſſæ.
M. paſſ. prodidit Agrippa.

CAP. XI. *Secundus Europæ ſinus.*

A Lacinio promontorio ſecundus Europæ ſinus incipit, magno ambitu flexus, & Acroceraunio Epiri finitur promontorio, à quo abeſt LXXV. M. p. Oppidum [b] Croto, amnis [2] Neæthus. [c] Oppidum [3] Thurium inter duos amnes Crathin & Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine. Similiter eſt inter Sirin & [4] Acirin Heraclia, [d] aliquando Siris vocitata. Flumina [5] Acalandrum, Maſuentum, oppidum Metapontum, quo tertia Italiæ regio finitur. Mediterranei Brutiorum Apruſtani tantum: Lucanorum autem [6] Atinates, [7] Bantini, Eburini, Grumentini, Potentini, Sontini, Sirini, Tergilani, Urſentini, Volcentani, quibus Numeſtrani junguntur. Præterea interiiſſe Thebas Lucanas Cato auctor eſt. Et [8] Pandoſiam Lucanorum urbem fuiſſe Theopompus, in qua Alexander Epirotes occubuerit. Connectitur ſecunda regio, amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos CCL. M. ſinu, qui [e] Tarentinus appellatur, ab oppi-

2 & Crathia. *Vet. ad.*
3 Tauri. *Ch.*
4 Achrin. *V.* Acrin. *Ch.*
5 Thalandrum. *V. Ch.*
6 hinc. *Vet. ad.*
7 Buxentini.
8 Mardaniam. *Ch.*

a *Eranuſa.*] Sirenuſſarum mentionem facit Strabo. *Dalec.*

b *Croto.*] De eo & Miſcello conditore, vide multa apud Leopardum c. 14 2. Cogitanti de Crotone ædificanda oraculum editum eſt, *Μύσκελλε βραχύνωτε παρ' ἐκ θεοῦ ἄλλα ματεύων κλαίματα θηρεύεις, δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει.* Legito & Hub. Goltzii Græc. mag. p. 276. *Idem.*

c *Oppidum Thurium.*] Uterque codex *Tauri* non *Thurium.* quæ lectio movet me, ut quamvis hic *Thurium* ſuſtineri poſſit, legi tamen malim, *Thurii.* Nam & *Thurium*, & *Thuria*, & *Thurii* ea civitas dicitur, auctore Stephano. *Pintian.*

d *Aliquando Siris vocitata.*] Apud Athenæum lib. 12. Timæus & Euripides ſic dictum volunt à muliere quadam: Archilochus vero à fluvio. *Dalec.*

e *Tarentinus appellatur.*] *Herculeum Tarentum* Virg. appellat, à primis incolis voca-

oppido Laconum in receſſu hoc intimo ſito, contributa eo maritima colonia quæ ibi fuerat. Abeſt cxxxvi. M. p. à Lacinio promontorio, adverſam ei Calabriam in peninſulam emittens. Græci Meſſapiam à duce appellavere: & ante Peucetia, à Peucetio Oenotri fratre. In Salentino agro inter promontoria c. M. p. interſunt: Latitudo peninſulæ à Tarento Brundiſium terreno itinere [1] xxxvii. M. p. patet, multoque brevius à portu Saſina. Oppida per continentem à Tarento, Varia, cui cognomen Apulæ, Ceſſapia, Aletium. In ora vero Senonum Gallipolis, quæ nunc eſt Anxa, [2] lxii. M. p. à Tarento. Inde xxxii. M. promontorium, quod Acran Iapygian vocant, quo longiſſime in maria excurrit Italia. [a] Ab eo [3] Baſta oppidum, & [4] Hydruntum decem ac novem M. paſſuum ad diſcrimen Ionii & Adriatici maris, [b] qua in Græciam breviſſimus tranſitus, ex adverſo [5] Apolloniæ oppidi, latitudine intercurrentis freti, [6] quinquaginta M. non amplius. Hoc intervallum pedeſtri continuare tranſitu pontibus [7] jactis primum Pyrrhus Epiri rex cogitavit: poſt eum M. Varro, cum claſſibus Pompeii piratico bello præeſſet. Utrunque aliæ

1 xxxv. *Ch.*
2 lxxv. *Ch.*
3 Haſta.
4 Hydrus.
5 Apolloniæ oppidum. *Vet. Tol.*
6 Centum. M. P. non. *Vet.*
7 junctis. V.

vocatum *Signeum*; ab Ionibus, qui poſt habitarunt πλοῖον, ob navigationis commoditatem: vel quod, ut ait Ariſt. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. Hercules ex Africa rediens, obſeſſum & expugnatum ſuo nomine ornaverit: vel quod, Taras ejus urbis conditor, Neptuni filius, Herculi & patri aras dicaverit: huic ut proſpera eſſet navigatio: illi ut fortiter ageret & diteſceret. Quamobrem & nummo Tarentino Taras delphino inſidens læva manu geſtat cornucopiæ. Hadrian. Jun. c. 9. 1. Vide & Hub. Goltz. msg. Græc. *Dalec.*

a *Ab eo Baſta oppidum, & Hydruntum.*] Diximus in commentariolo, tumultuario ſtudio à nobis in Pomponium compoſito, *Hydrus* nominari hanc civitatem, non, ut quidam putant, *Hydruntum.* Nam ſi *Hydruntum* diceretur, nequaquam paulo poſt ſequeretur, *Ab Hydrunte Soletum deſertum*, & mox *Brundusium* l. m. *paſſuum ab Hydrunte.* Omnes denique geographi & hiſtorici *Hydrus*, non aliter, enunciant. *Pintian.*

b *Qua in Græciam breviſſimus tranſitus. Ex adverſo Apollonia oppidum.*] Codices ambo ſcripti, *ex adverſo* cum minore litera legunt, & conjunctim cum ſuperioribus: adduntque, *cum*, hoc modo: *qua in Graciam breviſſimus tranſitus, ex adverſo Apollonia cum oppidi.* Scribo, *qua in Græciam breviſſimus tranſitus, ex adverſo Apolloniatum oppidi.* nota res, nec teſtimoniis confirmanda. *Idem.*

a Pedi-

aliæ [1] impediere curæ. Ab Hydrunte Soletum de- *1 Impedivere. Ch.*
ſertum; dein Fratuertium: portus Tarentinus; ſta-
tio militum [2] Lupia, Baleſium, Cœlium, Brundi- *2 Peſſubia. Ch.*
ſium L. M. paſſuum ab Hydrunte, in primis Italiæ
portu nobile, ac velut certiore tranſitu, [3] ſicuti *3 ſed utique.*
longiore excipiente Illyrica urbe Dirrhachio [4] CCXX. *4 CCXXV. Ch.*
M. trajectu. Brundiſio conterminus Pediculorum
ager. IX. adoleſcentes totidemque virgines ab Illy-
riis tredecim populos genuere. [a] [5] Pediculorum op- *5 Pœdiculorum. Strab. lib. 6. Iidem vocantur & Peucetii.*
pida, [6] Rhudia, Egnatia, Barion, [b] ante Japyx à
Dædali filio, à quo & Japygia. Amnes, Pactius,
Aufidus ex Hirpinis montibus Canuſium præfluens. *6 Rhudiæ. Ptolemæo. Rhodæ. Stephano.*
Hinc Apulia Dauniorum cognomine, à duce Dio-
medis ſocero. In qua oppidum [c] Salapia, Anniba-
lis meretricio amore inclytum, Sipontum, Vria:
amnis Cerbalus, Dauniorum finis: portus Agaſus,
promontorium montis Gargani, à Salentino ſive
Japygio CCXXIV. M. p. ambitu Gargani: portus
Garnæ, lacus Pantanus. Flumen portuoſum Fren-
to, [d] Teanum Apulorum. Itemque Larinum, Ali-
ternia, Tifernus amnis. Inde regio Frentana. [e] Ita
Apu-

a *Pediculorum oppida, Rhudia, Egnatia.*] Lege, *Rudia, Gnatia.* Et paulo ante ibid. legas: *Oppida per continentem à Tarento. Vria (quia cognominis Apula) Meſſapia, Sarmadium. In ora vero Saënum, Callipolis, quæ nunc eſt Anxa,* LXII. *millia paſſuum à Tarento.* I. Voſſ. in Melam. p. 165. *Pediculorum oppida Rudia.*] Legendum numero multorum, *Rudia,* ex Strabone, Pomponio, Silio, Euſebio. Politianus quoque noſter in Nutritia:

Quem Rudiis ortum rigidi cenſura Catonis.

Proinde corrigendum vitioſum Ptolemæi exemplar, in quo *Rudia* pro *Rudia* ſcriptum eſt. *Pintian.*

b *Ante Japyx.*] In exercitu Minois à Cæculi filiabus occiſi in Sicilia dux ſtrenuus Japyx fuit, Dædali & Cretenſis mulieris filius. Poſt obitum regis collectas exercitus reliquias 16. in Apuliam traduxit, & à ſuo nomine eum Italiæ tractum vocavit. Strabo apud Athen. l. 12. *Japyges poſteri fuerunt Cretenſium, qui Glaucum, cum in mare ſe dejeciſſet, nec uſquam emergeret, quæſitum è Creta diſceſſerunt.* Dalecamp.

c *Salapia.*] Oppidum id è loco peſtilenti, qui 4. millib. paſſ. à mari diſtabat, in maritimam & ſalubrem ſedem à M. Hoſtilio tranſlatum fuiſſe, vide apud Vitruvium cap. 4. lib. 1. *Idem.*

d *Teanum Apulorum.*] Apulos ruſticos, inciviles, inurbanos, duros, agreſtes fuiſſe monſtrat hic Plauti verſus in Milit.

Poſt Epheſi ſum natus, non in Apulis,
non ſum in Umbria. Idem.

e *Ita Apulorum genera tria: Teani à duce.*] Scribendum opinor *Teani, à duce, Varies.* ut ſint tria diſtincta genera: Teani, ab oppido Teano, à duce Danno, Daunii, ab oppido Varia, cujus paulo ante præceſſit mentio, Varies. *Pintian.*

Apulorum genera tria: Teani [1] duce è Graiis: Lucani, ſubacti à Calchante, quæ loca nunc tenent Atinates. Dauniorum præter ſupra dicta coloniæ, Luceria, Venuſia: oppida Canuſium, Arpi, aliquando [a] Argos hippium Diomede condente, mox Argyrippa dictum. Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam & Tricam. Cætera intus in ſecunda regione, Hirpinorum colonia; una Beneventum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum. [2] Æculani, Aquiloni, [3] Abellinates cognomine Protropi, Compſani, [b] Caudini, Ligures, qui cognominantur Corneliani & [4] qui Bebiani, Veſcellani, Deculani, Aletrini, Abellinates cognominati Marſi, Atrani, Æcani, Alfellani, Attinates, [c] [5] Arpani, Borcani, Collatini, Corinenſes, & nobiles clade Romana Cannenſes, Dirini, Forentani, Genuſini, [6] Hordonienſes, Hyrini, Larinates, cognomine Frentani, Metinates, ex Gargano Mateolani, [7] Neritini, Matini, Robuſtini, Sylvini, Strabellini, Turmentini, [8] Vibinates, Venuſini, Ulurtini, Calabrorum mediterranei, Ægetini, [9] Apameſtini, Argentini, Butuntinenſes, Deciani, Brumbeſtini, Norbanenſes, [10] Palionenſes, [11] Sturnini, Tutini. Salentinorum, [12] Aletini, Baſterbini, Neretini, [13] Valentini, Veretini.

- 1 à duce. Gaces, Lucanii. *V.*
- 2 Auſeculani *Vet.*
- 3 Apellinates. *Cb.*
- 4 qui *in Vet.* del.
- 5 Hirpini. *Liv. lib.* 23.
- 6 Herdorienſes. *V.*
- 7 Neratini. *Cb.*
- 8 Vibarnates. *Vet.*
- 9 In Vet. delet.
- 10 Balionenſes.
- 11 Stulnini. *Vet.*
- 12 Alentini. *Cb.*
- 13 Valetini. *Vet.*

a *Argos hippium.*] Argos fuit Diomedis patria, quam *Hippobotan Argos* Homerus vocavit. Vide Leopardum c. 16. 5. *Dalecamp.*

b *Caudini.*] Caudium oppidum Samnii, in Caudina valle, dirutum. Diſtat ea vallis à Benevento millibus paſſuum decem: Furcæ vero Caudinæ quatuordecim. *Idem.*

c *Arpani.*] Hirpini, hodie Arpadium Caudio vicinum. Livius lib. 23. Hirporum in Sabinis prope Compſam meminit. *Eadem æſtate*, ait, *ab Nola, quam præſidio tenebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos fecit.* Nota. Omitit Plinius Teleſiam civitatem, ad ripam Exerniæ fluvii priuſquam Vulturnum accipiat, memoratam. Liv. lib. 22. nunc dirutam. *Idem.*

CAP. XII.

Regio Italiæ quarta.

SEquitur regio quarta gentium vel fortiſſimarum Italiæ. [a] In [1] ora Frentanorum à Tiferno flumen Trinium portuoſum. Oppida, Hiſtonium, Buca, Ortona: Aternus amnis. Intus Anxani cognomine Frentani. Carentini ſupernates, & infernates, Lanuenſes: [2] Marucinorum Teatini: [b] Pelignorum [c] Corfinienſes, Superæquani, Sulmonenſes: Marſorum [3] Anxantini, Atinates, [4] Fucentes, [5] Lucentes, Maruvii, Albenſium Alba [d] ad Fucinum lacum: Æquiculanorum Cliternini, Carſeolani: [e] Veſtinorum Angulani, [6] Pinnenſes, Peltuinates, quibus junguntur Aufinates ciſmontani: [f] Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere: colonia [7] Bovianum vetus, & alterum cognomine Undecumanorum. Aufidenates, Eſernini, [8] Fagiſulani, [g] Ficolenſes, Sepinates, [9] Treven-

1 ora Ferentanorum. *Vet.*
2 Murcinorum. *Vet.*
3 Anaxatini. *Ch.*
4 Sucentes. *Pet.*
5 Lucenſes.
6 Pennienſes. *Ch.*
7 Bovianium. *Ch.*
8 Fagi, Fugali. *V. Ch.*
9 Treventiates. *V.*

a *In ora Frentanorum.*] Ferentanorum Pelignis conterminorum, caput Ferentum, hodie *Franca villa*, in maris littore. Per eam regionem labitur Tifernus lentus fluvius, ex Nicare, ſeu ut hodie vocatur, Majela monte naſcens. Apud Livium lib. 9. *Aulus conſul uno ſecundo prælio Ferentanorum effuſam aciem profligavit, & eorum urbem in deditionem accepit.* Ferentanorum oppidum mediterraneum Ptolemæo Anaxanum, hodie *Lanſano.* Dalecampius.

b *Pelignorum.*] Peligni hodie *Valuenſes*: inter montem Majelam & Apelinum, ab oppido Populio uſque ad Sulmonem extenduntur. In eo tractu oppidum eſt Furea, ſive Palene, quaſi Peligne, à quo dictos Pelignos volunt. Addit Strabo Interocleam, quæ hodie Interdocum. *Idem.*

c *Corfinienſes.*] Corfinium oppidum, in quo Domitius Ænobarbus Julio Cæſari ſeſe objecit, ne Pompejum inſequeretur, dirutum jacet. Ejus ruinæ viſuntur in pago Divi Pellni, in planitie, quam Petinam vocant, procul ab oppido Populio tribus millibus paſſuum. *Idem.*

d *Ad Fucinum lacum.*] Anaginæ fons Tophanus, hyeme, lacu Fucino glaciato, exareſcit: vere autem regelato lacu, ut & æſtate, autumnoque ingentem aquarum vim fundit, quibus Liris fluvius augetur. Dicitur autem is lacus hodie, *Lago di Celano*. Idem.

e *Veſtinorum Angulani.*] Ptolemæus, *Angolani.* Pintian.

f *Samnitium.*] Hodie, *Apruzo.* Samnitibus olim continebantur Ferentani, Veſtini, Peligni, Marſi, Hirpini, Marrucini. *Dalecamp.*

g *Ficolenſes.*] Quidam legendum putant *Ficedulenſes*, eoque pertinere jocum Plauti in Captivis. *Opus Tudetanis, opus est Ficedulenſibus.* Idem.

ventinates: Sabinorum [a] Amiternini, [b] Curenſes, Forum Decii, Forum novum, Fidenates, Interamnates, Nurſini, Nomentani, Reatini, Trebulani, qui cognominantur [c] [1] Mutuſcæi, & qui Suffenates, Tiburtes, Tarinates. In hoc ſitu ex [d] Æquiculis interiere [e] Comini, Tadiates, Acedici, Alfaterni. Gellianus auctor eſt, lacu Fucino hauſtum Marſorum oppidum Archippe, conditum à Marſya duce Lydorum: item Viticinorum in Piceno deletum à Romanis, Valerianus. Sabini (ut quidam exiſtimavere à religione & deorum cultu Sevini appellati: [f] Velinos accolunt lacus, roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Tibe-

1 Mutuſtæi. *Vet.* Mutuſci, *Ch.*

a *Amiternini.*] Aquila ex Amiterni ruinis, quod millibus quinque inde abeſt, & Furconii civitatis, epiſcopatu quodam nobilis, ædificata eſt. Amiterni reliquiæ viſuntur turres, templa, theatrum. Amiternius fuit Cajus Salluſtius Criſpus. *Dalec.*

b *Curenſes.*] Curenſes olim Cures, à quibus Quirites; hodie, *Turres.* Inde nati Numa Pompilius & Titus Tatius, Romanorum reges. Epiſcopatus Sabinus, divi Euthymii, ei civitati, quæ nunc in exiguum vicum redacta fuit, propinquus eſt. Divus Gregorius in Regiſtro Gratioſo Numentano Epiſcopo, Eccleſiæ divi Euthymii Curium in Sabinis adminiſtrationem committit. *Idem.*

c *Mutuſcai.*] Mutiſcæ, Virg.

Ereti manus omnis oliviferaque Mutiſca.

Id oppidum poſtea dictum Trevia, & Trebula, hodie *Truvium.* Mart.

Numida qua gelidas ſummittit Trebula valles.

Et viribus cancri menſibus alget ager.

Alii ſunt Trebulani Balinienſes. ſupra c. 5. hujus libri. *Idem.*

d *Æquiculis.*] Æqui, qui Tyburi montes imminentes ac ſuperiores incolunt. Æquicolæ Virgilio 7. Æneid.

Horrida præcipue cui gens aſſuetaque multo

Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.

Æqui Livio lib. 9. *Populus Romanus bellum fieri Æquis juſſit: Ad quadraginta oppida intra* LX. *dies, omnia oppugnando ceperunt; quorum pleraque diruta & incenſa ſunt, nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum, &c.* In eo tractu ſunt, Vicovarro, Cantalupo, Portella. Leand. p. 224. & Car. Sigon. de ant. jur. It. lib. 1. c. 3. *Idem.*

e *Comini.*] Cominii Livius lib. 10. meminit. Oppidum quondam Samnitum, quod Carbilius cepit, cæſis hominum 4. millibus & 40. Montes altiſſimos Liri imminentes, ubi arces Viculbum, Alventum, Sanctus Donatus, Picineſtum, Gallinarium. Septem fratres Cominium vocant ab illa urbe, cujus locus etiam ignoratur. *Idem.*

f *Velinos accolunt.*] Velini lacus in Amſancti vallibus ſoli multum operuerunt, quod ob inundationem eorum infructuoſum fuit. At iis in proximum Narem deductis agri multum juxta Reate detectum eſt, graminis fœcundiſſimum, quos Roſeæ Campos auctor vocat infra ſub finem c. 5. lib. 17. Virg. *Roſea rura.* Legendum ergo ſic puto: *Velinos accolunt lacus Roſeis campeſtribus. Nam amnis ſulphureis aquis, Tiberim petens exhaurit illos ac depiet. E monte Fiſcello is labens juxta Vacunæ nemora, & Reate, in eodem conditur.* Vacunæ templum & oppidum prope Molianum fuit. De ſulphureis autem Naris aquis Merula ſuper Ennium p. 388. *Idem.*

a *Tri-*

Tiberim ex his petens replet, è monte Fiſcello labens, juxta Vacunæ nemora & Reate in eoſdem conditus. At ex alia parte Anio, in monte [a] [1] Trebanorum ortus, lacus [2] tris amœnitate nobiles, qui [b] nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. In agro Reatino [3] Cutiliæ lacum, in quo fluctuet inſula, Italiæ umbilicum eſſe M. Varro tradit. Infra Sabinos Latium eſt, à latere Picenum, à tergo Umbria, Apennini jugis Sabinos utrinque [4] vallantibus.

1 Trebulanorum.
2 *ita leg. in Vet. Recentiores habent* treis.
3 Cutiniæ. *Cb.*
4 velantibus. V.

CAP. XIII. *Quinta regio.*

QUinta regio [c] Piceni [5] eſt, quondam uberrimæ multitudinis CCCLX. M. Picentium in fidem populo Romano venere. Orti ſunt à Sabinis [6] voto vero ſacro. Tenuere ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus, & [d] Adria colonia à mari VII. M. p. flumen Vomanum, ager Prætutianus, Palmenſiſque. Item Caſtrum novum, flumen Batinum, Truentum cum amne: quod ſolum Liburnorum in Italia reliquum eſt. [e] [7] Flumina Albulates, Suinum, Helvinum, quo finitur Prætutiana regio,

5 &c. *Chiff.*
6 *Omnino legendum eſt,* voto vere ſacro. *Quid autem ſit* ſacrum ver *& quem in uſum ſoleat voveri, notum eſt ex Strabonis lib. 5. ſic leg. & Cb.*
7 Flumina Albula, Tervium, &c. *Chiff.*

a *Trebanorum ortus.*] Scribendum reor, *Trebulanorum.* Populi ſunt Sabinorum, quos paulo ante reddidit. *Pintian.*

b *Nomen dedere Sublaqueo.*] Loci nomen eſt lacubus illis ſubjecti, à lacu fictum vicino ſtagnis Imbruinis. Ibi fuit Neronis Sublacenſis villa memorata à Frontino libro de Aquæductibus. Tacit. lib. 14. *Nam quia diſcumbentis Neronis apud Imbruina ſtagna, villa cui Sublaceum nomen eſt, icta dapes, &c.* Dalecampius.

c *Piceni.*] A Picentibus diverſi *Picentini Neapolitani*, quorum oppida maritima Salernum, Surrentum ad Sarni oſtia: mediterranea vero, Nola, Victoria, orti tamen hi ab illis. Qua de re Sigon. de ant. jur. It. lib. 1. c. 10. in fin. & c. 15. Piceni autem oppidi quod regioni huic nomen impoſuit, ruinæ ſuperſunt prope portum Firmanum, urbem ad oſtium Læti torrentis, quem *mortuum* vocat. *Idem.*

d *Adria colonia.*] Spartiano teſte, ejus Adriæ civis fuit Ælius Hadrianus. Memoratur & ea civitas Livio lib. 14. *Idem.*

e *Flumina, Albulates, Suinum, Helvinum, quo finitur, &c.*] Apographon Toletanum, *Flumen Albula, Tervium quo finitur.* Salmanticenſe, *Flumen Albula, Teſſuinum; quo finitur.* Pintian. *Albulates.*] Albula, hodie, Librata. NOTA. Omittit auctor in Piceni deſcriptione Tignium oppidum, hodie *Sancta Maria in Georgio*; memoratum Cæſari 1. Belli Civil. & vicinum fluvium Tigniam, nunc *Tenna.* Dalecamp.

regio, & Picentium incipit. Cupra oppidum, caſtellum Firmanorum & ſuper id colonia Aſculum, Piceni nobiliſſima. Intus Novana. In ora Cluana, Potentia, Numana, à Siculis condita. [a] Ab iiſdem colonia Ancona, appoſita promontorio Cumero in ipſo flectentis ſe oræ cubito: à Gargano CLXXXIII. M. p. Intus Auximates, Beregrani, [b] Cingulani, Cuprenſes cognomine Montani, Falarienſes: Pauſulani, [1] Pleninenſes, [c] Ricinenſes, [d] Septempedani, [2] Tollentinates, [3] Triacenſes, [4] urbs [e] Salvia, Pollentini.

1 Plynienſes. *Vet.* Planienſes. *Ch.*
2 Tolenſes. *Ch.*
3 Trajanenſes. *Pint.*
4 cum urbe. *Vet.*

Cap. XIV. *Sexta regio.*

Jungitur his ſexta regio, Umbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit, [5] Togatæ Galliæ cognomine. Siculi & Liburni plurima ejus tractus tenuere, in primis Palmenſem, Prætutianum, Adrianumque agrum. Umbri eos expulere, hos Hetruria, hanc Galli. Umbrorum gens antiquiſſima Italiæ exiſtimatur, ut quos [6] Ombrios à Græcis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent CCC. Eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. Nunc in ora flumen, Æſis, Senogallia. Metaurus fluvius, [7] colonia Fanum fortu-

5 Togata Gallia. *V.*
6 Ombricos. *Herod. in Clio. Mitallerius.*
7 Coloniæ. *Ch.*

a *Ab iiſdem colonia Ancona.*] Apographon Toletanum, *Anco*, non *Ancon.* recte, ut ſupra notatum eſt. *Pintian.*

b *Cingulani.*] Cingulanum oppidum à Labieno ædificatum, quod adhuc extat, Auxino propinquum. *Dalecamp.*

c *Ricinenſes.*] Ricinam inſtauratam, non ut tradit Blondus ædificatam, Pertinax de ſuo nomine Æliam Ricinam vocavit. Maceratæ vicina eſt. Hujus incolæ in collem propinquum migrantes, Ricinetum olim, nunc Recanetum condiderunt. *Idem.*

d *Septempedani, Tolentinates, Triacenſes.*] Ptolemæus Trajanam hoc loco ſtatuit, unde forte hic *Trajanenſes*, melius quam *Triacenſes* legeretur. Eo magis, quod exemplar Toletanum non *Triacenſes* præfert, ſed *Traicenſes*. Item ambo exemplaria *Septempedates* habent, non *Septempedani*. Pintian. *Septempedani.*] E ruinis Septempedæ extructum eſt oppidum *Sanſeverinum*, quod alluit Potentia fluvius. quidam legunt *Septempedates*. Dalecamp.

e *Salvia.*] Ex ruinis Salviæ extructum eſt oppidum Urbiſaglia. *Idem.*

a *Aſiri*.

fortunæ, Piſaurum cum amne. Et intus [1] Hiſpellum, Tuder. De cætero Amerini, Attidiates, [a] Aſirinates, Arnates, Æſinates, Camertes, [2] Caſuentillani, Carſulani, Dolates cognomine Salentini, Fulginates, [b] Foroflaminienſes, Forojulienſes, cognomine Concubienſes, [3] Forobremitiani, [c] Foroſempronienſes, [4] Iguini, [d] Interamnates, cognomine Naries, Mevanates, [5] Mevanienſes, Matilicates, Narnienſes, quod oppidum Nequinum antea vocatum eſt, [e] Nucerini cognomine Favonienſes, & Camelani, [6] Otriculani, Oſtrani, Pitulani, cognomine Piſuertes, & alii Mergentini, [7] Peleſtini, [f] Sentinates, Sarſinates, [8] Spoletini, [9] Suarrani, Seſtinates, Suillates, Tadinates, Trebiates, Tuficani, [10] Tiſernates cognomine [11] Tibertini, & alii Metaurenſes, [12] Veſionicates, Urbinates cognomine Metaurenſes, & alii Hortenſes, [13] Vettionenſes, Vindinates, Viventani. In hoc ſitu interiere Feliginates, & qui [g] Cluſiolum te-

1 Pellum. *Ch.*
2 Caſuentini. *Vet.*
3 Forobrentani. *Ch.*
4 Ligunini: *ex inſcripto vetuſto lapide. Adus in comment. Caſ.* Liginini *Vet.*
5 Mevanionenſes. *V.*
6 *legendum,* Ocriculani, *ab Ocriculo Vilumbrorum oppido: cujus meminit & Ptolemæus lib. 3. c. 1.*
7 Peſtini. *Vet.*
8 Spolentini. *Ch.*
9 Suarreani. *Vet.*
10 Tibernates. *Ch.*
11 Tiburini. *Vet.* Tiberini. *Ch.*
12 Veſinicates. *Ch.*
13 Mettionenſes. *Ch.*

a *Aſirinates.*] Quidam Aſiſinates ab oppido Aſiſio, quod & Axin vocant. Propert.

Scandentique Axis conſurgit vertice murus:
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Idem.

b *Foroflaminienſes.*] In ruinis Fori Flaminii everſi à Longobardis, extructum eſt Fulgineum, hodie *Foligini*. Alii tamen ſunt Fulginates Tiburtinis propinqui, quos auctor hic memorat: Straboni Forum Flaminii Nuceriæ propinquum eſt, ubi nunc Fulgineum. *Idem.*

c *Foroſempronienſes.*] Foroſempronium hodie, *Foſſambruno*, in via Flaminia, qua Roma itur Ariminum, ab Auguſto lapidibus ſtrata. *Idem.*

d *Interamnates.*] Interamnates Umbri, *Tarni* hodie, Sabini, ſive Præcutii, ſive Samnites, Termini, vel Tervolæ. Sub Sora in Samnio, ubi Liris coëunt duo capita, inſula eſt, & oppidum Interamna dictum, quod iis duubus fluviis circundetur. *Idem.*

e *Nucerini.*] Alii ſunt Nucerini prope Neapolim ſupra cap. 5. hujus lib. Hæc Nuceria cognomine *Alphatenia*, apud Livium lib. 9. in Umbris, quam Decius Conſul oppugnando ad deditionem ſubegit, in ripa Penii amnis, hodie *Topino*, prope Fulgineum, & Camerinum, ubi Straboni lignea vaſa fiunt, hodie ſuum nomen retinet Nuceria: Fulgineum vero, *Foroligno*. Nuceria *Alphatenia* Livio lib. 9. fortaſſis *Alphateni*. Idem.

f *Sentinates.*] Sentina Umbriæ, vicina Sentino fluvio, qui etiam hodie nomen retinet, à Longobardis everſa eſt, ex ejuſque ruinis ædificata oppida duo, Saxoferratum, & Fabrianum. Ptolemæus in Umbris collocat, Blondus in Piceno. *Idem.*

g *Cluſiolum.*] Quidam, *Luceolum*, oppidum

tenuere ſupra Interamnam: & Sarranates, cum oppidis Acerris, quæ Vafriæ cognominabantur, Turocelo, quod Vetriolum. item Solinates, [1] Suriates, Fallienates, Apiennates, interiere & Arienates cum Crinovolo, & Uſidicani, & Plangenſes, Piſinates, Cæleſtini. Ameriam ſupraſcriptam Cato ante Perſei bellum conditam annis [2] DCCCCLXIV. prodidit.

1 Curiates. Cb.

2 DCCCCLXIII. Cb.

CAP. XV. *Octava regio.*

OCtava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluvius Cruſtumium, Ariminum colonia cum amnibus Arimino & Apruſa. [a] Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiæ. Ab eo [b] Sapis, & Vitis, & Anemo, Ravenna Sabinorum oppidum, cum amne Bedeſe, ab Ancona CII. M. paſſ. Nec procul à mari Umbrorum [3] Butrium. Intus coloniæ, Bononia, Felſina vocitata, cum princeps Hetruriæ eſſet, [4] Brixillum, [5] Mutina, Parma, [d] Placentia. Oppida, Cæſena, Claterna, Forum Clodii, Livii, [c] [6] Popilii, [7] Truentinorum,

3 Brutium. Cb.

4 Brixella. Pint.

5 Mutina parva. Cb.

6 Pompilii. Vet.

7 Brintanorum. Blondus, hodie, Bretenou.

pidum in Flaminia via qua itur Eugubium, à Longobardis dirutum: Candiano oppido in ejus ruinis exrructo. Illic Totilæ mors Belliſario nunciata eſt. *Idem.*

a *Fluvius hinc Rubrico.*] Labitur hic inter Ariminum & Ceſenoam. Fluit in Adriaticum mare, & quod ait Lucanus: *Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis.* Circa originem *Rucon* vel *Rugon* vocant: cum longius provectus eſt mare verſus, *Piſciatello.* Straboni Rubicon labitur inter Ariminum & Ravennam: exit ioter Anconem & Senogalliam. *Dalecamp.*

b *Sapis.*] Sapis per Candiam vallem Ravennæ propioquam fluens, portum olim faciebat commodiſſimum, in quo Auguſtus claſſem inſtituit, quæ Adriaticum mare cuſtodiret. Itaque nautarum, remigum, mercatorum coocurſu ampla illic civitas. Claſſis Ravennatum, ſive Claſſenſis ædificata eſt, divi Gregorii ſæculo Epiſcoparus, à Luitprando rege Longobardorum capta & diruta, cujus exilia veſtigia nunc reſtaot, templum divi Apollinaris, extructum à Theodorico rege Oſtrogothorum, murorum, portus, & Phari quædam ruioæ. *Idem.*

c *Brixillum, Mutina.*] Ptolemæus, Suetonius, Joſephus, *Brixellum.* Vetus lectio, modo *Brixillum.* modo, *Bruxillum.* Piotian.

d *Placentia*] Ad id nomen ſpectat jocus Plauti in Captivis: *Opus paniceis, opus placentis quoque.* Daleeamp.

e *Popilii.*] Pompilium hodie *Forumpovolo* Anno 700. Crimoaldus Longobardorum tyrannus, die Sabbati ſancto, cum Chriſma conceptis verbis ſacraretur, ex inſidiis captam diruit. Eandem reſtitutam à Forovolienſibus Ægidius Cardinalis eccleſiæ legatus evertit, & aratro ſuffodit. Epiſcopatus tranſlatus eſt in Forum

norum, [a]Cornelii, [1]Laccini, [b]Faventini, Fidentini, Oteſini, Padinates, Regienſes à Lepido, Solonates, ſaltuſque Galliani qui cognominantur Aquinates, [c][2]Tanetani, [d]Veliates cognomine Vecteri, [3]Regiates, [4]Umbranates. In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuiſſe auctor eſt Cato: Item [e]Senones, qui ceperant Romam.

CAP. XVI. *De Pado flumine.*

PAdus è gremio Veſuli montis, celſiſſimum in [5]cacumen elati, finibus Ligurum [6]Vagiennorum [f]Viſendo fonte profluens, condenſque ſeſe cuniculo, & in Forovibienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: [7]Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëtontis [8]illuſtratus: [g]augetur

1 Licinii. *Ch.*
2 Tannitani. *Ch.*
3 Vegiates. *Pinet.*
4 Urbinates. *V.* imo *Umbranates,* nam *Urbinates* in VI. regione cenſentur. *Gelenius.* Urbanates. *Ch.*
5 cacumen Alpium elati. *M. & Chiff.*
6 Gabienorum. *V.*
7 à Græcis. *Vet.*
8 inluſtratus, *perpetuo per n, legit, in Chiff.*

Forum Britannorum, hodie *Bretenou*, pro quo hic legitur *Forum Truentinorum.* Dalec.

a *Cornelii.*] Forum Cornelii à Narſetis militibus dirutum, Clephis Longobardorum tyrannus Imolæ nomine reſtituit, & Ravennatibus, qui in fide P. R. perſtabant, oppoſuit. Martial.

Si quibus in terris, qua ſimus in urbe rogabit;
Cornelii referas, me licet eſſe foro.

Idem.

b *Faventini.*] Sylla Carbonem cum exercitu ad Cluſium, Faventiam, Fidentiolamque cæſo, Italia expulit. Livius lib. 18. *Idem.*

c *Tanetani.*] Tanetum Regio vicinum, hujus meminit Livius lib. 21. Totila ibi occiſus à Narſetis copiis, nempe Longobardis equitibus, quos ad 10000. conduxerat. *Idem.*

d *Velitates cognomine Vecteri, Regiates.*] Legendum alterutro modo, aut *Vecteri, Vegiates*, ſeparatim, ut ſint duo populorum nomina: aut conjunctim, *Vecteriregiates*, ne turbetur alphabeti ordo. *Pint.*

e *Senones.*] Senones Brenno duce, 14. Kalend. Auguſt. anno U. C. 362. deleto Rom. exercitu, Romam ceperunt: hancque de nomine Ducis Brenogalliam appellarant. Prœlium commiſſum fuit ad Alliam fluvium, quam hodie Correſium vocant: unde Allienſes dies nefaſti Romanis: huic vicinum eſt oppidum Podium Carreſii. *Dalecamp.*

f *Viſende fonte.*] Nomen proprium eſt fontis. Imo vero gerundium eſt verbi viſo, poſitumque pro digno viſu ſeu conſpicuo, ut de Tigride infra cap. 17. lib. 6. auctor loquitur, ſeu admirando, ut ex Capella quoque interpretatur Ort. Theſ. Erid. Sic & lib. 11. c. 49. infra, *Seu plane viſenda res eſſet, &c.* Idem.

g *Augetur ad canis ortus, liquatis nivibus, &c.*] Lege: *Augetur ad canis ortus liquatis nivibus, ac his quam nativis torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi linquit, ubertatis largitor.* Liquatæ nives, ſunt aquæ, itaque non opus eſt vocabulum iſtud repetere. *Linquit*, vero hic accipitur pro defluit, decreſcit, λείπει, uti ſæpe. *Iſac. Voſſius* in Melam p. 164. *Agris quam navigiis torrentior, &c.*] Sic legend. *agris, quamvis torrentior nihil tamen ex rapto vindicans, atque ubi liquit, etiam ubertate largior.* Hæc natura torrentium fluviorum, ut aliis agris aliquid ex rapto vindicent & adjudicent, aliis vero adimant & tollant, quod negat facere Padum Plinius, quamvis torrentiorem: ſed perperam legitur: *nihil ex rapto ſibi vindicans*, lege, *abjudicans*,

getur ad Canis [1] ortus liquatis nivibus, agris [2] quam navigiis [a] torrentior, nil tamen ex rapto ſibi [3] vindicans, [b] atque ubi liquit agros, ubertate largior, trecentis M. paſſ. à fonte addens [4] meatu duodenonaginta, nec amnes tantum Apenninos Alpinoſque navigabiles capiens, ſed lacus quoque immenſos in eum ſeſe exonerantes, omni numero xxx. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere jactum, Tanarum, Trebiam, Placentinum, Tarum, Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum, Alpium vero Sturam, [5] Morgum, Durias duas, Seſſiten, Ticinum, Lambrum, Adduam, Olium, Mincium. Nec alius amnium tam brevi ſpatio majoris incrementi eſt. Urgetur quippe aquarum mole & in profundum agitur, gravis terræ, quanquam [6] deductus in flumina & foſſas [c] inter Ravennam [d] Altinumque [7] cxx. M. paſſ. tamen [8] quia largius vomit, [e] ſeptem

1 ortum. *Chiff.*
2 agris quamvis torrentior. *M.*
3 Verdicans. *M. Chiff.*
4 meatu: ut ſit Padi curſus P. 3000. 88.
5 Orgum. *Chiff.*
6 diductus.
7 per cxx. millia. *Chiff.*
8 qua. *Chiff.*

cans, non injurius eſt torrens illis agris, quibus aliquid adjicit per alluvionem; ſed quibus quid ex rapto abjudicat & tollit, vice iniqui cenſoris. *Salmaſ.* pag. 84. &c.

a *Torrentior.*] Torrentior, id eſt, rapidior, concitatior ac magis exundans: qua in re fallitur Iſidorus cap. 21. lib. 13. Etymol. qui torrentem dictum putat, quod ſiccitate torreſcat & areſcat. Ego potius torrentem quaſi torquentem dictum putaverim, quod inflatus pluviis, liquatiſve nivibus auctus obvia quæque intorqueat & pervertat. Aliis *torrere* rapere eſt, unde *torrens* rapidus. Eridano tauri vultum Virgilius tribuit. 4. Georgic. quod gravi ſono, ut taurus mugiat, & cornua propter riparum conflexuoſos ſinus.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit undu.

Sic tauriformem Aufidum Horat. lib. 2. Carm. hinc figmentum de Acheloi cornu ab Hercule evulſo. Maglus c. 2. lib. 4. *Dalecamp.*

b *Atque ubi liquit agros.*] Legi forte melius poſſet, *atque ubi liquitur nix ubertate largior.* Nam dictio, *agros*, non habetur in vetuſta utraque lectione. *Pintianus.*

c *Inter Ravennam Altinumque paſſuum cxx.*] Scribe, *inter Ravennam Altinumque per cxx.* Nimirum accepit librarius particula *per*, compendio ſcriptam, pro *paſſuum.* Idem.

d *Altinumque.*] Ex hujus oppidi ruinis ædificatum eſt oppidum Torcello, Martial. & *Æmula Bajanis Altini littora villis.* Syli fluvio propinquum eſt. *Dalecampius.*

e *Septem maria dictus facere.*] Palus verſus Æmiliam & Flaminiam porrecta, in eam Pado effuſo, & influentibus Anemone, hodie *l'Amone:* Silete torrente, hodie *Sil:* Citerna torrente apud Bagnacavallo: Idice, prope Mulinellam: Scultenna, hodie, *Panario:* Liminio, *Samogia:* Formigine, fluviolis ad Bundenum. Finis ejus paludis Turris Vicelini, & Rheni Bononienſis oſtium *Bagnacavallo*, Blondo, olim Tiberiacum. *Idem.*

a *Qui*

ptem maria dictus facere. Anguſta foſſa Ravennam trahitur, ubi Paduſa vocatur, quondam Meſſanicus appellatus. Proximum inde oſtium magnitudinem portus habet, [a] qui Vatreni dicitur, quo Claudius Cæſar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quam nave intravit Adriam. Hoc ante Eridanum oſtium dictum eſt, aliis [1] Spineticum, ab urbe Spina, [2] quæ fuit juxta prævalens ut Delphicis creditum eſt theſauris, condita à Diomede. Auget ibi [b] Padum [c] Vatrenus amnis, ex Forocornelienſi agro. Proximum inde oſtium Capraſiæ, dein Sagis, dein [3] Volane, quod ante Olane vocabatur. Omnia ea flumina, foſſaſque primi à [4] Sagi fecere Thuſci: egeſto amnis impetu per tranſverſum in Atrianorum paludes, quæ ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuſcorum [d] Atriæ, à quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. Inde oſtia plena Carbonaria, ac [e] foſſiones [f] Philiſtinæ, quod alii Tartarum vocant: omnia ex Philiſtinæ foſſæ abundatione [5] naſcentia, accedentibus Atheſi ex Tridentinis Alpibus & [6] Togiſono ex Patavinorum agris. Pars eorum & proximum portum fecit Brundulum, ſicut Edronem [g] Medoaci duo, ac foſſa Clodia.

1 Spireticum. *V.*

2 quæ fuit juxta prævalens. Delphicis (ut creditum eſt) theſauris à Diomede condita. *Ch. & M.*

3 Alana. *Chiff.*

4 Aſagi. *M. Vet.*

5 enaſcentia. *M.*

6 Vigiſono. *Vet.*

a *Qui Vatreni dicitur.*] Vatrenus hodie, *La riviere de Imola.* & Iſaurus hodie *Folia*, Æmiliæ fines ſunt. Addunt quidam & Scultennam, hodie *Pannario.* Dalec.

b *Padum.*] Ad id Padi oſtium hodie Butrium eſt, Ravennatium caſtellum, & Spina, nunc vicus, olim florentiſſima civitas, nunc à mari diſtans nonaginta ſtadiis, olim maritima. *Idem.*

c *Vatrenus amnis.*] Vatrenus hodie Spineticum oſtium non ingreditur, ſed averſo curſu pene 20. millium itinere, novi nominis oſtium in Paduſa habet, hodie Zeniolum. Padi alveus qui à Ferraria Conſadalum, & qui à Coderia in mare labitur, ab annis 150. recluſus eſt. *Idem.*

d *Atriæ.*] Ea ſolo epiſcopatu famoſa eſt, à paucis piſcatoribus hodie incolitur. *Idem.*

e *Foſſiones.*] Piſtrinam Follam nunc dici tradit Rodig. c. 1. 5. Aliis Peleſtrinam. *Idem.*

f *Philiſtinæ.*] A Thuſcorum tribubus & decuriis (φύλας Græci vocant) ejus rei cauſſa accitis, factæ. *Idem.*

g *Medoaci duo.*] Bernardo Juſtino auctore, alter eorum Brenta nomine Paduam petit: alter Bachilione, Tarviſium præterlabitur. *Idem.*

a Quæ-

Clodia. His ſe Padus miſcet; ac per hæc effundi-tur, pleriſque, ut in Ægypto Nilus, quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes atque oram maris facere proditus, ſtad. 11. M. circuitu. Pudet à Græcis Italiæ [1] rationem mutuari. Metrodorus tamen Sceſpius dicit, [a] quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quæ pades Gallice vocetur, [2] Padum hoc nomen accepiſſe. Ligurum quidem lingua amnem ipſum [b] [3] Bodincum vocari; quod ſignificet fundo carentem. Cui argumento adeſt oppidum juxta Induſtria, vetuſto nomine Bodincomagum, ubi præcipua altitudo incipit.

1 narrationem.
2 Padi. Chiff.
3 Bodingum.

CAP. XVII.

Italia Tranſpadana. Regio undecima. [4]

TRanſpadana appellatur ab eo regio [5] undecima, tota in mediterraneo, cui maria cuncta [c] fructuoſo alveo important. Oppida [6] Vibi forum, [7] Seguſio, Coloniæ ab Alpium radicibus, Auguſta Taurinorum antiqua Ligurum ſtirpe, [8] inde navigabili Pado. Dein [9] Salaſſorum Auguſta Prætoria, juxta geminas Alpium [10] fauces, Graias atque Pœninas. His Pœnos, Graiis Herculem tranſiſſe memorant. Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris à Populo Romano [11] condi juſſum. [12] Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellæ [13] Libycorum ex Sallyis ortæ, Novaria ex Vertacomacoris, Vocontiorum hodieque pago, non (ut Cato exiſtimat) Ligurum: ex quibus Levi

4 Nona. *Vet.*
5 nona. *Vet.*
6 Biviſorum. *Vet.*
7 Setuſum *Ptolemæo.*
8 Inde navigabili Pado antiqua Ligurum ſtirpe. *Ch.*
9 Salanorum. *M.*
10 fores. *Ch.*
11 conditum. Juſſiſſe Epor. *Ch.*
12 Iporedicos n. *M.* *Vet.*
13 Libitiorum. *Vet.*

&

a *Quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quæ Pades Gallice vocetur, Padum hoc nomen accepiſſe.*] Vetuſta exemplaria brevius ac concinnius, *Quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quales Gallice vocantur padi, hoc nomen accepiſſe.* Pintian.

b *Bodincum vocari.*] A Germanica dictione *Boden*, fundum ſignificante. Aug. Rocha bibl. Vat. p. 321. Fuerit igitur & altera dictio addenda. Nos enim Germani, qui fundo deſtituuntur, *Bodenloſſ* dicimus. *Dalecamp.*

c *Fructuoſo alveo.*] Scil. ob importationem variarum mercium. *Gelen.*

a *Boii.*]

& Marici condidere Ticinum, non procul à Pado, ſicut [a] Boii trans Alpes provecti Laudem Pompeiam, [b] Inſubres Mediolanum. Orobiorum ſtirpis eſſe, Comum atque Bergomum, & Liciniforum & aliquot circa populos auctor eſt Cato: ſed originem gentis ignorare ſe fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam à Græcia, interpretatione etiam nominis, vitam in montibus degentibus. In hoc ſitu interiit oppidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, [1] etiamnum prodente ſe altius quam fortunatius [2] ſitos. Interiere & [3] Caturiges Inſubrum exules, & Spina ſupra dicta. Item Melpum opulentia præcipuum, quod ab Inſubribus, & Boiis, & Senonibus deletum eſſe eo die, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

1 etiam nomine prodentes. *Buchan. rer. Scot. lib. 1. p. 12.*

2 ſitum eſt, *in Cb. & vetuſtis codicibus non ſitos: ut oppidum Orobiorum reſpiciat potius, quam Bergomates.*

3 Caturgi. *M.*

CAP. XVIII. *Venetia. Decima regio.*

SEquitur decima regio Italiæ, Adriatico mari appoſita, Venetia, cujus fluvius Silis ex montibus [4] Tauriſanis. Oppidum [c] Altinum, flumen [d] Liquentia ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine, colonia Concordia, flumina & portus Romatinum, Tilaventum majus minuſque, [5] Anaſſum, quo [6] Varramus defluit, [e] Alſa, Na-

4 Tarviſanis. *Cb.*

5 Anaſſum. *V.* Anaxum, *Cb.*

6 Varianus. *V. M.*

a *Boii.*] Quidam Boiorum etiam Mutinam eſſe volunt, ut Tanetum, & Regium. Illorum meminit Livius lib. 20. Unde *Bononia*, quaſi Boionia. *Dalec.*

b *Inſubres Mediolanum.*] Galli. Claudian. in nuptiis Honorii & Mariæ.

--- *Ad mœnia Gallis*
Condita, lanigera ſuis oſtentantia pellem.

Nam cum ejus urbis fundamenta jacerentur, effoſſo ſolo reperta eſt lanata ſus. Brod. cap. 26. 2. *Idem.*

c *Altinum.*] Id oppidum ab Attila incenſum & dirutum, intra Gallicas paludes ſitum fuiſſe Vitruvius tradit cap. 4. lib. 1. Martialis,

Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ovis.

Idem.

d *Liquentia.*] Naſcitur prope Pulſinicum pluribus fontibus eodem ferme loco ſcatentibus. Quidam putant è lacu Domus Stultæ, *Gazappaza*, in agro Bellunenſi, per ſubterraneos meatus profluere. Opiternii fines valde procul abeſſe tradit Sabellicus. *Idem.*

e *Alſa.*] Hodie *Siſanus*. Labitur inter Mugliam oppidum Tergeſto proximum, & Juſtinopolim, hodie caput Iſtriæ. In Iſtria Ptolemæus collocat. *Idem.*

a *Natiſo.*]

[a] Natiſo cum Turro, præfluentes Aquileiam coloniam XII. M. paſſ. à mari ſitam. [b] Carnorum hæc regio, junctaque [1] Iapidum, amnis [c] Timavus, caſtellum nobile vino Pucinum: Tergeſtinus ſinus, colonia Tergeſte, XXIII. M. paſſ. ab Aquileia. Ultra quam VI. M. paſſ. Formio amnis, ab Ravenna CLXXXIX. paſſ. antiquus Italiæ auctus terminus, nunc vero [d] Iſtriæ, quam cognominatam [2] tradunt à flumine Iſtro, [e] in Adriam effluente è Danubio amne, [3] eidemque Iſtro ex adverſo Padi [4] fauces, contrario eorum percuſſu mari interjecto dulceſcente, plerique dixere falſo, & Nepos [5] Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis

1 Iapidum regioni. *Vet.*

2 tradunt, *abundat: neque eſt in vet. excuſ. nec in Cb.*

3 eodemque. *M. Cb.*

4 faucibus. *è M.*

5 *non leg. in Cb*

a *Natiſo*] Natiſo, hodie, *Natiſone*: Turro, hodie *Turrone*: Sontium hodie *Liſontio*: ſubeunt prope Manzan: & Ultinum, hodie, Udenæ, 24. ſtadiis procul Aquileia, quam præterfluit Natiſſa amnis: ut probabile ſit Plinium pro Natiſſa *Natiſſonem* ſcripſiſſe. Apud Paulum Lombardum lib. 4. Dugna matrona Aquileienſis ob metum Hunnorum irrumpentium ex ſuis ædibus in Natiſſam præcipitem ſe dejecit. Sontii nec Plinius nec Ptol. meminerunt Idem Lombardus ſcribit, Theodoricum è Sirmio & Pannonia in Italiam tranſeuntem ad Sontium caſtra primum poſuiſſe. *Dale campius.*

b *Carnorum.*] Carnia Straboni montana, tractus montanus Forojulio imminens, hodie *Carantana*: ubi civitas Julium Carnicum everſum à Longobardis, hodie Julio, Carnia litoralis Ptolemæo, hodie Patriarchatus Aquileienſis, & Forum Julii Provincia, vulgo *Friol*, ubi forum Julium oppidum, hodie, *Cividale*. Ejus provinciæ fines: à meridie ſinus Adriaticus inter oſtia Liquentiæ, & Timavi, quem tractum Cherſum vocant, jam Iſtriæ partem: à Septentrione Noricarum Alpium juga: ab Ortu Iſtria & Japidia, quas Illyrici partem eſſe volunt & præcipue ad ortum ſolſtitialem Japidiæ pars, Cranium: ab occaſu Bellunenſis & Tarviſinus ager uſque ad ortum Liquentiæ. Sabellicus ejus regionis peritiſſimus, unicum Trilaventum agnoſcit, non duo, ut Plinius. *Idem.*

c *Timavus.*] Virgilio novem, Strab. & Martial. ſeptem oſtiis in mare evolvitur. Martial.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi.

Item,

Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timavo,
Hic ubi ſeptenas Cyllarus (equus Caſtoris) *hauſit aquas.*

Blondus non recte putat Brentam eſſe. *Idem.*

d *Iſtriæ.*] Iſtria patet à Formione fluvio, hodie *Ciſapio*, ad Farnaticum promontorium. Primaria ejus civitas Juſtinopolis, hodie *Capo d'Iſtria* extructa in inſula pullaria, hodie *Capria*. Idem.

e *In Adriam effluente è Danubio amne, eidemque Iſtro ex adverſo Padi fauces.*] Legendum ex eiſdem, *è Danubio amne, eodemque Iſtro.* hoc ſenſu, Ex amne Danubio, qui & ipſe alio nomine appellatus eſt etiam Iſter. Cæterum illud eſt non ſomniculoſis, ut ajunt, oculis prætereundum, traditionem, quam Plinius hic tam fortiter improbat, non vulgarium eſſe auctorum, ſed idoneorum atque adeo ſummorum, Eratoſthenis & Theopompi, referente Strabone libro 7. item Ariſtotelis libro de hiſtoria Animalium octavo, & libro de admiranda auditione: item Apollonii Rhodii quarto Argonauticon & ejus expoſitorum, & apud nos Melæ Pomponii libro ſecundo. *Pintian.*

a Nati-

amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argô navis flumine in mare Adriaticum deſcendit, non procul Tergeſte: nec jam conſtat quo flumine. Humeris travectam Alpes, diligentiores tradunt. Subiiſſe autem Iſtro, dein [1] Sao, dein [2] [a] Nauporto, cui nomen ex ea cauſa eſt, inter [3] Æmonam Alpeſque exorienti.

CAP. XIX. *Iſtria.*

IStria, ut peninſula, excurrit. Latitudinem ejus XL. M. paſſ. circuitum vero [4] CXXII. M. prodidere quidam. Item adhærentis Liburniæ & [5] Flanatici ſinus. Alii Liburniæ CLXXX. M. Nonnulli in [6] Flanaticum ſinum Japidiam promovere, à tergo Iſtriæ, CXXX. M. paſſ. Dein Liburniam CL. M. fecere. Tuditanus, qui domuit Iſtros, in ſtatua ſua ibi inſcripſit, ab Aquileia ad Titium flumen [7] ſtad. CC. Oppida Iſtriæ civium Rom. Ægida, Parentium: colonia, Pola, quæ nunc Pietas Julia, quondam à Colchis condita. Abeſt à Tergeſte C. M. p. Mox oppidum [8] Neſactium: & nunc finis Italiæ fluvius [9] Arſia. Polam ab Ancona trajectus [10] CXX. M. paſſ. eſt. [b] In mediterraneo [c] regionis decimæ coloniæ Cremona, Brixia Cenomannorum agro; [11] Venetorum autem Ateſte; & oppida Aceluin, Patavium, Opitergium, Belunum, Vicetia; Mantua Tuſcorum trans Padum ſola reliqua. Venetos Trojana ſtirpe ortos, auctor eſt Cato: [d] Cenomannos

1 Savo *Ch. ſemper, ſcribit pro Sabo.*
2 Nauponto. *Vet.*
3 Eumoniam. *Vet.* hodie *Città nuova.*
4 CXXV. *Ch.*
5 Fanatici. V. hodie, Carnarium vel Quernarium.
6 Fanaticum. V.
7 Stad. M. M. *Vet.*
8 Nexantium. Vet. *Arſe.*
9 Myrſia. *Ch.*
10 CXXX. *Ch.*
11 Venetorum autem Adria. Ateſte & oppidum. *Vet.*

a *Nauporto.*] Alius Strabonis Nauportus in Savum defluens, & ejuſdem Pamportus in Dravum. *Dalec.*

b *In mediterraneo regionis decima colonia, Cremona, &c.*] Error eſt non ſimplex. Primum ſola Cremona Colonia vocatur; quaſi non & Brixia & Ateſte coloniæ fuerint: deinde *Natri* coloniarum enumerationi inſeritur, quo nomine nulla uſquam colonia legitur. *Gelen.*

c *Regionis decima.*] Hæc ad præcedens caput pertinere videntur. *Dalecamp.*

d *Cenomannos.*] Cenomannorum in Gallia Togata oppida ſunt, Bergamum, Mantua, Tridentum: ut Inſubrium, Novaria, Mediolanum, Comum, Ticinum: Lybicorum, Vercellæ, Dertona: Taurinum Taurinorum Ptolemæo. *Idem.*

nos juxta Maſſiliam [a] habitaſſe in Volſcis. [1] Fertini, & Tridentini, & [2] Bernenſes, Rhætica oppida : Rhætorum & Euganeorum Verona, Julienſes Carnorum. Dein quos ſcrupuloſe dicere non attineat, [3] Alutraenſes, Aſſeriates, [b] Flamonienſes, Vannienſes, & alii cognomine Culici: Forojulienſes cognomine Tranſpadani, Foretani, [4] Venidates, Quarqueni, Tauriſani, Togienſes, [5] Varuani. In hoc ſitu interiere per oram Iramine, Pellaon, [6] Palſicium: ex Venetis Atina, & Cælina: Carnis, Segeſte, & Ocra: Tauriſcis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum etiam invito Senatu, à M. Claudio Marcello, L. Piſo auctor eſt. In hac regione & [7] x. lacus inclyti ſunt, amneſque eorum partus aut alumni; ſi modo [8] exceptos reddunt, ut [c] Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium [d] Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi. Alpes in longitudinem [9] x. paſſ. patere à ſupero mari ad inferum, Cœlius tradit: Timagenes XXII. M. paſſ. [10] deductis: in latitudinem autem Cornelius Nepos C. M. T. Livius tria M. ſtadiorum: uterque diverſis in locis. Nam & centum millia excedunt aliquando, ubi Germaniam ab Italia ſubmovent: nec LXX. M. explent reliqua ſui parte graciles, veluti naturæ providentia. Latitudo Italiæ, ſubter radices earum à Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, [11] Vicetiam,

1 Feletrini. *Vet.*
2 Bervenſes. V. *ſic Cb. niſi quod perpetuo pro* u, b. *ſcribit & econtra ut ſupra.* Savo *pro* Sabo. *ſic hic* Berbenſes, *pro* Bervenſes.
3 Alutrenſes. *M.*
4 Nedinates. *Vet.*
5 Varbari. *Cb.*
6 Palſatium. *Cb.*
7 XI. *Vet. M. Cb.*
8 acceptos. *Vet. M. Chiff.*
9 X. M. paſſ. V. *Cb.*
10 deductis. In latitudinem autem Cornelius Nepos col. M. *Tol. & Salm.*
11 Vincentiam. V.

a *Habitaſſe in Volſcis.*] Procul à vero id abeſt. *Dalec.*

b *Flamonienſes, Vannienſes, & alii cognomine Culici.*] Scribo commutatis verbis ex Pliniana loquendi conſuetudine, *Flamonienſes cognomine Vanienſes, & alii Culici.* Argumento ſunt præter alia, verba quæ ſequuntur, *Forojulienſes cognomine Tranſpadani.* Sic non dabitur occaſio lectoribus putandi interruptum eſſe ordinem alphabeti. *Pintian.*

c *Adduam Larius.*] Apud Strabonem ſub finem lib. 4. perperam legitur, Aduam, è Verbano, Ticinum ex Lario profluere, ſive interpretis culpa, ſive librariorum errore ac negligentia. *Dalec.*

e *Sebinus.*] Nunc lacus Iſſei, in Brixiano tractu. Eum fluvius Ollius è ſuperioribus locis natus ingreditur, ac ex eo ſeſe profert. *Idem.*

a *Rhæti*

cetiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeſte, Polam, Arſiam, [1] DCCII. millia paſſuum·[2] colligit.

[1] DCCXIII. *Tol. & Salm.* DCCXLV. *Ch.*
[2] agit. *Tol. Salm.*

CAP. XX.

De Alpibus & gentibus Alpinis.

INcolæ Alpium multi populi, ſed illuſtres à Pola ad Tergeſtis regionem [3] Secuſſes, Subocrini, Catili, Menocaleni; juxtaque Carnos quondam Tauruſci appellati, nunc Norici. His contermini [a] Rhæti & Vindelici, omnes in multas civitates diviſi. Rhætos Thuſcorum prolem arbitrantur, à Gallis pulſos duce Rhæto. Verſo deinde [4] Italiam pectore Alpium Latini juris Euganeæ gentes, quarum oppida XXXIV. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini venalis cum agris ſuis populus: Dein Camuni, complureſque ſimiles finitimis attributi municipiis. Lepontios & Salaſſos, Tauricæ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, [5] præuſtis intra ſinus Alpium nive membris: [b] ejuſdem & Graios fuiſſe, poſitos in tranſitu, Graiarum Alpium incolas, præſtanteſque genere Euganeos, inde tracto nomine. Caput eorum Stonos: Rhætorum [c] [6] Vennonetes, Saruneteſque ortus Rheni amnis accolunt, Lepontiorum, qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem Alpium tractu. Sunt præterea Latio donati incolæ, ut Octodurenſes, & finitimi Ceutrones, Cottianæ civitates: Caturiges, & ex Caturigibus orti Vagienni, Ligures, & qui [7] montani vocantur: Capilla-

[3] Fecuſſes. *Ch.*
[4] in Italiam. V.
[5] peruſtis in tranſitu Alpium membris. Ejuſdem exercitus & Graios fuiſſe, Graiarum Alpium &c. *M. Chiff.*
[6] Vennonenſes. *Ch.*
[7] *quidam legunt* Appuani, *ab oppido Appua, hodie Pontremolo.*

a *Rhæti & Vindelici.*] De his M. Velſer. rer. Aug. lib. 1. *Idem.*

b *Ejuſdem & Grajos fuiſſe poſitos in tranſitu Grajarum Alpium.*] Adde dictionem *exercitus*, & deme verbum, *poſitos*, ex utroque exemplari: ut legendum ſit, *Ejuſdem exercitus & Grajos fuiſſe in tranſitu Grajarum alpium.* Pintianus.

c *Vennonetes Saruneteſque.*] Rhenanus putat legendum: *Vennonetes Rutenteſque.* Sunt enim Vennonetes qui & Veneti, lacus Veneti accolæ, nempe partis lacus Conſtantienſis. *Dalecamp.*

pillatorumque plura genera ad confinium Liguſtici maris. Non alienum videtur, hoc loco ſubjicere inſcriptionem è [a] trophæo Alpium, quæ talis eſt: IMPERATORI CÆSARI DIVI FIL. AUG. PONTIFICI MAXIMO, IMP. [1] XIII. TRIBUNITIÆ POTESTATIS. S. P. Q. R. quod ejus ductu auſpiciiſque gentes Alpinæ omnes, quæ à mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium Pop. Rom. ſunt [2] redactæ. Gentes Alpinæ devictæ, Triumpilini, [3] Camuni, Vennonetes, Iſarci, [4] Breuni, [5] Naunes, Focunates, Vindelicorum gentes quatuor, Conſuanetes, [6] Virucinates, Licates, Catenates, [7] Abiſontes, Ruguſci, Suanetes, [8] Calucones, Brixentes, Lepontii, Viberi, Nautuates, Seduni, Veragri, [9] Salaſi, Acitavones. [b] Medulli, [10] Uceni, Caturiges, Brigiani, Sogiontij, Ebroduntii, Nemaloni, Edenates, Eſubiani, Veamini, Gallitæ, Triulatti, Ectini, Vergunni, Eguituri, Nementuri, Oratelli, Neruſi, Velauni, Suetri. Non ſunt adjectæ Cottianæ civitates [11] XII. quæ non fuerunt hoſtiles, [12] item attributæ municipiis [c] lege Pompeia. Hæc eſt Italia diis ſacra, hæ gentes ejus, hæc oppida populorum. Super hæc Italia, quæ L. Æmilio [13] Paulo, C. Attilio Regulo Conſulibus, nuntiato Gallico tumultu, ſola ſine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc ſine tranſpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere conſulto patrum, Italiæ parci jubentium.

1 XVIII. *Tol. Salm.* Imp. XIII. Tribunitiæ poteſtatis XVIII. *V.*

2 redactæ & gentes. *Ch.*

3 Camuci, Venneſtes, Vennonetes. *Ch.*

4 Brigantii, *Straboni*. Briancon.

5 Genannes. *Ch.*

6 Rucinates. *Ch.*

7 Ambiſones. *Ch.*

8 Allucones. *Ch.*

9 Salaſſi, Ceutrones. *Ch.*

10 Veneni, *ut ſupra cap. 5.*

11 XV. *Ch.*

12 ſed. *V.*

13 Papo. *Juſtus Lipſ. de mili. Ro. lib. 1. dial. 3. pag. 13.*

CAP.

a *Trophæo Alpium.*] Trophæum id fuiſſe prope Auguſtam Prætoriam Salaſſorum arbitratus, deceptus eſt. Reliquiæ ejus trophæi viſuntur prope oppidum Monigo in Liguribus, extante adhuc columna cochleata, qua & ſpeculæ, & arcis loco utuntur. Incolæ vocant Torbia, quaſi Trophæa. *Dalec.*

b *Medulli.*] Medulli, vel Miolani Ligurum, ſupra Savonam prope Malveſin. *Idem.*

c *Lege Pompeja.*] A Cn. Pomp. Sex. Cn. Nanno V. C. 664. hoc eſt 88 ante Servatorem Chriſtum perlata, uti putat Car. Sigon. de ant. jur. Ital. lib. 3. cap. 2. *Idem.*

a Illy-

CAP. XXI. [a] *Illyricum.*

ARſiæ gens Liburnorum jungitur, uſque ad flumen Titium. Pars ejus fuere Mentores, Hymani, Encheleæ, [1] Dudini, & quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totum [b] uno nomine Illyricum vocatur generatim, populorum pauca effatu digna, aut [2] facilia nomina. Conventum Scardonitanum petunt [c] Iapides, & Liburnorum civitates [3] XIV. è quibus Lacinienſes, Stulpinos, Burniſtas, Albonenſes nominare non pigeat. Jus Italicum habent eo conventu Alutæ, Flanates à quibus ſinus nominatur, Lopſi, Varubarini, immuneſque Aſſeſiates, & ex inſulis [4] Fulſinates, Curictæ. Cæterum per oram oppida à Neſactio, Alvona, [5] Flavona, Tarſatica, Senia, Lopſica, Ortopula, Vegium, Argyruntum, Corinium, Ænona civitas, Pauſinus flumen, [6] Tedanium, quo finitur Iapidia. Inſulæ ejus ſinus cum oppidis, præter ſupra ſignificatas, Abſirtium, Arba, [7] Tragurium, Iſſa, Pharos, Paros ante: Crexa, Giſſa, Portunata. [d] Rurſus in continente colonia Jadera, quæ

1 Budini. *Cb.*

2 fœlicia. V.

3 XXIV. *Cb.*

4 Furtinates. Fulſinates. *Cb.*

5 Flamona. *Cb.*

6 Telanium. V.

7 *in M. & V. deeſt.*

a *Illyricum*] De hoc quantum ad veteres res Romanas facit Sigon. de ant. jur. prov. lib. 1. c. 7. & Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 77. & Pancirol. ſuper notit. Orient. cap. 23. & nonnulla quoque M. Velſer. rer. Auguſt. circa principium. *Dalec.*

b *Uno nomine Illyricum vocatur.*] Bernardo Juſtino, Dalmatæ Iſtri accolæ Liburniam occupatam Dalmatiam vocarunt, ſecundum littus Adriatici maris à Polo uſque Catarum. Montana imminentia, Croatia ſunt. Ejus vicini Illyrici, hodie Sclavi & Boſnenſes, olim Triballi: ultra quos Albani, olim Epirotæ, à Drino fluvio uſque Dyrrachium, & poſt eos Raſciani, Flavio Vopiſco, & Capitolino in vita Conſtantii primi & ſecundi, Galerii Maximini, Juliani, Claudii ſecundi: Illyricum continet quicquid eſt à Fanatico ſinu uſque ad Peloponneſum, & Iſtriam, Macedoniam, Epirum, Pannoniam, Dalmatiam. *Idem.*

c *Iapides.*] Iapidiam cum Venetorum regione & Iſtria confuſam eſſe tradunt recentiores Geographi. Bernardus tamen Juſtinus libro 3. hiſtoriæ Venetæ ſcribit, Soncium fluvium Carſos montes, quos olim Iapidiam vocarunt, ab Alpibus dividere. Straboni Iapidum oppida ſunt Metullum, Arupe, Manetium, Vendum. *Idem.*

d *Rurſus in continente colonia Iadera.*] Noſtra Exemp. & hic & cap. ſeq. *Iader* ſcribunt: non *Iadera.* & veram hanc eſſe lectionem, ipſe nos Plinius docet capite hujus lib. 1. ultimo: *Contra Iader*, inquit, *eſt Liſſa.* Ptolemæus & Pomponius *Iadera* proferunt, ſed vitio (ut reor) exemplarium. *Pintian.*

 a *Naro-*

quæ à Pola CLX. M. paſſ. abeſt: inde triginta M. Colentum inſula, XVIII. oſtium [1] Titii fluminis.

CAP. XXII. *Liburnia.*

LIburniæ finis & initium Dalmatiæ Scardona, in [2] amne eo, XII. M. paſſ. à mari. [3] Dein Tariotarum antiqua regio, & caſtellum Tariona: promontorium Diomedis, vel ut alii peninſula Hyllis, circuitu C. M. paſſ. Tragurium civium Romanorum, marmore notum: Situm, in quem locum Divus Claudius veteranos miſit. Salona colonia, ab Iadera [4] CCXXII. M. paſſ. Petunt in eam [5] jura deſcripti in decurias [6] CCCLXXII. [7] Dalmatæ [8] XXII. Decuni [9] CCXXXIX. Ditiones LXIX. Mezæi LII. Sardiates. In hoc tractu ſunt, Burnum, Mandetrium, Tribulium nobilitata Popul. Rom. prælіis caſtella: Petunt & ex Inſulis, Iſſæi, Colentini, Separi, Epetini. Ab his caſtella, Piguntiæ, Rataneum, [a] Narona colonia tertii conventus, à Salona LXXII. M. paſſ. appoſita [10] cognominis ſui fluvio, à mari XX. M. paſſ. [11] M. Varro LXXXIX. civitates eo ventitaſſe auctor eſt. Nunc ſoli prope noſcuntur Cerauni decuriis XXIV. Daorizi XVII. Deſitiates [12] CIII. Docleatæ XXXIII. Deretini XIV. [13] Deremiſtæ XXX. Dindari XXXIII. Glinditiones XLIV. Melcomani XXV. Nareſii CII. Scirtari LXXII. Siculotæ XXIV. populatoreſque quondam Italiæ Vardæi, non amplius quam XX. decuriis. Præter hos tenuere tractum eum [14] Ocnei, Partheni, Hemaſini, Arthitæ, [15] Armiſtæ. A Narone amne C. M. paſſ. abeſt Epidaurum [16] colonia. Oppida civium Rom. Rhizinium, Aſcrivium, [17] Butua, Olchinium, quod antea Colchinium dictum eſt, à Colchis conditum: amnis

1 Titi *legendum videtur ex Ptolemæo, qui ad finem lib. 2. fluvium hunc* Titum *appellat, non* Titium.
2 Lego *fine.*
3 Deottariotarum antiqua regio. *M.*
4 CXII. *Ch.*
5 jura, juribus deſcriptis. *M. Ch.*
6 ccclxxxij. *Tol. Salm.*
7 Delmatæ. *Tol.*
8 XXVI. *Ch.*
9 ccclxix. Deditiones. *Ch.*
10 cognomini ſibi.
11 M. *in M. & V. del.*
12 CVIII. *Ch.*
13 Dereniſtæ. V.
14 Ozuæi. *Ch.*
15 Areniſtæ. *Ch.*
16 Colonia, ab Epidauro ſunt oppida, &c. *Ch.*
17 Butuanum. *Ch.*

a *Narona colonia.*] Notavimus ſupra & docuimus in Pomponium legendum, *Naro*, biſyllabum. *Pintian.*

a *Mace-*

amnis Drilo, ſuperque eum oppidum civium Romanorum Scordra, à mari XVIII. M. paſſ. Præterea multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, nec non & civitatum validarum. Eo nanque tractu fuere [1] Labeatæ, Enderoduni, Saſſæi, Grabæi, proprieque dicti Illyrii, & Taulantii, & Pyræi. [2] Retinet nomen in ora Nymphæum promontorium; Liſſum oppidum civium Romanorum ab Epidauro c. M. paſſuum.

*1 Labeatæ, Eſſænæ, Enderuni, &c. *Ch.*

2 *hæc duo vocab* retin. nom. *ſuppoſititia videntur.*

CAP. XXIII. [a] *Macedonia.*

A Liſſo Macedoniæ provincia, gentes [3] Partheni, & à tergo eorum [4] Daſſaretæ. [b] Montes Candaviæ à Dyrrachio LXXIX. M. paſſ. In [5] ora vero Denda civium Romanorum, [c] Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen à Romanis Dyrrachium appellata: flumen Aous, à quibuſdam Æas nominatum: Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, [6] VII. M. paſſuum à mari recedens: cujus in finibus celebre Nymphæum accolunt barbari, Amantes & [7] Buliones. At in ora oppidum Oricum à Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia, quibus hunc Europæ determinavimus ſinum. Oricum, à Salentino Italiæ promontorio diſtat [8] LXXXV. M. paſſuum.

3 Parthini. V.

4 Diſſaretæ. V.

5 in ora civium Rom. Epidamnum. *Pint.*

6 IV. *Ch.*

7 *Cicero de Orat.* Bulienſes *vocat.* Steph. Bollidenſes. *Turn. cap.* 13. *lib.* 21. *Adverſ.*

8 lxxx. *M. Chiff.*

CAP. XXIV. [d] *Noricum.*

[e] A Tergo Carnorum & Iapidum, qua ſe fert magnus Iſter, Rhætis junguntur Norici. Oppida

a *Macedonia.*] De qua Sigon. de ant. jur. prov. lib. 1. cap. 8. Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 775. &c. *Dalec.*

b *Montes Candaviæ.*] Deſerta Candaviæ Seneca vocat epiſtola 31. lib. 4. *Idem.*

c *Epidamnum.*] Lege Val. Max. cap. 5. lib. 1. in exemplo & hiſtoria Apolloniatarum. Plaut. in Menæch. *Propterea huic urbi nomen Epidamnum inditum eſt; Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur.* Idem.

d *Noricum.*] Pancirol. ſuper notic. occid. cap. 63. *Idem.*

e *A tergo Carnorum & Iapidum qua ſe fert magnus Iſter.*] Hæc in Manuſc. & vet. annectuntur cap. ſuperiori. *Idem.*

Oppida eorum Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, Viana, Æmonia, Claudia, Flavium, Solvenſe. Noricis junguntur lacus Peiſo, deſerta Boiorum: jam tamen colonia Divi Claudii Sabaria, & [1] oppido Scarabantia Julia habitantur.

1 *oppidum* Sarabantia *quibuſdam legitur pro* zum Rotten.

CAP. XXV. [a] *Pannonia.*

2 Pannonia. *V.*

IN glandifera [2] Pannoniæ, qua miteſcentia Alpium juga, per medium Illyricum à Septentrione ad Meridiem verſa molli in dextra ac læva devexitate conſidunt. Quæ pars ad mare Adriaticum ſpectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum ſupra dictum. Ad Septentriones Pannonia vergit: finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Æmona, [b] Siſcia. Amnes clari & navigabiles in Danubium defluunt, [3] Draus è Noricis violentior, Saus ex Alpibus Carnicis placidior, [4] cxv. M. paſſ. intervallo. Draus per Serretes, Serrapillos, Iaſos, [5] Sandrizetes: [6] Saus per Colapianos, Breucoſque. Populorum hæc capita. Præterea Arivates, Azali, Amantes, Belgites, [7] Catari, Corneates, [8] Araviſci, Hercuniates, Latovici, Oſeriates, Varciani. Mons Claudius, cujus in fronte [9] Scordiſci, in tergo Tauriſci. Inſula in Sao Metubarris, amnicarum maxima. Præterea amnes memorandi, Calapis in Saum influens juxta Siſciam, gemino alveo inſulam ibi [10] efficiens, quæ Segeſtica appellatur. Alter amnis [11] Bacuntius in Saum Sirmio oppido influit: ubi civitas Sirmienſium, & Amantinorum. Inde XLV. M. paſſ. Taurunum,

3 Dravus. *V.*
4 cxx. *Ch.*
5 Sandizetes. *Ch.*
6 Savus. *V.*
7 Cartari. *V.*
8 Eraviſci. *Ch.*
9 Cordici. *Chiff.*
10 efficit. *Chiff.*
11 Acuntius. *Ch.*

a *Pannonia.*] Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 800. & Panciroi. ſuper notit. occid. cap. 63. *Dalecamp.*

b *Siſcia.*] Siſciam ab aliis vocari, Saviam vero in not. Rom. Imp. & prope Albanum montem citra Savum in Pannonia ſuperiore ſitam, olimque monetam ibi cuſam fuiſſe, ideoque & propoſitum theſaurorum ibidem verſatum. & monetæ procuratorem notat Panciroi. ſuper d. notic. lib. 2. c. 36. & 37. Videatur & Ortel. Onomaſt. aut Theſ. Sed & ſtationem unius ex quatuor Danubianis claſſibus prope eandem, ſtativaque in ipſa cohortis tertio Alpinorum ſub Pannoniæ Duce merentium fuiſſe is, de quo paulo ante mentionem fecimus, Panciról. d. lib. c. 81. commonet. *Idem.*

a *Mœſia.*]

num, ubi Danubio miſcetur Saus. Supra influunt [1] Valdanus, Urpanus & ipſi non ignobiles.

1 Vadaſus. Ch.

CAP. XXVI. [a] Mœſia.

[b] PAnnoniæ jungitur provincia, quæ Mœſia appellatur, ad Pontum uſque cum Danubio decurrens. Incipit à confluente ſupra dicto. In ea Dardani, Celegeri, Triballi, Trimachi, Mœſi, Thraces, Pontoque contermini Scythæ: flumina clara, è Dardanis Margis, Pingus, Timachus: ex Rhodope Oeſcus: ex Hæmo, Utus, [2] Eſcamus, Ieterus. Illyrici latitudo, qua maxima eſt, CCCXXV. M. paſſuum colligit. Longitudo à flumine Arſia ad flumen Drinium DCCC. M. [3] A Drinio ad promontorium Acroceraunium, CLXXII. M. Agrippa prodidit univerſum hunc ſinum Italiæ & Illyrici ambitu XIII. In eo duo maria, quo diſtinximus fine: Inferum ſive Ionium, in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocant. Inſulæ in Auſonio mari præter jam dictas, memoratu dignæ, nullæ: in Ionio paucæ: Calabro litore ante Brundiſium, quarum

2 Æſcamus. Ch.

3 Malim veterem lectionem, quæ ſic habet: A Drinio ad promontorium Acroceraunium clxx. (clx. Chiff.) M. Agrippa prodidit: univerſum autem hunc ſinum Italiæ & Illyrici ambitu XIII. (XIV. Chiff.)

a *Mœſia.*] Mœſis ſuperior, hodie Boſna, cum parte Serviæ: Mœſia inferior, hodie Bulgaria, cum parte Walachiæ. Bulgari olim Triballi. Ptolemæus, qui ſæculo Antonini Imperatoris ſcripſit, meminit utriuſque. Vopiſcus tamen longe poſterior, ſcribit, Aurelianum Dacos, qui ultra Danubium habitabant, in Mœſiam traduxiſſe, in eum tractum ſcilicet, ubi nunc Servia eſt, & Mœſiam in duos ſecuiſſe. *Dalec.*

b *Pannoniæ jungitur provincia.*] Pannoniæ pars Dacia, ſive Tranſſylvania. Hanc tenent tres gentes: Teotones, ſive Teutones, oriundi à Saxonibus, bello fortes, hodie Sibenburgenſes, à ſeptem urbibus quas poſſident, nominati. Unde & Latini *Septemcaſtra* eam provinciam vocant, Siculi, Ungari vetuſtiſſimi, &, ut ajunt, nobiliſſimi. Agros ii quamvis colant, & greges paſcant, invicem ſibi occurrentes generoſos ſe Dominos ſalutant. Immunes ſunt, niſi cum rex coronatur. Tum enim quiſque paterfamilias taurum pendit. Sexaginta millia ea gens ſe daturam pacta eſt. Juſſi niſi ad bellum proficiſcantur, plectuntur capite, ac omnium bonorum jactura, quæ fiſco adjudicantur. Terrii, Walachi, Iſtro finitimi à Meridie. Roſanis, ſive Rutenis, à Septentrione. Nomadibus, Scythis, ſive Tartaris, verſus Tyran fluvium: olim Getæ, qui Darium Hyſtaſpis repulerunt. A Flacco, qui eo coloniam deduxit, Flaccos, poſtea Walachos dictos arbitrantur: ut Serviam provinciam, quod teſte Strabone, Getarum, & Dacorum, unde Davus Terentianus quaſi Dacus, ſervilia nomina ſint, & in Serviam Daci ſive Getæ tranſierint. Steph. de urb. in verb. Δακία καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δᾶοι καὶ Γέται. *Idem.*

quarum objectu portus efficitur: contra Apulum litus Diomedea, conſpicua monumento Diomedis: & altera eodem nomine, à quibuſdam [a] Teutria appellata. Illyrici ora mille amplius inſulis frequentatur, [1] natura vadoſi maris æſtuariiſque tenui alveo intercurſantibus. Claræ ante oſtia Timavi calidorum fontium cum æſtu maris creſcentium: juxta Iſtrorum agrum, Ciſſa, [2] Pullariæ, & Abſyrtides Graiis dictæ, à fratre Medeæ ibi interfecto [3] Abſyrto. Juxta eas Electridas vocavere, in quibus proveniret ſuccinum, quod illi electrum appellant, vanitatis Græcæ certiſſimum documentum: adeo ut quas earum deſignent, haud unquam conſtiterit. Contra Jader eſt [4] Liſſa: quæque appellatæ contra Liburnos Creteæ aliquot: [5] nec pauciores Liburnicæ, Celaduſſæ. [b] Contra Surium, bubus & capris laudata Brattia, Iſſa civium Romanorum [6] reliqua, [c] & cum oppido Pharia. Ab his Corcyra, Melæna cognominata, cum Gnidiorum oppido diſtat [7] XXII. M. paſſuum; inter quam & Illyricum [d] Melita, unde catulos Melitæos appellari Callimachus auctor eſt. [8] XII. millia paſſuum ab ea tres Elaphites. [e] In Ionio autem mari ab Orico

1 Natura vadoſo mari. *M. & Ch.*
2 Pullaria. *Tol.*
3 nomine *quidam addunt.*
4 Baſiliſſa. *Ch.*
5 nec non Trucones. *Tol.*
6 *in Man. del.*
7 XXV. *Ch.*
8 XV. *Ch.*

a *Teutria appellata.*] Straboni pariter duæ, & in earum altera, Urbs Ureum, hodie Beſtia. *Dalec.*

b *Contra Surium bubus.*] Codex Salmanticenſis, *Contra Surium Bavo.* Toletanus, *Bova*, ut ſit proprium nomen inſulæ, *Bavo*, ſeu *Bova.* Quid ſi legas non *intra Surium*, ſed *inde*: vel *item Tragurium.* nam Tragurium in hoc ſinu, Ptolemæus, Strabo, Pomponius celebrant. Superius quidem facta eſt mentio Tragurii, ſed falſo illic reddita creditur. Romana exemplaria *Banode contra Surium*, ut forte ſcribendum ſit *Bano, Decon, Tragurium.* Nam *contra Surium* quid ſit, ego etiam cum Hermolao neſcire me fateor. *Pintian.*

c *Et cum oppido Pharia.*] Ptolemæus cum Plinio, *Pharia.* At Strabo, Stephanus, Pomponius, Polybius, *Pharus.* qualis illa Alexandriæ, quam ſcriptores omnes famigerant. *Idem.*

d *Melita.*] Melita duplex; altera inter Africam & Siciliam, ante Pachynum Malta, à quo Strabo Melitæos canes vocatos ſcribit: altera Plinii Dalmatica ſive Illyrica, è regione Raguſæ veteris, ab Antonino in Itinerario memorata, & Stephano, qui cum Plinio canes inde cognominatos cenſet. Veneti more antiquo, triremium præfectis mandant, ut Venetias redeuntes, dextrorſum & introrſum per Melitenſem canalem navigent, non lævorſum. Vide proverbium: Melitæus canis. *Dalecamp.*

e *In Ionio autem mari ab Orico, M. M. paſſuum.*]

Orico M. millia [1] paſſuum Saſonis piratica ſtatione nota.

1 paſſuum prope Saſonis. *Chiff.*

paſſuum.] Scribendum videtur L. M. *paſſuum.* Nam Strabo libro ſexto, à Brundiſio ad Saſonem cccc. ſtadiorum intervallum eſſe ait, quæ agunt paſſuum L. M. & Saſonem inſulam in medio ſitam eſſe ſcribit, ejus ſpatii quod eſt inter Epirum & Brundiſium: quod Plinius ipſe ſupra capite XI. dixit eſſe C. M. paſſuum, non amplius. Quod intervallum pedeſtri continuare tranſitu, pontibus jactis, primum cogitaſſe Pyrrhum Epiri regem, poſt eum M. Varronem, cum claſſibus Pompeji præeſſet piratico bello, & utrumque aliis impeditum curis à propoſito deſtitiſſe. Porro in Strabone Latino falſo XL. ſcriptum eſt pro cccc. Quin etiam Plinius, quod magis adhuc caſtigationem noſtram confirmat, ſupra c. XXII. Oricon à Salentino Italiæ promontorio abeſſe tradit LXXXV. M. paſſ. *Pintian.*

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ

LIBER QUARTUS.

Ubi primum omnis Græciæ fabuloſitas, & literarum claritas effulſit.

TERTIUS *Europæ ſinus Acroceraunis incipit montibus, finitur Helleſponto: am-*
1 xx. xxvi. Ch. *plectitur præter minores ſinus* [1] XIX. XXV. M. *paſſuum. In eo* Epirus, *Acarnania, Ætolia, Phocis, Locris, Achaia, Meſſenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia; iterumque alio mari eadem Phocis & Locris, Doris, Phthiothis, Theſſalia, Magneſia, Macedonia, Thracia. Omnis Græciæ fabuloſitas, ſicut & literarum claritas, ex hoc primum ſinu effulſit. Quapropter in eo paululum commorabimur.* [a] *Epiros in univerſum appellata, Acroceraunis incipit montibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia: dein Theſproti, Antigonenſes: locus Aornos, & peſtifera avibus exhalatio: Ceſtrini*, Perrhæbi, *quorum mons Pindus, Caſſiopæi,*
2 Sellæ. V. *Dryopes,* [2] *Selli,* [3] *Hellopes, Moloſſi, apud quos Do-*
3 Helli. *quibuſdam.* *donæi Jovis templum, oraculo illuſtre:* [4] *Tomarus*
4 Talarus. V. & *Chiff.* *mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.*

CAP.

a *Epiros in univerſum.*] Ab his verbis in Manuſcripto incipit caput primum. *Dalecamp.*

2 *Theſpro-*

CAP. I. *Epirus.*

EPirus ipſa ad Magneſiam Macedoniamque tendens à tergo ſuo Daſſaretas ſupra dictos, liberam gentem, mox feram Dardanos habet: Dardanis lævo Triballi prætenduntur latere, & Mœſicæ gentes: à fronte junguntur Medi ac [1] Denſelatæ, quibus Thraces, ad Pontum uſque pertinentes. Ita ſuccincta Rhodopes, mox & Hæmi vallatur excelſitas. In Epiri ora caſtellum in Acrocerauniis [2] Chimæra, ſub eo aquæ regiæ fons. Oppida Mæandria, Ceſtria: flumen [a] Theſprotiæ [3] Thyamis: colonia [b] Buthrotum; [c] maximeque nobilitatus Ambracius ſinus, faucibus ſpatioſum æquor accipiens, longitudinis [4] XXXIX. M. paſſ. latitudinis XV. M. In eum defertur amnis Acheron, è lacu Theſprotiæ, Acheruſia profluens XXXVI. M. paſſ. inde, & mille pedum ponte mirabilis omnia ſua mirantibus. In ſinu oppidum Ambracia. Moloſſorum flumina, Aphas & Arachtus. Civitas [5] Anactoria, [6] lacus Pandoſia. Acarnaniæ, quæ antea [7] Curetis vocabatur, oppida Heraclia, Echinus, & in ore ipſo colonia Auguſti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac civitate libera Nicopolitana. Egreſſos ſinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium litus promontorium Leucates. Dein ſinus ac Leucadia

1 Denſeleti. *Vet. alii* Denthelatæ.

2 Chimerium. *Strab. lib.* 7.

3 Thymias. *Cb.*

4 XXXVII. M.

5 Anactorica. *Cb.*

6 locus. *Cb.*

7 Curetes. *Cb.*

ipſa

a *Theſprotia.*] Vide Strabonem lib. 7. Gerbel. libro 3. Panvin. Imp. Rom. 781. Car. Sigon. de ant. jur. prov. 1. c. 9. Pancirol. ſuper notic. or. c. 83. *Dalec.*

b *Buthrotum.*] Apud Livium lib. 29. Buthrotus amnis haud procul à Locris Epizephyriis abeſt. *Idem.*

c *Maximeque nobilitatus Ambracius ſinus, faucibus ſpatioſum æquor, &c.*] Lege: *Ambracius ſinus* DCC *paſſuum faucibus, longitudinis* XXXVII. *millia paſſuum, latitudinis* XII. *millia.* Iſ. Voſſius in Melam. *Maximeque nobilitatus Ambracius ſinus, faucibus ſpatioſum æquor accipiens.*] Duo hic verba deſunt, quorum alterum nobis exhibuit Salmanticenſe, utrumque vero apographum Toletanum Ea ſunt D. *paſſ.* Scribe igitur *faucibus* D. *paſſuum*, *ſpacioſum æquor accipiens.* parvo diſcrimine à Polybii traditione, qui DC. *paſſuum* has fauces eſſe prodit. *Pintian.*

d *Longitudinis* XXXIX.] Uterque ſcriptus codex non XXXIX. habet, ſed XXXVII. quod & vero propius. Nam Polybius longitudinem ejus ſinus CCC. ſtadiorum eſſe ait, quæ XXXVII. M. D. paſſuum conficiunt. *Idem.*

a *Rel-*

ipſa peninſula, quondam Neritis appellata, opere
V. [1] ac edita. accolarum abſciſſa à continenti, [1] ac [a] reddita ventorum
flatu congeriem harenæ accumulantium,
Ch. [2] locus. qui [2] lacus vocatur Dioryctos, ſtadiorum longitudine
trium. Oppidum in ea Leucas, quondam Neritum
dictum. Deinde Acarnanum urbes, Halyzea,
Stratos, Argos Amphilochicum cognominatum.
Amnis [b] Achelous è Pindo fluens atque Acarnaniam
ab Ætolia dirimens, & Artemitam inſulam
aſſiduo terræ invectu continenti annectens.

Cap. II. [c] *Ætolia.*

Ætolorum populi Athamanes, Tymphei, Ephyri,
3 Marages. Ch. Ænienſes, Perrhæbi, Dolopes, [3] Ma-
V. 4 Atrages. races, [4] Atraces, à quibus Atrax amnis Ionio mari
infunditur. Ætoliæ oppidum Calydon, eſt ſeptem
millium quingentorum paſſuum à mari, juxta Euenum
amnem. Dein Macynia, Molycria: cujus à
V. 5 Præſus. tergo Chalcis, & mons eſt [5] Taphiaſſus. At in ora
promontorium Antirrhium, ubi oſtium Corinthiaci
ſinus, minus mille paſſuum latitudine influentis,
Ætoloſque dirimentis à Peloponneſo. Promontorium,
quod contra procedit, appellatur Rhion:
6 Naupactos. Ch. ſed in Corinthiaco ſinu oppida Ætoliæ, [4] Naupactum,

a *Reddita.*] Alii *edita:* (alta) ὑψηλή. Alii *reddita*, rurſum adnexa continenti. Ex ſcopulo ejus peninſulæ in mare porrecto, amoris impatientia Sappho præcipitem ſe dedit. Lælius vetus poëta:

Seſeque in alta maria præcipitem miſit,
Inops & ægra ſanitatis Herois.

Qua de re Lilius Girald. de poët. dial. 9. Anacreon,

---- ἀρθεὶς δ' ἠὖτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης.
Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

Idem: τὸν ὑπέρκομπον Θηρᾶσαι φαῶν' οἰστρῶντι πόθῳ ῥίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς, ἀλλὰ κατ' αὐχὴν οἷον δίαττοτ' ἄναξ. Vide apud Scaligerum cap. 18. lib. 2. Adnot. jucundiſſimam hac de re hiſtoriam. *Dalecamp.*

b *Achelous.*] Acheloum primum omnium fluviorum erupiſſe terra crediderunt. Inde Virg. 1. Georg. Acheloia pocula aquæ.

Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis.

Ariſtophanes in Cocalo, Σπαίρειν τε δῶμα τοὐμὸν, ἐκ χρυσηλάτων τευχέων ἀπελατειροῦσαν Ἀχελώου δρόσον. Turn. cap. 25. 29. *Idem.*

c *Ætolia.*] De hac Car. Sigon. de ant. jur. provinc. lib. 1. cap. 9. Nic. Gerbel. lib. 5. pag. 123. *Idem.*

a *Locri*]

pactum, Pylene: & in mediterraneo Pleuron, Halyſarna. Montes clari, in Dodone [1] Tomarus, in Ambracia Grania, in Acarnania Aracynthus, in Ætolia Acanthon, Panætolium, Macinium.

1 Talarus. V. Cb.

Cap. III. *Locri.*

PRoximi Ætolis [a] Locri, qui cognominantur Ozolæ, immunes. Oppidum Oeanthe. Portus Apollinis Phæſtii, ſinus Criſſæus. Intus oppida Argyna, Eupalia, Phæſtum, Calamiſſus. Ultra Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalæon, à quo [2] VII. M. paſſ. introrſus liberum [b] oppidum Delphi, ſub monte Parnaſſo [3] clariſſimum in terris oraculo Apollinis. Fons [c] Caſtalius, amnis Cephiſſus præfluens Delphos, ortus in [4] Lilæa quondam urbe. Præterea oppidum Criſſa, & cum Bulenſibus Anticyra, Naulochum, [5] Pyrrha, Amphiſſa immunis, [6] Trichone, Tritea, [6] Ambryſus, [7] Drymæa regio, Daulis appellata. Dein in intimo ſinu angulus Bœotiæ alluitur cum oppidis, [8] Siphis, Thebis, quæ Corſicæ cognominatæ ſunt, juxta [9] Heliconem. Tertium ab hoc mari Bœotiæ oppidum [d] Pagæ, unde Peloponneſi proſilit cervix.

2 IV. Cb.
3 Parnaſſi & clariſſimi. M. Cb.
4 Libæa. Cb.
5 Pyrrhonea. V.
6 Amphryſus. V.
7 Myrænaque reg. Chiff.
8 Gymnis. V. M.
9 Heliconem montem. Tert. Cb.

Cap.

a *Locri.*] Nic. Gerbel. lib. 5. pag. 121. *Dalec.*

b *Oppidum Delphi.*] Hunc terrarum Umbilicum, nempe medium prorſus, Strabo, Plutarchus, Pauſanias ſcripſerunt. Inde Sophocles in Oedip. tyranno *μεσόμφαλα μαντεῖα* vocavit. Varro tamen lib. 6. de Ling. Lat. id falſum eſſe conſtanter aſſerit. Vide locum. Manlius vetus poëta:

O ſancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum tenes.

Vide Rhodig. c. 20. 15. Plaut. in Pſeud.

—— *ſi quid vis roga.*

Quod ſcribo, Delphis tibi reſponſum dicito. De ſitu Delphorum quod dixere Ethnici: idem & noſtri poſtea de Jeruſchalem ſeu Hieroſolymis. Adrichom. in deſcript. ejuſdem, in princ. & Reiſner. Sed & hi ad ornatum potius quam veritatem. Quid enim in orbe ſeu ſphæra poſſit vel extremum vel medium dici? *Idem.*

c *Fons Caſtalius.*] Caſtaliam aquam potu dulcem à Caſtallio dictam quidam volunt, alii ab indigena muliere Acheloi filia. Panyaſis de Hercule *παρνησσὸν νιφόεντα θεοῖς διὰ ποσσὶ περήσας ἵκετο κασταλίης ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ.* *Idem.*

d *Pagæ*] Alii *πηγὰς* vocant. Apud Strab. lib. 8. c. 1. legendum *ἂν ἰσθμὸς ἐστὶ ὁ ἐκ πηγῶν μεγαρικῶν*, (non *ἐκ πόντων*) *εἰς νίσαιαν τὸ μεγαρέων ἐπίνειον.* Leopard. cap. 12. 3. *Idem.*

a Peio-

CAP. IV. *Peloponneſus.*

[a] PEloponneſus, Apia ante appellata & Pelaſgia, peninſula haud ulli terræ nobilitate poſtferenda, inter duo maria Ægæum & Ionium platani folio ſimilis, propter anguloſos [1] receſſus, circuitu DLXIII. M. paſſ. colligit auctore Iſidoro. Eadem per ſinus pene tantundem adjicit. Anguſtiæ, unde procedit, Iſthmos appellantur. In eo loco erumpentia è diverſo, [2] quæ dicta ſunt, maria, à Septentrione & exortu [3] ejus omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario incurſu æquorum [4] tantorum, in quinque M. paſſ. intervallo exeſis utrinque lateribus, anguſta cervice Peloponneſum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur ſinus. [5] Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini, longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plauſtris tranſvehi prohibet: quam ob cauſam perfodere navigabili alveo [6] anguſtias tentavere, Demetrius rex, Dictator Cæſar, [b] C. princeps, Domitius Nero, [c] infauſto (ut [7] omnium patuit exitu) incepto. Medio hoc intervallo, quod Iſthmon appellavimus, [8] applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta, ſexagenis ab utroque litore ſtadiis, è ſumma ſua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene, diverſa [d] duo maria proſpectans [9] LXXXVII. millia paſſ. [10] ad Corinthiacum

1 inceſſus. V.

2 *Rhodig. citato ad verbum hoc loco: hæc verba*, quæ dicta ſunt, à Septentrione & Ortu, *non legit. cap.* 19. *lib.* 21.

3 ſoli.

4 tantum quinque.

5 Lechæum: *quo pacto & à Strabone & Ptolemæo effertur.*

6 anguſtias eas tentavere. *Chiff.*

7 omnium, ut patuit exitu, incœpto. V. nefaſto, *ut &* *Chiff.*

8 applicatu colli. V.

9 LXXXIX. *Chiff.*

10. per. V.

a *Peloponneſus.*] Nic. Gerbel. lib. 6. deſcr. Græc. & Ortel. Theſ. *Dalec.*

b *C. princeps Domitius Nero.*] Refert Dion, adorto id Nerone, cruorem primum ſcaturiiſſe, mox auditos mugitus, ululatuſque flebiles, viſaque formidabilia ſpectra, & ſimulachra multa. Demetrium narrant deterritum ab architectis, ab inſtituto deſtitiſſe, quoniam metati, ii renunciarent Corinthiacum mare altius eſſe quam ad Cenchras, Æginamque, & univerſas inſulas in propinquo poſitas ſubmerſas iri: præterea non futurum navigabilem alveum, ob rapidam undæ celeritatem, qualis eſt in Euripo. Vide Rhodig. cap. 19. lib. 21. *Idem.*

c *Infauſto incepto.*] Quoniam, ut ait Pauſanias, rebus divinitus conſtitutis manum injicere non licet. *Idem.*

d *Duo maria proſpectans.*] Hac de cauſa Horatius *Bimarem Corinthum* vocat: Græci vero *Amphithalaſſon*, quemadmodum & Athenienſium urbem Xenoph. Mor. Var. c. 7. 1. *Idem.*

a *Achaia.*]

thiacum ſinum trajectus eſt Patras à Leucade. Patræ colonia in longiſſimo promontorio Peloponneſi condita, ex adverſo Ætoliæ & fluminis Eueni, minus mill. paſſ. (ut dictum eſt) intervallo in ipſis faucibus, ſinum Corinthiacum LXXXV. millia paſſ. in longitudinem uſque ad Iſthmon [1] tranſmittunt.

CAP. V. [a] *Achaia.*

Achaiæ nomen provinciæ ab Iſthmo incipit: [2] ante Ægialos vocabatur, propter urbes in litore per ordinem diſpoſitas. Primæ ibi quas diximus [3] Lecheæ Corinthiorum Portus. Mox [4] Oluros Pellenæorum caſtellum. Oppida Helice, Bura, [5] in quæ refugere hauſtis prioribus, Sicyon, Ægira, Ægion, Erineos. Intus Cleone, Hiſiæ. [6] Panhormus portus, demonſtratumque jam Rhium: à quo promontorio quinque M. paſſ. abſunt Patræ, quas ſupra memoravimus: locus Pheræ. In Achaia, IX. montium, [7] Scioëſſa notiſſimus, fons Cymothoë. Ultra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme, loca Bupraſium, Hyrmine, promontorium [8] Araxum, Cyllenes ſinus, promontorium Chelonates: unde Cyllenen [9] duo M. paſſ. caſtellum Phliûs. Quæ regio ab Homero Arethyrea dicta, poſtea Aſophis. Inde Eliorum ager, qui antea Epei vocabantur: Ipſa Elis in mediterraneo, & à Pylo XII. M. paſſ. Intus delubrum Olympii Jovis, ludorum claritate faſtos Græciæ complexum. [10] Piſæorum quondam oppidum, præfluente Alpheo amne. At in ora promontorium Ichthys. Amnis Alpheus [11] navigatur in oppida [12] Aulos & Leprion. Promontorium Plataniſtus: omnia hæc ad occaſum verſa. Ad Meridiem autem Cypariſſius ſinus cum urbe Cypariſſa LXXII.

1 tramittunt *in Ch. exemp. perpetuo ita ſcribitur.*

2 antea. *Chiff.*

3 Lechæum.

4 Olyrus. *Ch.*

5 Melius. & in quas refugere, ut intelligamus, Heliceo & Bura mari hauſtis incolas ſeſe Sicyonem & Ægiran recepiſſe.

6 Pallnhormus. *Ch.*

7 Scioeſſa. Notiſſimus fons. *V.*

8 Axarus. *Chiff.*

9 quinque *Chiff.*

10 Piſa eorum. *M.* & *V.* aliis Piſa Oenomai quondam.

11 navigabilis prope ſex oppida, Aulos. *V.* navigatur ſex prope. *M.* & *Ch.*

12 Aulon. *M.*

a *Achaia.*] De duplici Achaia commonet Nicol. Gerbel. lib. 5. Sigon. ant. jur. prov. 1. 9. *Dalec.*

lxxii. millium paſſuum circuitu. Oppida Pylos,
Methone: locus Helos, promontorium Acritas: ſinus Aſinæus, ab oppido Aſine, Coronæus à Corone. Finiuntur Tænaro promontorio. Ibi regio Meſſenia duodeviginti montium. Amnis Pamiſus. [a] Intus autem ipſa Meſſene, Ithome, Oechalia, Arene,
1 Zande. *M.* Thamiræ. *V.* Pteleon, Thryon, Dorion, [1] Zancle, variis clara temporibus. Hujus ſinus circuitus lxxx. M. paſſ. trajectus vero xxx. M. Dehinc à Tænaro ager La-
2 cvi. *Tol.* *M.* conicus, liberæ gentis: & ſinus circuitu [2] ccvi. mill. trajectu xxxix. mill. Oppida Tænarum,
3 Therennæ. V. Amyclæ, Pheræ, [b] Leuctra, & intus Sparta, [3] The-
4 Anxianne. *M.* Anteia. *Strab.* Ἀνθεία, *Thuc.* Antiane. *Cb.* ramne, [c] atque ubi fuere Cardamyle, Pitane, [4] Anthane: Locus Thyrea, Gerania. Mons Taygetus; amnis Eurotas, ſinus Ægylodes, oppidum Pſamathus. Sinus Gytheates ab oppido: ex quo ad
5 breviſſimus. Cretam inſulam [5] certiſſimus curſus. Omnia autem Maleo promontorio includuntur. Qui ſequitur ſinus ad Scyllæum, Argolicus appellatur, traje-
6 c. duo millia. V. c. lii. *M.* ctu quinquaginta M. paſſ. idem ambitu [6] centum ſeptuaginta duorum millium. Oppida Boëa, Epidaurus Limera cognomine, Zarax, Cyphanta portus; Amnes, Inachus, Eraſinus, inter quos Argos
7 locum. *Cb.* ut mox ſequitur. Hippium cognominatum, ſupra [7] lacum Lernen, à mari M. M. paſſ. novemque additis millibus, Mycenæ: & ubi fuiſſe Tiryntha tradunt: & locus Mantinea. Montes, Artemius, Apeſantus, Aſterion, Parparus, aliique undecim numero. Fontes, Niobe, Amy-

a *Intus autem ipſa Meſſene, &c Zancle.*] Senſus eſt, hæc oppida non ſimul claruiſſe, ſed diverſis temporibus aliud poſt aliud effloruiſſe. Pleraque heroïcis temporibus nobilia fuere: inter quæ poſt Zancle eminuit, cæteraque obſcuravit, & ad ultimum Zanclen Meſſene, aliquanto poſt Peloponneſiacum bellum opera Thebanorum condita. *Gelen.*

b *Leuctra.*] Leuctra ſunt Bœotiæ, nobilia clade Lacedæmoniorum profligatorum à Thebanis. Sunt & Arcadiæ & agri Luconici, quæ varietas Solino peccandi anſam præbuit Brodæus c. 11. l. 2. *Dal.*

c *Atque ubi fuere Cardamyle, &c.*] Legend. *Atque ubi fuere Cardamyle, Pithane, Antheia, nunc locus Thuria, Gerenia.* Salmaſ. p. 139.

Amymone, Pſammathe. A Scyllæo ad Iſthmum CLXXVII. M. paſſ. Oppida [a] Hermione, [b] Trœzen, Coryphaſium: appellatumque alias Inachium, alias Dipſium Argos. [c] Portus [1] Cænites, ſinus Saronicus

1 Chenitas. *Tol.*

a *Hermione.*] Ibi fuit Aſylum Cereris & Proſerpinæ, quo qui confugiſſent à nemine lædebantur, unde apud Suidam & Zenobium adagium ἀνθ' Ἑρμιόνης. Chthonio feſto Cereri ſacro apud Hermionenſes taurum ferociſſimum ab anu & invalida ſacerdote mactandum ad aram perduci teſtatur his verſib. Ariſtoph. Δάματερ πολύκαρπε, σὺ συγκελοῖσιν ἐναργής, καὶ παρ' ἐρεχθείσαις. σὺ τὶ μέγα κλείνε) Ἑρμιονεῦσι· τὶν δὲ ἐξ ἀγέλης γοῦν ἀφείδεια ταῦρον, Οὐδ' οὐχ' αἱροῦσιν ἄνερες, οὐδὲ δέκα, Τοῦτον γραῦς στείχουσα μόνη μόνον οὔατος ἕλκει τὶν δ' ἐπὶ βωμόν· ὁ δ' ὡς ματέρα παῖς ἕπετ'). Σὸν τὸ δὲ δαίμασθε, σὸν τὸ σθένος, ἵλαος εἴης, καὶ πάντων θάλλος κλάρος ἐν Ἑρμιόνῃ. Rhodigin. c. 30. 23. Leopard. c. 18. l. 5. Emend. Gerbel. Græc. l. 6. p. 242. *Dalecamp.*

b *Trœzen, Coryphaſium, appellatumque alias Inachium, alias Dipſium Argos.*] Commonendus eſt hic lector, locum hunc acri diligentique cenſura examinandum eſſe. Nam cognomina illa, *Hippium, Inachium, Dipſium*, quæ Plinius videtur inter duas urbes cognomines diſtribuere, uni tantum, hoc eſt antiquæ illi & celebri Argorum urbi, ab aliis ſcriptoribus aſſignantur. Nam Strabo ſummus auctor libro octavo, antiquum Argos his cognominibus celebratum tradit, *Priſcum, Iaſium, Hippium, equorum alumnum, Dipſium.* Stephanus quoque Argos civitatem prope Trœzenem memorat, hanc videlicet quæ nunc indicatur à Plinio, Argos illud antiquum, & apud omnes nobilitatum, cognominibus his nominatum ſcribit, *equorum alumnum, Dipſium, Iaſium.* Quin & *Argos Inachium* non aliud eſſe quam priſcum illud, à flum. ſc. Inacho, inter quod & alterum nomine Eraſinum ſitum eſſe, non multo ante Plinius docuit, tum ratio ipſa oſtendit, tum etiam Euripides in Archelao, referente Strabone. Confirmat id quoque Stephanus in dictione *Inachus.* Quamobrem docti ſtatuant, quid huic malo remedii adhibendum ſit. Nam quod ad me attinet, puto verba hæc, *alias Inachium, alias Dipſium*, ad ſuperiora illa pertinere, *Inter quos Argos Hippium cognominatum.* Statim enim poſt illa conſequi volo, *alias Inachium, alias Dipſium.* ut in hoc loco ſcribendum omnino putem, *Trœzen, Coryphaſium, alterumque Argos.* Pintian.

c *Portus Cænites.*] Prior lectio tam antiqua quam recentior *Portus Chenitas*, agnoſcit. Hermolaus, eraſa dictione *Chenitas, Cænites* ſubſtituit, à Cænis, ut ipſe vocat, urbe Laconiæ, ex Ptolemæo & Pauſania, toto, ut ajunt, errans cœlo. Nos illi damus, ex his quos advocat auctoribus, Cænen urbem eſſe Laconiæ, ſed nihil ad rem. Multis enim à tergo paſſuum millibus relicta eſt in ſinu Laconico poſt urbem Tænaron, Cæne. Nunc oppida indicantur ſinus, ſecundum Strabonem Hermionici, ſecundum Ptolemæum Satonici. Itaque nihil ex antiqua lectione immutandum cenſeo. Nam quemadmodum Chelonates in Peloponneſo promontorium habetur, hoc eſt teſtudineus, ſeu teſtudinarius, & Ichthys alterum, hoc eſt piſcis: ſic appellari potuit Chenitas portus, id eſt anſerarius aut anſerinus, à frequentia anſerum, qui illic, propter opima paſcua abundarent, ut ſicut in Ægypto Chenoboſcia eſt civitas, Stephano teſte, id eſt anſerum altrix, ſic in Peloponneſo Chenitas ſeu Chenites dici potuerit ab anſerum copia. Cujus mentio ſi apud alios auctores non invenitur, mirandum non eſt: nam innumerata in Plinii geographia locorum nomina leguntur, quæ non alibi temere invenias. Alioqui & Chena urbs eſt Laconiæ Stephano, ut etiam ſi de locis ejus provinciæ hic ageretur, nihil foret ex antiqua lectione mutandum. Poſſet tamen hic neque *Cænites* legi, neque *Chenites*, ſed *Schœnuntu*, quo nomine celebratur alter portus in hac ipſa ora, paulo poſt

ronicus olim, querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. In eo Epidaurum oppidum, Æſculapii delubro celebre: Spiræum promontorium, portus [1] Anthedon, & Bucephalus: & quas ſupra dixeramus, Cenchreæ, Iſthmi pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclito ludis. Tot ſinus Peloponnenſem oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem à Septentrione Ionium irrumpit, ab Occidente Siculo pulſatur, [a] à Meridie Cretico urgetur, ab Oriente brumali Ægæo, ab Oriente [b] ſolſtitiali Myrtoo, quod à Megarico incipiens ſinu, totam Atticam alluit.

1 Anthedus. Ch.

CAP. VI. *De Arcadia.*

MEditerranea ejus Arcadia maxime tenet, undique à mari remota: initio Drymodis, mox Pelaſgis

Indicandus, poſt Cenchreas: ut ſicut in ora Italiæ duo caſtra nova: in Africæ, duo Hippones & duæ Leptes: In Ciliciæ, duo Anemuria: ita in ora Peloponneſi, duo Schœnuntes ſint portus. Sed & quod ſubdit idem Hermolaus, multo adhuc graviore reprehenſione dignum eſt. ait enim (ſi diis placeat) ab hac urbe Laconiæ Cæne, appellatum eſſe Jovem Cenæum ab Ovidio, illo verſu:

Victor ab Oechalia Cenao ſacra parabat
Vota Jovi.

Quaſi ſacrificia illa ab Hercule facta ob victoriam, & ob id chariſteria dicta, in Laconia facta ſint, & non in Eubœa, in promontorio Cenæo. Cujus error etſi refelli multis verbis poteſt, ex Strabone, Diodoro, Ptolemæo, Stephano, Thucydide, Æſchylo, Sophocle, ejuſque interprete, & Lycophronis enarratore Tzetze, & ex noſtris, Plinio, Seneca, Solino, & aliis pluribus: tamen quia refutatus eſt ab aliis, qui labori noſtro conſuluerunt, plura dicere ſuperſedi. Illud nolui omittere, promontorium hoc Eubœæ, Diodorum & Stephanum cum *i*, in prima, & nonnunquam cum duplici *n* ſcribere *Cinnaum*, reliquos cum *e* longo in prima, & ſimplici *n*. Omnes autem cum *a* diphthongo in penultima. Eſt etiam in ſeptentrionali ejuſdem inſulæ plaga aliud promontorium, nomine *Clenaum*, de quo Strabo decimo. Et item aliud dictum *Caunum*, cujus etiam Strabo eodem libro meminit. quod notare libuit, ne cui nominum ſimilitudo erroris materiam pareret. *Pintian.*

a *A Meridie Cretico urgetur, &c.*] Legend. *à Meridie Cretico urgetur, ab Oriente ſolſtitiali Myrtoo.* omiſſis illis, *ab Oriente brumali Ægao.* quæ verba ut inſitiva prorſus expungenda ſunt & explodenda. *Salmaſ.* pag. 140. b.

b *Solſtitiali Myrtoo.*] Ægæi pars eſt, quod paulo poſt auctor ſcribit circa finem c. 11. Pauſanias ex Eubœenſium fama & ſermonibus à Myrto, muliere quadam ſic vocatum ait. Alii à Myrtoo Oenomai auriga, quem ab Hippodamia falſo accuſatum, quaſi ſtuprare eam conatus eſſet, cum illa, abſente Pelope, Myrtoi complexum & concubitum ultro appetiiſſet, Pelops in mare proximum è curru præcipitem dejecit. *Dalecamp.*

a *Ad op-*

Pelaſgis appellata. Oppida ejus, Pſophis, Mantinea, Stymphalum, Tegea, [1] Antigonea, Orchomenum, Pheneum, Palantium, unde Palatium Romæ: Megalopolis, [2] Catina, [3] Bocalium, [4] Carmon, Parrhaſiæ, [5] Thelpuſa, Melanæa, Heræa, Pyle, [6] Pellana, Agræ, Epium, Cynætha, Lepreon Arcadiæ, Parthenium, Alea, Methydrium, Eniſpe, Maciſtum, [7] Lampe, Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida, regio Nemea, Bembinadia vocitata. Montes in Arcadia, Pholoë cum oppido: Item Cyllene, Lycæus, in quo Licei Jovis delubrum: Mænalus, Artemiſius, Parthenius, Lampeus, Nonacris: præterque ignobiles octo. Amnes, Ladon, è paludibus Phenei, Erymanthus è monte ejuſdem nominis in Alpheum [8] defluentes. Reliquæ civitates in Achaia dicendæ, [9] Aliphiræi, Abeatæ, Pyrgenſes, Pareatæ, Paragenitæ, Tortuni, [10] Typanei, Thryaſii, Tritenſes. Univerſæ Achaiæ libertatem Domitius Nero dedit. Peloponneſus in [11] latitudine à promontorio Maleæ, [a] ad oppidum [12] Lechæum Corinthiaci ſinus [13] CLX. M. paſſ. patet. At in tranſverſum ab Elide Epidaurum CXXV. M. ab Olympia Argos per Arcadiam [14] LXIII. mill. Ab eodem loco ad Phliunta dicta menſura eſt. Univerſa autem, velut penſante æquorum incurſus natura in montes VI. atque LXX. attollitur.

1 Antigonia. *Vet.*
2 Gortina: Cartina. *M.*
3 Buphagium, & in *M.* Balium Bucolium. *Ch.*
4 Carnon. Cramnon. *Chiff.* alii Carnion. *M.* vero Charnon.
5 Telpuſa. *Vet.*
6 Pallena: *Ch.*
7 Lampea, *V.*
8 defluens. *V. M. & Ch.*
9 Alithræi. *Ch.*
10 Typhanæi. *Chiff.*
11 in latitudinem.
12 Ægium. Rhegium. *Ch.* & *M.*
13 CXC. *Ch.*
14 LXVIII. *Ch.*

CAP. VII. *Græcia & Attica.*

AB Iſthmi anguſtiis Hellas incipit, [15] noſtris Græcia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte vocata. Attingit Iſthmum parte ſui, quæ

15 à noſtris. *Vet.*

a *Ad oppidum Lechæum Corinthiaci ſinus.*] Utrunque ſcriptum exemplar non *Lechæum* habet, ſed *Regium.* Scribo, *Ægium.* Oppidum eſt in ſinu Corinthiaco, apud Geographos omnes celebre. Meminere & Ariſtoteles, & in Quæſt. Naturalibus Seneca, de terræ quaſſatione diſſerens, & omnes. *Pintian.*

quæ appellatur Megaris, [a] à colonia Megara; è regione Pagarum. Duo hæc oppida excurrente Peloponneſo ſita ſunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis. [1] Pagæi & amplius Ægoſthenienſes contributi Megarenſibus: in ora autem portus Schœnus. Oppida Sidus, Cremyon, Scironia ſaxa [2] III. mill. longitudine, Geranea, Megara, Eleuſin. Fuere & Oenoa, [3] Probalinthos: nunc ſunt ab Iſthmo quinquaginta [4] duo millia paſſ. Pyræeus, & Phalera portus, [5] quinque millia p. muro recedentibus Athenis juncti. Libera hæc civitas, nec indiga ullius præconii amplius: tanta claritas ſuperfluit. In Attica fontes, Cephiſſia, Larine, Calirrhoë, [6] Ennea crunos: montes, Brileſſus, Ægialeus, Icarius, Hymettus, Lycabetus: [7] [b] amnis Iliſſos. A Pyræeo [8] XLII. mill. paſſ. Sunium promontorium, [9] Doriſcum promontorium. [10] Potamos, Brauron quondam oppida. Rhamnus pagus, [11] locus Marathon, campus Thriaſius, oppidum [12] Melita, & Oropus, in confinio Bœotiæ. Cujus Anthedon, Oncheſtos, Theſpiæ liberum oppidum, Lebadea: nec cedentes Athenis claritate, quæ cognominantur Bœotiæ Thebæ, duorum numinum Liberi atque Herculis (ut volunt) patria. Et Muſis natale in nemore Heliconis aſſignant. Datur & his Thebis ſaltus Cithæron, amnis

1 Pagæi et II. paſſibus &c. *Vet.*
2 VI. *Ch.*
3 & Probalinthos, quæ nunc non ſunt, &c. *Vet.*
4 IV. *Ch.*
5 duorum. *Vet.*
6 Enneacros. *Ch.*
7 lacus Selinos. *V. M.* locus. *Ch.*
8 XLV. *Ch.*
9 Doriſcos. *Ch.*
10. *leg. ex Strab.* Potamos, Sterea, Brauron, Ion, &c.
11 *In M. & Vet. deletur.*
12 Miletum. V.

a *A colonia Megara.*] Athenienſes ut aborigenes & indigenas ſeſe oſtenderent, congeſtos in conum capillos, aut mulieres ut Romanæ loquebantur, in tutulum, quod ait Thucydides τεττίγων ἐνέρσει, aureis cicadis, loco fibulæ, adſtringebant: ac in viris quidem crobylos & κρωβύλη id vocabatur: in mulieribus corymbos & κορύμβη: in pueris ſcorpios. Nonnus: ἢ πολὺς ἀΐσσων, περόνην αὐτόχθονα φύτλην χρύσεος ἀμπλέξῃσι κόμαις ἐσφίγξατο τέττιξ. Virg.
Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu
Cecropia tereti nectebat dente cicada.
Et interpr. Ariſtoph. ἱππεῦσιν p. 256. ἔθος ἦν τοῖς Ἀθηναίοις τὸ παλαιὸν τέττιξι χρυσοῖς ἀναδεῖσθαι τὴν κόμην. ὡς Θουκυδίδης. οὕτω οἱ εὐγενεῖς ἐφόρουν παῖδες καὶ ἄνδρες πλέκοντες τὴν κεφαλήν. *Dalec.*

b *Amnis Iliſſos.*] Codex uterque, *Locus ſiliſos*, ut forte legendum ſit, *locus Iliſſos*, ex Stephano, cui eſt *Iliſſos* urbs Atticæ, ubi colerentur Muſæ cognomento *Iliſſides*, Apollodoro auctore. *Pint.*

a *Tana-*

amnis Iſmenus. Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Pſammate, Dirce, Epigranea, Arethuſa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. Montes extra prædictos, Mycaleſſus, Adyliſus, Acontius. Reliqua oppida, inter Megaram & Thebas Eleutheræ, Haliartus, Plateæ, Pheræ, Aſpledon, Hilæ, Thisbe, Erythræ, Gliſſas, Copæ, juxta Cephiſſum amnem Lamia & Anichia: Medeon, Phligone, Grephis, Coronæa, Chæronia. In ora autem infra Thebas, Ocale, Elæon, Scolos, Scœnos, Peteon, Hyriæ, Mycaleſſus, Hyreſeon, Pteleon, [1] Olyros, [a] Tanagra liber populus, & in ipſis faucibus Euripi, quem facit [2] objectu inſulæ Eubœæ, Aulis capaci nobilis portu. Bœotos Hyantas antiquitus dixere. Locri deinde Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephiſſus defertur in mare. Oppida, Opus, [3] unde Opuntinus ſinus, Cynos. Phocidis in litore unum Daphnus. Introrſus in Locris Elatea, & in ripa Cephiſſi (ut diximus) Lilæa, Delphoſque verſus Cnemis & Hiampolis. Rurſus Locrorum ora, in qua Larymna, Thronium, juxta quod Boagrius amnis defertur in mare. Oppida Narycion, Alope, Scarphia. Poſtea Maliacus ſinus ab incolis dictus: in quo oppida, Halcyone, Econia, Phalara. Doris deinde, in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum. Doridis à tergo mons eſt Oeta. Sequitur mutatis ſæpe nominibus Æmonia. Eadem Pelaſgicum Argos, Hellas, eadem Theſſalia, & Dryopis, ſemper à regibus cognominata. Ibi genitus Rex nomine Græcus, à quo Græcia: ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos eoſdem Homerus tribus nominibus appellavit, Myrmidonas,

1 Ollarum. *Ch.*

2 objecta inſula Eubœa. *M.*

3 & ſinus Opuntius. *Ch.*

a *Tanagra liber populus.*] Scribend. *Tanagra liber populus, & in ipſis faucibus Euripi quem facit objecta inſula Eubœa, &c.* Tanagram & Aulida in ora ponit, ubi Oropum pro Tanagra debuit. *Salmaſ.* pag. 148. b.

nas, & Hellenas, & Achæos. Ex his Phthiotæ nominantur Dorida accolentes. Eorum oppida, Echinus in faucibus Sperchii fluminis, Thermopylarum anguſtiæ: [1] quo argumento IV. millia paſſ. inde Heraclea, Trachin dicta eſt. Mons ibi Callidromus: [a] oppida celebria, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne.

1 aquarum argumento.

CAP. VIII. [b] *Theſſalia.*

IN Theſſalia autem Orchomenus, [2] Minyeus antea dictus: & oppidum [c] Almon, ab aliis Elmon, Atrax, Pelinna, fons Hyperia. [d] Oppida, Pheræ, quarum à tergo Pierus ad Macedoniam protenditur, Lariſſa, Gomphi, Thebæ Theſſaliæ, nemus Pteleon, ſinus Pagaſicus. Oppidum Pagaſa, idem poſtea Demetrias dictum, Tricca, Pharſalici campi cum civitate libera, Cranon, Iletia. Montes Phthiotidis, Nymphæus, quodam topiario naturæ opere ſpectabilis: Buzygæus, Donaceſa, Bermius, Daphiſſa, Chimerion, Athamas, Stephane. In Theſſalia ſunt quatuor atque triginta, quorum nobiliſſimi [3] Cerceti, Olympus, [4] Pierus, Oſſa: cujus ex adverſo Pindus & Othrys, Lapitharum ſedes; hi ad Occaſum vergentes: ad [5] Ortus, Pelios: omnes theatrali modo inflexi, [6] cuneatis ante eos ſeptuaginta quinque urbibus. Flumina Theſſaliæ, Apidanus, Phœnix, Enipeus, Onochomus, [7] Pamiſus.

2 Myniius. *Ch.*
3 Cerzei. *Ch.*
4 Pieris. *Ch.*
5 ortum.
6 caveatis. *M. V. Ch.*
7 Lam miſſus. *M. & Ch.*

a *Oppida celebria Hellas, Halos.*] Male: jam enim à multo ſæculorum numero deſierat eſſe *Hellas* urbs, & Plinius de oppidis, quæ non amplius extant, nunquam loquitur in præſenti, ſed ſemper ait, *interiit* vel *fuit*: ergo legatur: *oppida celebria, Hallos, Halos*: quod quidam non concoquens mutavit in *Hellas*. Palmer.

b *Theſſalia.*] Gerbel. deſcrip. Græc. lib. 2. pag 41. Pancirol. ſuper notic. lib. 1. cap. 137. *Dalec.*

c *Almon.*] Eſt & Almon Romæ fluviolus, quo mater Deûm 6. Kal. April. lavatur. Lucanus 1. *Et lotam parvo revocant Almone Cybelen.* Claudianus in bello Gildovico: *Prælatoque lavas Phrygios Almone leones.* Brod. cap. 26. lib. 2. Steph. Bœotiæ urbem eſſe ait Hellanicum laudans auctorem, qui tamen perperam Salmonem etiam dici velit. *Idem.*

d *Oppida Pheræ, quarum à tergo Pierus, &c.*] Lege: *Oppida Thera, quarum à tergo Pieru ad Maced. &c.* Salmaſ. pag. 152. b.

a *Nemo-*

ſus. Fons [1] Meſſeis. Lacus Bœbeis. Et ante cunctos claritate Peneus, ortus juxta Gomphos: interque Oſſam & Olympum [a] nemoroſa convalle defluens quingentis ſtadiis, [2] dimidio ejus ſpacio navigabilis. In eo curſu Tempe [3] vocantur quinque mil. paſſuum longitudine, & ferme ſeſquijugeri latitudine, ultra viſum hominis attollentibus ſe dextera lævaque leniter convexis [4] jugis. [b] Intus ſua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. [c] Accipit amnem [d] [5] Euroton, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem (ut dictum eſt Homero) brevi ſpatio portatum abdicat: pœnales aquas dirisque genitas, argenteis ſuis miſceri recuſans.

1 Neſſon. V.

2 dimidio navigabilis. Spatia ejus in eo. *M.*

3 vocant. *M.*

4 jugis, in-culve.

5 *Alias*, Eurotam, *ut apud Strabonem.* Horcon. *Ch. & M.* Europum. *Strab. epit. vide Delr. ſuper Sen. trag. par. ult pag.* 469.

Cap. IX. *Magneſia.*

Theſſaliæ annexa Magneſia eſt, cujus fons Libethra. Oppida, Iolcus, Hormenium, Pyrrha, Methone, Olizon. [e] Promontorium Sepias. Oppida,

a *Nemoroſa convalle defluens.*] Aulona vocat Herodotus libro 7. nempe anguſtum, oblongum, depreſſum locum. Rhod. cap. 5 12. *Dalec.*

b *Intus ſua luce viridante, allabitur Peneus viridis calculo.*] Archetypum Tolet. *Intus vero luco viridante. Allabitur Peneus vitreus calculo.* Codex Salmant. *Hac labitur Peneus, &c.* Pint. Legendum: *intus ſub luco viridante adlabitur Peneus vitreis calculis, amœno circa ripas gramine, &c.* Salmaſ. p. 153. a.

c *Accipit amnem Euroton.*] Sic quidem Hermolaus legit ex auctoritate Strabonis. Cæterum in Strabone ego non *Euroton* invenio, ſed *Eurotam*, eodem quo ille Lacedæmonius nomine. Innominatus autem ſcriptor apud Græcos, qui Strabonis Chreſtomathias, hoc eſt, collectanea ſive ſelecta compoſuit, vir doctus & accuratus, non *Eurotos* in Strabone, neque *Eurotas* legit, ſed *Europos*, à quo magis ſto: nam oppidum etiam eſt in Macedonia *Europos ad Axium amnem*, de quo paulo poſt *cap.* 10. Plinius, item Ptolemæus & Stephanus. Titareſius hic ab Homero primo Iliados vocatur. Lucanus quoque noſter in ſexto:

Solus in alterius nomen cum venerit undas
Cuſtodit Titareſius aquas.

Quo loco Hermolaus & Lucani interpretes fraudato fluvii nomine una ſyllaba, *Titareſum* perperam legunt, non advertentes, rationem verſus defendi Synizeſi, figura apud poëtas uſitatiſſima. *Pint.*

d *Euroton.*] Τιταρήσιον vocat Strabo, & λιπαρὸν εἶναι ſcribit, ἐκ τινὸς ἴλυος, ὥστε οὐ συμμίγνυσθαι. Bituminoſus is liquor eſt, cujus pinguedine innatat. Homero 1. Iliad. Titareſius etiam dicitur, ut & Lucano lib. 6. fontem hunc auctor vocat lib. 57. cap. 2. *Dalec.*

e *Promontorium Sepias.*] In eo promontorio Peleum cum Thetide, ſemel concubuiſſe, Achillemque genuiſſe tradit Euripides. Inde nata fabula eſt Apollodoro, Peleum cum ea in ſeplam mutata rem habuiſſe. Rhodig. cap. 6. lib. 24. In mei Apollodori Biblioth. lib. 3. non niſi in varias formas mutatæ, ignis, aquæ aut feræ cujuſpiam mentio fit. *Idem.*

da, [1] Caſtana, Spalatra. Promontorium Æantium. Oppida, Melibœa, Rhiſus, Erymne: Oſtium Penei, oppida Homolium, Orthe, Theſpiæ, [2] Phalanna, Thaumaciæ, Gyrton, Cranon, Acarne, [3] Dotion, Melitea, Phylace, Potniæ, Epiri, Achaiæ, Atticæ. Theſſaliæ in porrectum longitudo [4] quadringentorum octoginta mil. paſſ. traditur, latitudo ducentorum octogintaſeptem millium.

Cap. X. [a] *Macedonia.*

Macedonia poſtea centum quinquaginta populorum, duobus inclita regibus, quondamque terrarum imperio, Emathia antea dicta. Hæc ad Epiroticas gentes in Solis occaſum recedens poſt terga Magneſiæ atque Theſſaliæ, infeſtatur à Dardanis. Partem ejus Septentrionalem Pæonia ac [5] Pelagonia protegunt à Triballis. Oppida [6] Ægæ, in quo [7] mos ſepelire reges: Berœa: [8] & in regione quæ Pieria appellatur à nemore, Æginium. In ora Heraclea, flumen Apilas: Oppida, [9] Phina, Oloros. Amnis Haliacmon. Intus Haloritæ, Vallei, Phylacei, Cyrrheſtæ, Tiriſſei. Pella colonia. Oppidum Stobi civium Rom. Mox [10] Antigonia, Europus ad Axium amnem, eodemque nomine, [11] per quod Rhœdias fluit. [12] Heordeæ, Scypra, Mieza, Gordiniæ. Mox in ora Ichnæ, fluvius Axius. Ad hunc finem Dardani, Treres, Pieres, Macedoniam accolunt. Ab hoc amne Pæoniæ gentes. [13] Paroræi, Heordenſes, Armopii, Pelagones, Mygdones. Montes, Rhodope, Scopius, Orbelus. Dein præjacente gremio terrarum, Arethuſii, Antiochienſes, Idomenenſes, [14] Doberienſes, Trienſes, Allantenſes, Audariſtenſes, Morylli, [15] Gareſci, Lyn-

1 Caſtanea. V. Caſiana. *M.*
2 Palinna. *Cb.* Thome. *V. addit.*
3 Dorion. *Cb.*
4 ccix. *Cb.*
5 Paflagonia. *M.*
6 Ægia. *Cb.*
7 ſepelirimos. *Cb.*
8 &, *in M. del.*
9 Cinna. Eloros. V.
10 Antigone. V. Antigonea. *Cb.*
11 aliud per, &c V.
12 Phorbæ. V.
13 Parocei. *Cb.*
14 Doberes, Eſtrienſes. *V. Herm.*
15 Gareſti. *Cb.*

a *Macedonia.*] De hac Nic. Gerbel. deſcrip. Græc. lib. 2. Sigon. de ant. jur. provinc. lib. 2. c. 8. & Pancir. ſuper notic. lib. 1. c. 135. & Onuph. Panvin. de Imp. Rom. pag. 775. *Idem.*

a In

Lynceſtæ, Othrionei & liberi Amantini atque Oreſtæ; coloniæ Bullidenſis & Dienſis: Xilopolitæ, Scotuſſæi liberi, Heraclea Sintica, Tymphei, Coronæi.[a] In ora ſinus [1]Macedonici oppidum Chalaſtra, & intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Theſſalonica, liberæ conditionis. Ad hanc à Dyrrachio CXIV. millia paſſuum Therme. In Thermaico ſinu oppida, Dicæa, [b] Pydna, [2]Derrha, [3]Scione. Promontorium Canaſtræum. Oppida, [4] Pallene, Phlegra. Qua in regione montes, Hypſizorus, Epitus, Alchione, Leuomne. [c] Oppida, Niſſos, [4]Brygion, Eleon, Mendæ, & in [5]Pallenenſi Iſthmo quondam Potidæa, nunc Caſſandria colonia: Anthemus, Holophyxos ſinus, Mecyberna. Oppida [6]Phiſcella, Ampelos, Torone, [7]Singos: fretum, quo montem Athon Xerxes rex Perſarum continenti abſcidit, in longitudine paſſuum M. D. Mons ipſe à planitie excurrit in mare LXXV. mill. paſſ. Ambitus radicis centum quinquaginta mill. colligit. [d] Oppidum in cacumine fuit [8] Acrothon, nunc ſunt Uranopolis, Palæotrium, Thyſſus, Cleone, Apollonia, cujus incolæ Macrobii cognominantur. Oppidum Caſſera, fauceſque alteræ Iſthmi, [9] Acanthus, Stagira, [10] Sitone, Heraclea, & regio Mygdoniæ ſubjacens, in qua recedentes à mari Apollonia, [11] Arethuſa. In ora rurſus Poſidium, & ſinus

1 Macedonica oppida. *Tol.*
2 Deris. V.
3 Creſtone.
4 Phrix. *Cb.*
5 Pallenes. *Pint.*
6 Mycella. *Cb.*
7 Soggoſtedes. V. Siggoſtolos. *Cb.*
8 Acroathon *Pomponio, Quidam leg.* Acrothon, *cujus incolæ Macrobii cognominantur.* Nunc ſunt Uranopolis, Palæo. Thyſ. Cleo Oppida Caſ.
9 Acanthus, Singus, Suagyra, Sitone *Quidam legunt.*
10 Sithonia. *Pin.*
11 Erechiſa. *Cb.*

a *In ora ſinus Macedonici oppidum Chalaſtra.*] Legendum ex apographo Tolet. *In ora ſinus, Macedonica oppida Chalaſtra, &c.* Nec temere additum *Macedonica*, ob vicinitatem Thraciæ & Macedoniæ. Nam Stephanus Chalaſtram Thraciæ contribuit non Macedoniæ. *Pint.*

b *Pydna, Derrha, Scione.*] Paullo poſt in mentione Pallenes reddetur *Scione.* Hic non *Derrha, Scione,* ſed *Creſtone* legendum puto, ex Herodoto in Polymnia. Meminit etiam Stephanus. *Idem.*

c *Oppida, Niſos, Brygion, Eleon, Mende.*] Locus eſt corruptiſſimus, non minus in ſcriptis quam impreſſis codicibus. Diximus in Pomponium videri nobis legendum, *Sane, Aphitis, Scione, Mende,* ex Herodoto & Strabone in collectaneis. *Idem.*

d *Oppidum in cacumine fuit Acrothon.*] Notandum, poſt hæc verba ſubſequi debere illa, quæ per errorem paulo poſt ab imperitis librariis poſita ſunt: *cujus incola Macrobii cognominantur*, ex Pomponio, Luciano, Solino. *Idem.*

[1] libera gens. V.

ſinus cum oppido Cermoro, Amphipolis [1]liberum, gens Biſaltæ. Dein Macedoniæ terminus amnis Strymon, ortus in Hæmo. Memorandum, in ſeptem lacus eum fundi, priuſquam dirigat curſum. Hæc eſt Macedonia, terrarum imperio potita quondam, hæc Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucaſum tranſgreſſa: hæc in Bactris, Medis, Perſis dominata, toto Oriente poſſeſſo: hæc etiam Indiæ victrix, per veſtigia Liberi patris atque Herculis vagata: hæc eadem eſt Macedonia, cujus uno die Paulus Æmilius Imperator noſter ſeptuaginta duas urbes direptas vendidit. Tantam differentiam ſortis præſtitere duo homines.

CAP. XI. [a] *Thracia.*

[2] ad Biſaltas. Ch.
[3] ima. Pang. mont. Ch.
[4] Orbelia. Vet. ad.
[5] Othryſarum. V.
[6] fundit. Ch.

THracia ſequitur, inter validiſſimas Europæ gentes, in ſtrategias L diviſa. Populorum ejus, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextro latere Denſeletæ & Medi, [2]Biſaltas uſque ſupra dictos: Lævo, Digeri, Beſſorumque multa nomina ad Neſtum amnem [3] Pangæi [4] montis ima ambientem, inter Elethos, Diobeſos, Carbileſos; [b] inde Bryſas, Sapæos, Odomantes. [5] Odryſarum gens [6] infundit Hebrum, accolentibus Carbiletis, Pyrogeris, Drugeris, Cænicis, Hypſaltis, Benis, Corpillis, Botiæis, Edonis. Eodem ſunt in tractu Selletæ, Priantæ, Doloncæ, Thyni, Celetæ majores Hæmo, minores Rhodopæ ſubditi. Inter quos Hebrus amnis. Oppidum ſub Rhodope Poneropolis antea, mox à conditore Philippopolis, nunc à ſitu Trimon-

a *Thracia.*] Pancirolus ſuper Notic. lib. 1. c. 132. Onuph. Panvin. Imp. Rom. p. 783. *Dalecamp.*

b *Inde Bryſas, Sapaos, Odomantes, Odryſarum, &c.*] Lege: *Inde Bryſas, Sapaos, Odomontes. Odryſarum gens fundit Hebrum, accolentibus Carbiletis, Pyrogeris, &c.* Salmaſ. pag. 158. b.

[1]Trimontium dicta. [a] Hæmi excelſitas ſex mill. paſſuum ſubitur. Averſa ejus & in Iſtrum devexa Mœſi, Getæ, Aoti, Gaudæ, Clariæque, & ſub iis Arræi, Sarmatæ, quos Areatas vocant, Scythæque: & circa Ponti litora Moriſeni, Sithoniique Orphei vatis genitores obtinent. Ita finit Iſter à Septentrione. Ab Ortu Pontus ac Propontis. A Meridie Ægæum mare, cujus in ora à Strymone, Apollonia, Oeſima, Neapolis, [2] Paſtos. Intus Philippi colonia: abſunt à Dyrrachio CCCXXV. mill. paſſ. [3] Scotuſa, Topiris, Neſti amnis oſtium. Mons Pangæus. Heraclea, Olinthos. Abdera libera civitas, ſtagnum Biſtonum & gens. Oppidum fuit [4] Tinda, Diomedis equorum ſtabulis dirum. Nunc ſunt Diceæ, Iſmaron, locus Parthenion, Phaleſina, Maronea, prius Ortagurea dicta. Mons, Serrium & Zone, [b] tum locus Doriſcus [5] decem mill. hominum capax. Ita Xerxes ibi [c] dinumeravit exercitum. Os Hebri. [d] Portus Stentoris. Oppidum [e] Ænos liberum cum Polydori tumulo, Cyconum quondam regio.

1 Termontium. V.
2 Batos. Ch.
3 civitas. Vet. addit.
4 Tyrida. Ch.
5 centum viginti. V.

a *Hæmi excelſitas.*] Hæmus hodie Turcis Balkam, Sclavonibus Konnuila, Kumoviza, Ortel. ubi plura *Dalec.*

b *Tum locus Doriſcus, cxx. millia hominum capax.*] Sic legunt alii, ſed utrumque exemplar rectius, *decem millia hominum capax.* Nota eſt apud Herodotum hiſtoria dinumerati à Xerxe, apud Doriſcum Thraciæ, exercitus per myriadas, hoc eſt x. M. Ammianus quoque Marcellinus libro duodevigeſimo: *Quouſque nobis Doriſcum Thraciæ oppidum, & agminatim intra conſepta exercitus recenſitos Græcia fabuloſa numerabis?* Pint.

c *Dinumeravit exercitum.*] In eum locum ſingulas myriadas advocans, ut ea ratione tam numeroſum exercitum recenſeret, nec falleretur. *Dalecamp.*

d *Portus Stentoris*] Vetus lectio, *Portus tentoris.* Hermolaus caſtigavit, *Portus Stentoris.* probe, ſed caſtigationis confirmatio non probat: *quia Herodotus*, inquit, *lacum in Thracia Stentoridem appellat.* quaſi innuat, & lacum & portum cognomines eſſe, & Stentoris hoc loco rectum eſſe. Nos contra, *Stentoris* patrium eſſe caſum arbitramur: & dici à Plinio *Portus Stentoris*, ut à Virgilio *urbem Patavi.* Liquet id ex Ovidio primo Triſtium:

Saltus ab hac terra brevis eſt Stentora petenti.

A quo loco, non aliunde, petenda fuit Hermolao, caſtigationis ſuæ probatio. Hoc autem Hermolai erratum, Ovidianum etiam interpretem in errorem traxit, qui *Stentora* illic pro *Stentorida* poſitum ait. Nam rationem ſyllabæ vis immutabilis ſequentis tuetur. *Pint.*

e *Ænos.*] Crediderim Ænea, quam Dionyſius in Cherſonneſo Pallene ſcribit ab Ænea fuiſſe conditam: ab ea vero Æneadas vocatos, Stephanus tradit: Æneatas autem Livius & Dionyſius. Turn. c. 6. lib. 17. *Dalec.*

a Nanque

regio. A Doriſco incurvatur ora ad Macron Tichos centum viginti duorum mil. paſſ. Circa quem locum fluvius Melas, à quo ſinus appellatur. Oppida Cypſella, Biſanthe, Macron Tichos dictum, qua à Propontide ad [1] Melanem ſinum inter duo maria [2] porrectis muris, procurrentem excludit Cherroneſum. [a] Nanque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, ubi Iſter amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte urbes habet Iſtropolin Mileſiorum, Tomos Calatinque, quæ antea Acervetis vocabatur. Heracleam habuit, & Bizonem terræ hiatu raptam: nunc habet Dionyſopolin, [3] Crunos antea dictam. Alluit Ziras amnis. Totum eum tractum Scythæ Aroteres [4] cognominati tenuere. Eorum oppida Aphrodiſias, Libiſtos, Zigere, [5] Borcobe, Eumenia, Parthenopolis, Gerania, ubi Pygmæorum gens fuiſſe proditur, [6] quos Catizos Barbari vocant, creduntque à gruibus fugatos. In ora à Dionyſopoli eſt Odeſſus Mileſiorum. Flumen Pamiſus. Oppidum Tetranaulochus. Mons Hæmus vaſto jugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Ariſtæum. Nunc in ora Meſembria, Anchialum, ubi Meſſa fuerat. Aſtice regio. [7] Fuit oppidum Anthium, nunc eſt Apollonia. Flumina Paniſſa, Rira, Tearus, Oroſines. [b] Oppida, Thynnias, Almedeſſos, Deuelton cum ſtagno, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum: Phinopolis, juxta quam Boſphorus. Ab Iſtri oſtio ad os Ponti paſſ. DLV. mill. alii fecere. Agrippa adjecit quadraginta.

1 Meleam. Ch.
2 porrectus murus. Ch.
3 Crunon. V. Ch.
4 dicti. V.
5 Rocobe. V.
6 proditur. Cattuzos. V. Ch.
7 habuit. Ch.

a *Nanque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, &c.*] Lege: *Namque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, ubi Iſter amnis immergitur, tres pulcherrimas in ea parte urbes habet, Iſtropolin Mileſiorum, Tomos, Calatinque quæ antea Ceraſtis vocabatur.* Vide Iſ. Voſſium in Melam, pag. 125.

b *Oppida, Thynnias, Almedeſſos.*] Vetus lectio, *Halmydeſſos.* Hermolaus *Salmydeſſos* emendat ex Stephano & Strabone. Sed habet prior lectio ſuos etiam aſſertores, Ptolemæum & Pomponium, Item Sophoclis enarratorem in Oedipo tyranno: qui (quod notandum eſt) cum i, in penultima, *Halmydiſſos* profert: quod & ipſum facit etiam Xenophon ſexto aſcenſus Cyri. *Pint.*

a *Ab*

ginta. Inde ad murum ſupra dictum centum quinquaginta, [a] ab eo Cherroneſus CXXVI. mill. Sed à Boſphoro ſinus [1] Gaſthenes. Portus [2] Senum & alter qui mulierum cognominatur. [b] Promontorium Chryſoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea [3] Lygos dictum. Abeſt à Dyrrachio ſeptingentis undecim millibus paſſuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare & Propontidem. Amnes, Bathynias, [4] Pydaras, ſive Atyras. Oppida, Selymbria, Perinthus.

1 Leoſthenes. V.
2 Ceron. Tol. Serium. Pint.
3 Longos. V.
4 Pidaras & Atyras, ſive Thydas. V.

a *Ab eo Cherroneſus cxxvj. M. paſſ.*] Ita Hermolaus, cum antea, *cerron eſt*, non *Cherronneſus* ſcriptum eſſet. Cæterum Hermolai caſtigatio nullo modo tolerari poteſt. Nam ſi Macrontichos inde appellatus eſt, quod (ut paulo ante dixit) porrectis muris à Propontide ad Melana ſinum, procurrentem excludit Cherronneſum, neceſſe eſt ut Macrontichos prope ipſam ſit Cherronneſum, vel in ipſa potius Cherronneſo. Vellem igitur dicat mihi Hermolaus, ſi hoc datur, quomodo poſſit Cherronneſus à Macrontichos tot millium intervallo ſubmota eſſe? Quod ſi non regionem Hermolaus, ſed urbem Cherronneſum accipit, par ratio eſt. Nam quum Cherronneſus urbs in ipſo ſita ſit Cherronneſi regionis Iſthmo, auctore Stephano, & itidem Macrontichos ſit in ipſo Iſthmo, ſi longo muro Macrontichos excludit Cheronneſum, qua (obſecro) parte excluſio illa ſit? nempe in ipſo Iſthmo. Cum igitur in confeſſo ſit & Macrontichos & Cherronneſum urbem in eodem Iſthmo eſſe, & anguſtiæ hujus Iſthmi ſint ejuſdem ſpacii cum Iſthmo Peloponneſi, ut mox ſubjunget, & latitudo Iſthmi Peloponneſi ſit V. M. paſſ. ut ſupra retulit hoc volumine, capite quarto, conſequitur ut nullo modo Macrontichos abeſſe à Cherronneſo queat (ſive regionem Cherronneſum ſive urbem accipias) CXXVI. M. paſſ. Quapropter expenſis ad amuſſim, ut ajunt ſupradict. Plin. locis, & item veteris utriuſque codicis lectione, in qua habetur, *ab eo cerron eſt*, adducor ut putem non *cerron* hic, ſed *Serrium* legendum eſſe. Regreditur enim hic Plinius ad initium ſeptentrionale Thraciæ, quod eſt Iſtri oſtium, ut ab eo dinumeret locorum in ora inſignium diſtantias, excluſa Cherronneſo. Diſtare igitur tradit ab oſtio Iſtri fluvii, os Ponti DLV. M. & ab ore Ponti uſque ad Macrontichos, hoc eſt Iſthmum Cherronneſi, eſſe CL. M. & ab Iſthmo per oram ipſam, excluſa Cherronneſo, Serrium uſque promontorium CXXVI M. Quod mire quadrat cum præcedentibus Plinii verbis, hoc capite non multo ante: *A Doriſco incurvatur ora ad Macrontichos, cxxij* Nam Doriſcus locus propinquus admodum eſt Serrio promontorio, inter ipſum poſitus & Cherronneſum, & ob id minus diſtans à Longo muro quam Serrion. Doriſcus enim abeſt à Macrontichos, ſeu Longo muro, CXXII. M. paſſuum, ut dixit: Serrium autem, IV. M. amplius. Unde liquet Serrion à Doriſco quatuor tantum millibus paſſ. diſtare. Quod autem tenui intervallo ſubmota à ſe invicem ſunt Serrion & Doriſcus, patet, tum ex Plinio, qui hoc capite poſt Serrium & Zonem ſubjicit ſtatim Doriſcum, tum etiam ex Herodoto in Polymnia, unde mutuatus eſt omnia hæc Plinius. Cujus verba etſi alioqui (niſi ſumma neceſſitate cogente) perquam invitus id faciam, faſtidio lectorum parcens, libuit hic ſubtexere ad majorem rei confirmationem: *Naves quidem omnes, quæ ad Doriſcum appulſæ fuerant, navarchi Xerxis juſſu ad littus applicuerunt Doriſco contiguum, in quo Sale urbs Samothracum & Zone, & ultimum ejus ora promontorium* Serrium. *Pintian.*

b *Promontorium Chryſoceras.*] Scribe: *Chryſeon Ceras.* Salmaſ. pag. 165. b.

thus latitudine ducentorum [1] paſſuum continenti adnexa. Intus Byzia, arx regum Thraciæ, à Terei nefaſto crimine inviſa hirundinibus. Regio Cænica, colonia Flaviopolis, ubi antea Zela oppidum [2] vocabatur. Et à Byzia quinquaginta millia paſſuum Apros colonia, quæ à Philippis abeſt centum octoginta octo mill. p. At in ora amnis [3] Erginus, [4] [a] oppidum fuit Gonos: deſeritur & Lyſimachia jam in Cherroneſo. [b] Alius nanque ibi Iſthmos anguſtia [5] ſimili eſt, eodem nomine & pari latitudine. Illuſtrant duæ urbes utrinque litora, quæ haud diſſimili modo tenuere, [c] Pactiæ à Propontide, Cardia à Melane [6] ſinu: hæc ex facie loci nomine accepto: utræque comprehenſæ poſtea Lyſimachia quinque mill. paſſ. à Longis muris, Cherronnesos à Propontide habuit Tyriſtaſin, Crithorem: [7] Ciſſam flumini [8] Ægos appoſitam: nunc [9] habet à colonia Apro [10] XXXII. mill. p. [d] Reſiſton ex adverſo coloniæ

1 pedum. Ch.
2 in Man. del.
3 Eginus.
4 oppidum Ganos. Fuiſſe fertur & Lyſymachia. in V.
5 ſimilis. Ch.
6 ſinu. Hæ. V.
7 Ciſſam. V.
8 Ægo. V.
9 abeſt.
10 XXII. Ch.

a *Oppidum Gonos.*] Utrumque exemplar ſcriptum, *Ganos* legit. Hermolaus *Genos* ſubſtituit. Nos antiquam lectionem defendimus, tum ex Xenophonte, ſeptimo aſcenſua Cyri, Ganon eam nominante. *Tradam*, inquit, ei *Biſanthon*, *& Ganon*, *& novum murum.* Pintian.

b *Alius nanque ibi Iſtmos anguſtia ſimili eſt, &c.*] Legend. *Alius namque ibi Iſthmos anguſtia ſimilis, eodem nomine eſt: pari latitudine illuſtrant duæ urbes utrinque littora: haud diſſimili modo tenuere, Pactye à Propontide, Cardia à Melane ſinu.* mox ſeqnitur: *utraque comprehenſa poſtea Lyſimachia quinque millibus paſſuum longu muru.* Dicit Cardiam & Pactyen Lyſimachia comprehenſas fuiſſe muris longis quinque millibus paſſuum. Salmaſ. p. 167. a.

c *Pactia à Propontide, Cardia à Melane ſinu. Hac ex facie loci nomine accepto, utraque compreſſa.*] Scribendum, *Pactye*, numero unitatis, ex omnibus agminatim geographia. Verba autem poſtrema *utraque*; *compreſſa*, mendoſiſſima eſſe arbitror, quicquid ſentiat hoc loco Hermolaus: qnod (pax ſit dixiſſe) & frivolum eſt, & nihil colligens. Ego autem non dubitabo ſententiam hic meam aperte dicere: appellent me divinum, ſive quo magis nomine libuerit, modo ſciant in rerum omnium cognitione, majorem partem conjectatione divinationeque conſtare. Puto igitur verbis illis, cauſam aſſignari, cur Pactye urbs ſic dicta ſit, quod idem in Cardia urbe fecerat, ſcribendumque, *altera à compreſſu*, ſive quod ob anguſtias loci, domus ipſæ inter ſe eſſent compreſſæ & ſtipatæ (ut de Arado inſula Strabo & Pomponius tradunt. Quantum patet, totam eſſe oppidum, tantamque eſſe habitatorum multitudinem, ut domoa multis tabulatis ſublimes inhabitent, & ſuper aliena tecta ſedem ponere liceat) ſeu quod in ipſis Iſthmi faucibus ſita, compreſſa quodam modo & arctata ſit, à verbo Græco πηύx). *Pintian.*

d *Reſiſton ex adverſo colonia Pariana.*] *Rhedeſton* forte potius quam *Reſiſton* legi debet, ex Ptolemæo: qui Biſanthen ſic quoque cognominatam tradit, ut in

Pompo-

loniæ Parianæ. Et Helleſpontus, ſeptem (ut diximus) ſtadiis Europam ab Aſia dividens, quatuor [1]illic inter ſe contrarias urbes habet, in Europa Callipolin & Seſton, & in Aſia Lampſacum & Abydon. Dein promontorium Cherroneſi Maſtuſia adverſum Sigeo, cujus in fronte obliqua Cynoſſema: ita appellatur [a]Hecubæ tumulus, ſtatio Achæorum. Turris & delubrum Proteſilai. Et in extrema Cherronneſi fronte, quæ vocatur Æolium: oppidum Elæûs. Dein petenti Melânen ſinum, portus Cœlos & Panhormus, & ſupra dicta Cardia. Tertius Europæ ſinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos Thraciæ Edonus, Gigemoros, Meritus, [2]Melamphyllon. Flumina in Hebrum cadentia Bargus, Suemus. Macedoniæ, Thraciæ, Helleſponti [3]longitudo ſupra dicta. Quidam ſeptingentorum viginti mil. faciunt. Latitudo trecentorum octoginta trium mil. eſt. Ægæo mari nomen dedit ſcopulus [4][b]inter Tenedum & Chium verius, quam inſula, [c]Aex nomine à ſpecie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repente in [5]medio mari exiliens. Cernunt eum à dextra parte Andrum navigantes ab Achaia, dirum ac peſtiferum. Ægæi pars [6]Myrtoo datur: appellatur ab inſula parva, quæ cernitur Macedoniam à Gereſto petentibus, haud procul Eubœæ Charyſto. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, [7]quodcunque Macedoniam aut Thraciam attingit: Græ-

1 *in M. & Ch. deletur.*

2 Melamphyllos. *Ch.*

3 longitudo eſt ſupra. *Ch.*

4 inter Tenum & Chium.

5 è medio. *Ch.*

6 Myrtoum appellatur. *Vet. item ſupra c. 5.*

7 quacunque. *Ch.*

Pomponium meminimus. Nam auctori, qui Antonini nomine vulgo circunfertur, quantum fidei haberi debeat, alio loco commodius diſputabitur. *Pint.* Nec me movet Solini auctoritas, qua Hermolaus innititur. Cujus ſcriptis (niſi Plinium tranſcriberet) tam parum deferrem, ut minus nequirem. *Pint.*

a *Hecuba tumulus, &c.*] Lege: *Hecuba tumulus, Statio Achaorum, & turris delubrum Proteſilai.* Salm. ibid.

b *Inter Tenedum & Chium.*] Vetus uterque codex, *Inter Tenum & Chium.* quæ lectio placet magis quam prior.

c *Aex nomine à ſpecie capra, &c.*] Legend. *Et Aex nomine à ſpecie capra, qua ita Gracis appellatur è medio mari exiliens, cernunt eum à dextera parte Antandron navigantes ab Achaia, &c.* Vide Salmaſ. pag. 168.

Græcienſe, qua Græciam alluit. Nam Græci & Ionium dividunt in Siculum, ac Creticum, ab Inſulis. Item Icarium, quod eſt inter Samum, & [1] Myconum. Cætera nomina ſinus dedere, quos diximus. Et maria quidem genteſque in tertio Europæ ſinu ad hunc modum ſe habent.

1 Myconum. V.

Cap. XII.

Inſulæ inter eas terras, inter quas Creta, Eubœa, Cyclades, Sporades, Helleſponti, Ponti, Mæotidis, Daciæ, Sarmatiæ, Scythiæ.

INſulæ autem ex adverſo Theſprotiæ Corcyra, à Buthroto duodecim millia paſſ. eadem ab Acrocerauniis quinquaginta mill. cum urbe ejuſdem nominis Corcyra, liberæ [2] civitatis, & [a] oppido [3] Caſſiope, temploque [4] Caſſii Jovis, paſſ. nonaginta ſeptem mill. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, ſed ad Italiam vergens Thoronos ad Leucadiam [5] Paxæ duæ, quinque M. diſcretæ à Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericuſa, Marate, Elaphuſa, Malthace, Trachie, Pytionia, Ptychia, [6] Tarachie. Et à [7] Phalacro Corcyræ promontorio ſcopulus, in quem mutatam Ulyſſis navem à ſimili ſpecie fabula eſt. Ante Leucadiam Sybota. Inter Leucadiam autem & Achaiam permultæ, quarum Teleboides eædem quæ [8] Taphiæ: ab incolis, ante Leucadiam, appellantur, [9] Taphias, Oxiæ, Prinoëſſa: & ante Ætoliam Echinades, Ægialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionyſſa, Cyrnus, Chalcis, Pinara, [10] Myſtus. Ante

2 conditionis. *Cujacius c. 35. lib. 10. Obſerv. ut & poſtea.*
3 Caſſope. *Strabo. Steph.*
4 Caſſiopæi Jovis.
5 Paxoæ. V.
6 Tarachia. *Ch.*
7 Phalario. *Ch.*
8 Taphiæ ab incolis appellantur. Ante Leucadiam Thaphias (Taphioſis *M.*) Sifarna, Oxiæ. *Pint.*
9 Zaphiotis, Arnoxia. *Ch.*
10 Nyſtrus. *M.*

a *Et oppido Caſſiope, temploque Caſſii Jovis.*] Legendum forte, *temploque Caſſiopæi Jovis.* Nam Caſſiope Ptolemæo & oppidum & promontorium eſt, in quo fortaſſe templum erat Caſſiopæi Jovis. Porro Strabo & Stephanus *Caſſope* enunciant, non *Caſſiope.* Pint. *Et oppido Caſſiope, temploque Caſſii Jovis.*] Illic nunc extat templum divæ Mariæ in Caſſiopo, ædificatum ex ruinis Caſſiopes. *Dalec.*

a *Samo.*]

[1] Ante eas in alto Cephalenia, Zacynthus, utræque liberæ: Ithaca, Dulichium, [a] Same, Crocylea, Paxos. Cephalenia quondam Melæna dicta, undecim mill. paſſ. abeſt, circuitu patet [2] XLIV. Same diruta à Romanis: adhuc tamen oppida tria habet. Inter hanc & Achaiam, cum oppido magnifica & fertilitate præcipua, Zacynthus, aliquando appellata Hyrie, Cephaleniæ à meridiana parte [3] XXII. millia abeſt. Mons Elatus ibi nobilis. Ipſa circuitu colligit [4] XXXVI. millia. Ab ea Ithaca [5] XII. millia diſtat, in qua mons Neritus. Tota vero circuitu patet XXV. mill. paſſ. Ab ea Araxum Peloponneſi promontorium XII. millia paſſ. Ante hanc in alto Aſteris, Prote: ante Zacynthum XXXV. mill. paſſ. in Eurum ventum Strophades duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante Cephaleniam Letoia. Ante Pylum tres Sphagiæ; & [6] totidem ante Meſſenen Oenuſſæ. In Aſinæo ſinu tres Thyrides: in Laconico Teganuſa, Cothon, Cynthera cum oppido, antea Porphyris appellata. Hæc ſita eſt à Maleæ promontorio V. millia paſſ. ancipiti propter anguſtias ibi navium ambitu. In Argolico Pityuſa, Irine, Ephyre: contra Hermionum agrum Tiparenus, [7] Epiropia, Colonis, Ariſtera: contra Trœzenium Calauria, [8] quingentos paſſus diſtans Plateis: [9] Belbina, Laſia, Baucidias. Contra Epidaurum Cecryphalos, [10] Pityoneſos VI. paſſuum à continente. Ab hac [b] Ægina liberæ conditionis XVII. millia p. cujus [11] XX. mill. p. præternavigatio eſt. Eadem autem à Piræeo Athenienſium portu [12] XII. mill. p. abeſt,

1 Ante eas in alto Cephalenia, quæ & ab oppido Same dicta: Zachynthus, utraque libera Ithaca, Dulichium; Crocylea, Paxos, Corcyra quondam Melæna dicta. In Cephalenia Same diruta à Rom. *ſic legendum.*
2 XCIII. *Ch.*
3 XXV. *Ch.*
4 XXXV. *M.*
5 XV. *M. & Ch.*
6 totidem in latere Septentrionali: dextera in Meſſenen Oenuſſa. V.
7 Eperopia. *Ch.*
8 quinquaginta millia paſſ. diſtans à Platæis. V.
9 Bellina. *Ch.*
10 Sitionneſos. V.
11 XIX. *Ch.*
12 XX. *Ch.*

a *Same.*] Ab hac Samei dicuntur ut à Samo Samii. Straboni Same civitas eſt Cephaleniæ. Apud Melam lib. 2. c. 7. Same & Cephalenia magno errore, ut inſulæ duæ diverſæ recenſentur, ac item Neritus & Ithaca, cum Neritus ſit Ithacæ mons: ut patet ex hoc capite. *Dalec.*

b *Æginæ.*] Eam Pericles & Pemades dicebant eſſe Peiræi λήμην, non ut interpres legit apud Plutarchum λιμένα: Samum vero, civitatis ἀπόῤῥωγα: Foſſam, vallum, munimentum. Rhodig. c. 6. lib. 12. *Idem.*

1 Oenopia. V. *Pint.* abeſt, ante [1] [a] Oenone vocitata. Spiræo promontorio objacent Eleuſa, Dendros, Craugiæ duæ,
2 Acæciæ. *Ch.* [2] Cæciæ duæ, Selachuſa, Cenchreis, Aſpis. Sunt
3 Ethurides. Methuriades. *St.* [b] & in Megarico ſinu [3] Methurides quatuor. [4] Æglia autem XV. mill. paſſ. à Cythera eademque à Cretæ
4 Ægialia. Ægila. V. Ægialum. *Ch.* Phalaſarna oppido XXV. mill. paſſ. Ipſa Creta altero latere ad Auſtrum, altero ad Septentrionem verſa, inter Ortum Occaſumque porrigitur, centum urbium clara fama. [c] Doſiades eam à Creta nympha
5 Heſperi filia. [5] Heſperidis filia; Anaximander à rege Curetum;
6 appellavere. V. Philiſtides, Mallotes Crates primum Aëriam di-
7 longitudinem. *Ch.* ctam, deinde poſtea Curetin & Macaron nonnulli
8 cclxxxvii. & octavas quatuor. *ex Apollodoro.* à temperie cœli [6] appellatam exiſtimavere. Latitudine nuſquam quinquaginta millia paſſuum excedens, & circa mediam ſui partem maxime patens,
9 mille quingentos lxxxix. *M. ex recentiorib.* DXX. [7] longitudine implet [8] CCLXX. millia paſſuum; circuitu [9] DLXXXIX. flectenſque ſe in Creticum pelagus

a *Oenone.*] Ab Oenone Aſopi filia, ut ab ejus ſorore Corcyrâ, Corcyra, quæ antea Scheria vocabatur. Dicta eſt & Oenone Oinopia. Ovidius:

Oinopiam Minos petit Æacideia regna.

Pindarus: σὲ δ᾽ ἐς νᾶσον Οἰνοπίας ἤνεγκεν κοίμαζε. Æacum Οἰνώνης βασιλέα in Nemæis. Euripides in Iphigenia: Οἰνώνης πρόμαχον, id eſt, πρόμαχον, προαγωνιστὴν, προστάτην, προηγούμενον. Ζεὺς (inquit) Αἰακὸν δ᾽ ἔφυσεν Οἰνώνης πρόμαχον. Leopard. c. 8. 3. *Idem.*

b *Et in Megarico ſinu Methurides* IV.] Stephano *Methuriades* ſunt, non *Methurides*: ſtatuitque eas prope Trœzenem inter Africam & Æginam. Cæterum quoniam Æginæ mentio occurrit, non ſit mihi fraudi, opem Naſoni periclitanti ferri contra Hermolai auctoritatem, depravare illum volentis. Nam Hermolaus, ubi paulo ante Plinius hujus inſulæ meminit, caſtigare volens Ovidianum illum verſum ſexti transformationum:

Oenopiam veteres appellavere, ſed ipſe Æacus Æginam, &c.

Oenonem dicit in Ovidio legendum, non *Oenopiam*. Nos ei damus, *Æginam* appellatam eſſe *Oeonem*, paſſim id ſcriptorum magna aſſerente caterva, ſed non ideo concedemus *Oenopiam* appellatam non eſſe. Poteſt enim locus unus, quod frequentiſſime contingit duo & plura habere nomina. Æginam autem appellatam eſſe Oenopiam, auctor eſt Pindarus, ſic Æginam alloquens ultimo Iſthmiorum edyllio: *Te autem in inſulam Oenopiam ducens cognovit, ubi peperiſti divinum Æacum gravitonanti patri, præſtantiſſimum omnium mortalium.* Lapſo etiam in eundem errorem Ovidii enarratore. *Pint.*

c *Doſiades eam à Creta Nympha Heſperidis filia; &c.*] Lege ac interpunge, *Doſiades eam à Crete Nympha, Heſperidis filia Anaximander, à rege Curetum Philiſtides Mallotes: Crates Aëriam primum dictam, &c.* Doſiades, qui Κρητικὰ ſcripſerat, Cretam à Crete Nympha indigena ſcil. vocatam dixerat. Anaximander à Crete Heſperidis filia. alii à Crete Jovis & Idææ Nymphæ filio. Vide *Salmaſ.* pag. 169. b.

a *Apte*

pelagus ab ea dictum, qua longiſſima eſt ad Orientem Sammonium promontorium adverſum Rhodo; ad Occidentem Criumetopon Cyrenas verſus expellit. Oppida ejus inſignia, Phalaſarne, Elæa, Cyſamum, Pergamum, Cydon, Minoum, [a] Apteron, Pantomatrium, Amphimalla, Rhythymna, Panhormum, Cyteum, Apollonia, Matium, Heraclea, Miletos, Ampelos, Hierapytna, Lebena, Hierapolis: & in mediterraneo, Cortyna, Phæſtum, Gnoſſus, Polyrrhenium, Myrina, Lycaſtus, Rhamnus, Lyctus, Dium, [1] Aſum, [2] Pyloros, Rhytion, [3] Clatos, Pharæ, Holopyxos, [4] Laſos, Eleuthernæ, Therapne, Marathuſa, [5] Mytinos: & aliorum circiter LX. oppidorum memoria extat. Montes, [6] Cadiſcus, Idæus, [7] Dictæus, Corycus. Ipſa abeſt promontorio ſuo, quod vocatur Criumetopon, ut prodit Agrippa, à Cyrenarum promontorio Phycunte, [8] CCXXV. millia paſſuum. Item Cadiſco à Malea Peloponneſi [9] LXXX. A Carpatho inſula, promontorio Sammonio LX. mill. in Favonium ventum. Hæc inter eam & Rhodum interjacet. Reliquæ circa eam ante Peloponneſum duæ Coricæ, totidem Mylæ: & latere Septentrionali, dextra Cretam habenti contra Cydoniam Leuce, & duæ [10] Budoræ. Contra Matium [11] Cia. Contra Itanum promontorium [12] Oniſa, Leuce: contra Hierapytnam, Chryſa, Caudos. [b] Eodem tractu Ophiuſſa, Butoa,

1 Aſium. *Vet. M.*
2 Phileros. V.
3 Elatos. *Cb.*
4 Alos. V.
5 Gylyſos. *Cb.*
6 Cadiſtus. *M.*
7 Dictinæus. V.
8 cxxv. *Cb.*
9 LXX. *Cb.*
10 Budroæ. *V. aliis* Buto. *ſic Steph.*
11 Dria. *Vet.*
12 Oniſia. *M. Cb.*

a *Apteron.*] Inter Apteron & mare μουσεῖον locus fuit, in quo Sirenæ cum Muſis contenderunt, quæ à Muſis victæ, doloris impatientia ab humeris alis remotis, & abjectis, in mare dederunt præcipites, unde ἀπτέρου nomen, uti refert Stephan. Unde & Auſonius in Grypho ſeu Eidyll. 11. verſ. 21.

Tres volucres, tres ſemidea, tres ſemipuellæ,
Ter tribus ad palmam juſſa certare Camœnis.
Ore, manu, flatu, buxo, fide, voce canentes.

Eademque de re Euſtath. ſuper Iliad. α. p. 64. Paulo aliter tamen Pauſan. Bœot. pag. 308. *Dalecamp.*

b *Eodem tractu Ophiuſſa, Butoa, Rhamnus.*] Vetus lectio, *Ophiuſſa, Buto, Aranus*, lego *Aradus*, non *Aranus*, ex Stephano, qui tres celebrat Arados inſulas: Phœnices, unam de qua ſupra. Alteram in mari rubro. Tertiam prope Cretam. *Pint.*

Butoa, Rhamnus: circunvectiſque Criumetopon, [a]tres [1]Muſagores appellatæ. Ante Sammonium promontorium, Phocæ, [2]Platiæ, Sirnides, [3]Naulochos, Armendon, Zephyre. At in Hellade, etiamnum in Ægæo, Lichades, Scarphia, Mareſa, Phocaria, compluresque aliæ ex adverſo Atticæ ſine oppidis, & ideo ignobiles. Sed contra Eleuſina, clara Salamis, ante eam Pſytalia: à Sunio vero Helene quinque mill. paſſ. diſtans: dein [b]Ceos ab ea totidem, quam noſtri quidam dixere Ceam, Græci & [4]Hydruſſam. Avulſa Eubœæ, quingentis longa ſtadiis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quæ ad Bœotiam vergebant, eodem mari devoratis, oppida habet reliqua, [5]Iulida, Carthæam: intercidere [6]Coreſſus, [7]Pæëeſſa. Ex hac profectam [8]delicatiorem fœminis veſtem, auctor eſt Varro. Eubœa & ipſa avulſa Bœotiæ, [c]tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur, [9]ad Meridiem promontoriis duobus, [d]Gereſto ad At-

ticam

1 Muſagoræ. V.
2 Plachiæ. Syrindes. vet. M.
3 Naumachos. V.
4 Hydruſſam avulſam Eubœæ. Quinquagintis, &c. V.
5 Julide. Strab.
6 Coriſſia. Strab.
7 Prœeſſa. Id.
8 delectationis. M.
9 à Meridie. V.

a *Tres Muſagores appellatæ.*] Legendum, *tres Muſagora appellata* aut certe, ut vetus fere habet lectio, *tres Muſagorus appellant*, ut ſit *Muſagorus* accuſandi caſus Græcus. Nam in Pomponio etiam libentius legerem, *Et quas Muſagorus numero tres uno tantum vocabulo appellant.* Hoc enim melius quam quod Hermolaus ait. *Idem.*

b *Ceos.*] In hac inſula Strabo refert, vetuſta conſuetudine, ſexagenarios potos & coronatos, ſpectantibus neceſſariis ſacro peracto, cicuta hauſta, κωνειαζομένους, quam à necandi celeritate quidam ἐφήμερον vocant, mortem ſibi conſciſcere. Rhodig. cap. 31. lib. 18. Menander, καλὸν τὸ κείνων νόμιμόν ἐστι Φανία, ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς. Meminit & Ælianus lib. 3. Hiſt. & Stephanus in dictione Ἰουλίς. Idem fere mos ſenes ſexagenarios Tiberino è ponte deturbandi apud priſcos Romanos olim quorundam de ſententia obtinuit. unde & Depontani vocati ſunt. Vide apud Feſt. Sexagenar. Nonium dictionem *Caſnares*, pro qua corrupte legitur *Carnales*. De Ceo inſula hæc leguntur apud Strab. lib. 9. *Ceos quaternas continet urbes, inde Tetrapolis vocitata. Duæ vero reſtant, Carthæa ſcilicet, & quam Iulidem appellant: ad quas reliquarum habitatores concurrerunt: Carthaam quidem à Phœeſſa, Iulidem vero è Coriſſia.* Ex Iulide oriundus fuit Simonides primus auctor condendorum carminum. *Dalec.*

c *Tam modico interfluente euripo, ut ponte jungatur.*] Uterque codex, *& tam modico.* Toletanus vero *ponto* legit, non *ponte*: ut non abſurde legi queat, *ita modico interfluente euripo, ut ponto jungat.* Pint.

d *Gereſto ad Atticam vergente & ad Helleſpontum Caphareo inſignis, à ſeptentr. Cenao.*] Puto erratum eſſe in ordine verborum concipiendaque eſſe ad hunc modum, partim ex vetuſtis codicibus, partim

tim

ticam vergente, & Helleſpontum Caphareo inſignis, à Septentrione Cæneo, [1] nuſquam latitudinem ultra XL. millia paſſuum extendit, nuſquam intra xx. millia contrahit: ſed in longitudinem [2] univerſæ Bœotiæ, ab Attica Theſſaliam uſque prætenta in [3] CL. mill. p. circuitu vero trecenta ſexaginta quinque. Abeſt ab Helleſponto parte Cap haræi CCXXV. mill. paſſuum, urbibus clara quondam, Pyrrha, Porthmo, [4] Meſo, [5] Cerintho, Oreo, Dio, Ædepſo, Ocha, Oechalia, nunc Chalcide, cujus ex adverſo in continenti Aulis eſt: Gereſto, Eretria, Caryſto, [6] Oritano, Artemiſio, fonte Arethuſa, flumine Lelanto, aquiſque calidis, quæ Hellopiæ vocantur, nobilis: notior tamen marmore Caryſtio, antea vocitata eſt Chalcodontis, aut Macris, ut Dionyſius & Ephorus tradunt: ut Ariſtides, Macra: ut Callidemus, Chalcis, ære ibi primum reperto: ut Menæchmus, Abantias: ut Poëtæ vulgo, Aſopis. Extra eam in Myrtoo multæ, ſed maxime illuſtres Glauconneſos, & [7] Ægilia. Et à promontorio Gereſto, circa Delum in orbem ſitæ (unde & nomen traxere) Cyclades. Prima earum Andrus cum oppido, abeſt à Gereſto x. mill. p. à Ceo XXXIX. mill. Ipſam Myrſilius Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit; Callimachus, Laſiam, alii Nonagriam, Hydruſſam, Epagrin. Patet circuitu [8] XCIII. mill. paſſ. Ab eadem Andro paſſus mille, & à Delo [9] quindecim mill. Tenos, cum oppido [10] xv. mill. paſſ. porrecta, quam, propter aquarum abundantiam, Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, aliqui Ophiuſſam. Cæteræ [11] Myconos cum monte Dimaſto; à Delo [12] quindecim mil. paſſ. [a] Scyros, Syphnus, [13] ante Meropia, & Acis

1 Nuſquam latitudinem ultra xx. m. paſſ. extendit, nuſquam intra II. m. contrahit. *Vet. adſtipulantibus Strabone & Pomponio. M. legit*, nuſquam infra, &c. *non* intra.

2 univerſa Bœotia.

3 cx. m. *ex recentioribus.*

4 Neſide. V.

5 Ceritho. V.

6 Oroſtane. V.

7 Æglia. *Ch.* Begialis *Ptolomæo.*

8 XCVI. *Ch. ex recentiorib.* XC.

9 x. *ex recentioribus.*

10 in xv. *Ch.*

11 Mycone. V.

12 XVII. V. *aliis* x.

13 antea. *Ch.*

tim ex conjectura: *Geraſto ad Atticam vergente; ad Helleſpontum Caphareo: à* *ſeptentrione Cenæo inſignis.* Pint.

a *Scyros.*] A Scyro vate nominata fuit,

Acis appellata, circuitu [1] viginti octo mill. paſſ. Seriphus duodecim, Præpeſinthus, Cythnos. Ipſaque longe clariſſima, [2] Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata, [a] Delos: [b] quæ diu fluctuata, ut proditur, ſola motum terræ non [3] ſenſit ad M. Varronis ætatem. Mutianus prodidit bis concuſſam. Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit; quoniam repente apparuerit enata. Æglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Aſteriam, [4] Lagiam, Chlamydiam, [5] Cynethum, [6] Pyrpilem igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mil. paſſ. aſſurgit [7] Cyntho monte. Proxima ei Rhene, quam Anticlides Celaduſſam vocat; item Artemiten Helladius. [8] Syros quam circuitu patere viginti millia

1 XL. m. *quibuſdam.*
2 & Cycladum media, ac templo, &c. *Ch.*
3 ſenſit. At M. Varronis ætate Mutianus. *Tol.*
4 Pelaſgiam. V.
5 Cynthum *Steph.* & *M.*
6 Pyrpolon. V.
7 Cinthio monte. *Ch.*
8 Scyros. V.

qui ad Eleuſinos cum Erechteo bellum gerentes ex Dodone profectus in prælio occidit, cum in Phalaro Palladis Scyradis facellum ædificaſſet. Rhod. cap. 23. 28. *Dalec.*

a *Delos.*] Delos Apollinis & Dianæ natalis, quos Latona Titani filia ex Jove peperit. Manilius apud Varronem: Deli gemellos Creta Titano Deos Latona peperit caſto complexu Jovis: ἐνὶ φιλότητι μιγῆσα. *Scal.* Illic fuit ara Cornea, quam inter ſeptem orbis miracula recenſet Martial. lib. 1. c. 1.

Diſſimulatque Deum cornibus ora frequens.

Vide Politian. c. 52. Miſcell. & Callimach. hymno Apoll. verſ. 62. & Diog. Laërt. lib. 8. pag. 313. & ibi Hortibon. *Idem.*

b *Quæ diu fluctuata, ut proditur, ſola motum terræ non ſenſit ad M. Varronis ætatem. Mutianus prodidit bis concuſſam.*] Delum immobilem manſiſſe, ex quo Apollo & Diana in ea nati ſunt, omnibus compertum eſt, vulgatis etiam de ea re Maronis verſibus:

Quam pius arcitenens, oras & littora circum
Errantem, Mycone celſa Gyaroque revinxit,
Immotamque coli dedit & contemnere ventos.

Quo in loco multa Servius. Longa item ejuſce rei commentaria apud Herodotum in libro cui Titulus Erato, citato oraculi verſu:

Movebo Delum, immobilem quamquam.

Et longior apud Senecam ſexto Naturalium quæſtionum. His prædictis, videntur mihi Pliniana verba ſic ſcribenda: *Quæ diu fluctuata, ut proditur, ſola terra motum non ſenſit. At M. Varronis ætate Mucianus prodidit bis concuſſam.* ſtipulante etiam Toletano archetypo, in quo *At* legitur, non *Ad.* Nam ſi accipiamus Delum, à quo tempore immobilitate donata fertur, immunem terræmotus uſque ad M. Varronis ætatem duraſſe, neceſſe habebimus crimen falſi intendere, tum Herodoto, qui allegato libro ſcribit, quo tempore Datis exercitum duxit adverſus Græciam, Delum concuſſam eſſe, præſagium videlicet futurarum Græciæ calamitatum (Datin vero multo ante M. Varronis tempora fuiſſe, nemo eſt qui ignoret) tum etiam Thucydidi, qui ſecundo belli Peloponneſiaci, Delum ait circa ejus belli tempora tremuiſſe. Item Calliſtheni philoſopho, qui inter multa prodigia, quibus denunciata eſt duarum urbium Helices & Buræ everſio, maxime notabilia fuiſſe prodidit columnam immenſi ignis, & Delon agitatam. *Pintianus.*

a *Phocuſ-*

millia paſſ. prodidere veteres, Mutianus centum ſexaginta. Oliaros, Paros cum oppido, ab Delo XXXVIII. mil. marmore nobilis, quam primo [1] Pactiam, poſtea [2] Minoida vocarunt. Ab ea ſeptem mil. quingentis Naxus, à Delo XVIII. cum oppido, quam Strongylen, dein Dian, mox Dionyſiada à vinearum fertilitate, alii Siciliam minorem aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu [3] ſeptuaginta quinque mill. paſſ. dimidioque major eſt quam Paros. Et hactenus quidem Cycladas ſervant: cæteras, quæ ſequuntur, Sporatas. Sunt autem Helene, [4] Phocuſſa, [5] Phæcaſia, Schinuſſa, [a] [6] Phalegandros; & à Naxo decem & ſeptem mil. paſſ. Icaros, quæ nomen mari dedit, [b] tantundem ipſa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amiſſo: ante vocata Doliche, & Macris, & Ichtyoeſſa. Sita eſt ab exortu ſolſtitiali, à Delo quinquaginta mil. paſſ. Eadem à Samo triginta quinque mil. Inter Eubœam & Andrum [7] decem mill. paſſ. fretum. Ab ea Gereſtum centum duodecim mil. quingenti paſſ. Nec deinde ſervari poteſt ordo. Acervatim ergo ponentur [8] reliquæ. [c] Ios à Naxo [9] viginti quatuor mill. paſſ. Homeri ſepulcro veneranda, longitudinis viginti quinque mil. ante Phœnice appellata. Odia, [10] Letandros, Gyaros cum oppido, circuitu [11] duodecim mill. paſſuum. Abeſt ab [12] Anero ſexaginta duobus mill. p. Ab ea Syrnos octoginta

1 Platæam. *M.*
2 Minoam. *Steph.*
3 LXXX. *M.*
4 Phacuſſa, *à lente.*
5 Hecaría. V. Hæcoſia. *M.*
6 Polegrados. *Ch.*
7 XX. *Ch.*
8 reliquæ. Scyros. Ios à Naxo. *Tol. & Ch.*
9 XVIII. *Ch.*
10 Telandros. *V.*
11 circuitu XV. m.p. prope. *M.* XXV. *Ch.*
12 Andro. *Vet. M.*

a *Phocuſſa, Phacaſia.*] Poteſt quidem defendi *Phocuſſa*, ut denominata ſit à Phocis, ſicut & Phocæa Ioniæ urbs, auctore Stephano. Sed magis eſt, ut legatur *Phacuſſa* à lente, quaſi lentaria, ut in fine quinti *Erebinthos*, hoc eſt ciceraria. Agnoſcit etiam Phacuſſas inſulas Stephanus. *Pint.*

b *Tantundem ipſa in longitudinem patens.*] Recentiores patere XXX. milliarium longitudine affirmant: & circuitu LXXX. *Dalec.*

c *Ios à Naxo XXIV. millia paſſuum.*] Omiſſa eſt hoc loco, incuria librariorum, *Scyros* inſula: quæ res Hermolao cauſa allucinandi fuit. Scribendum igitur *Scyros, Ios, &c.* ex utroque antiquo exemplari. Alioquin infra, ubi in ſinu Pagaſico Plinius memorat eam, male ſubjeciſſet, *Cycinethum & Scyrum ſupradictam*, cum antea nulla ejus præceſſiſſet mentio. *Pintian.*

ginta mill. paſſ. [1] Cynethuſſa, Telos unguento nobilis; à Callimacho Agathuſſa appellata. Dionyſa, [2] Patmos circuitu [3] triginta mill. paſſ. Coraſiæ, Lebinthus, Leros, Cynara, [4] Sycinus, quæ antea Oenoë. Heratia quæ Onus, [5] Caſus quæ Aſtrabe, Cimolus quæ [6] Echinuſſa, Melos cum oppido, quam Ariſtides [7] Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum, & Acyton. Hæc inſularum rotundiſſima eſt. Poſt Machia, [8] Hypere quondam Patage, ut alii Platage, nunc Amorgos, Polyægos, Phyle, [a] Thera, cum primum emerſit, Calliſte dicta. Ex ea avulſa poſtea Theraſia; atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera: & in noſtro ævo Thia juxta eandem Hieram nata. Diſtat Ios à Thera viginti quinque mill. paſſ. Sequuntur Lea, Aſcania, [9] Anaphe, Hippuris, Hippuriſſuſa. Aſtipalæa liberæ [10] civitatis, circuitu LXXXVIII. mill. paſſuum. abeſt à [11] Cadiſco Cretæ CXXV. mill. Ab ea Platea ſexaginta mill. Unde [12] Camina triginta octo mill. Azibintha, Laniſe, Tragia, Pharmacuſa, Techedia, Chalcia, Calydna, [13] in qua oppida Coos & Olymna. A qua Carpathum, quæ nomen Carpathio mari dedit, XXV. mill. paſſuum. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta M. paſſ. à Carpatho ad Caſon VII. M. à Caſo Samonium Cretæ promontorium XXX. mill. In Euripo autem Euboico, primo fere introitu, Petaliæ quatuor inſulæ, & in exitu Atalante. Cyclades, & Sporades, ab Oriente litoribus Icariis Aſiæ, ab Occidente Myrtois Atticæ, à Septentrione Ægæo mari, à meridie Cretico & Carpathio incluſæ, per [14] CC. mill. in longitudinem jacent. Pagaſicus ſinus ante ſe habet Eutychiam, [15] Cicynethum, & Scyrum

1 Cynethus. *M.*
2 Pathmos. *V.*
3 *L. quibuſdam.*
4 Sicenus *Straboni, Ptolemæo* Sicinus.
5 Caſos, quæ Actrabe. *V.*
6 Chinuſſa. *M.*
7 Mimblada. Mymblida. *Cb.*
8 Hypane, quondam Pancale, & ut. *Vet.*
9 Canaphe. *Cb.*
10 Conditionis.
11 Ciſto. *Cb.*
12 Caminia *V.*
13 in qua oppida tria duæ Calymnæ & Olymnos. *V.*
14 per CCC. in longitudinem, & per CC. in latitudinem jacent. *M. Tol. Cb.*
15 Tinetum. *M.*

a *Thera.*] Callimach. apud Strabonem lib. 17. *Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ᾽ ὕστερον οὔνομα Θήρη, μητὴρ δ᾽ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης. Dalec.*

a Pepa-

Scyrum ſupradictam; ſed Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scadiram, Thermeuſim, Irrheſiam, [1] Solimniam, Eudemiam, Neam, quæ Minervæ ſacra eſt. Athos ante ſe quatuor, [a] Peparethum cum oppido, quondam Euonum [2] dictam, novem mill. paſſuum. Scyathum xv. [3] mill. Imbrum cum oppido LXXXVIII. millia paſſuum. Eadem abeſt à Maſtuſia Cherroneſi [4] LXXV. mill. paſſ. Ipſa circuitu LXXII. mill. paſſ. perfunditur amne Iliſſo. Ab ea [b] Lemnos viginti duo mill. quæ ab Atho LXXXVII. mill. paſſuum. Circuitu patet [5] viginti duo M. D. p. Oppida habet Hephæſtiam & Myrinam, in cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbram. Ab ea Thaſſos libera quinque mill. paſſuum, olim [6] Æria vel Æthria dicta. Inde Abdera continentis, [7] viginti mill. paſſuum. Athos ſexaginta duo mill. tantundem [8] inſula Samothrace, quæ libera, ante Hebrum, ab Imbro [9] triginta duo mill. à Lemno viginti duo M. D. à Thraciæ ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill. attollitur monte [10] Saoce decem mill. paſſuum [11] portuoſiſſima omnium. Callimachus eam antiquo nomine [c] Dardaniam [12] nominat. Inter Cherroneſum & Samothracen, utrinque fere quindecim mill. Haloneſos, ultra Gethone, Lamponia, [13] Alopeconneſus, haud procul à Cœlo, Cherroneſi portu, & quædam ignobiles.

1 Elymniam, Eudeipnam. *V.*
2 dicto. *M.*
3 XII. M. p. *M.*
4 XXV. *Ch.*
5 CXII. d. paſſ. *Tol. V.*
6 Æraria. *M.*
7 XXII. *M. Ch.*
8 ad inſulam Samothracen. *V.*
9 XX. *quibuſdam. Ch.* XXXV.
10 Sao. *V.*
11 paſſuum altitudinis, vel importuoſiſſima. *Tol. Ch.*
12 vocat. *Ch.*
13 Alope, Conneſus. *M.*

a *Peparethum.*] Inde vinum Peparethium apud antiquos nobile. Athen. *Dalec.*

b *Lemnos.*] Vulcano ſacra. Papinius:

— Ægæo promitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera feſſus reſpirat ab Ætna Mulciber.

De fumantibus ejus collibus Flaccus:

Ventum erat ad rupem, cujus pendentia nigris
Saxa jugis fumant, coquiturque vaporibus aër.

Dionyſius:

Et celſa Scyros, Peparethus, ſacraque Lemnos:
Fertilis atque Thaſos, ſimul Imbros: poſt Corybantum
Mœnibus antiquis Samothracia cernitur alta. Idem.

c *Dardaniam.*] Dardania Leucadia quoque vocata fuit, quod procul intuentibus albicet: deinde Thracia ab incolis Thracibus, ac tandem Samothracia: quoniam poſt Thraces Samii in ea habitavere. Vide Rhodig. c. 48. 21. & Ortel. onomaſt. ſeu theſ. Samos. *Idem.*

a *Con-*

biles. [1] Deſertis quoque reddantur in hoc ſinu, quarum modo inveniri [2] potuerunt nomina, Deſticos, [3] Larnos, Cyſſiros, Carbruſa, [4] Calathuſa, Scylla, Draconon, Arconeſus, Dicthuſa, Scapos, Capheris, [5] Meſate, Æantion, Phateruneſos, Pateria, [6] Calete, Neriphus, Polendos. Quartus è magnis Europæ [7] ſinus ab Helleſponto incipiens, Mæotis oſtio finitur. Sed totius Ponti forma [8] breviter amplectenda eſt, ut facilius partes noſcantur. Vaſtum mare præjacens Aſiæ, & ab Europa porrecto Cherroneſi litore expulſum, anguſto meatu irrumpit in terras, ſeptem ſtadiorum, ut dictum eſt, intervallo Europam auferens Aſiæ. Primas anguſtias Helleſpontum vocant. Hac Xerxes Perſarum rex [9] [a] conſtrato in navibus ponte, duxit exercitum. [b] Porrigitur inde tenuis Euripus LXXXVI. mill. paſſ. ſpatio ad Priapum urbem Aſiæ, qua magnus Alexander tranſcendit. Inde exſpatiatur æquor, rurſuſque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur: anguſtiæ, Thracius Boſphorus, latitudine D. paſſuum, qua Darius pater Xerxis copias ponte tranſvexit. Tota ab Helleſponto longitudo [10] CCXXXIX. M. p. Dein vaſtum mare, Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque litorum flexu, retro curvatus in cornua, ab his utrinque porrigitur, ut ſit plane arcus Scythici forma. Medio flexu jungitur oſtio [11] Mæotici lacus. [c] Cimmerius Boſphorus id os vocatur, MMD. p. latitu-

1 Deſertæ. *Pint.*
2 potuere. *Cb.*
3 Sarnos. *M. Cb.*
4 Calathuſa, Dialeon, dicta Melantia, Draconou (*aliis* Dreconon.) V.
5 Meſatæa, Cantiron, Phateronneſos, vel Paterion. *Pint.*
6 Calathe. *Cb.*
7 ſinibus. V.
8 quam breviter complectenda. *M.*
9 conſtrato navibus Ponto. *Cb.* contracto. *M.*
10 CCXXV. *ex Herodoto in Melpomene.* Pint.
11 Mœoris. *Tol.* Mœotum. *Sal.* Mœotii lacui. *Pint.*

a *Conſtrato in navibus ponte.*] Sic quidem habet omnis ſcripta & excuſa lectio. Sed vix poſſim verbis exprimere, quam à meo abhorret animo hic in Plinio loquendi modus, vulgaris adeo & plebeius. Proinde ſcribetur fortaſſe magis è dignitate & gravitate Pliniana, *Conſtrato navibus ponto*, ut Juvenalis illud:
Conſtrato claſſibus iiſdem,
Suppoſitumque rotis ſolidum mare credimus. Pintian.

b *Porrigitur inde tenuis Euripus* LXXXVI. M. *paſſ. ſpatio ad Priapum, &c.*] Lege: *Porrigitur inde tenuis Euripus* CXXXVI. M. *paſſ. ad Priapum urbem Aſiæ, qua magnus Alexander, &c.* Nec enim urbem Priapum tranſcendit, ſed mare ad illam urbem. *Salmaſ.* 184. b.

c *Cimmerius Boſphorus id os vocatur,* M. M. D. *paſſuum latitudine.*] Hermolaus,

latitudine. At inter duos Boſphoros Thracium & Cimmerium directo curſu, ut auctor eſt Polybius D. M. paſſ. interſunt. Circuitu vero totius Ponti [1] vicies ſemel centena quinquaginta M. ut auctor eſt Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adjicit. Artemidorus vicies novies centena XIX. M. facit: Agrippa [2] XXIII. ſexaginta mill. Mutianus [3] XXVIII. ſexaginta quinque mill. Simili [4] modo Europæ latere menſuram alii quatuordecies centena LXXVIII. M. D. determinavere: alii undecies [5] centena ſeptuaginta duo mill. M. Varro ad hunc modum metitur. [a] Ab oſtio Ponti Apolloniam [6] CLXXXVIII. M. D. p. Calatin tantundem. Ad oſtium Iſtri CXXV. Ad Boryſthenem CCL. Cherroneſum Heracleatarum oppidum CCCLXXV. M. paſſ. [b] Ad Panticapæum; quod aliqui Boſpho-

1 vicies ſemel. M. ut auctor eſt Varro. ut fere veteres ſemel quinquaginta. *M. Tol.*

2 XXIV. *Cb.*

3 XXV. *Cb.*

4 modo de Europ. *M.*

5 *In M. deſunt hæc duo vocabula*, centena, & duo.

6 CLXXXVII. *Tol.*

laus, III. M. D. ex Polybio legendum cenſet. Sed habet impreſſa lectio ſuos aſſertores. Strabo libro ſeptimo, *A Myrmecio autem ſtadiis bis totidem vicus abeſt Parthenium, qua ingreſſus eſt anguſtiſſimus ſtadiorum* XX. *Cui opponitur vicus Achilleius nominatus in Aſia.* Adſtipulatur etiam apographon Toletanum, in quo II. M. D. propalam habetur, non aliter. *Pintian.*

a *Ab oſtio ponti Apolloniam, clxxx. viij. M. d.*] Corrigo *clxxxvij. M. d.* ex utroque exemplari. nec aliter conſtaret ratio calculi infra ſcriptorum numerorum. Pari ratione quod ſequitur paulo poſt. *Idem.*

b *Ad Panticapæum extremum in Europa ora; ccxxij. M. d.*] Corrigendus ex eiſdem exemplaribus, *ccxij.* M. *d.* Cæterum res eſt æſtimatione digna, cur Plinius dicat Panticapæum extremum eſſe in Europæ ora. Nam cum Europæ ora protendatur ad Tanais uſque oſtia, qui duas continentes diſterminat, Aſiam ab Europa, Panticapæum extremum eſſe in Europæ ora falſo falſius eſt: monſtrante id vel Ptolemæo libro tertio, qui poſt Panticapæon ſeptentrionem verſus ſtatuit in ipſa ora, Myrmecion, Parthenium, Zenonis Cherronneſum, Heraclion, Nova mœnia, Lianum, Acram, Hygrin, & poſtremo Cardeam prope Tanais occidentale oſtium. Quapropter non *Europa ora* puto hic legendum, ſed *Euripi ore.* appellat enim Boſphori longitudinem Euripum, ut ſupra de Boſphoro Thraciæ hoc ipſo capite, *Porrigitur inde tenuis Euripus lxxxvj.* M. *paſſ. ad urbem Triapum.* Quod autem Panticapæum ſitum ſit in ore ipſo adituque Boſphori, præter Ptolemæum docet Plinius in ſequentibus. *Reſtat*, inquit, *in ipſo Boſphori introitu Panticapæum.* & Strabo in ſeptimo: *Tellus alia deinceps fertilitate conſpicua eſt, uſque ad Panticapæum Boſphoranorum metropolim. Ea vero in oſtio Mæotidis ſita eſt.* & paulo poſt idem Strabo: *Os ipſum Mæotis Boſphorus appellatur Cimmerius: ejus vero initium ab ampliore latitudine ad ſtadia lxv. ubi ex Panticapæis locis ad Phanagoriam propinquiſſimam Aſiæ civitatem inchoavit, terminatur autem ad anguſtiſſimum Euripum.* Hæc Strabo. Appellat autem *Panticapæum* extremum Ponti oppidum: de Ponto enim & ejus menſura hic agitur. Mæotis vero non continetur Ponti nomine. *Pint.*

Boſphorum vocant, [1] extremum in Europæ ora, CCXII. M. D. quæ ſumma efficit [2] XIII. XXXVI. M. D. Agrippa à Byzantio ad flumen Iſtrum DLX. [3] In Panticapæum [4] DCXXX. Inde lacus ipſe Mæotis, Tanain amnem ex Riphæis montibus defluentem accipiens, noviſſimum inter Europam Aſiamque finem XIII. ut M. circuitu patere traditur. Ab aliis XI. XXV. M. ab oſtio ejus, ad Tanais [5] oſtium directo curſu [6] CCCLXXV. M. paſſ. eſſe conſtat. Accolæ ſinus ejus, in mentione Thraciæ dicti ſunt Iſtropolim uſque. Inde oſtia Iſtri. Ortus hic in Germaniæ jugis montis [a] [7] Abnobæ, ex adverſo [8] Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, [b] ac per innumeras lapſus gentes [9] Danubii nomine, immenſo aquarum auctu & unde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in Pontum vaſtis [10] ſex fluminibus evolvitur. Primum oſtium Peuces: mox ipſa [c] Peuce inſula; à qua proximus alveus [11] appellatus; [12] XIX. millia paſſ. magna palude ſorbetur. Ex eodem alveo & ſuper Iſtropolim lacus gignitur LXIII. M. paſſ. ambitu: Halmyrin vocant. Secundum oſtium [d] Naracuſtoma appellatur.

1 extremum in Euripi ora. (ore Pint.) CCXII. M D. *Tol. M.*
2 *quibuſdam* XIV. VI. M.
3 Inde Pant. V.
4 DCXXXV. *Ch.*
5 portum. V.
6 ccclxxxv. M.
7 montis Novæ. *M.*
8 Saurici. *M.*
9 Danubii nomine, & unde pr. Illyr. *alii* Iſter *app.* immenſo aquarum auctu LX. amnibus, &c. *ita quidam leg.*
10 ſeptem Bonfinius qui 6. vocat Stenoſtomum.
11 appellatur. *M.*
12 & XI. M. p. magna palus oritur ex eodem alveo. *M.*

a *Abnoba.*] Mſſ. *Arnoba.* Abnobii montes Herciniæ pars. *Das Heſſiſche Gebirgte.* Arnoba convenit magis loco ſcaturiginis, quem vocant *uff der Ear.* Fons ejus non procul abeſt ab *Eſchingen* pago. Mox ab origine recipit rivos duos, alterum *die Prigen*, à quo vicinus tractus *Pregena* dicitur: alterum *die Bregen.* Herodotus ſcripſit, eum ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, καὶ Πυῤῥήνης πόλεως, ubi fortaſſe legendum πευγλύνης χώρας. *Dalec.*

b *Ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine, immenſo aquarum auctu. & unde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, lx. amnibus receptis, &c.*] Cui non ſubolet hæc verba à proprio & vero revulſa ordine, in inſulſum ineptumque diſceſſiſſe? Nam compares materiæ ſeparantur, conjunguntur diſpares, Danubii nomen cum auctu aquarum, Iſtri appellatio cum amnibus receptis. Legatur igitur meo periculo ſic: *Ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine, & unde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, immenſo aquarum auctu, ſexaginta amnibus receptum,* &c. Pintian.

c *Peuce inſula.*] Sic vocata à Baſternis Peucinorum montium accolis, qui eam occuparunt. *Dalecamp.*

d *Naracuſtoma.*] A congelatis & ſtupidis piſcibus, quorum ibi capitur maxima copia. *Arecoſtoma* legendum ait Hartung. decur. 2. num. 2. *Idem.*

a *Ter-*

latur. [a] Tertium Caloſtoma, juxta inſulam Sarmaticam. Quartum [1] Pſeudoſtoma, [b] & inſula Conopon diabaſis: poſtea [2] Boreoſtoma & Spireoſtoma. Singula autem ora tanta ſunt, ut prodatur in quadraginta millia paſſuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi hauſtum. Ab eo [3] in plenum quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variæ tamen litori appoſita tenuere, alias Getæ, [c] Daci Romanis dicti, alias [d] Sarmatæ, Græcis Sauromatæ, eorumque Hamaxobii aut [4] Aorſi, alias [5] Scythæ degeneres & à ſervis orti, aut Troglodytæ, mox Alani & Rhoxalani. Superiora autem inter Danubium & Hercynium ſaltum, uſque ad Pannonica Hiberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium; campos, & plana [e] Iazyges, Sarmatæ; montes vero & ſaltus pulſi ab his Daci ad [6] Pathyſſum amnem, à [7] Moro, ſive is Duria eſt, à Suevis regnoque Vanniano dirimens eos: adverſa Baſternæ tenent, aliique inde Germani. Agrippa totum eum tractum ab Iſtro ad Oceanum bis [8] ad decies centum mill. paſſ. in longitudinem, quantum minus quadringentis in latitudinem, ad flumen Viſtulam à deſertis Sarmatiæ, prodidit. Scytharum nomen uſquequaque tranſit in Sarmatas atque Germanos.

1 Pſeudoſtomon. *M. Ch.* ut etiam hoc, eod. c. ſequitur.
2 Boreoſtoma, & Stenoſtoma. V.
3 in plano. *M.*
4 Curſi. *Ch.*
5 Sindi. *V. Strab.*
6 *hodie*, Tiza. *Ptolomæo*, Tibiſcum.
7 Amoros. *V.*
8 *quidam legunt*, Ad bis decies centum M. paſ. in longitudinem, IV. M. minus: CCCC. in latitudinem ad flumen Viſtulam, &c. (Iſtulam *Pomp.*) *h habet*, Oceanum bis decies centum M.p. in longitudinem, quatuor M. quadringentis in lat. ad flumen Viſtiam, &c.

a *Tertium Caloſtoma.*] Lege *Tertium Calon ſtoma juxta inſulam.* Et paulo poſt, lege: *Boreon ſtoma, & Spilon ſtoma*, id *Pſilon ſtoma.* Et paulo poſt, pro *dulcemque intelligi hauſtum*, ſcribe: *dulcique intelligi hauſtu.* Salm. p. 186. a, b.

b *Et inſula Conopon diabaſis.*] Locus eſt corruptiſſimus, & tantum non conclamatus. Auguror tamen mentionem fieri Cones inſulæ ad Iſtri oſtia, de qua in tertio Lucanus:

— Et barbara Cone,
Sarmaticas ubi perdit aquas.

Pintian.

c *Daci Romanis dicti.*] Erroneam hanc opinionem oſtendere conatur Delr. ſuper Sen. trag. par. ult. pag. 332. & 384. Diſcrimen inter Dacos & Danos explicat. *Dalecamp.*

d *Sarmatæ.*] Straboni Getæ ad Pontum, orientem verſus, circa oſtium Danubii ſedes habent: Daci vero ad Iſtri fontem in Germania uſque ad ejus præcipites decurſus ſive cataractas. Utriuſque tamen gentis ſermo idem eſt. Vide ſupra cap. 26. lib. 2. Sarmatæ in Europa, Poloni. Sarmatæ Aſiatici inter Tanaim hodie *Tana*, & Coracem, hodie *Copa*, fluvios ſiti, hodie, *Abgaſti.* Idem.

e *Iazyges.*] Hungarorum vulgus adhuc hodie eos appellat *Iaz* voce decurtata. *Idem.*

2 *Amnis*

nos. Nec aliis priſca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope cæteris mortalibus degunt. Verum ab Iſtro oppida,[1] Cremniſcos, Æpolium: montes Macrocremnii, clarus [a] amnis Tyra, oppido nomen imponens; ubi antea Ophiuſa dicebatur. In eodem inſulam ſpatioſam incolunt Tyragetæ. Abeſt à Pſeudoſtomo Iſtri oſtio centum triginta millibus paſſuum. Mox Axiacæ [2] cognomines flumini, ultra quos Crobyzi: flumen Rhode, ſinus [3] Sagaricus, portus Ordeſus. Et à Tyra [4] centum viginti millibus paſſ. flumen Boryſthenes, lacuſque & gens eodem nomine, & oppidum [5] à mari recedens quindecim millibus paſſ. Olbiopolis & Miletopolis, antiquis nominibus. [6] Rurſuſque in litore portus Achæorum. Inſula Achillis, [b] tumulo ejus viri clara. Et ab ea centum [7] triginta quinque millia paſſuum peninſula, ad formam gladii in tranſverſum porrecta, exercitatione ejuſdem cognominata Dromos Achilleos, cujus longitudinem octoginta millium paſſuum tradit Agrippa. Totum eum tractum [8] Tauri, Scythæ & Sarmatæ tenent. Inde ſilveſtris regio Hylæum mare, quo alluitur, cognominavit: [c] Enæcadloæ vocantur incolæ. Ultra Panticapes amnis, qui Nomadas & Georgos diſterminat: Mox Aceſinus. Quidam Panticapen confluere infra Olbiam cum Boryſthene tradunt, diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Aſiæ parte prodidere. Mare ſubit vaſto [9] receſſu, donec quinque millium paſſ. intervallo abſit à Mæotide vaſta ambiens ſpatia, multaſque gentes.

1 Cremenſe, Obolium. *V.*
2 *legendum cenſeo*, cognomine fluminis. *ſic M.*
3 Sagarius. *Ch.*
4 ccxx. *Ch.*
5 ab mari. *M.*
6 que *in M. del. & V. omnib.*
7 xxv. M. *V. Ch.*
8 Tauriſci. *V.* Sardi, Scythæ, & Siraci tenent. *Tol. de Siracis lege Strab. lib.* 1.
9 magno receſſu. *M. & Ch.*

a *Amnis Tyra.*] Nueſter Moldaviæ qua mare ingreditur; ſupra Turla. *Dal.*

b *Tumulo ejus viri clara.*] Tranſlato in eam herois corpore, à matre Thetide. Eadem & Phaenna dicitur, quaſi φαεινὴ, & Alba, ardearum albarum multitudine: nec ut quidam cenſent, alia eſt quam Achillis Dromos. Vide Rhod. c. 4. 14. & Melam lib. 2. cap. 1. *Idem.*

c *Enæcadloæ vocantur incolæ.*] Eſt vocabulum Græcum ab ἐν, id eſt, *in*, οἶκ@ *domus*, καὶ ἀλᾶν *vagari*, quod domibus currui impoſitis oberrent, & vagentur. *Idem.*

a *Sex*

gentes. Sinus [1] Carcinites appellatur, flumen Pacyris. Oppida [2] Naubarum, Carcine: A tergo lacus Buges foſſa emiſſus in mare. Ipſe Buges à [3] Coreto, Mæotis lacus ſinu petroſo diſcluditur dorſo. Recipit amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diverſo venientes tractu. Nam Gerrhus Baſilidas, & Nomadas ſeparat. Hypanis per Nomadas & Hyleos fluit manu facto alveo in Bugen, naturali in Coretum. Regio Scythiæ Sendica nominatur. [4] Sed in Carcinite Taurica incipit, quondam mari circumfuſa & ipſa,[5] quaqua nunc jacent campi. Deinde vaſtis attollitur jugis. Triginta ſunt eorum populi. Ex iis mediterranei [6] XXIV. [a] Sex oppida, Orgocyni, [7] Caraſeni, Aſſyrani, [8] Tractari, Archilachitæ, Caliordi. Jugum ipſum Scythotauri tenent. [b] Clauduntur ab Occidente Cherroneſo, ab Ortu Scythis Satarchis. [9] In ora à Carcinite oppida, Taphræ, in ipſis anguſtiis peninſulæ: mox Heraclea, Cherroneſos, libertate à Romanis donatum. Megarice vocabatur antea, præcipui nitoris in toto eo tractu, cuſtoditis Græciæ moribus, quinque millia paſſ. ambiente muro. Inde Parthenium promontorium, Taurorum civitas, [10] Placia. Symbolon portus. Promontorium Criumetopon, adverſum [11] Charambi Aſiæ promontorio, per medium Euxinum procurrens CLXX. M. paſſ. intervallo, quæ maxime ratio Scythici arcus formam efficit. Ab eo Taurorum portus multi, & lacus. Oppidum Theodoſia à Criumetopo [12] CXXII. M. p. A Cherroneſo [13] CLXV. M. paſſ. Ultra fuere oppida,

1 Garcinites. *V. M.*
2 Navarum. *V. M.*
3 A tergo lacus Buges à Coreto Mœotæ lacus ſinu petroſo, &c. *Tol.*
4 Sed à *M.*
5 quaque. *Ch.*
6 XXVII. *Vet.*
7 Characeni, Lagyrani. *V.*
8 Stactari. *Ch.*
9 In ore Carcine oppidum. Tagre, &c. *M.*
10 Palacia. *V.*
11 Carambico. *V.*
12 CXXV. M. *Ch.*
13 CXLV. M. *Vet.*

a *Sex oppida Charaſeni, Aſſyrani.*] Scribe, *Characeni, Lagyrani*, à Charace & Lagyra oppidis, quæ Ptolemæus ſimul memorat in ora Tauricæ Cherſoneſi. *Pintian.*

b *Clauduntur ab occidente Cherroneſo, ab ortu Scythis Satarchis.*] Utrunque exemplar, *Clauduntur ab occidente Cherroneſo nec ab ortu Scythis Sataucis.* Lego, *Cluduntur ab occidente Cherronneſo. Ea habitatur Scythis Satarchis.* Quo de loco plura diximus in Pomponium. *Idem.*

pida, Cyte, Zephyrium, Acre, Nymphæum, Dia. Reſtat longe validiſſimum in ipſo Boſphori introitu, [a] Panticapæum Mileſiorum, à Theodoſia M. [1] xxxv. paſſ. [b] A Cimmerio vero oppido trans fretum ſito [2] mil. M. D. (ut diximus) paſſ. Hæc ibi latitudo Aſiam ab Europa ſeparat, [3] eaque ipſa pedibus plerunque pervia glaciato freto. [c] Boſphori Cimmerii [4] latitudo XII. M. D. paſſ. Oppida habet Hermiſium, Myrmecium: intus inſulam [5] Alopecen. Per Mæotin autem ab extremo Iſthmo, qui locus Taphræ vocatur, ad os Boſphori CCLX. M. paſſ.

1 lxxxvii. M. lxxxvi. M. D. p. *Ch.*
2 *Vet. & M. prius* M. *expungunt.*
3 eaque ipſa, *in Ch. non leg.*
4 lat. longitudo vero XXVII. *Pint.*
5 Alopeciam. *V.*

a *Panticapæum Mileſiorum à Theodoſia*, M. XXXV.] Fœda numeri depravatio. Nam Strabone auctore in VII. Panticapæum circiter DXXX. ſtadia diſtat à Theodoſia, quæ colligunt LXVI. M. CCL. paſſ. Toletanum apographon, LXXXVII. D. *Pint.*

b *A Cimmerio vero oppido trans fretum ſito*, II. M. D. *ut diximus paſſuum.*] Miretur quis magno jure, qua ratione hic Plinius opponat Panticapæum Cimmerio, cum Panticapæum ſit in introitu ipſo & initio Boſphori, ut paulo ante ex Strabone & Plinio probavimus, Cimmerium autem in parte Aſiæ, in ſumma oſtii parte. quod libro ſexto, capite ſexto Plinius docet his verbis: *Ultimoque in oſtio Cimmerium, quod antea Cerberion vocabatur.* Nam Panticapæum Hermonaſſæ opponi debuit, ſecundum Plinium eodem libro & capite, & Ptolemæum libro quinto: ſecundum Strabonem vero libro ſeptimo, Phanagoriæ. Deinde inter Panticapæon & Phanagoriam LXX. ſtadia eſſe prodit idem Strabo eodem libro: hoc eſt M. paſſuum VIII. DCCL. deambulatique id fretum plauſtris nimio rigore, uſque adeo ut cœnum fiat & via, quod Plinius ſtatim etiam affirmat: *Hac ibi*, inquit, *latitudo Aſiam ab Europa ſeparat eaque ipſa pedibus plerunque pervia, glaciato freto.* Anguſtiſſimum autem Euripum eſſe Strabo ait, XX. ſtadiorum inter Parthenium Europæ vicum, & Achilleum Aſiæ etiam vicum. Quare verba hæc Plinii magna & audaci curatione indigent. Nam & permutanda ſunt verba, & corrigenda. Non omnino itaque male legi ad hunc modum poſſet, *Ab Hermonaſſa vero oppido, ut dicemus, trans fretum Cimmerium ſito, ix.* M. *paſſ.* ut verba illa, *ut dicemus*, referantur ad librum ſextum, & caput item ſextum, ubi de Hermonaſſa Aſiæ oppido trans fretum ſito ſit mentio. *Idem.*

c *Boſphori Cimmerii latitudo, xii.* M. D. *paſſuum.*] Scribendum videtur, *Boſphori Cimmerii longitudo, xii.* M. D. *paſſ.* Sic enim lego, non *latitudo*. De qua cum ſtatim ante dictum ſit: conſequens erat ut longitudinem indicaret. Sed adhuc longitudinis numerum non puto vacare errore. Nam teſte Strabone undecimo, & Ptolemæo quinto, itemque Stephano, alterum Boſphori aditum, hoc eſt ſeptentrionalem, vicus obtinet Achilleum nomine, alterum vero à meridie Coricondame vicus. Porro ab Achilleo (ex eodem Strabone) uſque ad Satyri monumentum, ſtadia ſunt XC. cui proximus eſt vicus Patreus, à quo ad Coricondamen ſtadia ſunt CXXX Colliguntur igitur ſtadia omnia ab Achilleo ad Coricondamen circiter CCXXX. quæ ad paſſus redacta fiunt XXVII. M. D. longitudo videlicet Boſphori Cimmerii. Ex ſupputatione autem Ptolemæi colliguntur ſtadia CCCLXXV. nam inter parellelas utriuſque loci lineas, interſunt partis unius magni circuli quadrantes tres. *Idem.*

a *Geo-*

paſſ. longitudo colligitur. A Taphris per continentem introrſus tenent Auchetæ, apud quos Hypanis oritur, [1] Neuri apud quos Boryſthenes, [a] Geloni, Thuſſagetæ, Budini, Baſilidæ, & cæruleo capillo Agathyrſi. Super eos Nomades: dein Anthropophagi. [2] A Buge ſuper Mæotin Sauromatæ & Eſſedones. At per oram ad Tanaïm uſque Mæote, à quibus lacus nomen accepit: ultimique à tergo eorum Arimaſpi. Mox [b] Riphæi montes, & aſſiduo nivis caſu pinnarum ſimilitudine, Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata à [3] natura rerum, & denſa merſa caligine: [4] neque in alio quam rigoris opere, gelidiſque Aquilonis conceptaculis. [5] Pone eos montes, ultraque Aquilonem, gens felix (ſi credimus) quos [c] Hyperboreos appellavere, annoſo degit ævo, fabuloſis celebrata miraculis. [d] Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus, [6] ſemeſtri luce & una die Solis averſi: non, ut imperiti dixere, ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno Solſtitio oriuntur iis Soles brumaque ſemel occidunt. [c] Regio aprica,

1 Neuroæ. *V.*

2 A Buge vero ſuper M.

3 à rerum natura. *Ch.*

4 neque in aliud quam in rigoris opera, gelidique Aquilonis conceptacula. *alii* in rigore operta.

5 Poſt eos. *M.*

6 & una die ab æquinoctio verno in autumnum: non ut imperiti dixere, ſolis averſi. *Rodig.* 16. *cap.* 22. *Vide Bud.* 1. *de Aſſ.* aliis, ſemeſtri luce & una nocte, non ut, &c.

a *Geloni.*] Geloni arcu præliari ſolebant. Statius in Achillem:

Quo Mageta ſua gaſa citent, quo turbine caſtum
Sauromates, falcemque Geta, arcumque Gelonus
Tenderet.

Had. Jun. cap. 2. 1. *Dalec.*

b *Riphæi montes.*] Moſchovitæ hodie vocant *Semnoi Poyas*, id eſt, mundi cingulum. *Idem.*

c *Hyperboreos.*] Inugros & Vogolicos hodie vocari multi credunt. Permiis, Pecerris, Pinnagis ii contermini ſunt. Annoſum degunt ævum, hoc eſt, ex Strabonis ſententia, mille annos vivunt. Antimachus Hyperboreos eoſdem eſſe putat cum Arimaſpis monoculis Herodoti. Strabo credit ex hiſtoria Scythica Homerum Cyclopas induxiſſe. Damaſtes libro de Gentibus, ultra Scythas Iſſedonas eſſe tradit: poſt hos Arimaſpos: ac deinde Riphæos montes, ultra quos, Hyperboreos, quæ mari vicina ſunt tenere, & ab eorum tractu flare Boream. Matth. à Michavv omnia hæc fabuloſa eſſe teſtatur, ipſe oculatus teſtis. *Idem.*

d *Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus.*] Hic locus ita diſtinguendus: *Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus, ſemeſtri luce, & una die Solis adverſi, non ut imperiti dixere, ab æquinoctio verno in autumnum: ſemel in anno ſolſtitio oriuntur in his Soles, brumaque ſemel occidunt.* Semeſtris lux illis una dies eſt, ſolemque adverſum habebant, ut Pomponius ſcribit, quem Plinius reprehendit, ab æquinoctio verno in autumnum: ut ipſe Plinius mavult, ab ſolſtitio in brumam. Vide *Salmaſ.* Plin. exercit. pag. 207.

c *Regio aprica, felici temperie, omni*

1 omni flatu. *Ch.* aprica, felici temperie, [1] omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora, lucique, & deorum cultus viritim gregatimque, diſcordia ignota & ægritudo omnis. [a] Mors non niſi ſatietate vitæ, epulatis [2] dilibutiſque ſenibus luxu, ex quadam rupe in mare ſalientibus. Hoc genus ſepulturæ beatiſſimum. [b] Quidam eos in prima parte Aſiæ litorum poſuere, non in Europa, [3] qui ſunt ibi ſimilitudine & ſitus, Atacorum nomine. Alii medios fecere eos inter utrunque Solem, Antipodum occaſum exorientemque noſtrum: quod fieri nullo modo poteſt, tam vaſto mari interveniente. [c] Qui [4] non alibi quam in ſemeſtri luce conſtituere eos, [d] ſerere matutinis, meridie metere, occidente Sole fœtus arborum decerpere, noctibus in ſpecus condi tradiderunt. Nec [5] licet dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini, quem præcipue colunt. Virgines ferebant eas, hoſpitiis gentium per annos aliquot venerabiles: donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituere, [6] hique ad conterminos deferre, atque ita Delon uſque. Mox & hoc ipſum exolevit. Sarmatiæ, Scythiæ, Tauricæ, omniſque à Boryſthene amne tractus longitudo

2 delibutoque ſenio. *Ch.*

3 quia ſunt ibi ſimili conſuetudine & ſitu, Atacori nomine. *M.*

4 non, *in M. Ch. & V. delet. omnib.*

5 libet. *Ch.*

6 indeque. *M. V.*

afflatu noxio carens.] Lege: *Regio aprica, felici à ſe temperie, omni flatu noxio carens.* multæ autem regiones per ſe, ſituque ipſo ſatis temperatæ, quæ tamen noxiis afflatibus infeſtantur. Hyperboreorum vero regionem, tum à ſe felicis eſſe temperiæ & fertilem; tum omni noxio flatu carere. *Salmaſ.*

a *Mors non niſi ſatietate vitæ, epulatis, delibutiſque, &c.*] Legend. *Mors non niſi ſatietate vitæ, epulatu delibutiſque, ſerio luxu, ex quadam rupe in mare, &c. ſerium luxum* quare appellet, vide *Salmaſ.* pag. 208. b.

b *Quidam eos in prima parte Aſiæ littorum poſuere, non in Europa, qui ſunt ibi ſimilitudine & ſitus, Atacorum nomine.*] Quæ ſunt turpiter inquinata, ſcribe: *quia ſunt ibi ſimili habitudine & ſitu gens Atacorum nomine.* quidam leg. *ſimili conſuetudine.* Salmaſ.

c *Qui alibi quam in ſemeſtri luce conſtituere eos.*] Sic legend. tollendo *non.* *Salmaſ. Pintian.*

d *Serere matutinis, meridie metere.*] Per jocum hoc dictum eſt. Nam cum ſemeſtris eis lux ſit unica dies, matutinum primos duos menſes intelligimus, Meridiem, extremam partem ſequentium duorum: veſperam autem ultimos reliquos. *Dalecamp.*

a Citra

gitudo [1] DCCCCLXXX. M. latitudo DCCXVII. M. [1 Dccclxxx. *Ch.*]
à M. Agrippa tradita eſt. Ego incertam in hac terrarum parte menſuram arbitror. Verum inſtituto ordine, [2] reliqua hujus ſinus dicantur, & maria [2 reliquiæ. *M.*]
quidem ejus [3] nuncupavimus. [3 nuncupabimus. *M. & V.*]

CAP. XIII. *Inſulæ Ponti.*

HEllespontus inſulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duæ M. D. p. ab Europa, XIV. M. ab oſtio, Cyaneæ, ab aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter ſe concurriſſe: quoniam parvo diſcretæ intervallo, ex adverſo intrantibus geminæ cernebantur, paulumque deflexa acie, coëuntium ſpeciem præbebant. [a] Citra Iſtrum Apolloniatarum una LXXX. M. à Boſphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem advexit. Inter oſtia Iſtri quæ eſſent, diximus. Ante Boryſthenem Achillea eſt ſupra dicta, eadem Leuce & Macaron appellata. Hanc temporum horum demonſtratio à Boryſthene CXL. M. ponit, à Tyra CXX. M. à Peuce inſula quinquaginta M. Cingitur circiter decem M. p. Reliquæ in Carcinite ſinu [b] Cephalonneſos, [4] Rhoſphoduſa, Macra. [4 Rhoduſſa. *Stephano.*]
Non eſt omittenda multorum opinio, priuſquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia [5] interiora [5 inferiora apud Senecam, qui hunc locum explicat.]
illo capite naſci, non Gaditano freto, exiſtimavere, haud improbabili argumento: quoniam æſtus ſemper è Ponto profluens, nunquam reciprocetur. [6] Ex- [6 Ad eundem. V.]
eundum deinde eſt, ut [7] extera Europæ dicantur, [7 cætera. *M.*]
trans-

a *Citra Iſtrum Apolloniatarum una* LXXX. M. *à Boſphoro Thracio ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem advexit.*] Ita loquitur quaſi plures ſint inſulæ Apolloniatarum. Ex Apollonia Ponti urbe ſimulacrum illud ſive coloſſum Apollinis Capitolini à Lucullo tranſlatum fuiſſe, idem Plin. alio loco memorat. *Salm.*

b *Cephaloneſus, Rhoſphoduſa.*]Scribendum cum duplici *n*, *Cephalonneſus*, ut notatum eſt: & *Rhoduſſa* lego potius quam *Rhoſphoduſa*, ex Stephano in dictione *Schimiſſa*. Eſt etiam eodem nomine inſula prope Caunum urbem Cariæ Plinio, ut poſtea conſtabit, & item urbs Argivæ regionis Stephano. *Pint.*

transgreſſiſque Riphæos montes, litus Oceani Septentrionalis in læva, donec perveniatur Gades, legendum. Inſulæ complures ſine nominibus eo ſitu traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur [1] Bannomanna, abeſſe à Scythia diei curſu, in quam veris [2] temperie fluctibus electrum ejiciatur, Timæus prodidit. Reliqua litora incerta ſignata fama. [a] Septentrionalis Oceanus, Amalchium eum Hecatæus appellat, à Paropamiſo amne, qua Scythiam alluit, quod nomen ejus gentis lingua ſignificat congelatum. Philemon Morimaruſam à Cimbris vocari, hoc eſt, [b] mortuum mare, [3] uſque ad promontorium Rubeas: ultra deinde [c] Cronium. Xenophon Lampſacenus, à litore Scytharum tridui navigatione, inſulam eſſe immenſæ magnitudinis, Baltiam tradit. Eandem Pythias Baſiliam nominat. Feruntur & Oonæ, in quibus ovis [4] avium & avenis incolæ vivant. Aliæ, in quibus equinis pedibus homines naſcantur, Hippopodes appellati: [d] [5] Faneſiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipſorum aures tota contegant. Incipit inde

1 *Infra lib. 37. cap. 2. eandem hanc inſulam ex ejuſdem Timæi ſententia* Baltiam *nominat.* Baunoma unam abeſſe. *Ch. M. Vet.*

2 tempore. *M. Ch.*

3 Inde uſque. *M.*

4 avium advenæ & incolæ. *V.* advenis. *M.*

5 Panotiorum. *Tut.*

a *Septentrionalis oceanus, Amalchium eum Hecatæus appellat.*] Vacillat hæc ſententia ob inverſum, ni fallor verborum ordinem. Puto ſic ſcribendum, *Septentrionalis oceanus à Paropamiſo amne, qua Scythiam alluit. Amalchium eum Hecatæus appellat, quod nomen ejus gentis lingua, &c.* Pint.

b *Mortuum mare.*] Apud Senecam epiſtola 68. Demetrius Stoicus vitam ſecuram, & ſine ullis fortunæ incurſionibus feſtive & eleganter mare mortuum vocat. *Dalecamp.*

c *Cronium.*] Cronii maris meminit Euſtathius. *Poſt Scythas*, inquit, *qui mari Cronio vicini Caſpium accolunt, Unni ſunt quos Sinocatus hiſtoriographus Turcos à Perſis vocari tradit, ad orientem vernum ſpectantes.* Cronium dictum putat Rhodiginus cap. 6. 12. à frigoris immanitate, cui præeſt Κρόνος, id eſt, Saturnus. Ego vero à Cronlandia, provinciarum ultima in eo tractu, voce illis nationibus uſitata, ſed à Græcis depravata. Cronium mare dictum etiam Hadriaticum. vel à Saturno, qui in Italia regnavit, vel vel à Chrono inſula, Apollonius 4. Argon. oſtendit. Lycophronis Interpres Ionium ſinum, & Cronium vocatum fuiſſe, id eſt, Saturnium, tradit. *Idem.*

d *Faneſiorum aliæ.*] Faneſios & Sarmalos Pomponius vocat: Strabo: ἐνωτοκοίτους, quod dormituri auribus, ut lecto, incubent. *Panotii (*inquit Iſidorus*) apud Scythas eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, ut eorum totum corpus contegant.* Panotii dicti ſunt à πᾶν & ὦς. Turn. c. 19 lib. 6. adverſ. Vide de his Rhod. c. 29. 3. Horum etiam mentio fit poſtea cap. 2. lib. 7. *Idem.*

a *Inga-*

inde clarior aperiri fama ab gente [a] [1] Ingævonum, quæ eſt [2] prima inde Germaniæ. Sevo mons ibi immenſus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad [3] Cimbrorum uſque promontorium efficit ſinum, qui Codanus vocatur, refertus inſulis: quarum clariſſima Scandinavia eſt, incompertæ magnitudinis, portionem tantum ejus, quod ſit notum, Hillevionum gente D. incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione Eningia. Quidam [4] hæc habitari ad [5] Viſtulam uſque fluvium, à Sarmatis, Venetis, Scyris, Hirris tradunt. Sinum [6] Clylipenum vocari: & in oſtio ejus inſulam Latrin. Mox alterum ſinum Lagnum, conterminum Cimbris. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longe peninſulam efficit, quæ [7] Cartris appellatur. XXIII. inde inſulæ Roman. armis cognitæ. Earum nobiliſſimæ, Burchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis [8] ſimilitudine ſponte provenientis. [b] Item Gleſſaria, à ſuccino militiæ appellata, à Barbaris [9] Auſtrania, præterque Actania. Toto autem hoc mari ad Scaldin uſque fluvium, Germanicæ accolunt gentes haud explicabili menſura, tam immodica [10] prodentium diſcordia eſt, Græci & quidam noſtri, XXV. M. paſſ.

oram

1 Vigævonum. *Rhen.* 2 prima. Inde Germania. Mons Sevo, &c. *Rhenanus. M.* 3 Cimbros uſque promontorium ſin. *Cb.* 4 hanc. 5 Viſulam. *Cb.* Iſtulam. *Pomp.* 6 Cylipenum. *Cb.* 7 Cartris appellatur XXIII. M. p. Inde, &c. *V.* 8 multitudine ſponte proveniente. *M.* 9 Auſtravia. Auſteravia. *Cb.* 10 tradentium. *Rhenanus.*

a *Ingavonum.*] Lege: *Inguæones.* Vide *Salmaſ.* p. 229. b. *Ab gente Ingævonum, quæ eſt prima inde Germania, Sevo mons.*] Et hic rurſus idem erratum eſſe puto, præpoſteri verborum ſitus. Scribendum arbitror, *Ab gente Ingævonum, quæ eſt prima Germania. Inde Sevo mons.* De Ingævonibus, capite ſequente. *Pintian.* *Ingævonum*] Beatus Rhenanus hanc vocem interpretatur dicens, *Wic*, aut *Vig*, Saxonum lingua, & eorum qui mare accolunt ſonare maris aut fluvii ſinum: *Wonen* ſeu *Wohnen* vero (ut & germanica communi lingua) habitare. Unde *Wigwoner*, ſeu ut Belgæ enunciant *Wigwoners*, Wigævones maris accolæ, quos Ingævones Latini vocaverunt. Hanc opinionem quoque Beuther. in ſua commentat. ſuper Tacit. de mor. German. tranſtulit. Sed erroneam eſſe judicat doctiſſ. Hadr. Jun. hiſt. Bat. pag. 337. dictoſque fuiſſe Iſtævones ab Germanico *Oſt* ſeu *Eſtwoners*, hoc eſt, ad ortum incolentes. Sed & de ſeq. cap. mendo quodam, quod nos ſuſtulimus, commonuit. *Dalec.*

b *Item Gleſſaria, à ſuccino militia appellata, à Barbaris Auſtrania.*] Legend. *item Gleſaria à ſuccino militi appellata, barbaris Auſtravia.* Genus loquendi Plinianum, *militi appellata*, id eſt, appellata à milite. *Salm.* p. 234. a.

 a *Rhe-*

oram Germaniæ tradiderunt. Agrippa cum Rhætia & Norico longitudinem DCLXXXVI. millia paſſuum, latitudinem [1] CCLXVIII. M.

1 CXLVIII. *Tol.*

Cap. XIV. *Germania.*

[a] Rhetiæ prope unius majore latitudine, ſane [2] circa exceſſum ejus ſubactæ. Nam Germania multis poſtea annis, nec tota, percognita eſt. Si conjectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum [3] opinioni, & [4] longitudinis ab Agrippa [5] proditæ. Germanorum genera v. [b] [6] Vindili, quorum pars Burgundiones, [7] Varini, Carini, [8] Guttones. Alterum genus [c] [9] Ingævones, quorum pars Cimbri, Teutoni, ac [10] Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno [d] Iſtævones, quorum pars [11] Cimbri Mediterranei: [e] Hermiones, quorum Suevi, Hermunduri, [f] Chatti, Cheruſci. Quinta pars Peucini, [g] Baſternæ, ſupra dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, [h] Guttalus,

2 citra. *Rhen.*
3 opinione. *Ch.*
4 longituni. *M.*
5 traditæ. *M.*
6 Vandili. *Rhen.* Vandilici. *Ch.*
7 Avarini. *Io. Go.*
8 Gottones.
9 Vuigævones. *Rh.*
10 Baugorum. *Ch.*
11 pars Cimbri, & Mediterranei. *Herm.*

a *Rhetiæ.*] Rhenanus dicit hæc non eſſe à ſuperioribus diſtrahenda: ſiquidem cum iis neceſſario cohæreant uſque ad hæc verba: Germanorum genera quinque. Atque his verbis incipit c. 14. *Dalecamp.*

b *Vindili.*] Sive Vandali, à vocabulo Germanico *Wandeln*, quod peregrinari. Inde Vandali advenæ, peregrini homines. Eorum ſedes in Polonia ad caput Viſtulæ. Megalburgenſes, Pomerani, Pruteni, Marchia, Saxoniæ pars. *Idem.*

c *Ingævones.*] Indigenæ, aborigenes, autochthones, *Innwohners.* Hodie Friſii, Dani, Holſati, Ditmarſi, Weſtvali, Saxoniæ pars maxima. Vide cap. præced. *Idem.*

d *Iſtævones.*] Qui ad Iſtrum habitant. *Weſtwoners*, occidentales. Ii ſunt Sicambri, Batavi, Mattiaci, Tencteri, Bructeri, Uſipetes, Chamani, Angrivatii, Tubantes, Boſactori, Vangiones, Nemetes, Ubii pars Saxoniæ, Franci, Suevi, Danubii, & Rheni accolæ. *Idem.*

e *Hermiones.*] Bellatores. Horum ſedes incolunt Turingi, Miſnenſes, Boiemi, Luſatii, Sileſii, Moravi, pars Polonorum. Hermiones, olim Hertvvoners, ab *hert* ſeu *Erdt*, terra, propinqui Danubio. Had. Jun. ſupra à nobis adducto in loco dictos putat *ther-mitd-woners*, hoc eſt, in medio incolentes ſeu *Hertdmitwoners*, hoc eſt, telluris meditullium inſidentes. *Idem.*

f *Chatti.*] Ad hos addendi ſunt ex ſententia Melancht. Nariſci, Marçomanni, Ligii, Arii, Eliſii, Quadi. *Idem.*

g *Baſternæ.*] Baſtarnarum & Jazygum nomine comprehenduntur Walachi, Lituani, Ruteni, Weſtarnæ occidentales aratores, coloni, agricolæ. Peucini, ii dicti ſunt quia Peucen inſulam ad oſtia Danubii poſitam occupaſſent. Melanch. 4. Chronicorum. *Idem.*

h *Guttalus.*] Guttalus Ptolemæo Viadrus, Odera *die Oder.* Viſurgis, *Weſer.* Alluit is civitatem Saxoniæ Hamelen. Labitur in *Aller* fluvium, ad oppidum *Verden,*

talus, [1] Viſtillus ſive Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſius, Rhenus, Moſa. Introrſus vero, [2] nulli inferius nobilitate, Hercinium jugum prætenditur. 1 Viſtillus, Suevus, Albis. Rhen. 2 nullo. Rhen.

CAP. XV. *Inſulæ in Gallico Oceano.*

IN Rheno ipſo prope, centum M. p. in longitudinem, nobiliſſima Batavorum inſula, [3] Cannenufatum, & aliæ Friſiorum, [a] Cauchorum, Friſiabonum, Sturiorum, [b] [4] Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium ac Flevum. Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab occidente in amnem Moſam ſe ſpargit: medio inter hæc ore, [c] modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum. 3 Caninefatum. Canenfacium. M. 4 Mattiacorum.

CAP. XVI. [d] *Britannia & Hibernia.*

EX adverſo hujus [5] ſitus Britannia inſula, clara Græcis noſtriſque monumentis, inter ſeptentrionem & occidentem jacet: Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, multo maximis Europæ partibus [6] magno intervallo adverſa. Albion ipſi nomen fuit, cum Britanniæ vocarentur omnes: de quibus mox paulo dicemus. Hæc abeſt à Geſſoriaco Morinorum gentis 5 ſita eſt. Pint. 6 haud magno. V.

Verden, ſupra *Bremen.* Dalec. Quod Dalecb. Guttalum ait Viadrum dici, erroneum aſſerit Ortel. Viadumque, ſeu οὐιαδὸν dici. *Dal.*

a *Cauchorum.*] Caucbi, aliis *Cadſant:* aliis *Walcheren*, prope Meydelburgum. Melancht. Cauchos minores eſſe tradit ad Bremam & Wiſurgim: majores, ad Luneburgum & veterem Marchiam. *Idem.*

b *Marſatiorum.*] Seelandos vocant, quaſi maritimos homines. Sturii, *Staveren.* aliis *Snithewt.* Friſiabones, *Fredeborch land.* Idem.

c *Modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum.*] Mallem ſcriberes, *nominis ſui.* Sciendum tamen in Apographo Toletano omnia ſupra ſcripta verba minime legi. *Pintian.*

d *Britannia.*] A *Brith*, vetuſta gentis lingua quicquid depictum coloratumque eſt, ſignificante: & *tania* regio. Ita ut ſit Brithtania Βρετανία, ſeu ut Græci perperam Βρεττανία, Brithonum, hoc eſt, pictorum regio. Notus autem eruditis ex Cæſ. Mela, auctore noſtro aliiſque ſcriptoribus mos veteribus hujus vicinarumque inſularum cultoribus receptus corpora glaſto depingendi, ut multis inculcetur non eſt neceſſe, videatur tamen Camden. Britan. p. 7. Tribuni cohortis III. Britonum mentio fit ſub Duce Rhætiæ in notic. Imp. uti Pancirol. reſtituit. *Dal.*

tis litore, proximo trajectu quinquaginta M. [1] minimum: circuitu vero patere tricies octies centena viginti quinque M. Pytheas & Iſidorus tradunt, triginta prope jam annis notitiam ejus Rom. armis non ultra vicinitatem ſilvæ Caledoniæ propagantibus. [2] Agrippa longitudinem DCCC. M. paſſ. eſſe: latitudinem CCC. M. credidit. Eandem Hyberniæ latitudinem; ſed longitudinem CC. mill. paſſ. minorem. Super eam hæc ſita abeſt breviſſimo tranſitu [a] à Silurum gente [3] XX. M. p. Reliquarum nulla CXXV. mill. circuitu amplior proditur. Sunt autem [4] XL. Orcades, modicis inter ſe diſcretæ ſpaciis. Septem [5] Acmodæ, & XXX. [6] Hæbudes: & inter Hyberniam ac Britanniam Mona, Monapia, [7] Ricnea, Vectis, [8] Silimnus, [9] Andros. Infra vero [10] Siambis, & Axantos. Et ab adverſo in Germanicum mare ſparſæ Gleſſariæ, quas Electridas Græci recentiores appellavere; quod ibi Electrum naſceretur. Ultima omnium, quæ memorantur, Thule: in qua ſolſtitio nullas eſſe noctes indicavimus, [11] Cancri ſignum Sole tranſeunte, nulloſque contra per brumam dies. [12] Hæc quidam ſenis menſibus continuis fieri arbitrantur. Timæus hiſtoricus à Britannia introrſus ſex dierum navigatione abeſſe dicit inſulam Mictim, in qua candidum plumbum proveniat. Ad eam Britannos [13] vitilibus navigiis corio circumſutis navigare. Sunt qui & alias prodant, Scandiam, [b] Dumnâm, Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen navigetur. A Thule unius diei navigatione mare concretum, à nonnullis Cronium appellatur.

1 paſſuum. Nam minimum. neque eſt *in Vet.* neque *in Ch. legitur.*

2 Agrippa longitudinem DCCC. M. p. credidit: latitudinem CCC. Eandem credidit. Hyber. *Pintian. Ch. exlegit*, credidit. Eandem Hyberniæ, ſed longitudinem, &c.

3 XXX. *M. Ch.*

4 XL. M. p. Orc. *V.*

5 Hæmodes.

6 Hebrides. V.

7 Ricina. V.

8 Limnus. V.

9 Edros. V.

10 Samnis. *V. M.*

11 ad Cancri ſignum.

12 Hoc quidam. *Ch.* Hæc ſiquidem *Rhod. cap.* 22. 16.

13 vilibus. *M.*

CAP.

a *A Silurum gente.*] Silurorum oppidum Ptolemæo, Bulæum: nunc *Wirkſam.* Fuit & Siluriæ pars Caricta, nunc Gallonidiæ pars. Boet. idem Coil & Gunigamam Siluriæ partes fuiſſe tradit. *Dalec.*

b *Dumnam.*] Quibuſdam Dumna, Dumo, Nerigon, Nordera, Iſlandiæ vicinæ inſulæ. Eſt autem Nordera maxima ex aliquot inſulis, quas Patras vocant, proxime Iſlandiam ſitas. *Dalecampius.*

a *Gallia.*

CAP. XVII. *Gallia.*

a GAllia omnis comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime diſtincta. A [1] Scaldi ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunenſis. Inde ad Pyrenæi montis excurſum [2] Aquitania, [3] Aremorica [4] ante dicta. Agrippa [5] univerſarum Galliarum inter Rhenum & Pyrenæum atque Oceanum, ac montes Gebennam & Iuram, b quibus Narbonenſem Galliam excludit, longitudinem [6] CCCCXX M. paſſ. latitudinem [7] CCCXIII. computavit. A Scaldi incolunt [8] extera c Toxandri

1 A Scalde *Ch.*
2 Aquitanica. *Ch. ſic initium cap.* 19.
3 Arecomica. V. *ſed perperam. Veteribus namq; Gallis Ar-emor ad mare ſignificat teſte Camdeno Britan. pag.* 20. *Vide & Pancirol. ſuper notic. lib.* 2. *c.*86.
4 antea. *Ch.*

5 *in Ch. non leg. Tol. leg.* univerſam oram Gall. &c. 6 CCCCXXX. *Ch.* 7 CCCXXIV. *Ch.*
8 Externi. *M. Vet.*

a *Gallia omnis Comata.*] Gallia omnis Italis vel Ciſalpina eſt, quam togatam ideo vocarunt, quod, ut ſcribit Dion lib. 46. placidior eſſet, ac Romano veſtitu uteretur: vel Tranſalpina: ac rurſum Ciſalpina, vel Ciſpadana eſt, vel Tranſpadana: incipit hæc ab Ancone, terminatur Alpibus. Ad mare ſuperum finis Rubico, ad inferum Arnus. Tranſalpina circumſcribitur Oceano, Rheno, Alpibus, mari mediterraneo, montibus Pyrenæis. Dividitur hæc in Comatam, ſic appellatam, quod incolæ ſtudioſius comam alerent & ſummitterent; ac in Brachatam ſive Narbonenſem, à brachis nuncupatam, nempe tunica, quæ ſago imponebatur, & qua in curia depoſita latum clavum Gallos ſumpſiſſe, Suetonius in Cajo Cæſare tradit, nimirum ſenatoriam tunicam. Provincia Romana privatim quoque dicta hæc eſt, quod prius à Romanis ſuperata, & in provinciam redacta leges Romanas, moreſque accepiſſet. Comata ſive capillata in Celticam, quam & Lugdunenſem nominarunt; dividitur in Belgicam & Aremoricam ſeu Aquitaniam. De Comata Catullus:

Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati?
Mamurram habere quod comata Gallia
Habebat omnis, ultima & Britannia?

Pomp. Melæ Carni & Veneti Galliam togatam incolunt. Vide Comment. Cæſar. initio lib. 1. de bello Gal. ubi eandem Galliæ diviſionem cum noſtro auctore tradit. *Dalec.* Imo vero confundit hic Plin. quæ erant diſcernenda. Julius namque in tres partes diviſit Galliam: Comatam, Celticam, Belgium & Aquitaniam: at vero Auguſtus in IV. adjecta prioribus Lugdunenſi, finibuſque nonnihil mutatis: quam diviſionem ſecutus eſt Strabo & Æthic. pag. 42. utramque viva delineatione expreſſit in ſuo theatro elegantiſſ. ævi noſtri Geographus Abraham. Ortel. Videatur & Carol. Sigon. de ant. jur. It. lib. I. c. 24. & de ant. jur. prov. lib. I. cap 6. & Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 791. De poſterioribus autem diviſionibus Onuph. d. lib. pag. 885. &c. Pancirol. ſuper notic. lib. 2. cap. 3. & 68. & 90.

b *Quibus Narbonenſem Galliam excludit.*] Excludit, tanquam jam antea in provinciæ formam redactam, quam reliquam viciſſent aut ſubegiſſent Romani, ac ideo ſejunctam. *Dalecamp.*

c *Toxandri.*] In Eburonibus Taſandrum civitas nunc etiam celebris eſt, quam vulgus appellat *Sainct Truden*, quam Toxandrorum caput fuiſſe volunt. De Toxandria Marcellinus lib. 12. *Quibus paratu, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos conſuetudo Salios*

appella-

dri pluribus nominibus. Deinde Menapii, Morini, Oromanſaci juncti pago, qui [a] Geſſoriacus vocatur: [1] Britanni, Ambiani, Bellovaci, [b] [2] Haſſi. Introrſus Caſtologi, Atrebates, Nervii liberi, Veromandui, Sueconi, Sueſſiones liberi, Ulbanectes liberi, Tungri, [c] [3] Rinuci, Friſiabones, Betaſi, Leuci liberi, Treveri liberi antea, & Lingones fœderati, Remi fœderati, [4] Mediomatrici, Sequani, Raurici, Helvetii. Coloniæ, [d] Equeſtris & [e] Rauriaca. Rhenum autem accolentes, Germaniæ gentium in eadem provincia, Nemetes, [5] Tribochi, Vangiones: hinc Ubii, Colonia Agrippinenſis, Guberni, Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni.

1 *quidam legunt* Brinanni.
2 Baſſi. *Ch.*
3 Runici. *male apud Tacitum* Sumici.
4 Mediomatrices.
5 Tribocci. *Elſatia hodie.*

CAP. XVIII. *Lugdunenſis Gallia.*

Lugdunenſis Gallia habet Lexovios, [6] Vellocaſſes, [7] Galletos, Venetos, [8] Abrincatuos, [9] Oſiſmios, flumen clarum Ligerim. [f] Sed peninſulam ſpectatiorem excurrentem in Oceanum à fine [10] Oſiſmiorum circuitu DCXXV. M. paſſ. cervice in latitudinem CXXV. M. Ultra eam Nannetes.

6 Bellocaſſios.
7 Calletes.
8 Ambilates. *Caſ.*
9 Oſſiſmios. *Ch.*
10 Oſſiſmorum. *Ch.*

appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxandriam locum habitacula ſibi prælicenter figere. Dalec.

a *Geſſoriacus.*] Scaliger in Auſonium, pagis olim habitatam fuiſſe totam Galliam putat, ut Vellaunio, Gebalo, &c. fuiſſeque illas totas præpoſituras provinciarum, & amplos tractus, etiam oppidis frequentes, ut nunc apud Helvetios, qua ratione Galli etiam nunc vocant *pays.* Itaque Geſſoriacum pagum fuiſſe tractum, qui porrigitur à Northmannis Belgis uſque ad Borioniam, in quo oppidum Giſors vetuſtam adhuc appellationem ſervat. *Idem.*

b *Haſſi.*] Hem, oppidum & arx S. Quintino vicina: aliis *Henaut.* Vide Turn. c. 21. 8. Adverſ. *Idem.*

c *Rinuci.*] Melanchthon lib. 4. Chronicōn legit, *Runici*, Belgis, *Das Runckerland*, & apud Tacitum male ſcribi, *Sunici*, putat. Siti ſunt inter Batavos & Phriſios. Rinuci aliis dicti *Roermonde*, aliis *Ravenſtein.* Idem.

d *Equeſtris.*] Alii dicunt eſſe Lauſannenſem, alii vero Neocommenſem. *Id.*

e *Rauriaca.*] Hanc Cæſar in Commentariis ſuis vocat Sequaniam, ut eſt Baſilea, Porrentraucum, Mompelgardum, &c. *Idem.*

f *Sed peninſulam ſpectatiorem excurrentem in Oceanum à fine Oſiſmiorum circuitu* DCXXV. *&c.*] Lege: *Sed peninſulam ſpectatiorem excurrentem in Oceanum à fine Oſiſmiorum circuitu* DCXX. M. *paſſ. cervice in lat. &c. Cervicem* vocat Iſthmon, quæ inſula, ſeu caput, continenti ſeu corpori adhæret. *Gelen.* *Sed peninſulam, &c.*] Peninſula ea continet civitates indigenarum dictas *Breſt, le Conquet, Sainct Mahe, le Four, Sainct Paul.* Dalec.

a *Secu-*

tes. Intus autem [1] Hedui fœderati, [2] Carnuti fœderati, Boii, Senones, Aulerci, [3] qui cognominantur Eburovices, & qui Cenomanni, Meldi liberi, Parrhiſii, Trecaſſes, Andegavi, Vidugaſſes, [4] Vadicaſſes, Unelli, Carioſuelites, Diablindi, Rhedones, Turones, [5] Iteſui, [a] Secuſiani liberi, in quorum agro [b] colonia Lugdunum.

CAP. XIX. *Aquitania.*

Aquitanicæ ſunt [6] Ambilatri, [7] Anagnutes, Pictones, [c] Santones [8] liberi, cognomine Ubiſci, Aquitani, unde nomen provinciæ, Sediboniates. Mox in oppidum contributi Convenæ, Begerri, [9] Tarbeli quatuorſignani, Cocoſſates, Sexſignani, Venami, [10] Onobriſates, Belendi, ſaltus Pyrenæus. Infraque Moneſi, Oſquidates montani, [11] Sibyllates, Camponi, Bercorcates, [12] Bipedimui, Saſſu-

1 Eſui. V. 2 Carnutes. V. 3 & qui nominantur. V. 4 Vadiocaſſes. *Ch.* 5 Ateſui. 6 *Lege* Ambilates. *putoque vocem hanc tractam è ſuperiori capite huic inſertam imprudentia.* 7 Aginnates. 8 liberi, Beturi cognomine, &c. *Ch.* 9 Tarbelli. *Ch.* 10 Olobriſates. V. 11 Sibuſates. *Caſar.* 12 Pinpedunni. *Ch.*

a *Secuſiani.*] Secuſiani *Foreſts.* In ea regione eſt arx dominorum de Cuzieu, quæ vetuſtatem nominis & originis teſtatur. Forum Setuſianorum *Fours.* In ejus oppidulo legitur inſcript. DEO. SYLEIANO. FABRI. TIGNUARII. QUI. FOR. SEC. CONSISTUNT. D. S. P. R. (id eſt, de ſua pecunia reſtituerunt.) Alii ſunt Sebuſiani, Buzei, & Breſſæ. Forum Sebuſianorum *Bourg en breſſe.* Sebuſianorum caput, *Beley.* Dalec.

b *Colonia Lugdunum.*] Officina monetaria Romanorum Imperatorum, celebre & clarum. Alex. ab Alexand. cap. 24. 4. Sed & olim hac eadem in urbe ad communem aram Cæſaris ſexaginta quotannia populi, ingenti coacta manu conveniebant, & peracto ſacro, de maximis rebus publico concilio decernebant. Idem cap. 2. lib. 5. In averſa parte antiqui denarii cuſi à quodam ex Antoniorum ſtirpe Leo ſignatus eſt, ejus coloniæ inſigne, cum his literis infra ſupraque ſcriptis: LVGVDVNI, & hiſce ad latera, A. XL. quæ annos ſignificant deductæ coloniæ poſt ædificatam civitatem. Dion. lib. 46. ſcribit *Λαſεδῦνον* poſtea *Λυγδῦνον* vocatam fuiſſe. De quibus omnibus Fulv. Urſin. fam. Rom. pag. 23. At omnes antiquitus inſcripti lapides, qui inventi ſunt & quotidie inveniuntur, habent LVGVDVNVM. III. GALL. PROVINCIA. *Dal.* Non omnes habere diſces ex d. Fulv. lib. pag. 168. & inſcript. ant. Lipſii & Goltzii Theſaur. ant.

c *Santones liberi cognomine Ubiſci.*] Lego, *Santones, Bituriges cognomine Vbiſci, ſeu Viviſci. ſeu Bibiſci:* tot enim modis olim ſcripſerunt. Porro ſic Burdegalenſes vocati ſunt ad aliorum differentiam. Burdegalæ nunc extat inſcriptio hæc: AVGVSTO SACRVM, ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV. *Dalec.* Cum nullis in exemplaribus τὸ *liberi* omiſſum notetur, utique retinendum, ac ſi omnino cum Dalechampio quippiam mutandum fuerit, hoc modo legendum cenſuerim; *Santones liberi, Beturi,* (ſeu Bituriges) *cognomine, &c.* Notare namque ſolere auctorem, quinam liberi fuerint, ex ſuperioribus notum eſt. Cæterum de mutua functione lit. *b* & *v* poſſemus innumera loca exemplaque adducere, ſed ſufficiant quæ apud elegantiſſimum Merulam extant ſuper Ennium pagina 60. & 187.

a *Tarne-*

[1] Saſſumini, Vellates, Tornates, Conſoranni, Auſci, Eluſates, Sottiates, Oſquidates campeſtres, Succaſſes, Latuſates, Baſabocates, Vaſſei, Sennates, Cambolectri, Ageſinates Pictonibus juncti. Hinc Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemovices, Arverni liberi, [2] Gabales. Rurſus Narbonenſi provinciæ contermini Rutheni, [3] Cathurci, Antobroges, [a] Tarneque amni diſcreti à Toloſanis Petrogori. Maria circa oram, ad Rhenum Septentrionalis Oceanus, inter Rhenum & Sequanam Britannicus, inter eum & Pyrenæum Gallicus. Inſulæ complures Venetorum, quæ & Veneticæ appellantur, & in Aquitanico ſinu [4] Uliarus.

1 Laſſunni. *Ch.*

2 Gabali. *vide cap. 42. lib. 11.*

3 Cadurci: Ninobriges Tarne amne diſcreti à Toloſanis. Patrocorii. *Ioſ. Scalig.*

4 Ularus. *M. & Fuxenſe exemp. l'Iſle d'Olerin.*

Cap. XX. [b] *Citerior Hiſpania.*

A Pyrenæi promontorio Hiſpania incipit, anguſtior non Gallia modo, [c] verum etiam ſemetipſa, ut diximus, immenſum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. [d] Ipſa Pyrenæi juga ab exortu æquinoctiali fuſa in occaſum

a *Tarneque.*] Tarnis *le Tar.* Celebres in ea provincia fluvii, Tarnis Duranius, *la Dordonne*, Olda, *Loda*, Aturrus, vel Atyr, Tarbellam præterfluens, *l'Ador*; Lucanus:

---- & ripas Atyri, quem littore curvo
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus Ancon. Dalec.

b *Citerior Hiſpania.*] De Hiſp. Sigon. de ant. jur. prov. libro 1. c. 5. Onuphr. Imp. Rom. p. 768. & 884. & 891. Pancirol. lib. 2. cap. 3. notit. *Dalec.*

c *Verum etiam ſemetipſa ut diximus, immenſum quantum.*] Diſpiciat hic curioſus lector, an ſcribi debeat non *quantum* (ut omnia præferunt exemplaria) ſed *cuneata*, ut libro tertio capite tertio, *E radicibus Pyrenai, ubi cuneatur anguſtiis inter duo maria.* Pint.

d *Ipſa Pyrenai juga ab exortu aquinoctiali fuſa in occaſum brumalem, breviores latere ſeptentrionali quam meridiano Hiſpanias faciunt.*] Lectio ridicula, ſecum pugnans, falſiſſima, contra Strabonem, Ptolemæum, Pomponium, Plinium: ex qua etiam multa conſequerentur abſurda: denique contra vulgatum experimentum, cotidianamque & oculatam fidem. Ante omnia illud mihi dari peto, ſi Pyrenæi juga ab oriente æquinoctiali in occaſum brumalem porrigantur, ut hic verborum oſtendit contextus, orientalem Pyrenæorum extremitatem magis ad ſeptentrionem acceſſuram quam occiduam. Nam exortus æquinoctialis magis in ſeptentrionem inclinat, quam occaſus brumalis. Hoc conceſſo, quod nemo diffiteri poteſt, ſequeretur Oeaſonem promontorium in ſeptentrionali Pyrenæorum extremitate ſitum, cum illa ſit etiam ex hypotheſi orientalis, majorem habiturum longitudinem, quam templum Veneris ſitum in extremitate occidua: magis enim diſtabit ab occidente, & meridiano per inſulas fortunatas. Quod eſt manifeſte adverſus

ſum brumalem, breviores latere Septentrionali quam Meridiano Hiſpanias faciunt, proxima ora citerioris eſt, [1] ejuſdemque Tarraconenſis [2] ſitus, à Pyrenæo [3] per Oceanum Vaſconum ſaltus: Olarſo, Vardulorum oppida Moroſgi, Menoſca, Veſperies, Amanum portus, ubi nunc Flaviobriga, colonia civitatum IX. Regio Cantabrorum, flumen [4] Sanda, portus Victoriæ Juliobrigenſium. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta millia paſſuum. Portus [5] Biendium, [6] Origeni miſtis Cantabris. [a] Portus eorum Veſci, Veca. Regio Aſturum, Noëga oppidum in peninſula Peſici. Et [7] deinde conventus Lucenſis, à flumine Navilubione, Cibarci, [8] Egovarri cognomine Namarini, Iadoni, Arrotrebæ, [b] promontorium Celticum. Amnes Florius, Nelo,

1 ejus quoque. *M.*
2 ſitus conſiſtit à.
3 prope. *M.*
4 Sanga. *V. M.*
5 Blendium. *Ch.*
6 Origeni, Coniſci, Cantabri. *ex Strab. l. 3.*
7 Et inde. *V.*
8 Æguiarri. *Ch.*

verſus Prolemæum, tradentem libro ſecundo, Oeaſonis longitudinem eſſe partium xv. templi autem Veneris xx. & amplius. Cujus veridicum documentum incolis ejus tractus, aſſiduis itineribus, crebriſque navigationibus ultro citroque commeantibus, exploratiſſimum eſt, Strabo præterea libro tertio, Pyrenæos ab Auſtro in Boream protendi tradit, hoc eſt, à meridie in ſeptentrionem, non ab ortu in occaſum. Pomponius quoque libro ſecundo, Pirenæos à templo Veneris & Cervaria fine Gallicæ oræ, qua interno mari alluitur, ad oceanum Britannicum porrigi ſcribit. Ad hæc ſi templum Veneris minoris eſſet longitudinis quam Oeaſo, quis non videt, quum templum ipſum finis ſit Galliæ & initium Hiſpaniæ, meridianum Hiſpaniæ latus brevius futurum quam ſeptentrionale? quod eſt contra Plinium, qui ſtatim ſubjungit, *Breviores latere ſeptentrionali quam meridiano Hiſpanias faciunt.* Sed ne in re comperta amplius tundam, opinor oſcitantem ſomniculoſumque librarium, verborum ordine mutato, vitiatiſque ſyllabis ſcripſiſſe, *Ab exortu æquinoctiali in occaſum brumalem*; cum è contrario ſcribendum eſſet, *Ab exortu brumali in occaſum æquinoctialem.* Quam lectionem, ſi forte Pliniana non eſt, ad veram ſaltem propius accedere, rationique & experimento magis conſentaneam, nemo puto inficiabitur. *Pint.*

a *Portus eorum Veſci, Veca.*] Scribe conjunctim, *Veſciveſca*, tum ex antiquis codicibus, tum etiam quod celebretur in Hiſpania *Virveſca* Ptolemæo ſecundo, aut *Vitroveſea* Plinio tertio. *Idem.*

b *Promontorium Celticum. Amnes Florius.*] Barathrum hic occurrit ingens, & librariorum altiſſimus ſomnus, vel lethargus potius, illo Epimenidis multo monſtroſior. Nam quæ hio ſubjicienda erant, in proximum & tertium ab hoc caput rejecerunt, permiſtis omnibus & confuſis in unum veluti cyceona. Sequatur igitur diligens lector tractatus ſeriem, contextumque verborum ſequent. *Promontorium Celticum, quod alii Artabrum appellavere, terras, maria, cælum diſterminans. Illo finitur Hiſpaniæ latus, & à circuitu ejus incipit frons: Septentrio hinc Oceanuſque Gallicus, Occaſus illinc & oceanus Atlanticus. Promontorii excurſum lx.* M. *prodidere: alii xc. Ad Pyrenæum inde non pauci xij. l. & ibi gentem Artabrum, quæ nunquam fuit manifeſto errore. Arotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco poſuere, literis permutatis. Amnes Florius, Nelo, Celtici*

Nelo, Celtici cognomine Neriæ, ſuperque Tamarici, quorum in peniſula tres aræ Seſtianæ Auguſto dicatæ, Cæpori, oppidum Noëla. Celtici cognomine Præſamarci, Cileni. Ex inſulis nominandæ, Corticata, & Aunios. A Cilenis, conventus Bracarum, Heleni, [1] Gravii, caſtellum Tyde, Græcorum ſobolis omnia. Inſulæ Cicæ. Inſigne oppidum Abobrica. Minius amnis IV. M. p. ore ſpatioſus, [2] Leuni, Seurbi, Bracarum oppidum Auguſta, quos ſupra Gallæcia. Flumen, Limia. Durius amnis ex maximis Hiſpaniæ, ortus [3] in Pelendonibus, & juxta Numantiam lapſus; dein per Arevacos Vacc æoſque, diſterminatis ab Aſturia [4] Vettonibus, à Luſitania Gallæcis, ibi quoque Turdulos à Bracaris arcens. Omniſque dicta regio à Pyrenæo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi, nigri albique.

1 Gronii. *Vet.*

2 Lebuni. *Vet.*

3 Pelondonibus. *V.* & *Ch.*

4 Vectonib. V.

CAP. XXI. *Luſitania.*

A Durio Luſitania incipit, Turduli veteres, Peſuri, flumen [5] Vacca. Oppidum Talabrica. Oppi-

5 Baccia. *Ort.* Vagia. *M. Ch.*

cognomine Neria, ſuperque Tamarici, quorum in peninſula tres ara Seſtiana Auguſto dicata, Cepori, oppidum Noela, Celtici cognomine Præſamarci, Cileni. Ex Inſulis nominanda, Corticata, & Aunios. A Cilenis conventus Bracarum, Heleni, Gravii, Caſtellum Tyde, Gracorum ſobolis omnia. Inſula Cica. Inſigne oppidum Abobrica. Minius amnis iv. M. *paſſ. ore ſpacioſus, Leuni, Seurbi, Bracarum oppidum Auguſta: quos ſupra Gallacia, flumen Limia. Durius amnis ex maximis Hiſpania, ortus in Pelendonibus & juxta Numantiam, lapſus deinde per Arevacos, Vaccaos, diſterminatis ab Aſturia Vectonibus, à Luſitania Gallacis, ibi quoque Turdulos à Bracaris arcens. Erratum & in omnibus inclytis. Ab Minio quem ſupra diximus cc.* M. *paſſuum, ut auctor eſt Varro, abeſt Æminius, quem alibi quidam intelligunt, & Limeam vocant, Oblivionis antiquis dictus. Omniſque dicta regio à Pyrena metallis referta auri, argenti, ferri, plumbi, nigri albique. A Durio Luſitania incipit. Turduli veteres, Peſuri, flumen Vacca. Oppidum Vacca, Oppidum Talabrica. Oppidum & flumen Minium. Oppida Conibrica, Collippo, Eburo, Britius. Excurrit deinde in aliud vaſto cornu promontorium, quod alii magnum appellavero, multi Oliſipponenſe ab oppido. Ab Durio Tagus cc.* M. *paſſuum interveniente Munda*, & reliqua uſque ad finem capitis XXII. Et hic quidem ordo eſt, conceptuſque verborum Plinii, ut res ipſa ſituſque locorum veluti intento digito monſtrare videtur. Nunc quædam ex antedictis quæ cenſura indigent, repetemus. *Pint. Amnes Florius, &c.*] Multa ex hoc loco in proximum & tertium caput perperam videntur trajecta, ex rerum ſerie, locorumque ipſorum ſitu municipiis ſuis reſtituenda. *Dalecamp.*

a Illo

Oppidum & flumen [1] Minium. Oppida [2] Conimbrica, [3] Colippo, [4] Eburo, [5] Britium. Excurrit deinde in altum vaſto cornu promontorium, quod alii Artabrum appellavere, alii magnum, multi Olyſſipponenſe, ab oppido, terras, maria, cœlum diſterminans. [a] Illo finitur Hiſpaniæ latus, & à circuitu ejus incipit [6] frons.

CAP. XXII. *Inſula in Oceano.*

[b] SEptentrio hinc Oceanuſque [7] Gallicus, Occaſus illinc, & Oceanus Atlanticus. Promontorii excurſum [8] LX. M. prodidere, alii XC. M. p. ad Pyrenæum inde non pauci XII. quinquaginta millia, & ibi gentem Artabrum, quæ nunquam fuit, manifeſto errore. Arrotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco poſuere literis permutatis. Erratum & in amnibus inclytis. Ab Minio quem ſupra diximus, CC. M. paſſ. (ut auctor eſt Varro) abeſt Æminius, quem alibi quidam intelligunt, & [9] Limæam vocant, oblivionis antiquis dictus, multumque fabuloſus. Ab Durio Tagus CC. M. paſſuum, interveniente Munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo CLX. M. p. promontorium Sacrum è media prope Hiſpaniæ fronte proſilit, XIV. M. paſſ. inde [10] ad Pyrenæum medium

1 Eumenium. *Tol. M.* Æminium. *V.*
2 Cinumbriga. *M. Tol.*
3 Oliſippo. *V.*
4 Eburobritium. *uno vocabulo.* Ortel.
5 Britoleum *V.* Britticum. *M.*
6 frons Septentrionis. Hinc Oceanus, &c. *M. ita ut Septentrionis vox ad e. præcedens pertineat.*
7 Calaicus. *Ch.*
8 XL. *V.*
9 Lethæum vocant ab oblivione antiquis dictum, multumque fabuloſum.
10 & ad Pyrenæum medium colligit, ut Varro tradit. *V.*

a *Illo finitur Hiſpania latus, &c.*] Lege: *Illo finitur Hiſpania latus & à circuitu ejus incipit frons.* Sequitur deinde aliud caput cum hoc titulo: *Inſula in Oceano,* caput ita incipit: *Septentrio hinc, &c.* quæ ita disjecta ſunt ac diſſipata, ut integri corporis umbra vix appareat. ſic ergo reconcinnanda ſunt: *Illo finitur Hiſpania latus, & circuitu ejus hinc incipit frons Septentrionis, Oceanuſque Gallicus e occaſus illinc & Oceanus Atlanticus.* Titulus autem ſupra ſcriptus: *Inſula in Oceano Atlantico.* ita enim integre legi debet; reponendus eſt infra ante illa verba: *Ex adverſo Celtiberia complures ſunt inſula.* inde novum caput auſpicandum eſt. Vide *Salmaſ.* pag. 275. b.

b *Septentrio hinc oceanuſque Gallicus.*] Gallicus oceanus, ut ſuperius oſtenſum eſt, inter Sequanam Galliæ fluvium, & Pyrenæum ſtatuitur. Quapropter non *Gallicus* ſcribendum contenderim. De quo inter alios Martialis poëta libro X. ad Maternum Juriſconſultum.

Municipi, Materne, tuo, veterique ſodali,
Calaicum mandas ſi quid ad Oceanum.

Pintian.

medium colligi Varro tradit. [1] Ab Ana vero, quo Luſitaniam à Bætica diſcrevimus, [2] CCXXVI. M. paſſ. à Gadibus CII. M. paſſ. additis. Gentes, Celtici, [3] Varduli, & circa Tagum Vettones. Ab Ana ad Sacrum, Luſitani: oppida memorabilia à Tago in ora, Olyſippo equarum è Favonio vento conceptu nobile, Salacia cognominata urbs Imperatoria, Merobrica: Promontorium Sacrum & alterum [4] Cuneus. Oppida, Oſſonoba, Balſa, Myrtilis. Univerſa provincia dividitur in conventus tres, Emeritenſem, Pacenſem, Scalabitanum. Tota populorum [5] XLV. in quibus coloniæ ſunt quinque, municipium civium Rom. unum: Latii antiqui tria: Stipendiaria, XXXVI. Coloniæ, Auguſta emerita, Anæ fluvio appoſita, Metallinenſis, Pacenſis, Norbenſis, [6] Cæſariana cognomine. Contributa ſunt in eam Caſtra Julia, Caſtra Cæcilia. Quinta eſt [7] Scalabis, quæ Præſidium Julium vocatur. Municipium civium Rom. Olyſſippo, Felicitas Julia cognominatum. Oppida veteris Latii Ebora, quod item Liberalitas Julia, & Myrtilis ac Salacia, quæ diximus, Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, [8] præter jam dictos in Bæticæ cognominibus, Auguſtobrigenſes, [9] Ammienſes, [10] Araditani, [11] Axabricenſes, [12] Balſenſes, [13] Cæſarobricenſes, Caperenſes, Caurenſes, Colarni, Cibilitani, Concordienſes, qui & Boccori, [14] Interauſenſes, Lancienſes, Mirobrigenſes, qui Celtici cognominantur, [15] Medubricenſes, qui Plumbarii, Ocelenſes, [16] qui & Lancienſes, Turduli qui Barduli & Tapori. Luſitaniam cum Aſturia & [17] Gallæcia patere longitudine DXL. M. paſſ. latitudine DXXXVI. M. Agrippa prodidit. Omnes autem Hiſpaniæ, à duobus Pyrenæi promontoriis per maria, totius oræ circuitu paſſ. [18] XXIX. M. colligere exiſtimantur, ab

1 Ad Anam. *M. Tol.*
2 CXXI. *Tol. Ch.*
3 Turduli. V.
4 Cæneus. *M. Ch.*
5 XLVI. *M.*
6 Cæſariana. *Ch.*
7 Sallabis. *Ch.*
8 præter jam dictos in Bætica cognomines. *ſupra lib.3. cap.1.*
9 Emienſes. *M.*
10 Aranitani. V. Pranitani *M.*
11 Taxabricenſes.
12 Blacenſes. V.
13 Cæſarobrienſes. *M. Ch.*
14 Interanſenſes. *M. Ch.*
15 Medubrigenſes. *M. Ch.*
16 *hæc duo vocabula*, qui &, *in M. non habentur.*
17 Gallicia. *Ch.*
18 XXXIX. M. duodecies colligere. *Vet.* XXIX. M. XXII. colligere. *Ch.*

ab aliis [1] XXVII.mill. [a] Ex adverſo Celtiberiæ com- 1 XXVI.P.
plures ſunt inſulæ, Caſſiterides dictæ Græcis, à
fertilitate plumbi: & è regione Arrotrebarum pro-
montorii, Deorum ſex, quas aliqui fortunatas ap-
pellavere. In ipſo vero capite [2] Bæticæ, ab oſtio 2 Bæticæ, mox ab, &c. Vet.
freti paſſ. [3] LXXV. mill. Gadis, longa (ut Polybius
ſcribit) XII. mill. lata III. mill. paſſuum. [b] Abeſt 3 XXV.M.
à continente proxima parte minus [4] paſſus DCC. 4 pedes. Ch.
reliqua plus ſeptem M. Ipſius ſpatium [5] XV. M. paſſ. 5 XXV. Pint.
eſt. Habet oppidum civium Romanorum, quod ap-
pellatur [6] Auguſta urbs Iulia Gaditana. Ab eo la- 6 Auguſtana. V.
tere, quo Hiſpaniam ſpectat, paſſibus fere centum,
altera inſula eſt longa III.M. paſſ. lata, in qua prius
oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Phy-
liſtide, [7] Erythia, à Timæo & Sileno Aphrodi- 7 Erythria. V.
ſias, ab indigenis Junonis. [c] Majorem Timæus
Coti-

a *Ex adverſo Celtiberiæ complures ſunt inſulæ Caſſiterides dictæ, &c.*] Caſſiterides inſulæ in oceano occiduo ſtatuuntur à Ptolemæo ſecundo, & Strabone tertio, & reliquis geographis. Non intelligo igitur quo pacto eſſe poſſint ex adverſo Celtiberiæ, quæ in continenti ſit introrſus, longe ab ora, in mediterraneo Hiſpaniæ. Proinde re diligenter animadverſa, venio in eam conjecturam, ut putem, non *Celtiberiæ* legendum hic, ſed *Celticorum Neriarum*. Etenim ſciolus quiſpiam, quantum aſſequi poſſum, neſciens quinam eſſent *Celtici Neriæ*, oblituſque ſupra à Plinio indicatos capite XX. pro *Celticorum Neriarum*, *Celtiberiæ*, quod ad manum habebat, ſubſtituit: & præcipue, ſi per compendium, ut fieri conſuevit, *Celti, Neri.* ſcriptum invenit. Sunt autem *Caſſiterides* Ptolemæo, è regione extimi Hiſpaniæ promontorii, à quo initium ſumunt duo ejus latera, ſeptentrionale, & occiduum. Promontorium Ptolemæus Nerium appellat, item Strabo tertio. Plinius tum Celticum, tum Artabrum, Pomponius Celticum: qui etiam Caſſiteridas inſulas in Celticis locat. *Pint.*

b *Abeſt à continente proxima parte minus paſſus* DCC.] Legend. *abeſt à continente proxima parte minus pedes ſeptingentos.* ibid. paulo poſt: *Erythea dicta eſt, quoniam Tyrii aborigenes earum orti ab Erythræo mari ferebantur.* Tyrii auctores ac conditores tam Gadium quam Erytheæ. ideo *Erytheam* nominatam dicit, quod earum inſularum aborigines ab Erythræo mari orti. vocem *aborigines* heic uſurpavit pro conditoribus & originis auctoribus, πρωτόγονοι ſunt vel γενάρχαι. *Salmaſ.* pag. 284. Et ibidem paulo ante lege, *oppidum civium Romanorum, appellatum Auguſtam ſive Iuliam Gaditanam.* Quod Julius Cæſar & Auguſtus coloniam eam diverſis temporibus deduxiſſent, ab aliis Julia Gaditana, ab aliis Auguſta Gaditana vocabatur. *Idem ibidem.*

c *Majorem Timæus Cotinuſſam apud eos vocatam ait.*] Prior lectio, *à puteis vocatam ait.* Hermolaus, *apud eos*, correxit, emendatione, ut mihi videtur, parum apta. Concinniorem lectionem putarem, ſi *ab oleis*, pro *à puteis* ſcriberetur, dictamque eſſe Cotinuſam accipiamus à cotinis, hoc eſt oleaſtris, ut ex Euſtathio Dionyſii Byzantii interprete Hermolaus ipſe oſtendit. Et ut colligi poſſe video

1 Potinuſſam. *Cb.* *alii* Putinuſſam *à puteis vocatam.*
2 Poſt Tyrii Tarteſſon appellavere. V.
3 Pœni Gadiram. Nam Gadir Punica lingua ſeptem ſignificat. *Baptiſta Egnatius* c. 15. *Racem.*
4 Erythria. V.
5 aborigenes. *Pint.*

[1] Cotinuſſam apud eos vocatam ait: [2] noſtri Tarteſſon appellant, [a 3] Pœni Gadir, ita Punica lingua ſeptem ſignificante. [4] Erythia dicta eſt, quoniam Tyrii ab [5] origine eorum orti [b] ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitaſſe à quibuſdam exiſtimatur, cujus armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam eſſe eam, & contra Luſitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.

CAP. XXIII.

Univerſa Europa menſura.

6 LXXXII. *Cb.*
7 XI. C. LXVIII. V.

PEracto ambitu Europæ, reddenda conſummatio eſt, ne quid non in expedito ſit, noſcere volentibus. Longitudinem ejus Artemidorus atque Iſidorus à Tanai uſque Gades [6] LXXXIV. XIV. M. prodiderunt. [c] Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad Oceanum ſcripſit XI. M. quinquaginta eſſe, etiam tum incomperta magnitudine ejus. [d] Eſt autem ipſius Italiæ (ut diximus) [7] XII. XX. M. ad Alpes. Unde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, qua videtur menſuram agere Polybius XI. M.

ex eodem Dionyſio & Ruffo Feſto, crediderim antiquo nomine Cotinuſam in univerſum dictam, deinde à Tyriis Tarteſſon, poſtea à Pœnis Gadir appellatam. Quare etſi videri poſſim audacter facere, pro illa dictione quæ ſequitur, *noſtri*, legerem libenter, *mox Tyrii*, ſeu *poſt Tyrii*. Nam Hermolai caſtigatio *Tarteron* non *Tarteſſon* legentis, jam pridem confutata eſt à Baptiſta Egnatio, viro in omni diſciplinarum genere eminentiſſimo, & nunc in his ſtudiis primi nominis. *Pint.*

a *Pœni Gadir, &c.*] Leg. *Pœni Gadir ita Punica lingua ſepe ſignificante.* & fortaſſe, *hoc ſepe* veteres dixerint, ut hoc *præſepe* quod inde compoſitum eſt. *Salmaſ.* pag. 284. b.

b *Ab Erythræo mari ferebantur.*] Vide Strabonem lib. 16. Dionyſium in Periplo. *Dalecamp.*

c *Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad oceanum ſcribit* XI. M. L. *eſſe.*] Scribendum videtur non XI. ſed XX. Quia ſi ab alpibus ad portum Morinorum ſunt XIII. centum XVIII. M. ſicuti ex auctoritate Polybii liquebit ſtatim, quo pacto potuit Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad oceanum facere XI. L. quaſi Italia nihil adjiceret latitudini Europæ, vel detraheret potius? *Pint.*

d *Eſt autem ipſius Italiæ ut diximus,* XII. M. *ad Alpes.*] Vetus lectio partim XI partim XII. ſed vitioſe. ſcribendum enim X. ex Plinio ſupra libro III. cap. V. item Marciano ac Solino. *Idem.*

a *Ab*

XI. M. LXVIII. Sed certior [1] menſura ac longior ad Occaſum Solis æſtivi oſtiumque Rheni per caſtra legionum Germaniæ [a] ab iiſdem dirigitur Alpibus XII. XL III. M. paſſuum. Hinc deinde Africa atque Aſia dicentur.

1 menſura ecc. long. *Salm.*

a *Ab iiſdem dirigitur alpibus* XII. M. XLIII.] Scribendum reor XVI. M. XVIII. Nam ſi ad Polybii menſuram, quæ erat, ut dictum eſt, XIII. M. XVIII. ab alpibus ad portum Morinorum, addantur CCC. qui certiorem effecerunt menſuram, conflabitur prædicta ſumma. *Idem.*

 C. PLINII

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER QUINTUS.

Africæ deſcriptio.

AFRICAM *Græci Libyam appellavere,* [1] *qua mare ante eam Libycum incipiens Ægyptio finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit ſinus,* [2] *longe ab Occidente litorum obliquo ſpatio. Populorum ejus oppidorumque nomina, vel maxime ſunt ineffabilia præterquam ipſorum linguis, & alias caſtella ferme inhabitant.*

1 & mare ante eam Libycum: Ægypto (Ægyptio *Ch.*) finitur.
2 longe ab occid. *hæc videntur ſupervacua.*

CAP. I. *Mauritania.*

PRincipio terrarum Mauritaniæ appellantur, uſq; [a] ad C. Cæſarem Germanici filium regna, ſævitia ejus in duas diviſæ provincias. Promontorium Oceani extimum Ampeluſia nominatur à Græcis. Oppida fuere, [3] Liſſa, [4] Cotes ultra columnas Herculis: nunc eſt Tingi, quondam ab Antæo conditum: poſtea à Claudio Cæſare, [b] cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia. Abeſt à Belone oppido Bæticæ proximo [5] trajectu xxx. M. paſſ.

3 Lixa. *Vet.*
4 & Cotta. *Ch.*
5 *in Ch. non legitur.*

a *Ad C. Cæſarem.*] Cognomento Caligulam, qui Ptolemæo Rege conſobrino ſuo interempto Mauritaniam in provinciæ formam redegit, bipertitoque diviſit; quam hic auctor merito taxat ſævitiam. Ea de re autem adeatur Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 820. De adminiſtratione vero ſub poſterioribus Impp. pag. 890. & 894. & Panciról. ſuper not. Imp. Rom. lib. 2. c. 65. & 78. *Dalecamp.*

b *Cum coloniam faceret, appellatum Iulia Traducta.*] Obſcure hæc Plinius, & fortaſſean falſe. nec enim *Traducta* in Mauritania fuit, ſed in Hiſpania Bætica. Vide *Salmaſ.* pag. 288. b

a *Ibi*

paſſ. Ab eo xxv. M. paſſ. in ora Oceani, colonia Auguſti Julia Conſtantia, [1] Zilis regum ditioni exempta, & jura [2] in Bæticam petere juſſa: & ab ea xxxii. M. paſſ. colonia à Claudio Cæſare facta Lixos, vel fabuloſiſſime [3] ab antiquis narrata. [a] Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule & Heſperidum Horti. [b] Affunditur [4] autem [5] huic æſtuarium è mari flexuoſo meatu, in quo [6] draconis cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc interpretantur. Amplectitur intra ſe inſulam, quam ſolam è vicino tractu aliquanto excelſiore, non tamen æſtus maris [7] inundat. Extat in ea & ara Herculis, nec præter oleaſtros aliud, ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentoſa Græciæ mendacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent noſtros nuper paulo minus monſtrifica quædam de iiſdem tradidiſſe. Prævalidam hanc urbem majoremque Carthagine magna: præterea ex adverſo ejus ſitam, & prope immenſo tractu ab Tingi: quæque alia Cornelius Nepos [8] avidiſſime credidit. Ab Lixo xl. M. in mediterraneo altera Auguſti colonia eſt Babba, Iulia Campeſtris appellata: & tertia Banaſa lxxv. M. Valentia cognominata. Ab ea xxxv. M. paſſ. Volubile oppidum, tantundem à mari utroque diſtans. At in ora à Lixo quinquaginta M. amnis [9] Subur, præter Banaſam coloniam defluens, [10] magnificus & navigabilis. Ab eo totidem M. paſſ. oppidum Sala, ejuſdem nominis fluvio impoſitum, jam ſolitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus infeſtum; multo tamen magis Autololum gente, per quam iter eſt ad montem Africæ vel fabuloſiſſimum

1 Zubil. *V.* Zulis. *M.*
2 *non legitur in Cb.*
3 *delet. in Cb.*
4 etiam. *M.*
5 *in Cb. del.*
6 dracones. *Cb.*
7 inundant. *V. & M.*
8 audaciſſime. V.
9 Sububa. *V. & M.* Sububus. *Cb.*
10 munificus. *V.*

a *Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, &c.*]. Vide *Salmaſ.* Plinium falſi convincentem, pag. 373. a

b *Affunditur autem huic æſtuarium è mari flexuoſo meatu, &c.*] Legend, *Affunditur æſtuarium è mari flexuoſo meatu, in quo draconis cuſtodis inſtar fuiſſe, &c.* in eo æſtuario flexuoſis meatibus recurrente draconis cuſtodis inſtar fuiſſe interpretabantur. *Salmaſ.* p. 292. a.

nium Atlantem. E mediis hunc harenis in cœlum attolli prodiderunt, aſperum, ſqualentem, qua vergat ad littora Oceani, cui cognomen impoſuit: eundem opacum, nemoroſumque, & ſcatebris fontium riguum, qua [1] ſpectat Africam, fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunquam [2] ſatietas voluptatibus deſit. Incolarum neminem interdiu cerni: ſilere omnia, haud alio, quam ſolitudinum horrore: ſubire tacitam religionem animos propius accedentium, [3] præterque horrorem elati ſuper nubila, atque [4] in viciniam lunaris circuli. [5] Eundemque noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque laſcivia impleri, tibiarum ac fiſtulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepere. Hæc celebrati auctores prodidere, præter [6] Herculi & Perſeo laborata ibi. Spatium ad eum immenſum incertumque. Fuere & Hannonis Carthaginienſium ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africæ juſſi: quem ſecuti plerique è Græcis noſtriſque [7] ad alia quædam fabuloſa, & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec veſtigium extat. Scipione Æmiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta claſſe, ſcrutandi illius orbis gratia circumvectus, prodidit à monte eo ad Occaſum verſus ſaltus plenos feris, quas generat Africa [a] ad flumen Anatin [8] CCCCLXXXV. M. paſſ. Ab eo Lixum CCV. M. paſſ. [9] Agrippa Lixum à Gaditano freto CXII. M. paſſ. abeſſe. Inde ſinum qui vocetur [10] Saguti. Oppidum in promontorio Mulelacha. Flumina, [11] Subur & Salam. Portum Rutubis à Lixo CCCXIII.

1 ſpectet. *Ch.*
2 ſatias. *Ch.*
3 præterque terrorem. *Ch.*
4 vicina. *Ch.*
5 que, *in Man. veteri & Ch. del.*
6 Herculis & Perſei. *M.*
7 & alia quidem. *M. V. Ch.*
8 cccclxvi. *Sal. M. Marcianus. Ch.*
9 Agrippa Lixium. *hæc duo vocabula in manuſc. non leguntur.*
10 Sagaci. *M. Ch.*
11 Sububum & Salat. *Ch.*

a *Ad flumen Anatin* CCCCLXXXV. M. *paſſ. Ab eo Lixum, &c.*] *Ad flumen Anatin* CCCCLXXXV. M. *paſſ. Ab eo Lixum* CCV. *A Gaditano freto* CXII. M. *abeſſe.* Ita legimus expuncto *Agrippa* nomine, quod perperam inſultum eſt. *Salmaſ.* pag. 304. a.

a *Hip-*

[1]cccxiii. M. paſſ. Inde promontorium Solis: portum Riſardir, Gætulos [2] Autololes, flumen [3] Coſenum, gentem [4] Scelatitos & Maſatos. Flumen Maſatat, flumen Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde ſinum dcxvi. M. paſſ. includi montis Barce promontorio excurrente in Occaſum, quod [5] appellatur Surrentium. Poſtea flumen Palſum, ultra quod Æthiopas Peroſſos, quorum à tergo [6] Pharuſos. Iis jungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Æthiopas Daratitas, flumen Bambotum, crocodilis & [a] hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos uſque ad eum, quem [b] Theôn ochema [7] dicemus. Inde ad promontorium [8] Heſperium navigatione dierum ac noctium x. in medio eo ſpacio Atlantem locavit, à cæteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum. Romana arma primum, Claudio principe in Mauritania bellavere, Ptolemæum regem à C. Cæſare interemptum ulciſcente liberto Ædemone, [9] refugientibuſque barbaris, ventum conſtat ad montem Atlantem. Nec ſolum conſulatu perfunctis, atque è Senatu ducibus, qui tum res geſſere, ſed equitibus quoque Rom. qui ex eo præfuere ibi, Atlantem penetraſſe in gloria fuit. [c] Quinque ſunt (ut diximus) Rom. coloniæ in ea provincia, [10] perviumque famæ videri poteſt. Sed id plerunque fallaciſſimum experimento deprehenditur; quia dignitates, cum indagare vera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri non piget: haud alio fidei proniore lapſu, quam [11] ubi falſæ rei gravis auctor exiſtit. [d] Et quidem minus miror incomperta

1 ccxiii. Ch.
2 Autoteles. M.
3 Voſenum. V. Ch.
4 Salatitos (à fluvio paulo ante memorato.) Pint.
5 appellat. (ſub. Polyb.) Tol.
6 Paruſios. Ch.
7 dicimus. Ch.
8 Heſperu. Pint.
9 profugientibus.
10 perviumque fama. M.
11 ore. Ch.

a *Hippopotamis.*] Vide de hoc animali quod auctor tradit lib. 8. c. 25. *Dalecamp.*

b *Theôn ochema.*] Θεῶν ὄχημα. Deorum vehiculum, currus. *Idem.*

c *Quinque ſunt ut diximus, Romanæ coloniæ in ea provincia.*] Hæc verba ex alio domicilio in hunc locum importuniſſime tranſlata ſunt. Propriam enim ſedem habent in initio capitis ſequentis, ut liquebit. *Pintian.*

d *Et equidem minus miror incomperta quædam eſſe equeſtris ordinis, &c.*] Legend. *Et quidem minus miror incomperta quædam*

perta quædam eſſe equeſtris ordinis viris, jam vero
1 ſenatum intrantibus. *Ch.* & [1] ſenatorii, nil demirantibus quam luxuriam,
cujus efficaciſſima vis ſentitur atque maxima, cum
ebori citroque ſilvæ exquirantur, omnes ſcopuli
Gætuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen
tradunt in ora ab Sala centum quinquaginta mil. p.
2 Aſamam. *V.* flumen [2] Aſanam marino hauſtu, ſed portu ſpectabile:
3 Phthut. *Vet.* bile: mox amnem quem vocant [3] Fut, ab eo ad Dyrin
rin (hoc enim Atlanti nomen eſſe eorum lingua
convenit) ducenta mill. paſſ. interveniente flumine,
4 extare. *Ch.* cui nomen eſt Vior. Ibi fama, [4] exiſtere [5] circa
5 certa veſtigia. veſtigia habitati quondam ſoli, vinearum palmetorumque
rumque reliquias. Suetonius Paulinus (quem Conſulem
ſulem vidimus) primus Romanorum ducum transgreſſus
greſſus quoque Atlantem aliquot millium ſpatio,
prodidit de excelſitate quidem ejus, quæ cæteri:
imas radices denſis altiſque repletas ſilvis incogni-
6 eſſe *in M. non legitur, nec in Ch.* to genere arborum, proceritatem ſpectabilem [6] eſſe
enodi nitore, frondes cupreſſis ſimiles, præterque
gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus
bus addita arte, poſſe, quales è bombyce, veſtes
confici. Verticem altis etiam æſtate operiri nivibus.
bus. Decumis ſe eo perveniſſe caſtris, [a] & ultra ad
7 vocaretur. *Ch.* fluvium, qui Niger [7] vocatur, per ſolitudines nigri
pulveris eminentibus interdum velut exuſtis cautibus,
bus, loca inhabitabilia fervore, quanquam hiberno
8 expertus. *M. V.* tempore [8] experto. Qui proximos inhabitent ſaltus,

dam eſſe equeſtris ordinis viris, jam vero & ſenatum, inde intrantibus, quam luxuria cujus efficaciſſima vis ſentitur atque maxima, cum ebori citroque ſilva exquirantur, &c. Minus mirari ſe dicit incomperta quædam eſſe equeſtris ordinis viris, jam & ex eo ordine ſenatum intrantibus, id eſt, ſenatoribus, quam luxuriæ aliquid eſſe incompertum, cujus potentiſſima vis & maxima in exquirendis ſilvis ebori & citro: littoribus murici & purpuræ. multo magis mirandum eſſe aliquid inexploratum reliquiſſe luxuriam illam, cujus tanta vis eſt in ſcrutandis & indagandis quæ ad rem ſuam faciunt. *Salmaſ.* p. 295. b.

a *Et ultra ad fluvium qui Niger vocatur.*] *Niger* Plinio dicitur, qui Ptolemæo Νίγειρ, aliis Græcis Νίγεις, quibuſdam Νίγρης, à quo Νιγρῆτες qui aliis Νιγρεῖται. Plin. lib. v. cap. iv. *tota Getulia ad flumen Nigrum*, ita libri, non *Nigrin.* Salmaſ. pag. 304. b.

a *Tingi-*

tus, refertos elephantorum, ferarumque, & ſerpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum ejus animalis promiſcuum his eſſe, & [1] dividua ferarum [2] viſcera. Junctam Æthiopum gentem, quos Perorſos vocant, ſatis conſtat. Juba Ptolemæi pater, qui prius utrique Mauritaniæ imperavit, ſtudiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, ſimilia prodidit de Atlante: præterque gigni ibi herbam euphorbiam nomine ab inventore medico ſuo appellatam. Cujus lacteum ſuccum miris laudibus celebrat in claritate viſus, contraque ſerpentes, & venena omnia, privatim dicato volumine. Et ſatis ſuperque de Atlante.

1 diviſa. *Vet.*
2 viſcera, juncta Æthiopum gente. *Ch.*

CAP. II. [a] *Tingitania provincia.*

[b] Tingitaniæ provinciæ longitudo CLXX. M. paſſ. eſt. [3] Gentes in ea, quondam præcipua Maurorum, unde nomen [4] provinciæ, quos plerique Mauruſios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas [5] recidit familias. Proxima illi [6] Maſſæſulorum fuerat, ſed ſimili modo extincta eſt. Getulæ nunc tenent gentes, Banurri, multoque validiſſimi Autololes: & horum pars quondam Veſuni; qui avulſi his propriam fecere gentem, verſi ad Æthiopas. Ipſa provincia ab Oriente [c] montoſa, fert elephantos.

3 & gens in ea quondam præcipua Maurorum. *Ex antiq. Cod.*
4 *in M. d. & Ch.*
5 rediit. V.
6 Maſſiliorum. *M.* V.

In

a *Tingitania provincia.*] Vulgo & apud Ptol. *Tingitana.* Sed Plinio conſentiunt ea quæ in ſuo antiq. Theſ. enotavit Goltz. pag. 146. & Juſt. Lipſ. ant. inſcrips. p. 161. num. 7. & not. Rom. de Comite Tingitaniæ. & Onuph. Panvin. Imp. Rom. p. 894. provincia Tingitania præſid. ſub Vicario. Eam prius Sitifenſem dictam fuiſſe, ait Pancirol. ſuper notic. lib. 2. c. 65. Vide & Onuph. d. lib. pag. 890. *Dalec.*

b *Tingitaniæ provinciæ longitudo, &c.*] Poſt hæc verba, quantum conjicio, ſubſequi debent illa quæ paulo ante notavi poſita eſſe in alieno loco: *Quinque ſunt, ut diximus, Romanæ coloniæ in ea provincia.* Patet hoc à ſimili ordine ac modo dicendi, quem obſervat alias Plinius, ut infra capite IV. peracta Africa proprie dicta, quæ procedit à fluvio Ampſaga uſque ad Cyrenaicam, ſubdit: *Ad hunc finem Africa à fluvio Ampſaga, populos* XXVI. *habet, qui Romano parent imperio. In his colonias habet* VI. *Pintian.*

c *Montoſa, fert elephantos. In Abila quoque monte, &c.*] Lege: *montuoſa, fert elephantos, in Abila quoque ex quo Septem fratres a ſimili altitudine appellati freto imminent.* Si qua ab Oriente montuoſa eſt, fert elephantos: in illis nempe monti-

1 In Abila monte, & iis quoque quos ſeptem. *V.*
2 freto imminenti juncti Abylæ. *Ch.*
3 Lauth. *Tol. M.*
4 Maleæ. *Ch.*
5 Molocath. Vet. *Strab.*

[1] In Abila quoque monte, & quos Septem fratres à ſimili altitudine appellant:ii [2] freto imminent juncti Abilæ. Ab his ora interni maris. Flumen Tamuda navigabile, quondam & oppidum. Flumen [3] Laud, & ipſum navigiorum capax. [a] Ruſardir oppidum & portus, Maluana fluvius navigabilis. [b] Siga oppidum ex adverſo [4] Malachæ in Hiſpania ſitæ Syphacis regia, alterius jam Mauritaniæ. Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima: itemque Bocchi, quæ nunc Cæſarienſis. Ab ea portus Magnus à ſpatio appellatus, civium Romanorum oppidum. [c] Amnis [5] Mulucha,

montibus qui ad Orientem ſunt. Addit, *in Abila quoque &c.* id eſt, in Abila quoque & ſeptem fratribus junctis Abilæ montuoſam eſſe. Vide *Salmaſ.* pag. 305. a. *Fert elephantos. In Abila quoque monte, &c.*] Lege: *Fert elephantos in Abila quoque monte, & quos ſeptem fratres à ſimili altitudine appellant: freto imminent hi juncti Abila.* lectionem hanc oppugnat Salm. Vide *Iſ. Voſſ.* in Melam. p. 20.

a *Ruſardir oppidum & portus.*] Lege: *Rhyſadir oppidum & portus, Malva fluvius navigabilis, Siga oppidum ex adverſo Malaca, &c.* Vide reliqua apud *Iſac. Voſſium* in Melam. p. 21.

b *Siga oppidum ex adverſo Malacha in Hiſpania ſita, Syphacis regia, alterius jam Mauritania. Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quæ nunc Cæſarienſis. Ab ea Portus magnus à ſpatio appellatus, civium Romanorum oppidum. Amnis Mulucha Bocchi Maſſæſylorumque finis.*] Si oppidum Siga pertinet ad alteram Mauritaniam, hoc eſt Cæſarienſem, quæ diu Bocchi dicta eſt, quod hic tradit Plinius, & Mulucha fluvius, ut mox ſequitur, Bocchi eſt Maſſæſylorumque finis, quod Strabo etiam ultimo geographiæ oſtendit, hoc eſt terminus inter duas Mauritanias, quo pacto in ordine & ſerie locorum hujus oræ, quæ orientem verſus procedit, poteſt Siga oppidum eſſe ante Mulucha fluvium, ſeu, ut Strabo appellat, Molocath? Item cum ſit officium hujus conjunctionis, *namque*, cauſam reddere ante dictorum, qua ratione conſtare poteſt ſenſus illorum verborum, *Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur*, & reliqua, cum nulla præierit mentio Bogudis Bocchive regum? Hæ duæ rationes, prætereaque Strabonis & Ptolemæi auctoritas, à quibus ordo Plinianus in hoc oppidorum amniumque ſitu deſciſcit, trahunt me in eam ſententiam, ut mutato verborum ſitu legendum putem ad hunc modum: *Ruſadir oppidum & portus. Amnis Mulucha, Bocchi, Maſſæſylorumque finis. Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quæ nunc Cæſarienſis. Malva fluvius navigabilis. Siga oppidum ex adverſo Malaca in Hiſpania ſita, Syphacis regia, alterius jam Mauritania. Ab ea Portus magnus à ſpatio appellatus, civium Romanorum oppidum. Quiza Xenitana*, & reliqua. Nam Ptolemæus poſt Magnum portum, Quizam ſtatim locat, quamvis in Ptolemæi Græcis codicibus *Buyza* pro Quiza perperam ſcriptum ſit. Nec ignoro Melam Pomponium libro primo poſt Sigam Mulucham fluvium ſtatuere. Sed is auctor, ut digniora prius memoret, ſolet interdum locorum ordine abuti. Illud non prætererim, ante verba illa, *amnis Mulucha*, præfigi debere lemma: *Cæſarienſis provincia.* Pintian.

c *Amnis Mulucha.*] Mulucha meminit Salluſt. in Jugurth. fol. 67. *Dalec.*

a *Numi-*

lucha, Bocchi Maſſæſylorumque finis. Quiza Xe-
nitana peregrinorum oppidum, Arſennaria Lati-
norum, tribus millibus paſſuum à mari. [1] Cartenna [1] Carcegna. V.
colonia Auguſti, legio ſecunda. Item colonia ejuſ-
dem deducta cohorte prætoria Gunugi, promonto-
rium Apollinis. Oppidumque ibi celeberrimum
Cæſarea, antea vocitatum Iol, Jubæ regia, à Divo
Claudio coloniæ jure donata, ejuſdem juſſu dedu-
ctis veteranis. Oppidum novum, & [2] Latio dato, [2] Latio donatum.
Tipaſa. Itemque à Veſpaſiano Imperatore eodem
munere donatum Icoſion. Colonia Auguſti Ruſco-
niæ, Ruſcurium civitate honoratum à Claudio.
[3] Ruſazus colonia Auguſti. Salde colonia ejuſdem. [3] Ruſarus. *Vet.*
[4] Igilgili, oppidum Tucca impoſitum mari & flu- [4] Item Ig. *Ch* Gilgili. *M.*
mini Ampſagæ. Intus colonia Auguſta, quæ item
Succubar, item Tubuſuptus. Civitates Timici,
Tigavæ. Flumina [5] Sardabala, Nabar: gens [6] Ma- [5] Sardabala, Aucus, Nabar *Pint.*
curebi, flumen Uſar, gens Nabades. Flumen Am- [6] Machurebi. *Ptol.*
pſaga, abeſt à Cæſarea [7] CCXXXIII. millibus paſſ. [7] CCCXXII. *Marcianus. Ch.*
Utriuſque Mauritaniæ longitudo [8] octingentorum [8] decies m. XXXVII. *Idem. Ch.*
triginta novem mill. Latitudo [9] quadringentorum [9] CCCLXXVII. *Tol. M. Ch.*
ſexaginta ſeptem mill. paſſuum.

CAP. III. *Numidia.*

AB Ampſaga Numidia eſt, Maſſiniſſæ clara
nomine, Metagonitis terra à Græcis appella-
ta: [a] Numidæ vero Nomades à permutandis [10] pa- [10] papilionib. V.
bulis, mapalia ſua, hoc eſt, [b] domus, plauſtris cir-
cumferentes. Oppida Cullu, [11] Ruſicade, & ab ea [11] Ruſicade. Ab ea *Vet.*
quadra-

a *Numidæ vero Nomades.*] Salluſt. in Jugurth. de Medis, Perſis, Armenis Getuliſque Africæ populis: *Et quia ſæpe tentantes agros, alia atque alia loca petiverant, ſemetipſi Numidas appellavere. Cæterum adhuc ædificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia illi vocant, oblonga incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinæ ſunt.* Vide Feſtum in voce Numidas. Solin. *Hæc gens plauſtris invecta pabula paſſim ſequitur.* Dalec.

b *Domus plauſtris circumferentes.*] Hoc Scythis tribuit Strabo, ἁμαξοίκους ideo eos vocans. Horatius lib. 3. Carminum od. 24.

---- Campeſtres melius Scythæ
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos. Idem.

a *Trabra-*

quadraginta octo M. paſſ. in mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine: & alia intus Sicca, liberumque oppidum Bulla regia. At in ora Tacatua, [1] Hippo regius, flumen Armua. Oppidum [a] [2] Trabracha civium Romanorum. Tuſca fluvius, Numidiæ finis: nec præter marmoris Numidici, ferarumque proventum aliud inſigne.

1 Hippon. *Ch.*

2 Taca-bracha. *Tol.* Tabracha. *Ptol. Juven.*

Cap. IV. *Africa.*

A Tuſca Zeugitana regio, & quæ proprie vocetur Africa, eſt. Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis adverſum Sardiniæ, Mercurii adverſum Siciliæ, in altum procurrentia, [b] duos efficiunt ſinus: [c] Hipponenſem, proximum ab oppido, quod Hipponem [3] dirutum vocant, [d] Diarrhytum à Græcis dictum, propter aquarum irrigua. Cui

3 *Alii* dilutum, *ſed Pintiano expungitur.*

a *Trabracha.*] Juvenalis:
Quales umbriferos ubi pandit Tabracha ſaltus.
Dalecamp.

b *Duos efficiunt ſinus: Hipponenſem, proximum ab oppido quod Hipponem dirutum vocant, Diarrhython à Græcis dictum propter aquarum irrigua, cui finitimum Theudalis.*] Videntur nonnulla hoc loco verba deeſſe, & rurſus in ſequentibus alia ſuperfluere. Quapropter ſi fiat permutatio, & revocetur huc, quod illic redundat, omnia bene habebunt. Propoſuit Plinius, tria illa promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, duos efficere ſinus. Ex quibus proximus dictus ſit Hipponenſis, ab Hippone diarrhyto. Quod autem orationis ordo depoſcebat, ſubjungi videlicet ſequentem ſinum, hoc auctor omiſit: idque eſt, quod conjecto hoc loco deſiderari. Verba autem quæ infra manifeſte ſupervacanea ſunt, videntur mihi illa, *Inter Africanum ſequentem & reges.* Ea ſi prius caſtigata huc transferamus, omnia ſarta tecta erunt, reddeturque ſenſus integer, nulla ex parte claudicans. Opinor autem legendum eſſe, non *inter Africanum ſequentem* & *reges*, ex quibus verbis nullum ſenſum elicias: ſed, *Item Africanum ſequentem à regione.* ut continuato verborum contexru ordineque differendi, ſic ſcribendum videatur: *duos efficiunt ſinus, Hipponenſem proximum ab oppido quod Hipponem vocant, Diarrhyton à Græcis dictum, propter aquarum irrigua. Item Africanum ſequentem à regione.* Nec mihi perſuadebit Hermolaus recipiendam eſſe dictionem, *dilutum*, quam ego adulterinam puto, & expoſitionem verbi Græci Διάρρυτον. Nam libro nono, capite octavo, de delphinis agens, non dilutum Hipponem, humectumve Latine, ſed Græco & à Latinis recepto nomine *Diarrhyton* appellat. *Alius*, inquit, *inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti ſimili modo ex hominis manu veſcens*, &c. Pintian.

c *Hipponenſem proximum ab oppido*, &c.] Lege: *Hipponenſem proximum ab oppido, quod Hipponem Diarrutum vocant*, Διάρρυτον *Græcis dictum propter aquarum rigua.* Hipponem hunc *Diarrutum* Latini vocabant voce Græca, ad diſcrimen Hipponis Regii. *Salmaſ.* p. 321. a, b

d *Diarrhytum*] Hipponis Diarrhyti meminit auctor infra capitibus 7. & 9. *Dalec.*

a *Dua-*

Cui finitimum Theudalis immune oppidum, longius à litore. Dein promontorium Apollinis, & in altero ſinu Utica civium Romanorum, Catonis morte nobilis; flumen Bagrada. Locus, Caſtra Cornelia, colonia [1] Carthago magnæ in veſtigiis Carthaginis, colonia Maxulla. Oppida, Carpi, Miſua, & liberum Clupea in promontorio Mercurii. Item libera Curubis, Neapolis. Mox Africæ ipſius alia diſtinctio. Libyphœnices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL. M. paſſ. [2] circuitu, fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumetum, Ruſpina, Thapſus. Inde [3] Thenæ, Macomades, Tacape. [4] Sabrata contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiæ & Africæ ab Ampſaga longitudo DLXXX. mill. paſſ. latitudo, qua cognitum eſt, cc. mill. Ea pars, quam Africam appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem & novam, diſcretas foſſa, [5] inter Africanum ſequentem & reges, Thenas uſque perducta, quod oppidum à Carthagine abeſt [6] CCXVII. mill. paſſ. Tertius ſinus dividitur in geminos, [a] duarum Syrtium vadoſo ac reciproco mari diros. Ad proximam, quæ minor eſt, à Carthagine CCC. M. paſſ. Polybius tradit: ipſam [7] centum mill. paſſ. aditu, CCC. mill. ambitu. [8] Et terra autem, ſiderum obſervatione, [9] ad eam per deſerta harenis, perque ſerpentes iter eſt. Excipiunt ſaltus repleti ferarum multitudine: & introrſus elephantorum ſolitudines, mox deſerta [10] vaſta, ultraque Garamantes, ab Augylis dierum XII. itinere diſtantes. Super illos fuere gens

[1] Carthago magnæ & in veſtigiis. *Ch.*

[2] per circuitum. *Ch.*

[3] Thene, Aves, Macomades. *Ch.*

[4] Sabatra. *Ch.*

[5] inter Africanum ſinum & regias Thenas.

[6] CCXVI. *Ch.*

[7] fere centum. *Mela. Strabo vero lib. ult.* aditu LXXV. ambitu CC. M. paſſ.

[8] Eſt terra hæc obſervatione ſiderum nobilis. *V. lego,* meabilis.

[9] Ad eam per deſertas harenas.

[10] Vaſta utrioque. *V.*

[a] *Duarum Syrtium.*] Salluſt. in Jugurtha tradit oppidum à Sidoniis conditum, ſitum inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. *Nam duo ſunt ſinus,* inquit, *prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura: quorum proxima terra præalta ſunt: cætera, uti fors tulit, alia: alia in tempeſtate vadoſa, &c.* pag. 114. *Daler.*

2 *Oetn-*

gens Pſylli, ſuper quos lacus Lycomedis, deſertis circumdatus. Augylæ ipſi medio fere ſpatio locantur ab Æthiopia, quæ ad Occidentem vergit, & à regione quæ duas Syrtes interjacet, pari utrinque intervallo; ſed litore inter duas Syrtes, CCL. M. p. [1] Ibi civitas [a] Oeenſis, Cynips fluvius ac regio. Oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur magna. Inde [b] Syrtis major, circuitu DCXXV. aditu autem CCCXII. mill. paſſ. Inde accolit gens Ciſipadum. [c] In intimo ſinu fuit ora Lotophagôn, quos quidam [d] Alachroas dixere, ad [e] Philænorum aras: ex harena ſunt eæ. Ab his non procul à continente palus vaſta amnem Tritonem, nomenque ab eo accipit, [2] Pallantias appellata Callimacho; & citra minorem Syrtim eſſe dicta: à multis vero inter duas Syrtes. Promontorium, quod majorem includit, Borion appellatur. Ultra [3] Cyrenaica provincia. Ad hunc finem Africa à fluvio Ampſaga populos [4] XXVI. habet, qui Romano parent imperio. In his colonias VI. præter jam ſupradictas, Uthinam, Tuburbin. Oppida civium Romanorum XV. ex quibus in mediterraneo dicenda [5] Azuritanum, [6] [f] Abutucenſe, Aborienſe, Canopicum,

1 Ibis civitas Ooaſſenſis. *Man.* Occnſis.

2 Pallanteas. *Ch.*

3 Cyren. promontoria provincia. *Ch.*

4 *d.* XVI. *Sal. Ch.*

5 Aſſuritanum. *V.*

6 Abitacenſe, Aparienſe (ab oppido Apari.) *V.*

a *Oeenſis.*] Cenſeo legendum *Oaſenſis*, nempe vaſtis deſertis circundata. Oaſena Theodoſio, in Codice lib. 9. tit. de Nili aggeribus non rumpend. vide annotationes cap. 9. *Idem.*

b *Syrtis major circuitu* DCXXV.] Confirmat hanc lectionem Marcianus libro ſexto. Cui tamen quantum fidei haberi debeat, haud ſane mihi conſtat. Pomponius altero fere ſpacio qua dehiſcit, quaque flexum agit, ampliorem majorem Syrtim minore tradit. In Strabone numerus ſtadiorum aditus & circuitus inſanabiliter depravatus eſt, conſulto etiam à me fruſtra Laſcari Rhyndaceno, Græce ac Latine doctiſſimo, quo tempore legatus Leonis Pontificis maximi venit in Hiſpaniam: ferebat enim ſecum inter alios codices Strabonem antiquum, & ut ipſe jactabat, emendatiſſimum. Cujus tamen hac in parte conditio communis erat cum cæteris vulgatis codicib. *Pint.*

c *In intimo ſinu fuit ora Lotophagôn, &c.*] Lege: *In intimo ſinu fuit ora Lotophagôn, quos quidam Machryas dixere, &c.* Vide *Iſ. Voſſ.* in Melam. 31.

d *Alachroas.*] Alochiroas à glauco maris colore. *Dalecamp.*

e *Philænorum aras.*] Vide Salluſt. in Jugurth. pag. 114. *Idem.*

f *Abutucenſe, Aborienſe.*] Scribo, *Aparienſe*, ab oppido Apari, Ptolemæo, quarto. Nec obſtat corrigi infra ab Hermolao *Apatitanum* pro *Acharitanum*, non advertente indicari illic mediterranea, quæ interjacent Caſtra Cornelia & Borion

cum, Chilmanenſe, Simittuenſe, Thunuſidenſe, Tuburnicenſe, Tynidrumenſe, [1] Tibigenſe, Ucitana duo, majus, & [2] minus, Vagenſe. Oppidum Latinum unum Uſalitanum. Oppidum ſtipendiarium [3] unum [a] Caſtris Corneliis. Oppida libera triginta, ex quibus dicenda intus Acolitanum, [4] Acharitanum, Avinenſe, Abziritanum, Canopitanum, [5] Melzitanum, [6] Madaurenſe, Salaphitanum, Tuſdritanum, [7] Tiricenſe, Tiphicenſe, Tunicenſe, Theudenſe, [8] Tageſtenſe, Tigenſe, Uluſubritanum, Vagenſe aliud, Vigenſe, [9] Zamenſe. Ex reliquo numero non civitates tantum, ſed pleræque etiam nationes jure dici poſſunt, ut [10] Natabudes, Capſitani, [11] Miſulani, Sabarbares, Maſſili, Niſives, Vamacures, Ethini, Muſſini, [12] Marchubii, & tota Gætulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia dirimit.

1 Tichicenſe. *V.*
2 minua. Vagenſe oppidum. V.
3 unum. A caſtria Corneliis opp. V.
4 Aparitanum. *M.* Avittenſe. *V.* Arrixitanum.
5 Melditanum. *V.* Melizitanum. *Ch.*
6 Madurenſe. V.
7 Thiſicenſe. *Ch.*
8 Tagaſtenſe. V.
9 Zyamenſe. *Ch.*
10 Natabutæ. Caſpitani. V.
11 Muſulani, Sababares. *Ch.*
12 Macrobii.

CAP. V. *Cyrene.*

CYrenaica, eadem Pentapolitana regio illuſtratur Hammonis oraculo, quod à Cyrenis abeſt cccc. M. paſſuum; [b] fonte Solis: urbibus maxime quinque, Berenice, Arſinoë, Ptolemaide, Apollonia, ipſa [c] Cyrene. [d] Berenice in • Syrtis extimo

cornu

Borion promontorium: Aparin vero ſtatui à Ptolemæo inter Ampſagam fluvium & Tabracam quæ tanto ante præcedit Caſtra Cornelia. *Pintian.*

a *Caſtris Corneliis.*] Opinor addendam præpoſitionem *à*, ut legatur *à Caſtris Corneliis*, hoc ſenſu: Oppida ſuperius monſtrata, eſſe in mediterraneo ſita, ab Ampſaga fluv. ad Caſtra Cornel. quem locum poſt Bragadam flumen locat capite proximo in Africa proprie dicta, nunc vero indicari loca quæ ſunt à Caſtris Corneliis ad Borion uſque promontorium majorem claudens Syrtin. *Idem.*

b *Fonte Solis.*] Supra lib. 2. cap. 103. Fontem Solis Troglodytis aſſignat, ut hic locus ex illo videatur emendandus, vel contra. *Dalec.*

c *Cyrene.*] Cyrene eſt colonia Thereôn: ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Leptis: deinde aræ Philenôn, quem locum Ægyptum verſus finem imperii habuere Carthaginenſes: Salluſt. pag. 67. Cyrenes, ſeu Zoës potius, quæ Cyrene poſtea eſt nuncupata, Battus ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς, conditor fuit, poſt diuturnos labores illic poſitis ſedibus. Ovid. in Ibin.

Conditor ut tarde blaſus cognomine Cyrtha
Orbis in innumeris inveniare locis.

Leopardus cap. 11. 3. *Idem.*

d *Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum, &c.*] Vide

R *Salmaſ.*

cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſupradictarum, vagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluvius [1] Lethon, lucus ſacer, ubi Heſperidum horti memorantur. Abeſt à Lepti [2] CCCLXXXV. M. paſſuum. Ab ea Arſinoë, [3] Teuchira vocitata, XLIII. M. paſſuum. Et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce, XXII. M. paſſuum. Mox CCL. M. promontorium Phycus per Creticum mare excurrit, diſtans CCCL. M. paſſuum à Tænaro Laconicæ promontorio. A Creta vero ipſa [4] CXXV. M. Poſt id Cyrene à mari undecim M. paſſuum. A Phycunte Apolloniam XXIV. mill. paſſ. ad [5] Cherroneſum LXXXVIII. mill. paſſuum. [6] Unde [a] Catabathmum [7] CCXVI. mill. paſſuum. Accolunt, Marmaridæ, à Parætonii ferme regione ad Syrtin uſque majorem porrecti. Poſt eos Ararauceles, & jam in ora Syrtis Naſamones, quos antea Meſammones [8] Græci appellavere, ab argumento loci, [9] medios inter harenas ſitos. Cyrenaicus ager XV. M. paſſuum latitudine à litore, [10] & arboribus [b] fertilis habetur. Intus eodem ſpatio frugibus tantum: mox triginta mill. paſſuum latitudine, & CCL. mill. paſſuum longitudine, laſere modo. Poſt Naſamones [11] Haſbitæ & Macæ vivunt. Ultra eos Hammanientes [12] undecim dierum itinere à Syrtibus majoribus ad Occidentem, & ipſi quaqua verſus harenis circundati: puteos tamen haud difficiles binûm ferme cubitorum inveniunt altitudine, ibi reſtagnantibus Mauri-

1 Lethe. V.
2 ccclxxv. M. *V. Marcian. & Ch.*
3 Tauchera. V.
4 ccxxv. M. *ipſo etiam Plinio teſte, ſupra lib. 4. cap. 12.*
5 à Cherroneſo.
6 Inde Catabathmus.
7 ccvi. *Ch.*
8 Grai. *Ch.*
9 medio. *Ch.*
10 &, *in Man. & V. delet.*
11 Abytæ. V.
12 XII. *Ch.*

Salmaſ. Plinium convincentem falſi, pag. 373. a.

* *Syrtis.*] De utraque Syrti majore & minore vide Strab. lib. 17. fol. 792. *Dalecamp.*

a *Catabathmum.*] Lege Salluſt. in Jugurtha pag. 65. in diviſione orbis: *Ab ortu, ſolis declivis latitudo, quem locum Catabathmon incolæ appellant.* & pag. 67. *Ubi ad Catabathmum, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, &c.* Idem.

b *Fertilis habetur. Intus eodem ſpatio, &c.*] Legend. *Fertilis habetur, &c. &* CCL. M. *paſſuum longitudine, laſere modo. Poſt Naſamonas Asbyta & Maca vivunt.* Quæ ergo laſere modo fertilis eſt. *Poſt Naſamonas Asbyta & Maca vivunt*, id eſt, degunt, non autem laſere vivunt, ut inepte accepit Solinus. *Salmaſ.* 381. b. 382. a.

a *Gara-*

Mauritaniæ aquis. Domos ſale montibus ſuis exciſo, ſeu lapide, conſtruunt. Ab his ad Troglodytas hiberni occaſus plaga dierum [1] IV. iter, cum quibus commercium gemmæ tantum, quam carbunculum vocamus, ex Æthiopia [2] vectæ. Intervenit ad ſolitudines Africæ, ſupra minorem Syrtin [3] dictas [4] verſa Phazania, ubi gentem Phazaniorum, urbeſque Alelen & Cillabam ſubegimus. Item Cydamum è regione Sabratæ. Ab his mons longo ſpatio in Occaſum ab Ortu tendit, Ater noſtris dictus à natura aduſto ſimilis, [5] aut Solis repercuſſu accenſo. Ultra eum deſerta: [6] Matelgæ oppidum Garamantum: itemque Debris, [7] affuſo fonte, à medio die ad mediam noctem aquis ferventibus totidemque horis ad medium diem rigentibus: clariſſimumque oppidum [8] Garama caput [a] Garamantum: omnia armis Rom. ſuperata, [b] & à Cornelio Balbo triumphata, [9] unius omnium externo curru & Quiritum jure donato: quippe Gadibus nato civitas Roman. cum Balbo majore patruo data eſt. Et hoc mirum, ſupradicta oppida ab eo capta, auctores noſtros prodidiſſe. Ipſum in triumpho præter Cydamum & Garamam omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac ſimulacra duxiſſe, quæ iere hoc ordine. [11] Tabidium oppidum, Niteris natio, Negligemela oppidum, Bubeium natio, vel oppidum, Enipi natio, Thuben oppidum, mons nomine Niger: Nitibrum, Rapſa, [12] oppida: [13] Diſcera natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Thapſagum oppidum, [14] Nannagi natio, Boin oppidum, Pege

1 VII. itinere. *M. Ch.*
2 invectæ. *Ch.*
3 dictam. *Ch.*
4 urbs. V.
5 velut ſolis repercuſſu accenſus.
6 Mox Taigæ. *Ch.*
7 effuſo.
8 Garamana. V.
9 uni omnium. *V. alii*: uno omnium externorum.
10 genito. *Ch.*
11 Thabudis. *Ptol.* Tabudium. *Ch.*
12 oppidum. *Ch.*
13 Viſcera. *Ch.*
14 Dannagi. *Ch.*

a *Garamantum.*] Strabo: *Ultra Getuliam eſt Garamantum regio, quæ cum illa pariter progreditur, unde Carchedonii lapilli afferuntur.* Dalec.

b *Et à Cornelio Balbo triumphata, &c.*] Lege: *& à Corn. Balbo triumphata, unius omnium curru externi, & Quiritium jure donati.* *Currus* hic pro triumpho. dicit ergo triumphum Balbi externi hominis fuiſſe & civitate donati, unius ex omnibus. Vide *Salmaſ.* pag. 383. a. *Cornelio Balbo.*] De iſto Cornelio multa poſthac cap. 43. lib. 7. *Dalec.*

Pege oppidum, flumen Daſibari. Mox oppida
1 Bulba. *Ch.* continua, Baracum, [1] Buluba, Alaſi, [2] Balſa, [3] Gal-
2 Galſa. 3 Balla. *V.* la, [4] Maxala, [5] Zizama. Mons Gyri, in quo gem-
4 Mazalla. mas naſci [6] titulus præceſſit. Ad Garamantas iter
5 Cyzama. *M.* inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis ejus pu-
6 Titus teos (qui ſunt non alte fodiendi, ſi locorum notitia
prodidit. *V. M.* adſit) harenis operientibus. [a] Proximo bello, [7] quod
7 quod cum Oeenſibus gefſere initiis Veſpaſiani Imperato-
cum Oeenſibus Ro- ris, compendium viæ quatridui deprehenſum eſt.
mani geſſere auſpiciis Hoc iter vocatur Præter caput ſaxi. Finis Cyrenai-
Veſpaſiani. cus Catabathmos appellatur, oppidum & vallis re-
pente convexa. [b] Ad eum terminum Cyrenaica
Africa à Syrti minore decies centena LX. M. paſſ.
in longitudine patet: [c] in latitudine, qua cognitum
8 DCCCX. *Ch.* eſt, [8] DCCC.

CAP. VI. *Libya Mareotis.*

9 *deletur in Ch.* [9] EA quæ ſequitur regio [d] Mareotis Libya appellatur, Ægypto contermina. Tenent Marmaridæ, Adyrmachidæ: dein Mareotæ. Menſura à Catabathmo ad [e] Parætonium LXXXVI. M. paſſ. In eo tractu vicus Apis intereſt, nobilis religione Ægypti

a *Proximo bello quod cum Oeenſenſibus geſſere initiis Veſpaſiani Imperatoris.*] Circa initia Imperii Veſpaſiani, bellum illud geſtum innuit à Romanis. Et *proximum bellum* vocat, quia proxime geſtum, quum illa ſcriberet. *Salmaſ.* pag. 383. a.

b *Ad eum terminum Cyrenaica Africa à Syrti minore decies clx.* M. *paſſ.*] Scribo *à Syrti majore:* non *à Syrti minore.* Nam à Syrtis majoris fine, hoc eſt à Boreo promontorio, incipit Africa Cyrenaica, cujus longitudinem ac latitudinem oſtendit hoc loco Plinius. Liquet id tum ex Plinio ſupra capite quarto, non longe à fine, cum dicit: *Promontorium quod majorem includit, Boreum appellatur. Ultra, Cyrenaica provincia.* Tum ex Ptolemæo, IV. his verbis: *Cyrenaica provincia limites habet ab occaſu Syrtin magnam.* Pintianus.

c *In latitudine qua cognitum eſt,* DCCC.] Duo illa verba, *in latitudine,* non leguntur in antiquis codicibus. Quod ſi recipitur, permutandi, ut ſentio, erunt numeri, ſcribendumque, DCCC. M. *paſſ. in longitudine. Qua cognitum eſt, decies centena lx.* M. *Idem.*

d *Mareotis Libya.*] Ejus regionis vinum Mareoticum celebre fuit. Plautus in Caſina *Libycum florem* appellavit. *Niſi* (inquit) *hæc miraculoſe uſpiam percuſſit flore Libyco.* Turnebus cap. 12. libro 8. Adverſ. *Dalec.*

e *Paratonium.*] Parthenio civitas ab Æthico (ni mendum ſit) dicitur pag. 33. & pag. 46. Parthenium. *Idem.*

a *Clariſ-*

Ægypti locus. Ab eo Parætonium [1] XII. M. paſſ. Inde Alexandriam [2] centum millia paſſuum: latitudo CLXIX. eſt. Eratoſthenes à Cyrenis Alexandriam terreſtri itinere DXXV. M. prodidit. Agrippa totius Africæ à mari Atlantico cum inferiore Ægypto XXX. [3] XL. mill. paſſ. [4] longitudinem. Polybius & Eratoſthenes diligentiſſimi exiſtimati, ab Oceano ad Carthaginem magnam [5] XVI. mill. [6] paſſuum: ab ea Canopicum Nili proximum oſtium XVI. mill. paſſuum: [7] XXX. fecerunt. Iſidorus à Tingi Canopum XXXV. XCIX. mill. paſſuum. Artemidorus XL. minus quam Iſidorus.

1 LXII. *M. Ch.*
2 CC. M. *ex vetuſt. cod. & Marcian.*
3 LXXX. M. *V. & Ch.*
4 longitudinem poſuit. *Vet. ad.*
5 *Vet. cod.* XI. M. paſſ. *adſtipulante Marciano.*
6 paſſuum. Ab ea ad Canopicum, *vel* ab ea ad Canopicum Nili proximum oſtio.
7 LXXVIII. V.

CAP. VII.

Inſulæ circa Africam, & ex adverſo Africæ.

INſulas non ita multas complectuntur hæc maria. [a] Clariſſima eſt Meninx, [8] longitudine XXXV. mill. paſſuum: latitudine XXV. ab Eratoſthene Lotophagitis appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere, & altero [9] Thoar, ipſa à dextro Syrtis minoris promontorio paſſibus [10] CC. ſita. Ab ea centum mill. paſſ. contra lævum Cercina, cum urbe ejuſdem nominis libera, longa XXV. mill. paſſ. lata dimidium ejus, ubi plurimum, [11] ac in extremo non plus quinque mill. paſſ. Huic perparva, Carthaginem verſus, Cercinitis ponte jungitur. Ab his quinquaginta mill. fere paſſuum [12] Lopaduſa, longa VI. mill. paſſuum. Mox Gaulos & Galata, cujus terra ſcorpionem, dirum animal Africæ, necat.

Dicun-

8 Longitudine XXV. M. paſſ. latitudine XXII. M. *Ch.*
9 Thorar. *M.*
10 mille quingentis. *Tol. Man. Strab. hanc continenti junxit.*
11 at. in *Vet. M.*
12 Lipaduſa. *Ch.*

a *Clariſſima eſt Meninx, longitudine XXXV. M. paſſuum, latitudine XXV.*] Vetus lectio caſtiſſima, *longitudine XXV. latitudine XXII.* Nam Meninx inſula, & altera è regione ejus non longe diſſita, Cercina nomine, æquali ſunt magnitudine auctore Strabone libro ultimo. Cercinæ vero longitudinem eſſe XXV. mox paulo Plinius docet. *Ipſa à dextro Syrtis minoris promontorio p. CC. ſita.* Vetus lectio, *mille quingentis.* Porro duas has inſulas continenti adhæreſcere, auctor eſt Strabo ultimo libro. *Pint.*

Dicuntur & in Clupea emori, cujus ex adverſo [1] Goſyra cum oppido. [a] At contra Carthaginis ſinum [2] duo Ægimori à re, ſcopuli verius, quam inſulæ, inter Siciliam maxime & Sardiniam. Auctores ſunt, & has quondam habitatas ſubſediſſe.

Cap. VIII. *Æthiopes.*

Interiori autem ambitu Africæ ad Meridiem verſus, ſuperque Gætulos intervenientibus deſertis, primi omnium Libyægyptii, deinde [3] Leucæthiopes habitant. [b] Super eos Æthiopum gentes Nigritæ, à [4] quo dictum eſt flumine: Gymnetes, [5] Pharuſi, & jam Oceanum attingentes, quos in Mauritaniæ fine diximus, Perorſi. Ab his omnibus vaſtæ ſolitudines Orientem verſus, uſque Garamantes, Augylaſque & Troglodytas: veriſſima opinione eorum, qui deſertis Africæ duas Æthiopias ſuperponunt, & ante omnes Homeri, qui [6] bipertitos tradit [c] Æthiopas, ad Orientem Occaſumque [7] verſos. Nigri fluvio eadem natura, quæ Nilo, calamum & papyrum, & eaſdem gignit animantes, iiſdemque temporibus augeſcit. Oritur inter Tareleos Æthiopas & Oecalicas. Horum oppidum [8] Mavin quidam ſolitudinibus [9] impoſuerunt,

1 Coſſyria. *V.* Coſſoracum oppidum. *Ch.*
2 duo, Ægemo, Ærea. *M. alii,* Æreæ, *vel* Aræ. *alii,* Agatæ & Torichiæ. *alii* Egimori & Aræ.
3 Leucæ Æthiopes. *Ch.*
4 à quibus dictum eſt. *M. ſupra c.* 1. *ſub finem* fluvium *legit, non* flumen.
5 Pharuſii, Oceanum attingentes, & quos, &c. *ex Ch. adſtipulatur Pint.*
6 bipartitos.
7 verſus. *Tol.*
8 Magium, *Ch.*
9 interpoſuerunt. *Pint.*

a *At contra Carthaginis ſinum duo Ægimori à re.*] Archetypum Toletanum, *At contra Carthaginis ſinum dua Ægimera Caree.* ut fortaſſe ſcribi poſſit *dua Ægimurus & Aræ.* De Ægimuro conſtat apud omnes. De Aris Virgilius intellexit noto verſu:

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras.

Nam quas Virgilius ſaxa, Plinius ſtatim ſcopulos dicit. *Idem.* Vide Servium in illum locum, & Obſervat Schott. p. 228. *Ægimori.*] Ptolemæo Æginus vel Ægimonis hodie *Iſola di Trabacha*, ſita inter Galatam inſulam, hodie Garitam, & Trabracham oppidum Africæ. Ad Ægimurum M. Fab. Buteo conſ. Rom. navali prælio Carthaginenſes vicit. *Dalecampius.*

b *Super eos Æthiopum, &c.*] In vetuſtis Cod. hic incipit cap. 8. Ut & in manuſcripto. *Idem.*

c *Æthiopas.*] De iis Æſchylus, χαλκοκέραυνόν τε παρ' ὠκεανῷ λίμναν παντοτροφῶν Αἰθιόπων, ἵν' ὁ παντ' ἐπόπτας ἥλιος αἰεὶ χρῶτ', ἀθάνατόν κάματόν θ' ἵππων θερμαῖς ὕδατος μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαυεῖ. Leopardus cap. 17. lib. 5. *Idem.*

a *Atlan-*

runt, [a] Atlantas [1] juxta eos, Ægipanas ſemiferos, & Blemmyas, & Gamphaſantas, & Satyros, & Himantopodas. Atlantes degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus. Nam neque nominum ullorum inter eos appellatio eſt, & [b] Solem orientem occidentemque dira imprecatione [2] contuentur, ut exitialem ipſis agriſque: [c] neque [3] inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales. [d] Troglodytæ ſpecus excavant. Hæ illis domus, victus ſerpentium carnes, ſtridor-

1 juxtaque eos. *Ch.*

2 Intuentur. *M.*

3 in ſomno. *M.*

a *Atlantas.*] Herodotus in Melpomene. *Dalec.*

b *Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur.*] Legend. *ſolem orientem occidentemque dira imprecatione comitantur*, id eſt, proſequuntur. *Salmaſ.* 411. b.

c *Neque inſomnia viſunt.*] Scribit Marcellinus, cum Romæ delatorum peſtis ſævius graſſaretur, ne ſomnia quidem citra vitæ diſcrimen auſum quenquam patefacere: ideoque nonnullos mœruiſſe, quod apud Atlanteos nati non fuiſſent, ubi nulla videntur ſomnia. Rhodig. cap. 16. lib. 27. De Atlantibus idem etiam ſcribit Tertullianus libro de Anima. & Solin. Polyhiſt. c. 54. & Mela lib. 1. cap. 8. *Dalec.*

d *Troglodytæ ſpecus excavant. Hæ illis domus. Victus, ſerpentium carnes: ſtridorque, non vox, adeo ſermonis commercio carent.*] Ex Herodoti hoc Melpomene deſumptum, ut quod præceſſit de Atlantibus. Pomponius quoque primo, ex eodem bibens ſaliente. *Troglodytæ*, inquit, *nullarum opum domini, ſtrident magis quam loquuntur.* Idipſum & Solinus cap. XXXIII. Cæterum poſtrema illa verba, *Adeo ſermonis commercio carent*, quid attinebat adjici, cum dixiſſet ante, ſtridorem eis eſſe, non vocem. Non ſane magis quam ſi de muribus aut veſpertilionibus locutus eſſet. Quapropter conſtanter aſſeverarem, ad Gamphaſantas, qui ſtatim redduntur, ea, non ad Troglodytas attinere, & illinc librariorum negligentia in alienam ſedem tranſvecta eſſe. Ut verba quæ de Gamphaſantibus confeſtim ſubtexuntur; ad hunc modum concipienda putem: *Gamphaſantes nudi præliorumque expertes. Ideo, ſermonis commercio carent. Nulli externo congregantur, &c.* Ideo, inquam lego, non *adeo*. Approbabit, puto, hoc noſtrum commentum, qui diligentius expenderit contuleritque verba auctorum quos ſubjungam. Herodotus in Melpomene ita ait: *In tractu venenatis animalibus infeſto Gamphaſantes habitant, omnes mortales fugientes, omneque colloquium: nullumque armorum genus, ſive ad inferendam ſeu ad propulſandam injuriam, norunt.* Pomponius Mela libro primo: *Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumque omnium ignari, nec vitare ſciunt tela, nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum, quam quibus idem ingenium eſt, aut congreſſus aut colloquia patiuntur.* Viden' optime lector, Herodotum, & qui ab Herodoto hauſit Pomponium, hanc colloquii averſationem non Troglodytis tribuere, ſed Gamphaſantibus? Solinus item, qui Plinium tranſcripſit, ob id à quibuſdam parvus Plinius cognominatus, ordinem ipſum Plinianorum verborum, imo ipſummet verbum, quo Plinius utitur, non modo ſenſum nobis repræſentat capite XXXIII. his verbis: *Gamphaſantes abſtinent præliis, fugiunt commercia. Nulli ſe externo miſceri ſinunt.* Adhæc falſum eſſet Troglodytas, etſi ſtrideant magis quam loquantur, ideo ſermonis carere commercio, nullique externo ſe congregare, nam Plinio auctore libro quinto, capite v. cum Troglodytis commercium eſt gemmæ, quam appellant Carbunculum, ex Æthiopia advectæ: quod Solinus quoque repetit capite XXX. *Pintian.*

ſtridorque, non vox: [1] adeo ſermonis commercio carent. Garamantes matrimoniorum exortes, paſſim cum fœminis degunt. Augylæ inferos tantum colunt. Gamphaſantes nudi, prœliorumque [2] expertes, nulli externo congregantur. Blemmyis traduntur capita abeſſe, ore & oculis pectori affixis. Satyris, præter figuram, nihil moris humani. Ægipanum, qualis vulgo pingitur, forma. Himantopodes loripedes quidam, quibus ſerpendo ingredi natura eſt. [a] [3] Pharuſi quondam Perſæ, comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis. Nec de Africa plura quæ memorentur, occurrunt.

1 adeo commercio. &c. *hæc tranſpoſita infra reponenda.*

2 expertes. Ideo ſermonis commercio carent. Nullo externo. *Pint. ex Herodoto, Pomponio, Solino.*

3 Pharuſii. *Steph.*

Cap. IX. *De Aſia.*

Adhæret Aſia, quam patere à Canopico oſtio ad Ponti [4] oſtium Timoſthenes, XXVI. XXXIX. M. paſſuum tradidit. Ab [5] ora autem Ponti ad os Mæotis Eratoſthenes [6] XV. XLV. M. paſſuum. Univerſam vero cum Ægypto ad Tanain, Artemidorus & Iſidorus [7] LXXXVIII. M. paſſ. Maria ejus complura ab accolis traxere nomina: quare ſimul indicabuntur. Proxima Africæ incolitur Ægyptus, introrſus ad Meridiem recedens, [b] donec à tergo prætendantur Æthiopes. Inferiorem ejus partem Nilus,

4 os. *Pint.*

5 ore, *legendum, non* ora. *ex V. M. & Ch.*

6 XVI. centum LXXV. M. paſ. *Marcianus.*

7 lxxxviii. DCC. L. M. paſſ. *V.* LXIII. CCC L. M. *Ch.* XIII. M. paſſ. *Tol. & Salm.* Iſidorus *in Ch. non legitur.*

a *Pharuſi quondam Perſæ, comites fuiſſe dicuntur Herculis, &c.*] Lege: *Pharuſii quondam per ſe comites fuere Herculis ad Heſperidas tendentis. Per ſe,* id eſt, ſponte ſua. *Salmaſ.* pag. 415. *Pharuſi quondam Perſæ comites fuiſſe dicuntur Herculis.*] Pharuſios Marcianus & Solinus comites fuiſſe Herculis ſcribunt, Perſas fuiſſe non ſcribunt. Proinde nonnulli legendum hic autumant, nec omnino abſurde, *Pharuſii quondam pars è comitibus*, ſive *comitatu fuiſſe dicuntur Herculis.* quibus neque omnino fidem habeo, neque omnino abrogo. In cauſa Strabo eſt ſeptimodecimo volumine prodens, eſſe quoſdam qui putent Mauros Indos eſſe, qui cum Hercule in hunc locum deſcenderunt. Quod videtur antiquæ lectioni patrocinari: ut ſicuti à principio Mauri fuere Indi, ſic Pharuſii fuerint Perſæ. Scribendum item *Pharuſii* quatuor ſyllabarum, non *Pharuſi* trium. Sic Stephanus, ſic Dionyſius: ſic cæteri. *Pintian.*

b *Donec à tergo prætendantur Æthiopes.*] Lege: *donec à tergo prætendant Æthiopes.* Eſt & verbum caſtrorum. *prætenta* caſtra dicuntur, homines vero ipſi *prætendere.* hinc & *prætentura*, *παρεμβολαί. prætendere* & *prætendi* proprie de his dicitur, quæ ad frontem objecta ſunt, *καὶ παρεμβεβλημένα. Salmaſius* pag. 415. b. a.

a *Delta*

Nilus, dextra lævaque diviſus, amplexu ſuo [1] determinat, Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco CLXX. M. paſſuum intervallo. Quam ob cauſam inter inſulas quidam Ægyptum retulere, ita ſe findente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat. [2] Ideo multi Græcæ literæ vocabulo, [a] Delta appellavere Ægyptum. Menſura ab unitate alvei, unde ſe primum [3] findit in latera, ad Canopicum oſtium, CXLVI. M. ad Peluſiacum CCLVI. M. eſt. Summa pars contermina Æthiopiæ, Thebais vocatur. Dividitur in præfecturas oppidorum, quas [4] Nomos vocant, Ombiten, Phatniten, Apollopoliten, [5] Hermonthiten, Thiniten, [6] Phanturiten, Coptiten, [7] Tentyriten, [8] Dioſpoliten, Antæopoliten, Aphroditopoliten, Lycopoliten. Quæ juxta Peluſium eſt regio, nomos habet, [9] Pharbætiten, Bubaſtiten, Sethroiten, Taniten. Reliqua autem Arabicum, Hammoniacum tendentem ad Hammonis Jovis oraculum, Oxyrynchiten, Leonthopoliten, Atarrhabiten, Cynopoliten, Hermopoliten, Xoiten, Mendeſium, Sebenniten, Capaſtiten, [10] Latopoliten, Heliopoliten, Proſopiten, Panopoliten, Thermopoliten, Buſiriten, Onuphiten, Saiten, [11] Prenethu, [12] Phthemphu, Naucratiten, [13] Nitriten, [14] Gynæcopoliten, Menelaiten, Alexandriæ regione. Item Lybiæ Mareotis: Heracleopolites eſt in inſula Nili, longa paſſuum quinquaginta M. in qua & oppidum Herculis appellatum. Arſinoitæ duo ſunt: hi & Memphites, uſque ad ſummum Delta perveniunt. Cui ſunt contermini ex Africa duo [b] [15] Ocaſitæ. Quidam ex his

1 diſterminat.
2 ideoque. *M.*
3 fundit. *Cb.*
4 Nomus. *Græc. accuſativo.* Tol.
5 Hermothiten.
6 Phaturiten. *Cb.*
7 Temptyriten. *M.*
8 Diopoliten. *M.*
9 Barbetithen. *V.*
10 Letopoliten.
11 Prenethum. *V. alii*, Ptenetrum.
12 Phthemphum. *M. alii*, Phemphtu.
13 Meteliten. *Pint. Cb.*
14 Gymnopoliten.
15 Oacitæ. *V.*

a *Delta.*] Ejus meminit Theoph. cap 15. lib. 1. hiſt. *Dalec.*

b *Ocaſitæ.*] Ouaſis ſive Oaſis, unde Oaſitæ, Straboni lib. 17. οἰκουμένη χώρα περιεχομένη κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νῆσός τις πελάγια. Hiſtoriæ Eccleſ. Socratis cap. 28. lib. 2. Georgius Arrianus quoſdam catholicos relegavit in magnam Oaſim cap. 7. lib. 1. ejuſdem hiſtoriæ Eugarii, Neſtorius hæ-

ex his aliqua nomina permutant, & ſubſtituunt [1] alios nomos, ut Heroopoliten, Crocodilopoliten. Inter Arſinoiten autem ac Memphiten lacus fuit, circuitu CCL. M. paſſ. aut, ut Mutianus tradit, CCCCL. M. & altitudinis quinquaginta paſſuum, manu factus; à rege, qui fecerat, [2] Mœridis appellatus. Inde LXXII. M. paſſuum, abeſt Memphis, quondam arx Ægypti regum: unde ad Hammonis oraculum XII. dierum iter eſt. Ad ſciſſuram autem Nili, quod appellavimus Delta, XV. M. paſſuum. [a] Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta & ardentia: & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, [3] famaque tantum inermi quæſitu cognitus, ſine bellis, quæ cæteras omnes terras invenere. Originem (ut Juba rex potuit exquirere) in [4] monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem. Ibi piſces reperiuntur [5] alabetæ, coracini, ſiluri, [b] crocodilus quoque. Inde ob argumen-

1 alias. *Ch.*

2 Myridis. *V.*

3 famaque tantum quæſitus ſine bellis. *V.* famaque tantum inermi quæſitus ſine armis. *M.*

4 fonte. *Ch.*

5 alabetes ex *Strabone & Athenæo.*

reticus edicto Theodoſii in Oaſim, quam & Ibim vocant, relegatus eſt, Apud Ulpianum cap. 4. De interdictis & relegatis in provincia Ægypto *in Oaſim relegare*, genus quoddam eſt quaſi in inſulam relegationis. Duar. c. 39. l. 2. Anniver. Vide & Ortel. Onomaſt. *Idem.*

a *Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta & ardentia: & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, &c.*] Legendum: *Nilus incertis ortus fontibus, ut per deſerta & ardentia, & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, & quia fama tantum inermi quæſitus ſine bellis quæ cæteras omnes terras invenere, originem, ut Juba, &c.* Rationes reddit, cur incerti ſint fontes Nili: primum quia per deſerta & ardentia, immenſo longitudinis ſpatio ambulet, ut neceſſe ſit longe ſubmotos ejus eſſe fontes, ideoque ignotos, deinde quia inermi tantum fama quæſitus, quum bellis ceteræ omnes terræ inventæ ſint. Et paulo poſt lege: *lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem, ibi piſces reperiuntur alabetæ, coracini Siluri, crocodilus quoque inde ob argumentum hoc Cæſareæ in Iſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie.* Ait Nilidem lacum Cæſareæ in Iſeo ab Juba dedicatum fuiſſe, ob hoc argumentum quod Nili origo credatur eſſe, intelligit picturam illius lacus à Juba fuiſſe dicatam in templo Iſidis, apud Cæſaream urbem Mauritaniæ. Statim quod ſequitur ita legend. *prout Mauritaniam nives imbreſve ſatiaverint*, id eſt, prout in Mauritania imbres niveſque adundaverint & eam impleverint. *Salmaſ.* 415. b. 416.

b *Crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus Cæſareæ in Iſeo dicatus ſpectatur hodie.*] Ante omnia non *Theſeo*, ut Hermolaus vocat in dubium, ſed *Iſeo* noſtra habent exemplaria, ut ambigendum amplius de Pliniana lectione non ſit. Deinde tria illa verba, *Nili ortus creditus*, ſuperfluunt ex eiſdem. Poſtremo in intellectu horum verborum diſſentimus longe ab Hermo-

mentum hoc [1] Nili ortus creditus, [a] [2] Cæſareæ in Iſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie. Præterea obſervatum eſt, prout in Mauritania nives imbreſve [3] ſatiaverint, ita Nilum increſcere. Ex hoc lacu profuſus indignatur fluere per harenoſa & ſqualentia, conditque ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu majore, in Cæſarienſis [4] Mauritaniæ gente Maſſæſylûm erumpit, & hominum cœtus veluti [5] circunſpicit, iiſdem animalium argumentis: iterum harenis receptus conditur rurſus xx. dierum deſertis ad proximos Æthiopas: atque ubi iterum ſenſerit [6] hominem, proſilit, fonte (ut veriſimile eſt) illo, quem [7] Nigrin vocavere. Inde Africam ab Æthiopia diſpeſcens, etiamſi non protinus populis, feris tamen & belluis frequens, ſilvarumque opifex, medios Æthiopas ſecat, cognominatus Aſtapus, quod illarum gentium lingua ſignificat [b] aquam è tenebris profluentem. Inſulas ita innumeras ſpargit, quaſdamque tam vaſtæ magnitudinis, ut quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque curſu non breviore tranſvolet: circa clariſſimam earum Meroën, Aſtabores lævo alveo dictus; hoc eſt,

ramus

1 Nili ortus creditur. *In M. & V. hæc non leguntur. Tol. Salm. ſupervacua etiam eſſe cenſent.*

2 Mauritaniæ Theſeo. V.

3 fauciaverint.

4 Mauretaniæ *per è, ſemper habet* Ch.

5 circuit. *M.*

6 homines.

7 Nigrum. *M.*

Hermolao. Ipſe enim accipit lacum illum, unde oritur Nilus, dicatum eſſe à Juba in templo Iſidis. Nos non ita: ſed Crocodilum ex ipſo lacu, ob id argumentum, dicatum eſſe putamus. Quam ob rem verbum *Crocodilus*, cum majore litera ſcribendum cenſemus: & verbum *inde*, è contrario cum minore. *Pintianus.*

a *Cæſareæ in Iſeo dicatus.*] Juliam Cæſaream quidam intelligunt, quam nunc Alger vocant. *Dalec.* *Cæſareæ in Iſeo.*] Hoc eſt, in Iſidis fano, cujus numen initio ab Ægyptiis orto, tota Africa religioſe colebat. *Gelen.*

b *Aquam è tenebris profluentem.*] Servius Grammaticus eadem etymologia, *μέλονα* vocari tradit, quaſi atrum, & Atlanta montem *τελάμωνα*, quod laboris multum ferat in ſuſtinendo cœlo. Rhodig. cap. 4. lib. 10. Nilum in Alexandria Lycophron Tritona vocavit, quod tribus nominibus appellatus fuiſſet. Primum enim dictus Oceanus, mox Ætos, poſtea Ægyptus, & poſtremo Nilus, à limo. Idem auctor c. 13. l. 20. *διιπετῆ* Nilum vocari tanquam à Jove fluentem, aut imbribus augeſcentem. Idem auctor ſcribit cap. 10. lib. 1. quaſi *νέον ἰλὺν* novum limum dictum vult, quoniam quotannis limo novo agros Ægypti oblinit. Feſtus in Alumento *Melo* pro Nilo vocatum fuiſſe ſcribit à priſcis Romanis, nondum aſſuetis Græcæ linguæ, ut pleraque alia. Prope fontem à Barbaris Dara. Nuchul vero ab reliquis accolis vocati auctor eſt Ethic. coſmogr. pag. 37 *Dalec.*

a *Ad*

1 Aſtoſa-bas *Stra-boni.*
2 Giris ante nominatus. *M.*
3 nec aliunde. *M. Tol.*
4 vocatur. *Ch.*
5 domitaque alioqui violentia. Et quamvis ſpacio feſſus, multis faucibus, &c. *Pint.*
6 fecundus. *M.*

ramus aquæ venientis è tenebris: dextero vero [1]Aſtuſapes, quod latentis ſignificationem adjicit: nec ante Nilus, quam ſe totum aquis concordibus rurſus junxit. Sic quoque etiamnum [2]Siris, ut ante nominatus per aliquot millia, & in totum Homero Ægyptus, aliiſque Triton: ſubinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis: poſtremo incluſus montibus, [3]nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus [a] ad locum Æthiopum, qui Catadupi [4]vocantur, noviſſimo cataracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Poſtea lenis & confractis aquis, [5]domitaque violentia, aliquid & ſpatio feſſus, multis quamvis faucibus in Ægyptium mare ſe evomit. Certis tamen diebus auctu magno [b] per totam ſpatiatus Ægyptum, [6]fœcundus innatat terræ. Cauſas hujus incrementi varias prodidere, ſed [c] maxime probabiles. [d] Eteſiarum eo tempore ex adverſo flantium

a *Ad locum Æthiopum qui Catadupi vocantur.*] Scribendum reor, *Ad locum Æthiopum qui Catadupa vocatur.* ex Cicerone, VI. de Republica, & Macrobio in eum, & Ariſtidis oratione Ægyptia, itemque Herodoto ſecundo hiſtoriarum, & Seneca quarto Naturalium quæſtionum. Eſt autem *Catadupa*, extrema pars minoris, ſive, ut aliqui vocant, noviſſimi Cataractæ ad Syenem urbem, & inſulam Elephantinem præceps quidam locus, unde in inferiora præcipitatus Nilus ingenti fragore circumjacentia loca exſurdat, unde nomen invenit. Liquet hoc tam ex allegato Senecæ loco quam ex Strabone noviſſimo libro. Nam quæ Seneca de Catadupis, eadem refert de noviſſimo cataracte. Nec oblitus ſum infra ſexto volumine, capite XXIX. gentem prope Syenem monſtrari nomine Catadupos, quorum mentio etiam fit à Philoſtrato in vita Apollonii: placet nihilominus legatur hic omnino, *Catadupa* pro loco. *Pint.*

b *Per totam ſpatiatus Ægyptum.*] Inde Byzantio Parmenoni Αἰγύπτιος Ζεὺς *Nilus* dicitur, quod aquis ſuis Ægyptum riget ac fœcundet, ut alias terras imbre Jupiter. Eadem ratione κεγρίδλω appellat Pindarus in Pythiis, & *Chryſorrhoan* alii. Rhod. cap. 6. lib. 27. Euripides in Prologo Helenæ ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας. *Dalec.*

c *Maxime probabiles.*] Pomponius Mela: *Aut Eteſiæ per ea tempora flantes venienti obvii, adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt, aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, oſtia obducunt.* Vide Senecam Quæſt. Nat. lib. 4. cap. 2. & Solin. c. 35. Julian. apoſt. epiſt. p. 329. *Idem.*

d *Eteſiarum eo tempore ex adverſo flantium repercuſſum ultro in ora acto mari.*] Toletanum Archetypum, *ultra* legit, non *ultro*. Itaque commodius ſcribetur, *Eteſiarum ex adverſo flantium repercuſſu ultra ora acto amne.* poſſet etiam legi, *oram*. Nec abſurde mutato loco præpoſitionis, *in*, ſcriberes, *in interiora acto amne.* ex Seneca Naturalium quæſtionum

tium repercuſſum, [1] ultro in ora acto mari: aut imbres Æthiopiæ æſtivos, iiſdem Eteſiis nubila illò ferentibus è reliquo orbe. Timæus Mathematicus occultam protulit rationem: Phialam appellari fontem ejus, mergique in cuniculos, ipſum amnem, vapore anhelantem fumidis ſcautibus ubi conditur. Verum Sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, & ſuſpenſum abundare, ac [2] ne devoretur, abſcondi. Id evenire à Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, contra perpendiculum fontis ſidere ſtante, cum in eo tractu abſumantur umbræ. Pleriſque [3] è diverſo opinatis largiorem fluere, ad Septentrionem Sole diſcedente, quod in Cancro & Leone evenit; ideoque tunc minus ſiccari. Rurſus in Capricornum & Auſtrinum polum reverſo ſorberi; & ob id parcius fluere. Sed Timæo, ſi quis extrahi poſſe credat umbrarum defectus iis diebus & locis, ſine fine adeſt. Incipit creſcere Luna nova, quæcunque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modiceque Cancrum Sole tranſeunte; abundantiſſime autem [a] Leonem. Et reſidit in Virgine, iiſdem, quibus accrevit, modis. In totum autem revocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus, centeſimo die. Cum creſcit, reges aut præfectos navigare eo, nefas judicatum eſt. Auctus [4] ejus per puteos menſuræ notis deprehenduntur. Juſtum incrementum eſt cubitorum XVI. Minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent, tardius recedendo. Hæ ſerendi tempora abſumunt ſolo madente: illæ non dant ſitiente. Utrunque reputat provincia. In duodecim cubitis famem ſentit, in tredecim etiamnum eſurit: quatuordecim cubita hilari-

1 ultra. *M. Ch. aliis*, flantium repercuſſa ultro.

2 ac rurſum ne.

3 è *in Ch. deletur & M.*

4 ejus. *in Tol. exempl. del. & in M.*

num libro IV. & Ariſtide in oratione Ægyptia, & Diodoro in primo. *Pint.*

a *Leonem.*] Id ſimulacris oſtenditur, quæ cum Ægyptio capitis ornatu anteriore parte virginis effigiem, poſteriore Leonis monſtrant. Talia multis in locis viſuntur, & Sphinges à multis eſſe creduntur. *Dalec.*

a *Cubi-*

hilaritatem afferunt: quindecim ſecuritatem: ſexdecim delicias. Maximum incrementum ad hoc ævi fuit [a] cubitorum decem & octo [b] Claudio principe: [1] minimumque Pharſalico bello veluti necem Magni prodigio quodam flumine averſante. [c] Cum ſtetere aquæ apertis molibus [2] admittuntur. Ut quæque liberata eſt terra, ſeritur. Idem amnis unus omnium [d] nullas expirat auras. Ditionis [3] Ægypti eſſe incipit [e] à fine Æthiopiæ * Syene: ita vocatur penin-

1 minimum quinque Pharſalico bello. *M. V. Cb.*

2 emittuntur. *Cb.*

3 Ægyptiæ.

a *Cubitorum decem.*] Male apud Plutarchum lib. de Iſide & Oſiride μεγίστην ἀνάβασιν περὶ τὴν ἐλεφαντίνην ὀκτὼ γίνεσθαι καὶ εἴκοσι πηχῶν pro ὀκτὼ καὶ δέκα. Brod. c. 22. lib. 6. *Dalec.*

b *Claudio principe: minimumque Pharſalico bello veluti.*] Legend. *Claudio principe: minimum quinque Pharſalico bello, veluti necem Magni, &c.* quinque cubiti & quinque ulnæ, idem ſunt apud Plin. *Salmaſ.* 437. a. [illegible] paulo poſt lege: *ditionis Ægypti eſſe incipit à fine Æthiopiæ Syene: ita vocatur peninſula x. millium paſſuum ambitu, in qua caſtra ſunt latere Arabiæ, & ex adverſo inſulæ quatuor Philæ.* Senſus Plinii eſt: Syenem peninſulam decem millia paſſuum in ambitu habere, & ex adverſo inſulam Philas quatuor, ſcilicet quatuor millium ambitu eſſe, vel duûm & triginta ſtadiûm. *Salm.* pag. 437. b.

c *Cum ſtetere aquæ apertis molibus admittuntur.*] Legendum videtur, *emittuntur*, potius quam *admittuntur*, unde dicuntur Emiſſaria, foſſæ, inciſæve, per quas ſuperfluentes aquæ emittuntur. Cicero poſtremo epiſtolarum: *Nullo emiſſario, nulla maceria.* Suetonius in Claudio: *Fecit & emiſſarium Fucini lacus.* Pintian.

d *Nullas expirat auras.*] Affirmat idem & Heliodorus in Æthiopum hiſtoria. Anauron tamen in Theſſalia ac Syria fluvium, ideo dictum, notavit Lipſius, cap. ult. lib. 2. auram nullam emittere. Quin & auctor cap. 5. libro 31. Boryſthenem ſcribit omnium aquarum tenuiſſimum, nullum halitum reddere, nedum nebulam. Videtur cum hoc loco pugnare quod auctor ſcripſit cap. 7. lib. 21. in Ægypto minime flores odoratos eſſe, quia nebuloſus & roſcidus aër eſt à Nilo flumine. Vide locum. De Nilo idem Herodotus in Euterpe, addita ratione, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμέων χωρέων οὐκ εἰκός ἐστι οὐδὲν ἀποπνέειν. αὔρη δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινὸς φιλέει ἀποπνέειν περὶ τῶν ἀνέμων, ſcribit à Nilo οὐκ ἀποπνέειν τὰς αὔρας ἐλαχίστας ὅτι θερμὸς ὁ τόπος καὶ ἐξ οὗ, καὶ εἰς ὃ ῥεῖ· αἱ δὲ αὖραι πυκνότεραι τοῦ ὑγροῦ εἰσί: idque commune eſſe cunctis Libyæ fl. Brod. c. 30. lib. 3. Hircius in bello Alexand. Nili aquam limoſam & turbidam, multos varioſque morbos efficere tradit. Aëtius pravas eſſe fluviatiles & paluſtres omnes, præter Niliacam, quæ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκόσμηται. Spartianus in Peſcennio, tantam ejus dulcedinem ac ſuavitatem eſſe, ut accolæ vinum non quærant. Gal. in Simpl. hoc explicat, & Comment. in 6. Epid. ut ſalubris ſit, bis vel ter colandam eſſe per vaſa fictilia, donec, ſubſiſtente limo defæcata prorſus ſit & lympida. Brod. cap 29. lib. 4. *Dalec.*

e *A fine Æthiopiæ Syene, ita vocatur peninſula centum mill. paſſuum ambitu.*] Hermolaus etſi veterem lectionem *peninſulam* habere fatetur, ut & noſtri codices præferunt, ipſe tamen, *inſula*, defendit, & ad Syenem refert, magno errore. Nam ſi unquam inventus fuerit auctor Latinus Græcuſve, qui Syenem urbem in confinio Ægypti & Æthiopiæ ſitam inſulam eſſe ſcribat, habear ego omnium hominum inſcientiſſimus. Nam Strabo, cujus teſtimonium advocat, nihil

[f] peninſula centum mill. paſſuum ambitu, [a] in qua Ceraſtæ ſunt latere Arabiæ, [b] & in adverſo inſulæ IV. Philæ CCCCCC. M. paſſ. à Nili fiſſura, unde appellari diximus Delta. Hoc ſpatium edidit Artemidorus, & in eo CCL. oppida fuiſſe. Juba CCCC. M. paſſ. Ariſtocreon ab [2] Elephantide ad mare DCCL.

1 Peninſula mille p. ambitu, in qua Caſtra ſunt latere Arabiæ: & ex adverſo inſulæ IV. Philæ. *M.*

2 Elephantine.

hil ei opitulatur. Quod ut conſtet, ejus verba ſubtexam ex libro XVII. quæ videntur hominem in hanc opinionem impuliſſe: *Deinde Apollinis civitas, quæ etiam crocodilis eſt inimica, Syene vero & Elephantine altera in finibus eſt Æthiopiæ, altera eſt inſula ſpacio ſemiſtadii, in qua eſt civitas, quæ Cnuphidis templum habet.* Hæc Strabo. In quibus verbis ubi quæſo Syenem inſulam eſſe aſſeritur? Nam verba illa, *altera eſt inſula, &c.* quis non videt ad Syenem non eſſe referenda, ſed ad Elephantinem? Ad Syenem enim attinent prima illa verba, *in finibus eſt Æthiopiæ.* Nam Syenem in finibus eſſe Æthiopiæ ad collimitium Ægypti, & Plinius hic oſtendit, & reliqui paſſim, non minus geographi quam hiſtorici. Quam ob rem verba illa, *Ita vocatur c. m. paſſuum ambitu.* non eſſe hujus loci arbitrantur, neque ad Syenem ullo modo pertinere, ſed ad Philas. Itaque tantiſper ſeponantur, quoad eis proprium locum aſſignemus. *Pintianus.*

* *Syene.*] Syene Thebaidis oppidum, ſub tropico Cancri poſitum, in qua cum Sol ejus ſigni eam partem ingreditur, in qua ſolſtitium efficit, nullam umbram corpora faciunt hora diei ſexta. Lucan 2. *Atque umbras nuſquam flectente Syene.* Macrobius perverſe *nunquam* legit. Seneca in Herc. furente: *Et qua Sol medium tenens umbras corporibus negat* Brod. cap. 17. lib. 5. Unde & Eratoſthenes obſervatis ejus temporis horologiorum Alexandrinorum umbris, intervalloque harum urbium, univerſi terrarum orbis indidem collegit ambitum. Teſtis Cleomed. Cyclic lib. 1. p. 402. *Dalec.*

a *In qua Ceraſtæ ſunt latere Arabiæ.*] Scribendum, *caſtra* non *ceraſtæ*, ex utroque antiquo exemplari: quibus ſubſcribit Strabo libro XVII. de adminiſtratione Ægypti diſſerens in hæc verba: *Sunt tres militum legiones, quarum una circa urbem ſedet, alia in reliqua ſunt regione. Præter has novem cohortes Romanæ. Tres in urbe, tres in finibus Æthiopiæ præſidio circa Syenem collocatæ, & reliquæ tres in cætera regione.* Et rurſus de Syene agens: *Hoc in loco tres Romanorum cohortes collocatæ ſunt præſidii gratia.* Item non multo poſt: *Ingruentes in Thebaidem, & in tres cohortes quæ Syenes præſidio erant, Syenem & Elephantinem & Philas repentino impetu ceperunt.* Pint.

b *Et in adverſo inſulæ iiij. Philæ.*] Scribendum, *Et ex adverſo iiij. m. paſſ. Philæ.* Nam dictionem, *inſulæ*, expoſitionem fuiſſe ſupra dictionem *Philæ* poſitam, & poſtea lectioni per errorem inſertam. Erit ergo ſenſus: Ex adverſo caſtrorum Syenes meridiem verſus eſſe Philas, IV. m. paſſuum à caſtris motas. Cæterum hoc loco intercalanda ſunt verba paulo ante à me juſſa ſeponi. Ea ſunt: *Ita vocatur inſula, c. m. paſſuum ambitu.* Quæ verba, ut dixi, ad Philas, non ad Syenem accommodanda ſunt. Porro in apographo Toletano elementum, *c.* non legitur. Totus ergo hic Plinianus locus mendis frequens, ſic, meo judicio, ſcribendus eſt: *Ditionis Ægypti eſſe incipit à fine Æthiopiæ Syene, in qua caſtra Æthiopiæ ſunt latere Arabiæ, & ex adverſo, iiij. m. paſſuum Philæ. Ita vocatur inſula, mille paſſuum ambitu.* Idem. Seneca c. 2. lib. 4. natural. quæſt. *Nunc vero magnas ſolitudines pervagatus, & in paludes diffuſus, genteſque ſparſus, circa Philas primum ex vago & errante colligitur, &c.* ac rurſum: *Primum incrementum Nili, circa inſulam quam modo retuli, Philas, noſcitur*, forſan illic legend. *inſulas quas.* Inde eidem Senecæ ad finem epiſtolæ 2. Philiſtæ latrones & prædones, quales fuere earum 4. inſularum incolæ. In iis accipiter numinis inſtar colebatur. *Dalecampius.*

a Ele

1 intra. *Ch.* DCCL. M. paſſ. [a] Elephantis inſula [1] infra noviſſimum cataracten [2] tria M. paſſ. [b] & ſupra Syenen [3] XVI. M. habitatur, navigationis Ægyptiæ finis, ab Alexandria [4] CCCCCLXXXVI. M. paſſ. In tantum erravere ſupraſcripti. Ibi Æthiopicæ conveniunt naves. Nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum eſt. Ægyptus ſuper cæteram antiquitatis gloriam XX. M. urbium [5] ſibi Amaſe regnante, habitata præfert, nunc quoque multis, [6] etiamſi ignobilibus, frequens. [7] Celebratur tamen Apollinis, mox Leucotheæ, & Dioſpolis magna, eadem Thebe portarum centum nobilis fama, Coptos Indicarum Arabicarumque mercium, Nilo proximum emporium. Mox Veneris oppidum, & iterum Jovis, ac Teutyris: infra quod Abydus; Memnonis regia, & Oſiris templo inclytum, VII. M. CCCCC. paſſ. in Libyam remotum à flumine. Dein Ptolemais, & Panopolis, ac Veneris iterum. Et in Libyco Lycon, ubi montes finiunt Thebaidem. Ab iis oppida Mercurii, [8] Alabaſtrôn, Canum, & ſupra dictum Herculis. Deinde Arſinoë, & jam dicta Memphis, inter quam & Arſinoiten nomon, in Libyco, turres, quæ pyra-

1 intra. *Ch.*
2 quatuor. *Tol.*
3 XII. *ex Strabone.*
4 DLXXXV. *Ch.*
5 ibi. *Vet.*
6 etiam non. *Tol.*
7 Celebrantur. *M.*
8 Alabaſtrôn. *gen. plur. Græca forma.*

a *Elephantis inſula infra noviſſimum cataracten, CCCC. M. paſſ.*] Legend. *Elephantine*, non *Elephantis*, contra omnes Latinos codices, ut diximus in Pomponium: nec *Infra* ſcribendum, ſed *Intra*, nec, *CCCC.* ſed *iiij. M. paſſuum.* ex archetypo Toletano utrumque. Nam Cataractes hic noviſſimus, inter Elephantinem eſt ... Ægyptum verſam, & Philas ad Æthiopiam, exiguo ſpacio ab utraque ſubmotus, Strabone auctore libro XVII. *Pintian.*

b *Et ſupra Syenen, xvj. M. habitatur.*] Erratum rurſus eſt in numero paſſuum. Nam quomodo Elephantine diſtare poteſt à Syene, XVI. M paſſuum? cum ab eadem Syene uſque ad Philas interſint C. ſtadia, quæ agant XII. millia paſſuum, & longius Philæ diſtent à Syene quam Elephantine, ut ex Strabone & Ptolemæo colligitur. Abeſſe vero Philas à Syene, XII. M. paſſus, Strabo teſtatur his verbis: *Nos Philas ex Syene plauſtro venimus per campum valde planum C. ſtadiorum ſpacio.* De reliquo Strabo idem, dimidium ſtadium, abeſſe Elephantinem à Syene prodit, ſi quis ex exemplari Græco, non Latino hauriat. Nam Latinus interpres ineptiſſime eum locum vertit, ſcribens ſemiſtadii ſpacio eſſe inſulam Elephantinem. Quomodo enim in tanta inſulæ parvitate poterat eſſe urbs, & in ea templum Cnuphidis, & Nilometrium, ut in Memphi, quod Strabo de ea prodit? *Idem.*

a *Juxta*

pyramides vocantur, Labyrinthus [1] in Mœridis lacu nullo addito ligno exædificatus: & oppidum Crialon. Unum præterea intus & Arabiæ conterminum claritatis magnæ, Solis oppidum.

1 ad Mœridis lacum. *ex Her. Pint.*

CAP. X. *Alexandria.*

SEd jure laudetur in litore Ægyptii maris Alexandria, à Magno Alexandro condita, in Africæ parte ab oſtio Canopico XII. mill. paſſ. [a] juxta Mareotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur. Metatus eſt eam [2] Dinochares architectus pluribus modis memorabili ingenio, [b] XV. M. paſſ. laxitate [3] inſeſſa, ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam, dextra lævaque anguloſo procurſu; jam tum tamen [4] quinta ſitus parte regiæ dicata. Mareotis lacus à Meridiana urbis [5] parte, Euripo è Canopico oſtio mittitur mediterraneo commercio, inſulas quoque plures amplexus, [c] triginta mill. p. trajectu, [6] DC. ambitu, ut tradit Claud. Cæſar. Alii ſchœnos in longitudinem patere

2 Dinocrates. *M. & Vet. ut & c.* 37. 7. *item* 14. 34. *Vitruvius* 1. *lib.* 2.

3 immenſa. *M* inſerta. *V.*

4 quarta ſitus parte regiis dic. *Strab.*

5 ad meridianam urbis partem. *M.* parte Euripo in Canopicum oſtium. *Vet.* parte Euripo Canopico oſtio committitur. *Pint. ex Strabone.*

6 CCL. *Tol.*

a *Juxta Mareotin lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur.*] Legendum, *qui locus ante Rhacotes nominabatur*, ex Stephano & Strabone XVII. Hoc enim nomen prius Alexandriæ fuit, ut ait Stephanus, ſeu partis Alexandriæ, ut Strabo. Hanc emendationem debes Jano Parrhaſio, Claudiani enarratori: ſed in eo is deceptus eſt, quod legit non *locus* (ut nos legendum cenſemus) ſed *lacus*, quaſi lacus Mareotis dictus fuerit alio nomine Rhacotes, quod neque ipſe, neque alius uſquam legit. *Pint.*

b *Quindecim* M. *paſſuum laxitate.*] Caſtigandum quidam hunc locum arbitrantur ex Curtio, qui ambitum Alexandriæ, LXXX. ſtadiorum eſſe tradit, & pro XV. M. *paſſ.* ſubſtituendum putant, X. M. tot enim ſupradicta colligunt ſtadia. Sed falluntur. Nam Stephanus Alexandriæ circuitum, CX. ſtadiorum fuiſſe ait: hoc eſt XIII. M. DCC. paſſ. quæ ſumma propius ad Plinianam accedit. Sed Curtii mentio paulo ante habita, nos admonet, ut locum reſtituamus facundiſſimi ſcriptoris, in omnibus quæ hactenus nobis videre contigit exemplaribus corruptiſſimum. Ejus verba, cum de Alexandria diſſerit, ſunt: *Fama eſt, cum rex urbis futuris muris polentam (ut Macedonum mos eſt) deſtinaſſet.* Corrige: *Fama eſt, cum rex urbis futuros muros polenta (ut Macedonum mos eſt) deſignaſſet.* ex Strabone, Plutarcho, Stephano, Arriano. *Idem.*

c XXX. M *p. trajectu*, DC. *ambitu.*] Fieri quidem poſſet, ut lacus cujus trajectus XXX. M. paſſ. ſit, ambitum habeat DC. millium, veriſimile tamen non eſt. Proinde vetus lectio videtur mihi ſincerior, CCL. *ambitu*: etiamſi in libris ſcriptis vitioſe legatur, CD. confuſis duobus elementis *cl*, in unum *d*, ut fieri à librariis conſuevit, quæ illorum eſt diligentia, & infra conſtabit capite XII. Strabo Mariam lacum latitudinem habere ſupra CL. ſtadia, longitudinem citra CCC. tradit. *Idem.*

tere XL. faciunt, ſchœnumque ſtadia triginta, ita fieri longitudinis CL. mill. paſſ. tantundem & latitudinis. Sunt in honore & intra decurſus Nili multa oppida, præcipue qui nomina dedere oſtiis, [1] non omnibus, (XI. enim reperiuntur, ſuperque quatuor, quæ ipſi falſa ora appellant) ſed celeberrimis ſeptem, proximo Alexandriæ Canopico, deinde Bolbitino, Sebennitico, Phatnitico, Mendeſico, Tanitico, ultimoque Peluſiaco. Præterea Buros, Pharbætos, Leontopolis, [2] Athribis, Iſidis oppidum, Buſiris, Cynopolis, Aphrodites, Sais, [a] Naucratis: unde oſtium quidam [3] Naucraticum nominant, [b] quod alii [4] Heracleoticum, Canopico, [5] cui proximum eſt, præferentes.

1 non omnibus (nunc n. XI.) *Tol.*

2 Atheribis. *Strabo.* Athlibis. *Stephan.*

3 Naucratitum. *Salm.*

4 Ceramicum. *Athen.*

5 cui VI. M. p. *M.* & *Vet. addunt.*

CAP. XI. [c] *Arabia.*

Ultra Peluſiacum Arabia eſt, ad Rubrum mare pertinens, & odoriferam illam, ac divitem & beatæ cognomine inclytam. Hæc [6] Catabanum & Esbonitarum, & Scenitarum Arabum vocatur, ſterilis; præterquam ubi Syriæ confinia attingit, nec niſi Caſio monte nobilis. His Arabes junguntur; ab oriente Canchlei, à Meridie Cedrei, qui deinde ambo Nabathæis. Heroopoliticus vocatur, alterque

6 Cabanum. V.

a *Naucratis: unde oſtium quidam Naucraticum, &c.*] Legend. *Naucratiticum*, vel *Naucratioticum*. Vide *Salmaſ.* pag. 476. a, b. *Naucraticum.*] Athenæus lib. 11. pag. 237. verſ. 3. πολλοὶ δ᾽ ἐν τῇ ναυκράτει κεραμεῖς ἀφ᾽ ὧν καὶ ἡ πλησίον τοῦ κεραμείου πύλη κεραμικὴ καλεῖται. Sunt autem Naucratici figuli multi, à quibus proximum Nili oſtium Ceramicum appellatur. *Dalecamp.*

b *Quod alii Heracleoticum Canopico, cui proximum eſt, præferentes.*] Verba ut reor malo ordine locat, redigendaque ad priſtinum ſtatum, hoc (ni fallor) pacto: *Canopico quod alii Heracleoticum vocant, cui proximum eſt, præferentes.* Nam Canopicum oſtium, Heracleoticum etiam nominatum eſſe Ptolemæus ſatis docet: non Canopicum illud, ſed Heracleoticum appellans à civitate Heracleopoli prope Canopum, auctore Stephano. Accedit Strabonis teſtimonium libro 11. *Neceſſarium eſt*, inquit, *ad Canopi & Alexandriæ loca reverti: hic eſt enim ultimum oſtium, quod Canopicum Heracleoticumque vocant.* Pintian.

c *Arabia.*] Solinus paulo plura c. 36. congerit huc facientia. Legito & Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 843. *Dalec.*

a *Syria.*]

que Ælaniticus ſinus Rubri maris in Ægyptum vergentis, CL. mill. paſſ. intervallo inter duo oppida Ælana, & in noſtro mari Gazam. Agrippa à Peluſio Arſinoën Rubri maris oppidum, per deſerta CXXV. M. paſſuum tradit: tam parvo diſtat ibi tanta rerum naturæ diverſitas.

CAP. XII. *Syria*, *Palæſtina*, *Phœnice*.

JUxta [a] Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus. Nanque Palæſtina vocabatur, qua contingit Arabas, & Judæa, & Cœle; [1] dein Phœnice: & qua recedit intus, Damaſcena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. [2] Et eadem Meſopotamia inter Euphratem & Tigrin: quaque tranſit Taurum, Sophene: citra vero etiam Comagene. Et ultra Armeniam, Adiabene, Aſſyria [3] ante dicta: & ubi Ciliciam attingit, Antiochia. Longitudo ejus inter Ciliciam & Arabiam CCCCLXX M. paſſuum eſt. Latitudo à Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate Zeugma, CLXXV. M. paſſ. Qui ſubtilius dividunt, [4] circunfundi Syria Phœnicen volunt, [5] & eſſe oram maritimam Syriæ, cujus pars ſit Idumæa & Judæa; deinde Phœnice, deinde [6] Syria. Id quod præjacet mare totum, Phœnicium appellatur. Ipſa gens Phœnicum in [7] gloria magna literarum inventionis, & ſiderum, [b] navaliumque ac bellicarum artium.

1 exin. *Cb.*
2 Exinde Meſopotamia. Ex eadem. *M & Cb.* *Lego*, hæc eadem.
3 antea. *Cb.*
4 Euphraten Syriam, Phœnicen eſſe volunt oram, *ex manuſcript.*
5 *lege ex Bud. 4. de Aſſe. & vetuſt. exemp.* Eſſe enim primum oram maritimam Syriæ ab Arabia, cujus pars ſit Idumæa & Judæa: deinde Phœnicen. Deinde rurſus Syriam. Introrſus autem Syria Damaſci claudi Phœnicem.
6 Aſſyria. V.
7 magna gloria. *Cb.*

a *Syria.*] ארם, *Aram*, Hebræis dicta, ſeu Ἀρμαία, quo & Strabo utitur. Cæterum de ipſius latitudine & regionibus legatur Mela lib. 1. cap. 11. & Æth. coſmograph. pag. 35. Strabo lib. 16. & Car. Sigon. de antiq. jur. prov. lib. 1. cap. 12. Onuph. Imp. Rom. pag. 788. cap. 37. & Adricho in deſcript. terr. Sep. 95. & Bertram Gram. Ebr. ubi hoc modo recenſet regiones. 1. Aram κατ' ἐξοχὴν dicta, ſeu Paddan Aram, Suria jugata, ſeu conciſe Paddan, hoc eſt, jugum ſeu Aram Necharajim Suria, interamnis Μεσοποταμία. 2. Aram Zobah, ſeu Zonah, fortean Sophene. 3. Aram Beth, Rechob. 4. Aram Mahachab. 5. Aram Dameſchek, Suria Damaſcena, quæ & Cana ſeu Cæleſyria. 6. Aram Chamat, Suria Comagena ſeu Antiochena. *Dalec.*

b *Navaliumque ac bellicarum artium.*] Ciceroni apud Nonium de Repub. Phœnices primum mercaturis & mercibus

tium. A Peluſio Chabriæ caſtra, [a] Caſius mons, delubrum Jovis Caſii, tumulus magni Pompeii, [1] Oſtracine. Arabia finitur à Peluſio LXV. mill. paſſuum.

CAP. XIII.

Idumæa, Syria, Palæſtina, Samaria.

MOx Idumæa incipit, & Palæſtina, ab emerſu Sirbonis lacus, quem quidam CL. M. paſſ. circuitu tradidere; Herodotus Caſio monti applicuit: nunc eſt palus modica. Oppida [2] [b] Rhinocolura, & intus Raphea: Gaza, & intus Anthedon: mons Angaris. Regio per oram Samaria. Oppidum Aſcalo liberum, [3] Azotus: [c] Iamnes duæ, altera [4] intus. Ioppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. [5] Inſidet collem præjacente ſaxo, in quo vinculorum Adromedæ veſtigia oſtendunt. Colitur illic fabuloſa [6] Derceto. [d] Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæſarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flavia, [e] à Veſpaſiano Imperatore deducta. Finis Palæſtines centum octoginta novem millium paſſuum, à confinio Arabiæ: deinde Phœnice. Intus autem [7] Samariæ oppida, Neapolis, quod antea [8] Mamortha dicebatur, [f] [9] Sebaſte, in monte altiore Gamala.

1 Trachine. *M. V.*

2 Rhinocera. *Ptol.*

3 Azoſtos. *Ch.*

4 vicus. *V.*

5 Inſidet colli. *V.*

6 Ceto. *Ch.*

7 Samaria. Oppida. *Ch.*

8 *Joſephus lib. 5. Bel. Judaic.* Maxboram *nominat.*

9 Sebaſte in monte, & altiore Gamala. AD. *Non recte meo animo. Gamala namque ultra Jordanem.*

CAP.

ſuis avaritiam & magnificentiam & inexplebiles cupiditates omnium rerum importaverunt in Græciam. Victorius c. 4. lib. 12. *Idem.*

a *Caſius mons.*] De monte Caſio lege Strab. lib. 16. pag. 721. ex quo loco videntur hæc deſumpta, & ad verbum fere deſcripta. Vide & Solinum c. 37. *Idem.*

b *Rhinocolura.*] Rhinocera Diodor. in Bibliotheca cap. 1. lib. 2. in Ægypti & Arabiæ confinio ſita, haud procul à mari, dicta à narium mutilatione. Nam Actiſanes Æthiopum rex ſuperato Amaſide Ægypti crudeliſſimo rege, Ægyptoque ſubacta, latrones omnes exciſis naribus, in ultimum deſertum abire coëgit, & eam illic civitatem condere, quod & Strabo refert lib. 16 quamvis lib. de ira Seneca factum id à rege Perſarum in Syria ſcripſerit. Hadr. Jun. cap. 3. lib. 5. *Idem.*

c *Jamnes duæ.*] Lege: *Jamneæ duæ.* Vide *Salmaſ.* p. 569. a.

d *Inde Apollonia.*] De qua Ovid. 4. Metamorph. & auctor infra cap. 23. & vide Lil. Gyrald. ſyntag. p. 60. *Dalec.*

e *A Veſpaſiano Imperatore deducta.*] Colonia Flavia Veſpaſiani Imperatoria beneficio immunis fuit. Remiſit enim iis tributum capitis, Titus vero etiam ſoli. Cujacius c. 35. 10. obſervat. *Idem.*

f *Sebaſte in monte altiore Gamala.*] Scripta

CAP. XIV. *Judæa, Galilæa.*

[a] SUpra Idumæam & Samariam Judæa longe lateque funditur. [b] Pars ejus Syriæ juncta, Galilæa vocatur: Arabiæ vero & Ægypto proxima [1] Peræa, aſperis diſperſa montibus, & à cæteris Iudæis Iordane amne diſcreta. Reliqua Iudæa dividitur in toparchias [2] decem, quo dicemus ordine: Hierichuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam Emmaum, Lyddam, Ioppicam, [3] Acrabatenam, [4] Gophniticam, Thamniticam, Betholenen, Tephenen, Orinen, in qua fuere Hieroſolyma, longe clariſſima urbium Orientis, [c] non Iudææ modo: Herodium cum oppido illuſtri ejuſdem nominis.

CAP. XV. *Iordanis.*

[d] [5] JOrdanis amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæſareæ, de qua dicemus: amnis

1 Petræa. *Vt. lego* Arabiæ vero Petrææ & Ægypto altera proxima. AD. *Imo vero περαία, quia πέραν ſeu ultra Jordanem ſita. Unde & Olivar. ſuper Mel. lib. 1. c. 11. recte vocat regionem trans Jordanem. Videatur & Joſeph. de bell. Jud. lib. 3. c. 14.*

2 XII. *M.*

3 Acrebitenam. *Ch.* ἀκραβαλτηνὴ *Joſ.*

4 Zophaniticam. *Ch.*

5 Jordanes. *Ch.*

Scripta exemplaria, *Sebaſten in monte & altiore Gamala*, ut ſit ſenſus, Sebaſten in monte ſitam eſſe, & in altiore monte alio Gamalam. Nam Joſephus in primo, caſtellum validiſſimum ſcribit eſſe Gamalam, & initio quarti: *Gamala vero ei non cedebat, freta locorum difficultate amplius quam Jotapata. Jugum namque aſperum ex alto monte deductum, mediam cervicem erigit: & ubi ſupereminet, in longitudinem tenditur, tantum contra declive, quantum à tergo, ut cameli ſimilitudinem præferat, unde nomen etiam duxit, niſi quod expreſſam vocabuli ſignificationem indigenæ ſervare non poſſunt.* Pintian.

a *Supra Idumæam & Samariam.*] In manuſcripto hæc, *Supra Idumæam & Samariam* annectuntur præcedenti capiti, ſequenſque incipit, *Judæa longe, &c.* Dalec.

b *Pars ejus Syriæ juncta, Galilæa vocatur, &c.*] Legend. *Pars ejus Syriæ juncta Galilæa vocatur, Arabia vero & Ægypto proxima Petræa aſperis diſperſa montibus.* Petræam illam partem Judææ dictam intelligit, ab aſperis ſaxis quibus montuoſa eſt. *Salm.* 470. a.

c *Non Judææ modo. Herodium cum oppido illuſtri ejuſdem nominis*] Exemplar Salmant. *Nomen Judææ modo*: Toletanum, *non Iudææ modo Herodium oppidum illuſtriſſimum ejuſdem nominis.* Excuſſo igitur diligenter loco, puto ſcribendum: *Non Judææ modo Herodium oppidum illuſtriſſimum eſt, Herodis nomine.* hoc ſenſu, Hieroſolyma fuiſſe longe clariſſimam urbium orientis, non tantum Judææ. Nunc autem iis everſis, ſucceſſiſſe in locum eorum Herodium, &c. vel ſi vis retinere lectionem impreſſam, intellige Norinem præfecturam appellatam, poſtea Herodium cum oppido illuſtri ejuſdem nominis. *Pintian.*

d *Iordanis amnis oritur è fonte Paneade.*] Marcianus, & aliquando Stephanus, & exemplaria nonnulla, *Paneade.* Solinus c. 36. *Peneade* Utrunque antiquum exemplar, *Paniade*, quibus favet Joſephus ſecundo Judaici belli. Stephanus quoque Panion vocari tradit ſpecum, unde Jordanis erumpit. Nec non Hegeſippus & Joſephus multis id locis confirmant. Ptolemæus etiam Cæſaream, cui Plinius inditum tradit ab hoc fonte cognomen, Cæſaream Paniæ vocat. *Idem.*

nis amœnus, & [a] quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus, accoliſque ſe præbens, velut invitus Aſphaltiten lacum dirum natura petit, à quo poſtremo ebibitur, aquaſque laudatas perdit peſtilen-
1 ſit. *Salm.* tibus miſtas. Ergo ubi prima convallium [1] fuit occaſio, in lacum ſe fundit, quem plures Geneſaram vo-
2 xv. *Ch.* cant, [2] XVI. mill. paſſ. longitudinis, VI. mill. lati-
3 circunſeptus. *M.* circunſpectus. *V.* tudinis, amœnis [3] circunſeptum oppidis: ab Oriente Iuliade & Hippo, à Meridie [4] Tarichea,
4 Trachæa. *V.* Tarichia. *ſtrabo.* quo nomine aliqui & lacum appellant: ab Occidente Tiberiade, aquis calidis ſalubri.

CAP. XVI. *Aſphaltites.*

ASphaltites nihil præter bitumen gignit: unde & nomen. Nullum [b] corpus animalium recipit: tauri cameliqué fluitant. Inde fama, nihil in eo
5 LXXV. *Cb.* mergi. Longitudine excedit centum M. paſſuum,
6 præ ſe ferens. latitudine maxima [5] XXV. implet, minima ſex.
7 Ab occidente littora Eſſeni habitant. Hos fugitant uſquequaque nocentes. *V.* *ita leg. & Rhodig. lego,* Ab occidente litora Eſſeni habitant uſquequaque, Gens, &c. Proſpicit eum ab oriente Arabia Nomadum, à Meridie Macherûs, ſecunda quondam arx Judææ, ab Hieroſolymis. Eodem latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis Callirrhoë, aquarum gloriam ipſo nomine [6] præferens.

CAP. XVII. [c] *Gens Eſſenorum.*

7 AB * Occidente litore Eſſeni fugitant, uſque qua nocent, gens ſola, & in toto orbe præter cæteras

a *Et quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus, &c.*] Legend. *Et quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus accoliſque ſe præbens, velut invitus Aſphaltiten lacum natura dirum potat, à quo poſtremo ebibitur.* elegantiſſime dicit Jordanem non recto curſu petere lacum Aſphaltiten à quo ebibitur; ſed ambitioſum eſſe & accolis præbentem ſe & inſinuantem, moras quærere, veluti invitus petat lacum illum natura dirum, quo laudatas ſuas aquas perdit peſtilentibus mixtas. *Salmaſ.* pag. 577. a. Sequitur *amœnis circumſeptum oppidis.* lege: *circumſeſſus.* Idem. 578. a.

b *Corpus.*] Vivum. Nam aqua bitumine ſpiſſa, non admittit corpora viva & ſpiritibus repleta. *Dalec.*

c *Gens Eſſenorum.*] Eſſenos Joſephus lib. 18. antiquit. Judæor. Philoſophos ut & Sadducæos & Phariſæos ἀπὸ τῆς ὁσιότητος dictos vult. Rhodig. c. 9. 5. Alii vocem eam ſignificare putant τὰς θεωρητικάς. Illorum placita Philo longa oratione

cæteras mira, ſine ulla fœmina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. In diem ex æquo convenarum turba renaſcitur, large frequentantibus, [1] quos vita feſſos ad mores eorum fortunæ [2] fluctus agitat. Ita per ſeculorum millia (incredibile dictu) gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur. Tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt. Infra hos Engadda oppidum fuit, ſecundum ab Hieroſolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc alterum buſtum. Inde Maſada caſtellum in rupe, & ipſum haud procul [3] Aſphaltite. Et hactenus Iudæa eſt.

1 quos vita feſſos fortunæ fluctus ad mores eorum agit. *Tim.*
2 fluctib. *Ch. Tol.*
3 ab Aſphal.

CAP. XVIII. *Decapolis.*

JUngitur ei latere Syriæ Decapolitana regio, à numero oppidorum, in quo non omnes eadem obſervant. [4] [a] Plurimi tamen Damaſcum & Opoton riguas amne Chryſorrhoa, fertilem Philadelphiam, Rhaphanam, omnia in Arabiam recedentia. [5] Scythopolin, antea Nyſam, à Libero patre, ſepulta nutrice ibi, Scythis deductis. Gaddara [7] Hieromiace

4 Plurimum. *Ch.*
5 Scythopolin deductis Scythis, antea Nyſam, à Libero patre ſepulta nutrice ibi.
6 Hieromice. *Ch.*

ratione recitat libello, Omnes ſtudioſos liberos eſſe. *Dalec.*

* *Ab Occidente litore Eſſeni fugitant, &c.*] Legend. *Ab occidente litora Heſſeni fugiunt uſque qua nocent, gens ſola & præter cæteras mira.* Fugiebant littora Heſſeni, ut interiora Judææ habitarent, ne puritati ac tranquillitati vitæ quam ſectabantur, maritima commercia nocerent. *Salmaſ.* p. 612. b. 613. a. Sequentia ſic lege: *quos vita feſſos ad eorum mores fluctibus agitata eicit.* vel *agitata jacit, &c.* Mare fluctibus agitatum plerumque navigantes ad aliquod littus ejicit, &c. *Salmaſ.* 616. a. Præceſſit *ſocia palmarum.* Mira loquutio, an quod inter Palmeta viverent? imo & abſurda. Puto ſcripſiſſe: *eſu palmarum.* Salmaſ. ibid.

a *Plurimi tamen Damaſcum & Opoton riguas, &c.*] Lege: *plurimi tamen Damaſcum, & Opoton riguis ex amne Chryſorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphaneam.* Vel etiam: *riguis amnis Chryſorrhoa fertilem.* Nihil verius. *Rigua* Plinio ſunt ὀχετεῖαι. Sequitur, *omnia in Arabiam reincidentia.* Malo tamen credere Plinium ſcripſiſſe: *Damaſcum Eupoton riguis, &c.* cum adjuncto epitheto ad diſcrimen alterius cujuſdam Damaſci. Hoc indubitatum. atqui εὔποτος idem quod εὐπότιστος, irrigua & rivis bene ſatura. Sequitur *Pella, Geraſa, Canatha:* Male *Galaſa.* Vide *Salmaſ.* p. 617. a. b. *Plurimi tamen Damaſc. & Opoton, &c.*] Lege: *Plurimi tamen Damaſcum ex epoto riguis amne Chryſorrhoa fertilem, &c* Urbs Damaſcus fertilis eſt, quia crebris ſuis riguis totum epotat Chryſorrhoam. Notum eſt univerſum amnem iſtum in crebros diſperſum rivos emori. Vide *Iſac. Voſſium* in Melam pag. 28.

romiace præfluente, & jam dictum [1] Hippon Dion, Pellam aquis divitem, [2] Galaſam, Canathain. Intercurſant cinguntque has urbes tetrarchiæ, [3] regionum inſtar ſingulæ, & in regna contribuuntur, Trachonitis, [a] Paneas, in qua Cæſarea cum ſupradicto fonte, Abila, Arca, Ampeloëſſa, [4] Gabe.

1 Hippodion. *Cb.*
2 Gadaram.
3 regnorum. *M. V. & Cb.*
4 Gabala. *V.*

Cap. XIX. *Tyrus & Sidon.*

Hinc redeundum eſt ad oram [5] atque Phœnicen. Fuit oppidum Crocodilon, [6] eſt flumen: memoria urbium, [b] Dorum, Sycaminon, promontorium Carmelum, & in monte oppidum, eodem nomine, quondam Ecbatana dictum. Juxta Getta, Jebba, rivus [7] Pagida, ſive [c] Belus, vitri fertiles harenas [8] parvo littori miſcens. Ipſe è palude [9] Cendevia à radicibus Carmeli profluit. Juxta colonia Claudii Cæſaris Ptolemais, quæ quondam [10] Ace. Oppidum Ecdippa. Promontorium Album, [d] Tyrus quondam inſula, prælto mari ſeptingentis paſſibus diviſa, nunc vero [e] Alexandri oppugnan-

5 ac Phœnicem in qua fuit oppidum. *V.*
6 &. *M.*
7 Pigida ἀπὸ τῶν πηγῶν. Pacida. *Cb.*
8 in *Man.* deeſt.
9 Candelabra. *V.*
10 Acon. *V. M.*

a *Paneas, in qua Cæſarea*] Legendum, ut ante dixi, *Panias*, Joſepho auctore, lib. ſecundo Judaici belli multis locis, confirmante id etiam Hegeſippo. Ptolemæus quoque libro quinto: *Phœnices*, inquit, *mediterranea civitates, Arra, Palæobiblos, Gabala, Cæſarea, Panias.* Stephanus in mentione Cæſareæ: *Paneas*: ſed opinor vitio exemplaris. *Pintian.*

b *Dorum, Sycaminum, Promontorium Carmelum.*] Ptolemæus, *Dora*: Stephanus, *Dorus.* Par varietas in urbe ſequente. Stephanus neutra terminatione in recto *Sycaminon* nominat: Ptolemæus & Strab. genitivi pluralis deſinentia, *Sicaminων*, hoc eſt, mororum civitas, ſicut paulo ante Crocodilon, hoc eſt, crocodilorum. Et ita interpretes Ptolemæi & Strabonis verterunt, ille Græco genitivo uſus Sycaminων, hic Latino Sycaminorum & Crocodilorum. Quapropter Hermolai ſententia non placet, qui in Strabone legit in recto ſingulari *Sycaminon.* Cujus erroris potuiſſent eum admonere duo plurales genitivi ſequentes, *Bucolων*, & *Crocodilων*, ut ſupra *Alabaſtrων*, & *Lycων*, & infra hoc ipſo capite, *Ornithων*, & rurſus ſequente *Leontων*: hoc eſt, alabaſtrorum, luporum, avium, leonum urbes. Corrigendus igitur Ptolemæus Græcus, in quo Sycaminos ſcriptum eſt, pro *Sycaminon.* Præterea *Carmelus* in recto omnes proferunt, nemo *Carmelum.* Nota res, nec confirmanda verboſius. *Idem.*

c *Belus.*] Vide cap. 26. lib. 36. *Dal.*

d *Tyrus.*] צר ſeu ציר, Tſor Ebræis dicta. Unde & Sarram ſuam mutuati ſunt ſcriptores Latini. Qua de re P. Merula ſuper Ennium p. 393. *Idem.*

e *Alexandri oppugnantis operibus continens.*] Vide Quint. Curt. de reb. geſtis Alexandri Magni libro 4. & Arrian. lib. 2. Diod. Sicul. lib. 17. *Idem.*

a *Leon-*

pugnantis operibus continens, olim partu clara, urbibus genitis; Lepti, Utica & illa [1] Romani imperii æmula, terrarum orbis avida, Carthagine; etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtat. Circuitus XIX. mill. paſſ. eſt, intra Palætyro incluſa. Oppidum ipſum XXII. ſtad. obtinet. Inde [2] Euhydra, [3] Sarepta, & Ornithon oppida: & Sidon artifex vitri, Thebarumque Bœotiarum parens.

1 Rom. Imp. æmula *hec in Tol. exemplari non leguntur nec in Ch.*

2 Enhydra. V.

3 Sarepta. V.

CAP. XX. *Mons Libanus.*

A Tergo ejus mons Libanus orſus, mille quingentis ſtad. Simyram uſque porrigitur, qua Cœle Syria cognominatur. Huic par, interjacente valle, mons adverſus Antilibanus obtenditur quondam muro conjunctus. Poſt eum, introrſus, Decapolitana regio eſt, prædictæque cum ea tetrarchiæ, & Palæſtinæ tota laxitas. [4] At in ora etiamnum ſubjecta Libano, fluvius Magoras: Berytus colonia, quæ Felix Iulia appellatur. [a] Leontos oppidum, flumen Lycos, Palæbyblos, flumen Adonis. Oppida [b] Byblos, Botrys, [5] Gigarta, Trieris, Calamos: Tripolis, quam Tyrii & Sidonii & Aradii obtinent. Orthoſia, Eleutheros flumen. Oppida, Simyra, Marathos, [6] [c] contraque Aradum, Antarados

4 In ora autem ſubjecta Lib. fl. Nagoras. *Ch.*

5 Sycarda. *Ch.*

6 Contraque Aradus ſeptem ſtadiorum oppidum, &c. *ex M. Vet. Ch. & Strab.*

a *Leontos oppidum.*] Scribendum, ut admonui, *Leontωn*, id eſt, leonum, ex Strabone XVI. male ejus interprete transferente *leonum*. Pintian.

b *Byblos.*] Heſiodus: *βίβλον τ' ἀγχίαλον ϗ σιδῶν ἀνθεμόεσσαν*. Sic dictam volunt, quod è Byblo compoſiti libri in ea repoſiti non corrumperentur. Idem poëta diebus fervidis, umbroſa, ſaxoſa, cavernoſa quæri jubet, & vinum byblinum bibi, celebratum ab Achæo tragico, & Theocrito. Interpres Heſiodi exponit. aquoſum & tenue. Guillandinus in 13. Plinii multo plura. Vide ejus ſcripta. Ut & etymolog. magnum. Βίβλινος οἶνος. & Steph. de urb. *Dalecamp.*

c *Contraque Aradum Antarados.*] Exemplaria duo, magno conſenſu: *Contraque Arados ſeptem ſtadiorum oppidum & inſula, &c.* ut ſit ſenſus: Contra Marathon urbem in continente ſitam, oppoſitam eſſe in mari, CC. paſſ. ſubmotam à continente, Aradum inſulam cum oppido ejuſdem nominis, ſeptem ſtadiorum. Quæ lectio multo rectior eſt ea

1 ducentis paſſib. *Ch.* 11. M. D. *ex Strabone.*

dos ſeptem ſtadiorum oppidum, & inſula [1] ducentos paſſus à continente diſtans. Regio in qua ſupradicti deſinunt montes, & interjacentibus campis, Bargylus mons incipit. Hinc rurſus Syria, deſinente Phœnice. Oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale: [a] promontorium, in quo Laodicea libera, [2] Dioſpolis, Heraclea, Charadrus, Poſidium.

2 Dipolis. *Ch.*

Cap. XXI. *Syria Antiochena.*

3 Deinde Syriæ Antiochiæ. *nulla promontorii mentione. V. & M.* 4 Epiphanes. *M.*

[3] DEinde promontorium Syriæ Antiochenæ. Intus ipſa Antiochia libera, [4] Epidaphnes cognominata, Oronte amne dividitur: In promontorio autem Seleucia libera, Pieria appellata.

Cap. XXII. *Caſius mons.*

SUper eam mons eodem, quo alius, nomine, Caſius. Cujus excelſa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras Solem aſpicit: brevi circumactu corporis, diem noctemque pariter oſtendens. Ambitus ad cacumen XIX. M. paſſ. eſt, altitudo per directum IV. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum & Antilibanum juxta Heliopolin. Oppidum Rhoſos & à tergo Portæ, quæ Syriæ appellantur, intervallo Rhoſiorum montium & Tauri. In ora oppidum Myriandros, mons Amanus, in quo oppidum Bomitæ. Ipſe [5] ab Syris Ciliciam ſeparat.

5 ab Aſſyriis. *M.*

Cap.

quam hic Hermolaus agnoſcit, parum (ut mihi videtur) aptam. Quod ut ſit perſpicuum, Strabonis verba ſubjiciam libro XVI. *In fronte*, inquit, *jugoſa cujuſdam & importuoſa ora Aradus jacet, inter ejus portum ſcilicet atque Marathum, diſtans à terra ſtadiis viginti. Ea eſt petra quædam mari circumfuſa, ſeptem ſtadiorum ambitu.* Ex quibus Strabonis verbis apparet ſcribendum eſſe in Plinio, non CC. *paſſ.* ſed II. M. D. *paſſ.* aut ſi mavis, XX. *ſtadiis.* Pintian.

a *Promontorium, in quo Laodicea libera, &c.*] Legend. *Promontorium in quo Laodicea libera, Dioſpolis, Heraclea, Charadrus, Poſidion. Deinde promontorium Syriæ Antiochiæ: intus ipſa Antiochia libera Epidaphnes cognominata.* Perperam hæc divulſa ſunt, & capitibus ſectis diducta. Et *Antiochia* ſcribitur pro *Antiochica* vel *Antiochena.* Salmaſ. 890. b.

a *Atar-*

CAP. XXIII. *Cœle Syria.*

NUnc interiora dicantur. Cœle habet Apamiam, Marſya amne diviſam à Nazerinorum tetrarchia: Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog. Ibi prodigioſa [1][a] Atargatis, Græcis autem [b] Derceto dicta, [2] colitur: Chalciden cognominatam ad Belum, unde regio Chalcidene fertiliſſima Syriæ. Et inde Cyrrhiſtica, Cyrrhum, [3] Gazatas, [4] Gindarenos, Gabenos: tetrarchias duas, quæ [5] Granucomatæ vocantur, Hemiſenos, [6] Hylatas, Ituræorum gentem, & qui ex iis [7] Bætarreni vocantur, [8] Mariammitanos. Tetrarchiam, quæ Mammiſea appellatur, Paradiſum, Pagras, Pinaritas, [9] Seleucias præter jam dictam duas, quæ ad Euphraten, & quæ ad Belum vocantur, Carditenſes. Reliqua autem Syria habet, (exceptis quæ cum Euphrate dicentur,) Arethuſios, Berœenſes, Epiphanenſes. Ad Orientem Laodicenos, qui ad Libanum cognominantur, Leucadios, Lariſſæos, præter Tetrarchias in regna deſcriptas barbaris nominibus XVII.

1 Atergatis. *V. Ovid.* 4. *Metam.*
2 colit. *Cb.*
3 Irneazates. *M.*
4 Gindaneos. V.
5 Granocumatiæ. *Cb.*
6 Heliatas. V.
7 Betaceni. *M.* & *V.* Bethemi appellantur. *Cb.*
8 Mariamnitanos. *Cb.*
9 Seleuciam præter jam dictas. *Cb.*

CAP. XXIV. *Euphrates.*

ET de Euphrate hoc in loco dixiſſe aptiſſimum fuerit. [c] Oritur in præfectura Armeniæ majoris

a *Atargatis.*] Vetus legit *Atergatis.* Strabo de hoc nomine & ſimilib. lib. 16. in fine. *Nominum mutationes permulta ſunt, præſertim Barbarorum: quemadmodum Dariacem Darium, Pharzirin vero ipſam Paryſatim, Atargatam, Atharam, quam Cteſias Derceto vocavit.* Dalec.

b *Derceto.*] Ad Aſcalonem templum ejus fuiſſe ſcribit Rhodig. c. 5. 23. Prodigioſam auctor vocat, quod ejus facies humana foret, cætera piſcis. Semiramidis matrem fuiſſe narrant. Fabuloſa de illa vide plurima apud Rhodig. & Lil. Gyrald. *Syros* & piſcibus abſtinere, & columbas tanquam ſacras venerari, refert Victorius ex Xenophonte & Porphyrio c. 15. 12. vide & ſupra c. 13. hujus libri. & Diod. Sic. lib. 3. *Idem.*

c *Oritur in præfectura Armeniæ majoris Caranitide, &c.*] Vide ibi quæ obſervat *Cl. Salmaſius* pag. 620. a, b. &c. Sequentia ſic legenda: *Fluit Xerxenen primum, mox Anaïticam Armeniæ regiones à Cappadocia excludens.* Et pro *Simyram* lege *Zimaram.* Vide Salmaſ. 624. b. Sequitur: *Ommam vocant irrumpentem; mox ubi perfregit Euphratem, tum quoque ſaxoſum & violentum.* Sequitur, *Arabiam inde*

ris Caranitide, ut prodidere ex iis, qui proxime [1] viderunt, Domitius Corbulo [a] in monte [2] Aba, Licinius Mutianus ſub radicibus montis, quem Capoten appellant, ſupra Simyram XII. M. paſſ. initio Pyxirates nominatus. Fluit Derxenem primum, mox [3] [b] Anaetiam, Armeniæ regiones à Cappadocia excludens. Daſcuſa abeſt à Simyra LXXV. M. paſſuum. Inde navigatur [4] Paſtonam quinquaginta M. paſſuum. [c] Melitenen Cappadociæ [5] LXXIV. mill. paſſuum. [6] Elegiam Armeniæ decem mill. paſſuum, acceptis fluminibus Lyco, Arſania, Arſano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons; nec reſiſtit, [7] quanquam XII. mill. paſſ. latitudine prævalens. Omiram vocant irrumpentem: mox ubi [8] perfregit, Euphratem, [d] ultra quoque [9] ſaxoſum ac violentum. Arabiam inde læva, [10] Merorum dictam regionem, triſchœna menſura, dextraque Comagenen diſterminat; pontis tamen, etiam ubi Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolin Cappadociæ, curſum ad occaſum Solis agit. [11] Primo hunc illi impugnatus, curſum Taurus aufert: victuſque & abſciſſus ſibimet, alio modo vincit, ac [12] fractum expellit in Meridiem. Ita naturæ dimicatio illa æquatur, hoc eunte quò vult, illo prohibente ire quà velit. A cataractis iterum navigatur; XL. M.paſſ. inde Comagenes caput Samoſata. Arabia ſupra dicta habet oppida, Edeſſam, quæ quondam

1 viderant. *Cb.*
2 Aga. *Cb.*
3 Anaitiam. *In. Gorop.*
4 Sartonam. *Cb.*
5 XXIV. *Cb.*
6 Elegeam. *Cb.*
7 tanquam XII. M. p. latitudine perforata prævalenti. *Vet. alii*, nec reſiſtit aquæ prævalenti.
8 perfregit cornu Euphraten. *Tol.*
9 ſaxuoſum. *Cb.*
10 Moreon. *Cb.*
11 Primum hunc illi in pugna Taurus aufert. *M. & Cb. Vet. In Baſilienſi C. legitur*, primum hunc illi impugnatus Taurus aperit.
12 ac fractum curſum, *quidam leg.*

inde læva Oroëon dictam regionem, &c. vide lib. VI. cap. 9. Sequitur: *apud Claudiopolim Cappadocia curſum ad occaſum Solis agit primo. Hunc illic in pugna Taurus aufert, victuſque ac abſciſſus ſibimet, &c.* Vide *Salmaſ* 626 a.

a *In monte Aba, Licinius Mutianus.*] Lege: *in monte Aca, Lycinius Mutianus, &c.* Salmaſ. 194. a.

b *Anaëtiam.*] In Anaëtia fuit Anaitidis religioſiſſimum templum, cujus meminit Strabo lib. 12. & auctor cap. 4. lib. 33. *Dalec.*

c *Melitenen.*] Ptolemæus Armeniæ minori aſſignat. *Idem.*

d *Ultra quoque ſaxoſum ac violentum. Arabiam inde læva*] Sic interpungendum, ut verbum *Arabiam* ſuperioribus jungas. Significat ea vox apud Græcos ſonorum, fragorem excitantem. Ita fit, ut ab Hermolao & ejus Solino, ex diametro (ut dici ſolet) diſtemus. *Pint.*

a *Origi-*

dam Antiochia dicebatur, Callirrhoën à fonte nominatam, Carras clade Craſſi [1] nobiles. Jungitur præfectura Meſopotamiæ, [2] originem [a] à Syris trahens, in qua Antemuſia & Nicephorium oppida. Mox Arabes, qui Retavi vocantur: horum caput Singara. A Samoſatis autem, latere Syriæ, Marſyas amnis influit. [3] Gingla Comagenem finit, Merorum civitas incipit. Oppida alluuntur Epiphania & Antiochia, quæ ad Euphratem vocantur. Item Zeugma LXXII. mill. paſſuum à Samoſatis, tranſitu Euphratis nobile. Ex adverſo Apamiam Seleucus, idem utriuſque conditor, ponte junxerat, qui cohærent Meſopotamiæ, Rhoali vocantur. At in Syria oppida, Europum, Thapſacum quondam, nunc Amphipolis, Arabes Scenitæ. Ita fertur uſque Uram locum, in quo converſus ad Orientem relinquit Syriæ Palmyrenas ſolitudines, quæ uſque ad Petram urbem, & regionem Arabiæ felicis appellatæ, pertinent.

1 nobile. *Ch.*

2 ab Aſſyriis originem trahens. *Ch.*

3 fluvius Singa Comag. &c. *Pinet.* Cingilla. *Ch.*

CAP. XXV. *Palmyra.*

Palmyra urbs nobilis ſitu, divitiis ſoli, & aquis amœnis, vaſta undique ambitu [4] harenis includit agros: ac velut terris exempta à rerum natura, privata ſorte inter duo imperia ſumma, Romanorum Parthorumque, & prima in diſcordia ſemper utrinque cura. Abeſt à [b] Seleucia Parthorum, quæ vocatur ad Tigrin, [5] DXXXVII. mill. paſſ. à proximo vero Syriæ litore [6] ducentis quinquaginta duobus millib. & à Damaſco viginti ſeptem [c] propius.

4 harenoſos.

5 CCCXXXVII. M. p. *M.* & *Ch.*

6 CCIII. mil. *M.*

CAP.

a *Originem à Syris trahens, in qua Antemuſia, &c.*] Legend. *Originem ab Aſſyriis trahens, in qua Anthemuſia & Nicephorium oppida. Mox Arabes qui Pretavi vocantur. Horum caput Suigara.* Sequentia longe corruptiſſima, lege: *Gindara Commagenem finit, Imme incipit.* nihil verius. Vide *Salmaſ.* 630. b. 631. a.

b *Seleucia.*] Ptolemæus Seleuciam ad Tigrin Meſopotamiæ adſcribit. *Dalecampius.*

c *Propius.*] In manuſcripto vocabulum, *propius*, eſt initium capitis ſequentis. *Idem.*

a *Campi*

Cap. XXVI. *Hierapolis.*

INfra Palmyræ ſolitudines, Stelendena regio eſt, [1] dictæque jam Hierapolis, ac Berœa, & Chalcis. Ultra Palmyram quoque ex ſolitudinibus iis aliquid obtinet Hemeſa, item Elatium, dimidio propior Petræ, quam Damaſcus. [2] Aſura autem proxime eſt Philiſcum, oppidum Parthorum ad Euphratem. Ab eo Seleuciam dierum decem navigatio, totidemque fere Babylonem. [3] Scinditur Euphrates à Zeugmate [4] octoginta tribus millibus paſſuum circa vicum Maſſicen. Et parte læva in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam, [5] circa eam præfluenti infuſus Tigri. Dexteriore autem alveo Babylonem, quondam Chaldææ caput petit, mediamque permeans, item quam Otrin vocant, diſtrahitur in paludes. Increſcit autem & ipſe Nili modo ſtatis diebus, paulum differens, ac Meſopotamiam inundat, Sole obtinente viceſimam partem Cancri: minui incipit [6] in Virgine, Leone tranſgreſſo. In totum vero remeat in viceſima nona parte Virginis.

1 eſt, dictaque jam Hierapolis. At vero ea & Calchis ultra Palmiram. *M.*
2 Aſſur autem proxime eſt, Philiſcum oppidum, Parthorumque. *M. Cb.*
3 Scinditur enim. *Cb.*
4 DLXXXIII. *Cb.*
5 circaque. *Cb.*
6 in Virginem à Leone tranſgreſſo.

Cap. XXVII.

Cilicia, & adjunctæ gentes Iſauricæ, Homonadum, Piſidia, Lycaonia, Pamphylia, Taurus mons, Lycia.

SEd redeamus ad oram Syriæ, cui proxima eſt Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, [7] portæ Amani montis. Flumina Andricus, Pinarus, Lycus: ſinus Iſſicus. Oppidum Iſſos, [8] inde Alexandria: flumen Chloſus, oppidum Æge liberum, amnis Pyramus, portæ Ciliciæ: oppida, Mallos, [9] Magarſos, & intus Tarſos. [a] Campi Aleii: oppida

7 parte. *M.*
8 inde eſt. *M.*
9 Margiſſos. *M.*

a *Campi Aleii.*] Ἀλήϊα πεδία, ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι. ab errando, quoniam excuſſus Pegaſo Bellerophon per eos ſolus oberraverit. Quidam ab oppido, quod Alas vocant, dictos fuiſſe volunt, eſſeque ſitos inter Pinarum & Cydnon fluvios. Quidam interpretantur ἀπὸ ἔχοντα λήϊα, τοῦτ' ἐστὶν σιτοφόρα, καὶ χωρὶς βοσκημάτων.

oppida [1] Caſſipolis, [a] Mopſos liberum Pyramo impoſitum, Thynos, Zephyrium, Anchiale. Amnes Saros, Sydnus Tarſum, liberam urbem, procul à mari ſecans: Regio Celenderitis cum oppido. Locus Nymphæum, Solœ Cilicii, nunc Pompejopolis, [2] Adana, Cibira, Pinara, Pedalie, [3] Halix, Arſinoë, Tabæ, [4] Doron. Juxtaque mare Corycos, eodem nomine oppidum, & portus & ſpecus. [b] Mox flumen Calycadnus. Promontorium Sarpedon: oppida Olme, Myle, promontorium & oppidum Veneris, à quo proxime Cyprus inſula. Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coraceſium, finiſque antiquus Ciliciæ Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc [5] Cæſarauguſtani: [6] Caſtabla, Epiphania, quæ antea Eniandos, Eleuſa, Iconium. Seleucia ſupra amnem [7] Calicadnum [c] [8] Trachiotis cognomine, à mari relata, ubi vocabatur [9] Hormia. Præterea intus flumina, Liparis, Bombos, [10] Paradiſus. Mons [11] Imbarus. Ciliciæ Pamphyliam omnes junxere, neglecta gente Iſaurica. Oppida

1 Caſſiponis. *Cb.*
2 Addana. *Cb.*
3 Halix, Clinus, Arſi, &c. *M.* Hal. Elini, Arſi. *Cb.*
4 Dorion. *V. M. Cb.*
5 Cæſarea Auguſta. *Cb.*
6 Caſtabula. *V. aliis* Caſtabla.
7 Cariendnum. *Cb.*
8 Tracheodes. *M.* Trachea. *Steph.*
9 Olmia. *V.*
10 Paralius. *V.*
11 Imbariſia. *Cb.*

μάντων. Homerus:

Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάντων ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hos verſus ſic reddidit Cicero:

Qui miſer in campis merens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Rhodig. c. 23. 17. Leopardus c. 20. 7. *Dal.*

a *Mopſos.*] Stephanus Μόψου ἑστίαν vocat. D. Hieronymus Mopſi viculum, ubi ſupremum diem obiit Conſtantius Imperator, à Mopſo vate dictus eſt, qui Chalcanti mortis cauſam attulit. Cum enim Chalcanti fata prædixiſſent vita tum deceſſurum, cum incidiſſet in vatem ſe præſtantiorem, occurrit is Mopſo, arte vaticinandi celebri, rogavitque, ut ait Heſiodus in caprifico quot ficus eſſent? reſpondit ille decem millia, & unam: ut vero ait Pherecydes, percunctatus eſt, ſus prægnans obvia quot porcellos geſtaret? reſpondit ille, tres, ac ex iis unam fœminam. quod ubi verum eſſe deprehenderunt, mœrore & triſtitia vitam Chalcas finivit. Rhodigin. cap. 15. 29. *Idem.*

b *Mox flumen Calycadnus, &c.*] Lege: *Mox flumen Calycadnus, promontorium Sarpedon: oppida Holmoe, Myle, &c.* Salmaſ. 620. a.

c *Trachiotis cognomine à mari relata, ubi vocabatur Hormia.*] Vetus lectio, *Tracheodes.* Stephanus, *Trachea.* Item Hermolaus ex Strabone *Olmos* aut *Olmia* pro *Hormia* ſuffecit. Sed multum differt Olmos, quod ſcribit Strabo, ab Olmia. Itaque poſſet legi vel *Olbia* vel *Hydria*, ex eodem Stephano. Nam & vetus lectio *Ermia* præfert. *Pintian.*

a *Lalaſſis*

Oppida ejus intus Iſaura, Clibanus; [a] [1] Lalaſſis decurrit autem ad mare Anemurii [2] regione ſupra dicti. Simili modo omnibus, qui eadem compoſuere, ignorata eſt illi [3] contermina gens Homonadum, quorum intus oppidum Homona. Cætera caſtella XLIV. inter aſperas convalles latent. Inſident verticem Piſidæ, quondam Solymi appellati, quorum colonia Cæſarea, eadem Antiochia. Oppida Oroanda, [4] Sagaleſſos. Hos includit Lycaonia in Aſiaticam juriſdictionem verſa, cum qua conveniunt Philomelienſes, Tymbriani, Leucolithi, Pelteni, [5] Hyrienſes. Datur & Tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiæ contermina eſt, civitatum XIV. urbe celeberrima Iconio. Ipſius Lycaoniæ celebrantur [6] Tembaſa in Tauro. [7] Sinda in confinio Galatiæ atque Cappadociæ: à latere autem ejus ſuper Pamphyliam veniunt Thracum ſoboles, [8] Myliæ, quorum [9] Aricanda oppidum. Pamphylia, ante Mopſopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio jungitur. Oppida ejus Side, & in monte [10] Aſpendûs, [b] Plataniſtûs, Perga: Promontorium Leucolla. Mons [11] Sardemiſus, amnis Eurymedon juxta Aſpendum fluens. Cataractes, juxta quem Lyrneſſus & Olbia, ultimaque ejus oræ Phaſelis. [c] Junctum ei mare Lycium eſt, genſque Lycia, unde vaſtus ſinus.

1 Latiſſis ſ. V.
2 è regione. Ch.
3 contermina illi. M. Ch. & V.
4 Agaleſſus. V. & Ch.
5 Tyrienſes. Ch.
6 Terbaſa. V.
7 Idæa. Ch.
8 Milienſes. V.
9 Aricandra. Ch.
10 Aſpendum, Plataniſtum. Ch.
11 Sarpeſſus. V.

a *Lalaſſis decurrit.*] Eſt *Lalaſſis* oppidi nomen, teſte Stephano. Cæterum *decurrit*, ad Iſauriam roferendum, quod declivius ſit, qua verſus mare protenditur editiore ſitu meditetraneo. *Gelen.*

b *Plataniſtûs.*] Strabo Plataniſtum vocat quoſdam ſcopulos in mari Cilicio vortiginoſum mare reddentes. *Dalecampius.*

c *Junctum ei mare Lycium eſt, genſque Lycia, &c.*] Legend. *Junctum mare, Lycium eſt, genſque Lycia. Inde vaſtum ſinum Taurus mons ab Eois veniens littoribus, Chelidoniôn promontorio diſterminat.* Promontoria, ut notum eſt, ſinus diſterminant & claudunt. Tauri promontorium quod eſt contra Chelidonias, ſinum vaſtum diſterminat à Lyciaco mari. *Chelidoniôn promontorium* heic vocat, quod ſit contra Chelidonias oppoſitum. Vide *Salmaſ.* pag. 779. a. *Junctum ei mare Lycium eſt, genſque Lycia, &c.*] Locum hunc Plinii valde vexat Salmaſius. Nihil mutandum: Ait enim, Phaſelidi junctum eſſe mare Lycium, gentem Lyciam & ſinum vaſtum ab ea denominatum. Omnia autem hæc à Pamphylia & mari Pamphylico, diſterminare Chelidonium promontorium. Vide *Voſſium* in Melam, pag. 74. 75.

a *Riphæo-*

ſinus. Taurus mons, ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio [1] diſterminat. Immenſus ipſe, & innumerarum gentium arbiter, dextro latere Septentrionalis, ubi primum ab Indico mari exurgit, lævo meridianus, & ad occaſum tendens: mediamque diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad [2] Septentriones, flexuſque immenſum iter quærit, velut de induſtria rerum natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc Caſpium & Hyrcanium, contraque Mæoticum [3] lacum. Torquetur itaque colliſus inter hæc clauſtra, & tamen victor, flexuoſus evadit uſque ad cognata [a] Riphæorum montium juga, [b] numeroſis nominibus & novis, [4] quacunque incedit, inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamiſus, Circius, [5] Chambades, [6] Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus, atque ubi ſe quoque exuperat, Caucaſus: ubi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis, Sarpedon, [7] Coraceſius, Cragus; iterumque Taurus, etiam ubi dehiſcit, ſeque populis aperit: portarum tamen nomine unitatem ſibi [8] vindicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quin etiam confractus, effugiens [9] quoque maria, plurimis ſe gentium nominibus hinc & illinc implet: à dextra [10] Hyrcanus, Caſpius: à læva Pariedrus, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In [11] univerſum vero Græce Ceraunius. In Lycia igitur, à promontorio ejus oppidum Simena, mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæſtium civitas, & ipſa ſæpe flagrantibus jugis. Oppidum Olympus ibi

1 diſterminatur. *M.*
2 à Septentrione. *M.*
3 lacum torquetur. Itaque. *Vet. M.*
4 quocunque tendit. *M.*
5 Chambages. *Ch.*
6 Pariades. *M. Ch. ex gloſſemate.*
7 Coraceſus. V.
8 vendicans. *Ch.*
9 quæque. *M.*
10 Hyrcanius. *Ch.*
11 In univerſa vero Græcia. *M.*

a *Riphæorum montium juga.*] Fallitur Plinius: nulli enim exiſtunt Riphæi. *Dalecamp.*

b *Numeroſis nominibus.*] Strabo lib. 15. de diverſis nominibus Tauri, inquit: *Indigenæ Taurum, alias Paropamiſſum, Emodum, Imaum, & aliis nominibus appellant, Macedones vero Caucaſum vocant.* Idem.

T a *Caria*

ibi fuit: nunc ſunt montana, Gage, Corydalla, Rhodiopolis. Juxta mare, Lymira cum amne, in quem Arycandus influit & mons Maſſycites, [1] Andriaca civitas, Myra. Oppida, Apyre, & Antiphellos, quæ quondam [2] Habeſſus, atque in [3] receſſu Phellus. Deinde Pyrrha, itemque Xanthus à mari xv. M. p. flumenque eodem nomine. Deinde Patara, quæ prius Sataros & in monte [4] Sydima. Promontorium Cragus. Ultra par ſinus priori. Ibi Pinara, & quæ Lyciam finit Telmeſſus. Lycia quondam LX. [5] oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima præter ſupra dicta Canas, [6] Candyba, ubi laudatur [7] Oenium nemus, [8] Podalia, Choma præfluente [9] Adeſa, [10] Cyane, Aſcandalis, Amelas, [11] Noſcopium, Tlos, Telanorus. Comprehendit in mediterraneis [12] Cabaliam, cujus tres urbes, [13] Oenoanda, Balbura, [14] Bubon. A Telmeſſo Aſiaticum mare, ſive Carpathium, & quæ proprie vocatur Aſia. In duas eam partes Agrippa diviſit. Unam incluſit ab Oriente Phrygia & Lycaonia, ab Occidente Ægæo mari, à Meridie Ægyptio, à Septentrione Paphlagonia. Hujus longitudinem CCCCLXX. M. p. latitudinem [15] CCC. mill. fecit. Alteram determinavit ab Oriente Armenia minore, ab Occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia, à Septentrione provincia Pontica, à Meridie mari Pamphylio longam DLXXV. M. paſſ. latam CCCXXV. mill. In proxima ora Caria eſt, mox Ionia: ultra eam [16] Æolis. [a] Caria mediæ Doridi circunfunditur, ad mare utroque latere ambiens. In ea [b] Promontorium Pedalium. [c] Amnis Glaucus deferens

1 Andria civitas mira. *Ch.*

2 Habeſſos. *Ch.*

3 receſſu, Dionyſiopolitis, Phellus. *M.*

4 *Strab.* Solima.

5 LXX. *V.* & *Ch.*

6 Condica *aliis Geographis.*

7 Oenias. *Ch.*

8 Podalæa. *Pintus.*

9 Edeſa. *V.*

10 Ganea, Scari, Ælimala. *Steph.*

11 Niſa. *Ptol.*

12 & Carbaliam. *M.*

13 Oenandra, *Ptolemæo.* Oenjandra. *M.*

14 Dubon. *Ch.*

15 CCCXX. fecit. *M. Ch.*

16 Æolis, media Doride. Circunfunditur mari utroque latere ambiente.

a *Caria media Doridi circumfunditur ad mare utroque latere ambiens.*] Sic quidem vetera præferunt exemplaria: ſed hac in parte magis placet recentior lectio: *Caria media Doridi circumfunditur mari utroque latere ambiente.* Pintian.

b *Promontorium Pedalium.*] Ptolemæus has urbes omnes Ciliciæ aſſignat. *Dalecamp.*

c *Amnis Glaucus deferens Telmeſſum.*]

Vetus

rens [1] Telmeſſum. Oppida [a] Dædala, [2] Crya fugitivorum. Flumen Axon, oppidum [3] Calydna.

1 Telmedium. *Tol. M.*

2 Caroea. V. Carya. *Ptol.* Cyrcia. *Ch. emend.*

3 Calyntha. *V. M.*

CAP. XXVIII. *Indus fluvius.*

AMnis [4] Indus in Cybiratarum jugis ortus, recipit LX. perennes fluvios, torrentes vero amplius centum. Oppidum Caunos liberum, deinde Pyrnos. Portus Creſſa, à quo Rhodus inſula XX. M. locus Loryma. Oppida Tyſanuſa, [5] Paridion, Larymna. Sinus Thymnias. Promontorium Aphrodiſias. Oppidum [6] Hyda. Sinus Schœnus. Regio Bubaſſus. Oppidum fuit [7] Acanthus, alio nomine Dulopolis. Eſt in promontorio Gnidos libera, Triopia, dein [8] Peguſa & [9] Stadia appellata. [b] Ab ea Doris incipit. Sed prius terga, & mediterraneas juriſdictiones indicaſſe [10] conveniat. Una appellatur Cibyratica. Ipſum oppidum Phrygiæ eſt. Conveniunt eo [11] XXV. civitates.

4 Ninus, *ex Alex. & Hermol.*

5 Pariden. *Ch.*

6 Hyla. V.

7 Cynethon. V.

8 Pegaſa. V.

9 Caudia. *Ch. emend.*

10 Conveniet. *M.*

11 XXII. *Ch.*

CAP. XXIX.

Laodicea, Apamia, Ionia, Epheſus.

CEleberrima [12] urbe Laodicea. Impoſita eſt Lyco flumini, latera alluentibus Aſopo & Capro; appellata primo Dioſpolis; dein Rhoas. Reliqui

12 Celeberrima urbe Laodicea, impoſita, &c. *M.*

Vetus lectio, *Telmedium*. Hermolaus *Telmeſſum* correxit, neſcio qua ratione. Nam ſi *Telmeſſum* legas, quis rogo intellectus accommodari poterit verbis illis, *deferens Telmeſſum*? Quapropter etſi auctore caream, ſuſpicor tamen *Temedium* nomen eſſe fluvii, qui in Glaucum influat, & in mare ab eo deferatur. Deferri enim dicuntur fluvii à majoribus, in quos exonerant, ut infra capite XXIX. *Alluitur Cayſtro Cilbianis jugis orto, multoſque amnes deferente.* & ſæpe alias ſic loquitur Plinius. *Pintian.*

a *Dædala.*] Ptolemæus Dædala pro loco uſurpat. *Dalecamp.*

b *Ab ea Doris incipit, &c.*] Lege: *Ab ea Doris incipit. Sed prius terga & mediterraneas juriſdictiones indicaſſe conveniat. Una appellatur Cibyratica. Ipſum oppidum Phrygiæ eſt. Conveniunt eo* XXV. *civit. celeberrima urbe Laudicia. Impoſita eſt Lyco flumini latera alluentibus Aſopo & Capro.* Sic totus ille locus conjunctim legendus & continuandus, quem male editiones divellunt capitum ſectione. Quo ex loco facile intelligis libros ſuos Plinium per capita non diviſiſſe. ex omnibus urbibus Cibyratici conventus celeberrimam eſſe dicit Laudiciam ad Lycum. Vide *Salmaſ.* p. 828. a, b.

liqui in eo conventu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themiſones, Hierapolitæ. Alter conventus à [1] Synnada accipit nomen. Conveniunt Lycaones, Appiani, [2] Eucarpeni, Dorylæi, [3] Midæi, Julienſes, & reliqui ignobiles populi XV. Tertius [a] Apamiam vadit, ante appellatam Celænas, dein Ciboton. [b] Sita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſya, Obrima, [4] Orga, fluminibus in Mæandrum cadentibus. [c] Marſyas ibi redditur, ortus, ac paulo mox conditus, [5] ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur convallis decem M. paſſuum ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conventu deceat nominare Metropolitas, Dionyſopolitas, Euphorbenos, [6] Acmonenſes, Peltenos, [7] Silbianos. Reliqui ignobiles IX. Doridis in ſinu, Leucopolis, Amaxitos, [8] Elæus, Euthene. Dein Cariæ oppida, [9] Pitaium, Eutaniæ, Halicarnaſſus. Sex oppida contributa ei ſunt à Magno Alexandro, Theangela, Sibde, [10] Medmaſſa, Euranium, Pedaſum, Telmeſſum. Habitatur inter duos ſinus, Ceramicum & Iaſium. Inde Myndos, & ubi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, [11] Carianda, Termera libera, [12] Bargyla, & à quo ſinus Iaſius, oppidum Iaſus. Caria interiorum nominum fama prænitet: [13] quippe ubi ſunt oppida, Mylaſa libera, Antiochia, ubi fuere [14] Seminethos & Cranaos oppida; nunc eam circunfluunt

1 Synnade. *Ch.*
2 Cercopeni. V.
3 Mudæi. V. Mydæi. *Ch.*
4 Orba. *Ch.*
5 *Lege*, ubi Marſyas certavit.
6 Ænonienſes. V.
7 Sylleanos. V.
8 Elæa. *Ptol.*
9 Pitavium. *Ptol.* Piatium. *Ch.*
10 Mednaſſa. *Ch.*
11 Arianda. V
12 Bargiliæ. V.
13 quippe ibi. *M.* & *Ch.*
14 Simmethos. *Ch.*

a *Apamiam.*] Apamia dicta eſt ab Apama, Artabazi filia, quæ Seleuco Nicanori nupſit, & mater Antiochi Soteris fuit, qui urbem Apamiam condidit. Vocata fuit & Cellæne à Cellænis, oppido, ex quo traducti ſunt incolæ Apamiæ. Hoc in loco eſt palus quædam quæ calamos gignit ad tibiarum linguas idoneos, unde nata fabula de Marſyæ cum Apolline contentione. Vide Strab. lib. 12. *Dalecamp.*

b *Sita eſt in radice montis Signia, &c.*] Situm veterum Celænarum confundere Plinius videtur cum ſitu novæ urbis. Vide *Salmaſ.* p. 826.

c *Marſyas ibi redditur, &c.*] *Reddere* hic pro tradere: & *reddi flumina* dicuntur, qui emergunt, poſtquam aliquantiſper latuerunt. *Salmaſ.* 826. b. 827. a. *Marſyas ibi redditur.*] Vide fabulam apud Ovid. lib. 6. Metamorph. *Dalecampius.*

a *Meſſi-*

fluunt Mæander & [a] [1] Moſſinus. Fuit in eo tractu & Mæandropolis. Eſt Eumenia Cludro flumini appoſita, Glaucus amnis, Lyſias oppidum & [2] Orthoſia, Berecynthius tractus, [3] Nyſa, Trallis, eadem Euanthia & Seleucia & Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur [4] Thebaide. Quidam ibi Pygmæos habitaſſe tradunt. Præterea ſunt Thydonos, Pyrrha, Eurome, Heraclea, [5] Amyzon, Alabanda libera, quæ conventum cum cognominavit: [6] Stratonicea libera, Hynidos, Ceramus, Trœzene, Phorontis. Longinquiores eodem diſceptant foro, [7] Othronienſes, Halydienſes, ſeu Hippini, Xyſtiani, Hydiſſenſes, Apolloniatæ, Trapezopolitæ, Aphrodiſienſes liberi. Præter hæc ſunt Coſcinus, Harpaſa appoſita fluvio Harpaſo, quo & [8] Trallicon cum fuit, alluebatur. Lydia autem perfuſa [9] flexuoſi amnis Mæandri recurſibus, ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myſiæ, Meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia ante appellata. Celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui [10] ante Timolus appellabatur, vitibus conſitus, & ex eo profluente Pactolo, eodemque Chryſorrhoa, ac fonte Tarne: à Mæoniis civitas ipſa Hyde vocitata eſt, clara ſtagno Gygeo. Sardiana nunc appellatur ea juriſdictio. Conveniuntque in eam extra prædictos, Macedones Cadveni, Loreni, Philadelpheni, & ipſi in radice Tmoli Cogamo flumini appoſiti Mæonii, Tripolitani: idem & Antoniopolitæ Mæandro alluuntur: [11] Apollonoshieritæ, Myſormolitæ, & alii ignobiles. Ionia ab Iaſio ſinu incipiens, [12] numeroſiore ambitu litorum flectitur. In ea primus ſinus Baſilicus, Poſideum promontorium

1 Orſinus. *Ch.*
2 Othruſa. *Ch.*
3 Niſa. *Strab.*
4 *i.e.* lacu, fonte, amne.
5 Aizon. *Ch.*
6 Stratonice, & Alinda libera *ex Ptolem.*
7 Orthronienſes. *Ch.*
8 Tralle *Ptol.*
9 flexuoſis. *Ch.*
10 antea. *Ch.*
11 Apollonoshieritæ. *Baſil.* Apollonihieritæ. *Ch.*
12 numeroſe. *M.* numeroſo. *V.*

a *Moſſinus.*] Alius eſt Moſſinus Thraciæ apud Athen. lib. 8. pag. 172. verſ. 18. Dalecamp.

rium & oppidum, [a] oraculum Branchidarum appellatum, nunc [b] Didymæi Apollinis, à litore [1] ſtadiorum viginti. Et inde centum octoginta. Milletus Ioniæ caput, Lelegeis ante, & [2] Pityuſa & Anactoria nominata, [c] ſuper [3] octoginta urbium per cuncta maria genetrix: [d] nec fraudanda cive Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit. Amnis Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimiſque affuſus oppidis, & repletus fluminibus crebris, ita ſinuoſus flexibus, ut ſæpe credatur reverti; Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargylleticos campos: [e] poſtremo Cariam placidus, omneſque eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum à Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis ejus, cognominis Caricæ, Myûs, quod primo condidiſſe Iones

1 ſtadiis. M. V. Cb.

2 Phityuſa: V.

3 ſeptuaginta *Vet. & Baſilienſe exemp.* lxxv. *ex Senec.* xc. M.

a *Oraculum Branchidarum.*] Ptolemæus *Branchidas* uſurpat pro ea parte montis Didûs quæ Orientem ſpectat. *Dalec.*

b *Didymæi Apollinis.*] Didyma oraculum Mileto vicinum, Jovi ſacrum & Apollini, quaſi geminis diis (δίδυμους καὶ διδυμαίονας Græci geminos vocant) unde Apolio Didymæus appellatur. Papin. 8. Theb.

Nec Clarias hac luce fores, Didymæaque quiſquam
Limina, nec Lyciam ſupplex conſultor adibit.

Didymæi Apollinis fit & mentio lib. 6. cap. 16. Vide Rhodig. cap. 23. 4. Didymæo Jovi cum res divina fit, libant hederæ foliis. Inde κισσύβιον poculum dictum. Athen. pag. 235. verſic. 14. *Idem.*

c *Super octoginta urbium per cuncta maria genitrix.*] Verior lectio LXX. *urbium*, quam LXXX. Seneca in lib. de conſolatione ad Helviam matrem: *Miletus* LXXV. *urbium populum in diverſa effudit.* Qui locus ante noſtras in eum auctorem caſtigationes corruptiſſime legebatur. *Pintian.*

d *Nec fraudanda cive Cadmo qui primus proſam orationem condere inſtituit.*] Quòd hic Cadmo Mileſio, infra libro ſeptimo cap. LVI. Pherecydi Syrio tribuit Plinius. Quid igitur eſt? contradicit ſibi Plinius? Minime gentium. Nam Strabone auctore primo volumine, ante omnia apparatio ipſa poëtica proceſſit in medium & approbata complacuit. Dehinc illam imitari, cum metrum ſolviſſent, reliquis poëticæ ſervatis partibus, rem ſcriptis commendaverunt. Cadmus videlicet & Pherecydes & Hecatæus. Notandum vero, & hic infra libro VII. ubi agit de inventoribus rerum, non legi in archetypo Toletano *proſam*, ſed *prorſam*. de Cadmo Mileſio proſæ inventore & Solinus. *Idem. Cive Cadmo.*] Auctor lib. VII. cap. 56. dicit Pherecydem Syrium primum Cyri regis Perſarum ætate, proſam orationem inſtituiſſe: Hiſtoriam vero Cadmum Mileſium. *Dalec.*

e *Poſtremo Cariam placidus omneſque, &c.*]Leg *Poſtremo Cariam placidus, Ionaſque agros*, vel *Ionumque agros.* Livius, *per Caras primum, deinde Ionas.* Idque & Strabo confirmat. *Salmaſ.* 836. b.

a *Regio*

Iones narrantur, Athenis profecti, Naulochum, [1] Priene. In ora quæ Trogilia appellatur, Geſſus amnis. [a] Regio omnibus Ionibus ſacra & ideo Panionia appellata. Juxta [2] fugitivis conditum (uti nomen indicio eſt) Phygela fuit, & Marathesium oppidum. Supra hæc Magneſia Mæandri cognomine inſignis, à Theſſalica Magneſia orta. Abeſt ab Epheſo xv. mill. paſſ. Trallibus eo amplius [3] MMM. antea Theſſaloce & Androlitia nominata: & litori appoſita Deraſidas inſulas ſecum abſtulit mari. Intus & [4] Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando & [5] Euhippa cognominata. In ora autem [6] Manteium, [b] Epheſus Amazonum opus, multis antea expetita nominibus: Alopes, cum pugnatum apud Trojam eſt, mox [7] Ortygia, & Morges vocata eſt, & Smyrna cognomine [8] Trachea & Samornion, & Ptelea. Attollitur monte Pione, [c] alluitur Cayſtro in Cylbianis jugis orto, multoſque amnes deferente, & ſtagnum Pegaſeum, quod Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi eſt, qua terras propagat, mediiſque jam campis Syrien inſulam adjecit. [d] Fons in urbe [9] Callipia, & templum Dianæ complexi è diverſis regionibus duo Selinuntes. Ab Epheſo Manteium aliud Colophoniorum, & in-

1 Cadme, *Straboni.*

2 Juxta à. *ob ſimilitudinem duæ lit. in unam coaluere.*

3 ccc. M. V.

4 Tyana *V. & Ch.*

5 Euhippia. *M. V.*

6 Matium. *V. Ch. aliis* Mautæum.

7 Ortygia. Morges vocata & Smyrna eſt. *Ch.*

8 Trichia. *M. & V.*

9 Callipea (vel Callippe) templum Dianæ complexa, è diverſis. *M. item V.*

a *Regio omnibus Ionibus ſacra.*] Aſylon Ionium fuit in promontorio montis Icales. *Dalecamp.*

b *Epheſus Amazonum opus, multis antea, &c.*] Legend. *Epeſos Amazonum opus, multis antea expetita nominibus, Alopes cum pugnatum apud Trojam eſt, mox Ortygia & Samornas vocata, & Smyrnæ cognomine Trachia, & Samonide, & Ptelea.* Et paullo poſt pro *Callipia,* lege, *Halitaa.* Salmaſius pagina 809. b. 810. b.

c *Alluitur Cayſtro.*] Propertius *cygneum Cayſtrum* vocit, à cygnorum copia qui in eo ſunt fluvio.

Et qua Cygnei viſenda eſt ora Cayſtri,

Et qua ſeptenas temperat unda vias.

Lipſius cap. 2. 1. *Dalec.*

d *Fons in urbe Callipia, templum Dianæ complexa. E diverſis regionibus duo Selinuntes.*] Pauſanias tria celebrat in Epheſia terra: Cenchrium fluvium, Pionis montis naturam (cujus ante Plioius meminit) & Halitæam fontem. Nihil muto, aurem tantum ſecuro lectori vello, ut æſtimet an hic pro *Callipia* ſubſtitui debeat *Halitaa.* Item *Sellenuntes* lego, non *Selinuntes.* Neque lacus accipio cum Hermolao ex Strabone, ſed fluvios cum Xenophonte libro quinto de aſcenſu Cyri. *Et Epheſi,* inquit, *circa Epheſiæ Dianæ templum Sellenus fluvius labitur.* Pint.

[1] Halete. *cujus fluvii hoc in tractu meminit & Pauſanias.*

[2] *in Ch. non leg.*

[3] fuerunt. *Ch.*

[4] Chytrophoria. *V.*

& intus ipſa Colophon, [1] Haleſo affluente. Inde Apollinis Clarii ſanum, [a] Lebedos: fuit & Notium oppidum. [b] Promontorium Coryceon, mons Mimas CCL. mill. paſſuum excurrens, atque in continentibus campis reſidens. Quo in loco Magnus Alexander intercidi planitiem eam juſſerat VII. mill. [2] D. paſſuum longitudine, ut duos ſinus jungeret, [c] Erythraſque cum Mimante circumfunderet. [d] Juxta eas [3] fuere oppida Pteleon, Helos, Dorion: nunc eſt Aleon fluvius, Corinæum Mimantis promontorium, Glazomene, Parthenie & [4] Hippi, Chytophoria appellatæ cum inſulæ eſſent: Alexander idem per duo ſtadia continenti adnexuit. Interiere intus Daphnûs & Hermeſia, & Sipylum, quod ante Tantalis vocabatur, caput Mæoniæ, ubi nunc eſt ſtagnum Sale: ob id & Archæopolis [e] ſubſtituta Sipylo, & inde illi Colpæ & huic Lebade. Regredientibus inde abeſt XII. mill. paſſuum ab Amazo-

a *Lebedos.*] Ptolemæi meum exemplar habet *Lacerca.* Dalec.

b *Promontorium Coryceon, mons Mimas* CCL. M. *paſſuum excurrens atque in continentibus campis reſidens.*] Dicit Mimantem montem à mari incipere ubi promontorium Coryceon eſt, & excurrere in continentem ubi reſidet, per CCL. millia paſſuum. Sed hanc excurrentiam aliter exhibent libri veteres & legunt CLC. an legendum CCC. an potius CIↃ. ſed minus exiguus hic numerus. Iidem libri pro *Coryceon* habent *Coryneon*, & infra ubi legitur *nunc eſt Aleon fluvius, Coryneon Mimantis promontorium*, de eodem promontorio intelligendum. *Salmaſ.* pagina 861. b. & 862. a. Et paulo poſt ibid. lege: *Obiit & Archæpolis ſubſtituta Sipylo, & inde illi Colpe, & huic Lebade.* Dicit igitur ſubſtitutam Sipylo Archæopolin, quæ & ipſa obiit. Inde etiam Colpen ſimiliter obiiſſe quæ in locum Achæopolis ſucceſſit. Vide *Salm.* p. 862. b 863. a.

c *Erythraſque.*] Straboni Gnopopolis. *Dalec.*

d *Juxta eas fuerunt oppida Pteleon.*] Lego, *Juxta Teos. Fuerunt oppida Pteleon, &c.* ex Ptolemæo, cui poſt Erythras ſtatim locantur Teos & Lebedos: notanda librariorum allucinatione, qui pro *Lebedos* ibi *Lesbos* ſcripſerunt. Porro Teos una ex XII. Ioniæ urbibus, media totius provinciæ, teſtibus Herodoto primo volumine, & Stephano, clara natalibus Anacreontis poëtæ lyrici, Apeliconis, Hecatæi hiſtorici, Protagoræ philoſophi, & Scithini jamborum poëtæ, adeo eſt apud cunctos auctores celebris, ut neque à Plinio fuerit prætermittenda neque ullo ampliore teſtimonio à me indicanda, tantum famæ ſuperfluit. *Pintian.*

e *Subſtituta Sipylo.*] Μαγνῆτες ὑπὸ σιπύλῳ Straboni lib. 13. Nam etiam fuerant μαγνῆτες ἐπὶ μαιάνδρῳ. Cicero ad Q. Fratrem. *De te à Magnetibus ab Sipylo mentio eſt honorifica facta, cum te unum dicerent poſtulationi L. Panſæ reſtitiſſe.* Victor. cap. 2. 30. *Dalec.*

a *Maco-*

Amazone condita, reſtituta ab Alexandro, in ora Smyrna, amne Meletæ gaudens, non procul orto. Montes Aſiæ nobiliſſimi in hoc tractu fere explicant ſe, Maſtuſia à tergo Smyrnæ, & Termetis Olympi radicibus junctus. Is in Dracone deſinit, Draco in Tmolo, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro. A Smyrna Hermus [1] amnis campos facit, & nomini ſuo adoptat. Oritur juxta [2] Doryleum Phrygiæ civitatem, multoſque colligit fluvios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, à Caria eam diſterminat: Hyllum & Cryon, [3] & ipſos Phrygiæ, Myſiæ, Lydiæ, amnibus repletos. Fuit [4] in ore ejus oppidum Temnos: nunc in extremo [5] ſinu Myrmeces ſcopuli, oppidum Leuce in promontorio, quod inſula fuit, finiſque Ioniæ Phocæa. Smyrnæum conventum magna pars Æoliæ, quæ mox dicetur, frequentat: præterque [a] Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes à Sipylo. Epheſum vero alterum lumen Aſiæ, remotiores conveniunt [b] Cæſarienſes Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & ſuperiores Myſomacedones, [6] Maſtaurenſes, Brullitæ, Hyppæpeni, Dioshieritæ.

1 amnis *non legitur in Ch.*
2 Dyrolaum. *Pinetus.*
3 & Hippos Phrygiæ. *Ch.*
4 in ora. *V.*
5 ſinus Smyrnæ. Cheſeopolis. *Sal. Stephanus.* Cheſium oppidum Ioniæ. *Pint.*
6 Metaurenſes. *Ch.*

CAP. XXX. *Æolis, Troas, Pergamus.*

ÆOlis proxima eſt, quondam Myſia appellata, & quæ Helleſponto adjacet Troas. [7] Ibi à Phocæa, Aſcanius portus. Dein fuerat Lariſſa: ſunt Cyme, Myrina, quæ Sebaſtopolim ſe vocat: intus Ægæ, [8] Attalia, Poſidea, Neontichos, Temnos. In ora autem [9] Titanus amnis, & civitas ab eo cognominata. Fuit & [10] Grynia, nunc tantum portus [11] ſoli, inſula apprehenſa. Oppidum [12] Elæa, & ex Myſia veniens Caicus amnis. Oppidum Pytane, Canaius

7 Ab ea. *V. & M.*
8 Satalia. *Pinetus.* caput ſc. Satalia.
9 Mitanus. V. *Ptolemæo,* Pitanæ.
10 Grya. *Ch.*
11 ſolo inſulæ apprehenſo.
12 Ialea, *Pinetus,* portus Pergami.

a *Macedones Hyrcani cognominati.*] Moſteni & Moſeni, Ptol. *Dal.*

b *Cæſarienſes Metropolitæ.*] Ierocæſarea, Ptolemæo. *Idem.*

Canaius amnis. Intercidere Canæ, Lyſimachia, [1] Atarnea, Carenæ, Ciſthene, Cilla, Cocillum, Thebæ, Aſtyre, Chryſa, [a] Palæſcepſis, [2] Gergithos, Neandros: nunc eſt Perperene civitas, Heracleotes tractus, Coryphas oppidum, [3] amnis Chrylioſolius. Regio Aphrodiſias, quæ antea Politiceorgas. Regio Scepſis. Flumen [4] Euenum, cujus in ripis intercidere Lyrneſſos & Miletos. In hoc tractu [b] Ida mons. Et in ora quæ ſinum cognominavit & conventum, Adramytteos [c] olim Pedaſus dicta. Flumina Aſtron, Cormalos, [5] Eryannos, Alabaſtros, Hieros ex Ida. Intus mons Gargara, eodemque nomine oppidum. Rurſus in litore Antandros, Edonis prius vocata; deinde Cimmeris, & Aſſos, eadem Apollonia. Fuit & Palamedium oppidum. Promontorium Lecton diſterminans Æolida & Troada. Fuit & Polymedia civitas, & Cryſſa, & Lariſſa alia. [d] Smintheum templum durat. Intus Colone intercidit, [e] [6] deportata Adramytteum negotia.

1 Atarneus *ex Strab. lib.* 13.
2 Gergetha. *Strabo lib.* 13.
3 *Sic Pintianus legit:* Amnes Grylios, Solus: regio Aphrodiſias, quæ antea, Politice. Orgas regio, Scepſis. *Man. vero* Amnis Grylios. Ollius Regio. Aphrodiſias, quæ ante Politice. Orgas regio. Scepſis. *ſic Ch.*
4 Euenus. *Strabo. l.* 13.
5 Cryanos. *Ch.*
6 deportant. *Sal. & Man.*

a *Palæſcepſis, Gergithos.*] *Gergitha* non *Gergythos* uterque antiquus codex præfert, & ante Hermolaum ita legebatur, ipſe *Gergis* ſeu *Gergythos* ſubſtituit. In quo quum Stephanum ſequatur, lapſu memoriæ Strabonem citat. Atqui Strabo lib. XIII. *Gergetha* nominat. *In Lampſaceno locus eſt*, inquit, *vinearum ferax, qui Gergethium appellatur.* Fuit etiam civitas Gergetha à Gergethibus, qui ſunt in Cumano agro. & alibi: *Prope ejus ortum vicus eſt Gergetha, in quem Attalus eos tranſtulit qui in Troade erant, quum locum eum cepiſſet.* Itaque nihil ex priore antiquaque lectione mutandum. *Pint. Gergithos.*] Athenæus lib. 6. pag. 128. lib. 21. Gergina ſive Gergitha, Æolidis oppidum ab aſſentatoribus conditum. Vide locum. Γεργὶς dicitur quoque Steph. *Dalecamp.*

b *Ida mons.*] Idæ ferarum latibula, νάπαι, θήμενοι, φωλεοὶ, ὀργάδες. Rhodig. cap. ult. 26. Ida, quivis mons excelſus, unde circunjecta ſpectari poſſunt. Idem c. 1. 28. *Idem.*

c *Olim Pedaſus dicta.*] Pedaſenſibus mirum hoc contingere ſcribunt Herodotus, Ariſtoteles, Strabo, ut quoties adverſi quippiam illis, aut vicinis immineт, Antiſtiti Minervæ, quæ illic eſt, prolixa barba naſcatur. Rhodig. c. 21. 14. *Idem.*

d *Smintheum templum durat, intus Colone intercidit.*] Prior lectio, *colonia.* Hermolaus *colone* legit: quam recte neſcio. Nam (ut conjicio) Plinius hic ora indicata regreditur more ſuo ad monſtranda interiora. Coloniam vero hic accipio Sminthium, eodem quo templum nomine, quam Strabo Sminthium, Stephanus Sminthem nominat. *Pintian. Smintheum templum durat.*] Quare Smintheus Apollo dictus fuerit, vide apud Strabonem lib. 13. pag. 576. *Dalecampius.*

e *Deportata Adramytteum negotia.*] Libentius legerim *deportant*, hoc eſt, iura petunt Adramitteum gentes, quas ſubjicit.

negotia. Apolloniatæ à Rhyndaco amne, Ereſii, Miletopolitæ, Pœmaneni, Macedones, [1] Aſchilacæ, Polichnæi, Pionitæ, Cilices, Mandagandeni: in Myſia Abrettini, & Helleſpontii appellati, & alii ignobiles. Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipſaque Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Rom. Oppidum Nee. Scamander amnis navigabilis, & in promontorio quondam Sigeum oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influit Xanthus Simoenti junctus: ſtagnumque prius faciens Palæſcamander. Cæteri Homero celebrati, Rheſus, Heptaporus, Careſus, Rhodius veſtigia non habent. Granicus diverſo tractu in Propontida fluit. Eſt tamen & nunc Scamandria civitas parva, ac M. D. paſſ. [a] remotum à portu Ilium immune, unde omnis rerum claritas. Extra ſinum ſunt Rhœtea litora, Rhœteo & Dardanio & Ariſbe oppidis habitata. [b] Fuit & Achilleon, oppidum juxta tumulum Achillis

1 Aſculatæ. *M.*

jicit. & exemplar Salmanticenſe *deportant* legit. Sic ſupra, cum de Mileto & Smyrna, locisque circumjacentibus tractaſſet, ſubjungit: *Smyrnæum conventum magna pars Æoliæ, quæ mox dicetur, frequentat.* Pint.

a *Remotum à portu Ilium immune.*] Pleniſſima immunitate, omnium tributorum & munerum publicorum, militiæ, metati, etiam tutelarum. Calliſtratus in l. non ſolum §. Ilienſibus. D. de excuſat. item, ut qui matre Ilienſi eſſet, fieret eorum municeps, & ut Minerva Ilienſis hæres inſtitui poſſet l. 1. D. ad municip. Data vero eſt primum decreto decem legatorum, icto fœdere cum Antiocho, Rhœteo & Gergitho inſuper conceſſis. Liv. lib. 38. *Propter inclytam nobilitatem civitatis & conjunctionem originis Romanæ. Confirmat Claudius Cæſar propter originis gloriam.* Tacit. lib. 4. Cujac. c. 5. 10. Obſervat. Turneb. cap. 21.7. Ilium novum à vetere diſtat xxx. ſtad. juxta Strabonem. *Dalecamp.*

b *Fuit & Achilleon oppidum juxta tumulum Achillis, conditum à Mitylenæis & mox Athenienſibus, ubi claſſis ejus ſteterat. In Sigeo fuit & Æantion, &c.*] Duo illa verba in *Sigeo*, ad præcedentia pertinent, illiſque adjungenda ſunt. tum ſequitur: *Fuit & Æantion in altero cornu*, hoc eſt, in Rhœteo altero montis Idæ promontorio; quod Pomponius tradit libro primo, & Strabo XIII. Quæ vitioſa interpunctio, cauſam Solino erroris præbuit. Scribit enim cap. XLII. in Rhœteo promontorio Achilleon oppidum conditum eſſe, quod falſum eſt. Strabonis verba ſubjeci ex libro XIII. *Hujus oræ ſpatium à Rhœteo uſque Sigeum & Achillis tumulum recta navigantibus eſt ſtadiorum lxx.* Hic Strabo Sigeum cum Achillis tumulo copulat. Item Achillis monumentum in oppido Achilleo eſſe, idem Strabo in eodem loco teſtatur: *Achilleon*, inquit, *locus eſt in quo Achillis tumulus oſtenditur*, & paulo poſt: *A priore autem aliis xxx. ſtadiis*

lis conditum à Mitylenæis, & mox Athenienſibus, [1] ubi claſſis ejus ſteterat. In Sigeo fuit & Æantium, à Rhodiis conditum in altero cornu, Ajace ibi ſepulto xxx. ſtad. intervallo à Sigeo, [a] & ipſo in ſtatione claſſis ſuæ. Supra Æolida, & partem Troadis, in mediterraneo eſt, quæ vocatur Teuthrania, quam Myſi antiquitus tenuere. Ibi Caicus amnis jam dictus oritur. Gens ampla per ſe, etiam cum totum Myſia appellaretur. In ea Pioniæ, Andera, Cale, Stabulum, Coniſium, Tegium, Balcea, Tiare, Teuthranie, Sarnaca, Haliſerne, Lycide, Parthenium, [2] Thymbre, Oxyopum, Lygdanum, Apollonia, longeque clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod intermeat Selinus, præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte. Abeſt haud procul [3] Elæa quam in litore diximus. Pergamena vocatur ejus tractus juriſdictio. Ad [4] eam conveniunt Thiatyreni, Mygdones, Moſſini, [5] Bregmenteni, [b] Hieracomitæ, Perpereni, Tyareni, [6] Hierapolenſes, Harmatopolitæ, Attalenſes, Pantaenſes, Apollonidienſes, aliæque inhonoræ civitates. A Rhœteo Dardanium oppidum parvum abeſt ſtadia [7] LXX. Inde XVIII. M. promontorium Trapeza, unde primum concitat ſe Helleſpontus. Ex Aſia interiiſſe gentes tradit Eratoſthenes Solymorum, Lelegum, Bebrycum, Colycantiorum, Trepſedorum. Iſidorus Arymos,

1 ubi claſſis ejus ſteterat in Sigeo. fuit & Æantion *ex Baſilienſi & Man.* In Sigeo enim ſepultum fuiſſe Achillem, in Rhœteo autem Ajacem. ex *Strab. Pomp. & Steph. notum eſt.*

2 Cambre. *Ch.*

3 Ialea. *Pintian.*

4 eandem. *M.*

5 Bregmeni. *Ch.*

6 Hydropolienſes. Hermacopolitæ. V.

7 LXX.M. *Vo.*

ſtadiis ad partem qua eſt Idam verſus, Achilles & templum habet & tumulum juxta Sigeum. Et rurſus *Demetrius,* inquit, *Timaum mentiri ait, qui ſcribit è lapidibus Ilii Achilleon à Periandro munitum, dum Athenienſibus contra Pittacum auxiliaretur. Munitum quidem hunc locum à Mitylenais apud Sigeum contendit.* Stephanus quoque in Sigeo Achilleum urbem ſtatuit. Suffragatur Herodotus etiam in Terpſichore, Achilleon ſimul cum Sigeo memorans. Porro *Sigeum* ſcribendum ſine diphthongo in penultima, meminimus in Pomponium. *Pint.*

a *Et ipſo in ſtatione claſſis ſua.*] Scribo, *Et ipſum in ſtatione claſſis ſua.* hoc ſenſu: Sicut Achilleum conditum ſit in Sigeo à Mitylenæis & Athenienſibus juxta Achillis tumulum, ubi claſſis ejus ſteterat, ſic Æantion conditum à Rhodiis in Rhœteo juxta tumulum Ajacis, & ipſum in ſtatione claſſis Ajacis. *Idem.*

b *Hieracomita.*] Ieragermæ Ptolemæo civitas eorum dicitur. *Dalec.*

a Tribus

[1]Arymos, & Capretas, ubi ſit Apamia condita à Seleuco rege, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam. Et quoniam ferociſſimas gentes domuiſſet, initio Dameam vocatam.

1 Arimos. V.

CAP. XXXI.

Inſulæ ante Aſiam, Pamphylium mare, Rhodus, Samus, Chius.

INſularum ante Aſiam prima eſt in Canopico oſtio Nili, à Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Altera juncta ponte Alexandriæ, colonia Cæſaris Dictatoris, Pharus; quondam diei navigatione diſtans ab Ægypto: nunc è turri nocturnis ignibus curſum navium regens. Nanque fallacibus vadis Alexandria, [a]tribus omnino aditur alveis maris, Tegamo, Poſideo, Tauro. [b]In Phœnicio deinde mari eſt ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua [2]objectam beluæ Andromedam ferunt: & jam dicta Arados, inter quam & continentem, quinquaginta cubita alto mari, (ut auctor eſt

2 ſubjectam. V.

a *Tribus omnino aditur alveis maris, &c.*] Lege: *tribus omnino aditur alveis mari Stegano, Poſideo, Tauro.* Salmaſ. pag. 479. b.

b *In Phœnicio deinde mari eſt ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua objectam belua Adromedam ferunt, & jam dicta Arados.*] Familiarem librariorum errorem permutandorum verborum, hoc etiam loco admiſſum opinor. Nam quod hic Pariæ tribuitur, totam eſſe oppidum, non Pariæ ignobili alioqui inſulæ alii auctores aſſignant, ſed Arado celebratiſſimæ apud cunctos inſulæ maris Phœnicii. de qua Strabonis & Pomponii verba ſupra retulimus. Erit ergo hoc loco verborum contextus talis: *in Phœnicio deinde mari eſt ante Ioppen Paria, in qua objectam belua Andromedam ferunt, & jam dicta Arados.* Quid ſi non *ante Ioppen*, ſed *Antioppe*, & non *Paria*, ſed *parva* ſcribendum eſt? ut ſit Antioppe nomen inſulæ, ſic dictæ quod contra Ioppen ſita ſit: ut in montibus & promontoriis, Antilibanus, Anticragus, Antitaurus, Antirrhium, quod ſint oppoſita Libano, Crago, Tauro, Rhio: & in oppidis Antarados, Antiphelus, Anticinolis, & in inſulis, Antiſſa, quod oppoſita eſſet Lesbo, quæ quondam Iſſa dicta fuit, auctore Myrſilo, referente in primo volumine Strabone, ut rurſus in Plinio ad hunc poſſet modum legi, *In Phœnicio deinde mari eſt Antioppe, in qua objectam belua Andromedam ferunt, & jam dicta Arados, parva, tota oppidum.* quæ lectio propius ad Pomponii verba accedit, à quo etſi exiguo, divite tamen penore, multa Plinium mutuatum, in confeſſo eſt. *Pintian. In Phœnicio deinde mari eſt ante Ioppen Paria, tota oppidum, &c.*]Nulla ad Ioppen eſt inſula, neque unquam fuit. Vide Iſaacum Voſſium in Melam p. 201.

eſt Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto, uſque [1] à vado trahitur. Pamphylium mare, ignobiles inſulas habet. [a] Cilicium ex quinque maximis Cyprum, ad Ortum Occaſumque Ciliciæ, ac Syriæ objectam, quondam IX. regnorum ſedem. Hujus circuitum Timoſthenes [2] CCCCXXIX. M. D. prodidit. Iſidorus CCCLXXV. M. longitudinem inter duo promontoria, Dinaretum & Acamanta, quod eſt ad Occaſum, Artemidorus [3] CLX. D. [4] Timoſthenes CC. vocatam ante Acamantida, Philonides [b] Ceraſtin, Xenagoras & Aſpeliam, & Amathuſiam & Macariam, Aſtynomus Crypton, & Coliniam. Oppida in ea XV. [5] Paphos, Palæpaphos, Curias, Citium, Corineum, Salamis, Amathus, Lapethos, [6] Solœ, [7] Tamaſeus, Epidarum, Chytri, Arſinoë, [8] Carpaſium, Golgi. Fuere & ibi Cinyria, [9] Marium, Idalium. Abeſt ab Anemurio Ciliciæ quinquaginta M. paſſ. Mare, quod prætenditur, vocant Aulona [10] Cilicium. In eodem ſitu Elæuſa inſula eſt, & quatuor, ante [11] promontorium ex adverſo Syriæ, Clides: rurſuſque ab altero capite Stiria. Contra Neampaphum Hierocepia. Contra Salamina, Salaminæ. In Lycio autem mari Illyris, [12] Telendos, Attelebuſſa, Cypriæ tres ſteriles, & Dionyſia, prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promontorium peſtiferæ navigantibus [13] Chelidoniæ; totidem ab iis cum oppido Leucola Pactyæ; [14] Laſia, Nymphais, Macris: [15] Megiſta, cujus civitas interiit. Multæ deinde ignobiles. Sed contra Chimæ-

1 uſque ad vadum. *V.*
2 CCCCXXVII. M. D. *Pinetus.*
3 CLXII. M. *Vet.*
4 Timoſt. vocavit. *V.*
5 Neaphos. *Tol.*
6 Solus. *Pinetus.*
7 Tamaſus, Epidaurum. *V.*
8 Carphalium, Golgæ. *V.*
9 Murium. *V.*
10 Cilicum. *Ch.*
11 promontoria. Ex adverſo. *Vet.*
12 Tolandroa. *V.*
13 Chelidoniæ totidem. Ab iis. *V.*
14 Elyſia, Nymphalia, Meris. *V.*
15 Maxima. *Ptol.*

a *Cilicium ex quinque maximis Cyprum.*] Legendum reor, *ex* VII. *maximis Cyprum.* Strabo libro XIV. *Quidam poſt captam Trojam dicunt inſulas Gymneſias ab eis habitatas, quarum majorem Timæus ait maximam eſſe poſt* VII. *Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Cyrnum, & Lesbum.* Pint.

b *Ceraſtin.*] Ceraſtiam vocari Xenagoras ſcripſit ὅτι πολλὰ κέρατα, τοῦτ᾽ ἐϛὶ πολλὰς ἐξοχὰς ἔχει, multis promontoriis ſuperciliosa eſt ac erecta: quamvis ſint qui ideo ſic dictam putent, quod aliquando in ea cornuti fuerint homines. Dicta & Sphecia ab incolis Sphecibus, vel à Veſpis. Rhod. cap. 1.30. *Dal*

a *Proxi-*

Chimæram [1] Dolichiſte, [2] Chirogylium, [3] Crambuſſa, [4] Rhoge, Enagora VIII. mill. paſſuum, Dædaleon duæ; [5] Cryeon tres, Strongyle; & contra [6] Sidyma Antiochi, Glaucumque verſus amnem Laguſa, Macris, Didymæ, Helbo, Scope, Aſpis, & in qua oppidum interiit [7] Telandria, [a] proximaque Cauno Rhoduſſa. Sed pulcherrima & libera Rhodos, circuitu [8] cxxx. mil. paſſ. aut ſi potius Iſidoro credimus, CIII. habitata urbibus, Lindo, Camiro, Ialyſo, nunc Rhodo. Diſtat ab Alexandria Ægypti [9] DLXXVIII. mill. ut Iſidorus tradit: ut Eratoſthenes, CCCCLXIX. mill. ut Mutianus, D. à Cypro CLXVI. Vocitata eſt antea [b] Ophiuſa, Aſteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœeſſa, Atabyria ab rege. Deinde [10] Macria & Oloëſſa. Rhodiorum inſulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit: Caſos, [11] Achne olim: Niſyros diſtans ab Gnido XII. mill. D. Porphyris antea dicta. Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidumque Syme. Cingitur [12] XXXVII. mill. D. Portus benigne præbet octo. Præter has circa Rhodum, Cyclopis, [13] Teganon, Cordyluſa, [14] Diabetæ IV. [15] Hymos, Chalce cum oppido, [16] Seutluſa, [17] Narthecuſa, Dimaſtos, Progne: & à Gnido, Ciſeruſſa, [18] Therionarce, Calydne cum tribus oppidis, Notio,

1 Dolichæ. V.
2 Chirodyhon. *Ch.*
3 Crambia. V.
4 Aroge. V.
5 Cryeon, tres Strongylæ. *V. & M.*
6 Solima. *Strab.*
7 Cyllandria. V.
8 cxxv. *Ch.*
9 DLXXXIII. *Ch.*
10 Macaria. *Pomp. Mela.*
11 ac duæ Calymnæ, Gyros. *M.* Suyros. V.
12 XXX. *ex recent.*
13 Torgamon. V.
14 Diabate. *Ch.*
15 Hyrmos, *Ch.*
16 Teutluſa. *Steph.*
17 Marthecuſa. *Ch.*
18 Terion, Archia. V.

a *Proximaque Cauno Rhoduſſa.*] Legebatur ante Hermolaum, *Proximaque Cunorhodoſa*, ipſe *Cynorhodoſſa* correxit, non recte. Nos tum ex Stephano, tum ex vetere utroque codice ſic ſcribimus, *Proximaque Cauno Rhoduſſa.* Nam ambo exemplaria *Cauno* legunt non *Cuno*: & Cannus urbs eſt Cariæ; parum à Rhodo ſubmota, apud omnes decantata, unde ficus illæ Cauneæ, quæ Craſſo in Parthos proficiſcenti omen fecere. De Rhoduſſa autem inſula Stephanus: Schinuſſa, ut Rhoduſſa, Phocica inſula. Eſt eidem Rhoduſſa urbs Argivæ regionis. *Pint.*

b *Ophiuſa.*] Dicta eſt à multitudine ſerpentum, quos ea tempeſtate delatus Phorbas Triobæ filius occidit: *Aſteria* ab Aſtri figura, *Æthraa* à ſerenitate, quia illic nunquam tantæ nubes ſunt, ut aliquando de die ſol non cernatur: *Trinacria* à tribus oppidis eminentibus: *Corymbia* à ſpecie Corymborum hederæ: *Poeëſſa* ab herbido virore. Had. Jun. c. 15. 3. Straboni vocata fuit & *Stadia* & *Telchinia*. *Pontiam* vocat Pindarus, ut *Pelagiam* Marcellinus lib. 17. Pindarus Ialyſon, aureo imbre perfuſam ſcribit ob divitias & ſummas opes. ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν. *Dalecamp.*

a Samon

tio, Niſyro, Mendetero, & in Arconneſo oppidum Ceramus. In Cariæ ora, quæ [1] vocantur Argiæ, numero viginti, & [2] Hyetuſſa, Lepſia, Leros. Nobiliſſima autem in eo ſinu Cos, ab Halicarnaſſo quindecim mill. paſſ. diſtans, circuitu centum, ut plures exiſtimant, [3] Merope vocata: Cos, ut Staphylus: Meropis, ut Dionyſius: dein Nymphæa. Mons ibi Prion, & Niſyron abruptam [4] illi putant, quæ Porphyris antea dicta eſt. Hinc [5] Carianda cum oppido. Nec procul ab Halicarnaſſo Pidoſus. In Ceramico autem ſinu Priaponneſos, Hipponneſos, Pſyra, Mya, Lampſemandus, Paſſala, Cruſa, Pyrrhe, Sepiuſſa, Melano: paulumque à continente diſtans, quæ vocata eſt Cinædopolis, probroſis ibi relictis à rege Alexandro, Ioniæ ora [6] Ægeas & Corſeas habet & Icaron, de qua dictum eſt: Laden, quæ prius Late vocabatur: atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto vicinas, [7] Mycalen, Trogilias, Trepſilion: Argennon, [8] Sandalion, [a] Samon liberam, circuitu octoginta ſeptem mill. paſſuum: aut, ut Iſidorus, centum: [9] Partheniam primum appellatam, Ariſtoteles tradit, poſtea [10] Dryuſam, deinde Anthemuſam. Ariſtocritus adjicit Melamphyllum, dein Cypariſſiam: alii [11] Parthenoaruſam, Stephanen. Amnes in ea Imbraſus, Cheſius, Ibettes. Fontes Gigartho, Leucothea. Mons Cercetius. Adjacent inſulæ Rhypara, Nymphæa, Achillea. Par claritate ab ea diſtat XCIII. M. paſſuum, cum oppido Chios libera, quam Æthaliam Ephorus priſco nomine appellat: Metrodorus & Cleobulus Chiam, à Chione nympha; aliqui à nive, & Macrin & Pityuſam. Mon-

1 vocatur. V.
2 Ethecuſa. V. Hæruſa. *Ch.*
3 Meropis vocata, ut Staphylus, Cos, Meropis. *ut Dionyſ. Ex Strabon. & Higinio Pint.* Cea. V.
4 illinc putant.
5 Cartanda. *Ch.*
6 Trageas, *ex Strab. & Ptol.*
7 Mycalæ Trogiliam, Trogilias tres, Phylion, *Arch. &c. Ch.*
8 *cap. 7. 3.* Sardinia, Sandaliotis, & Ichnuſa *dicitur.*
9 Partheniam. *V. Baſil.* Parthenum. *Rhodig.* 48.
10 Adriiſſam, *Steph. Strabo hæc nomina omnia tribuit Samothraciæ, non Samo.*
11 Parthenoroſam. *Pint.* Heroſactiam *Strab. dictam.* Parthenarruſam. *Ch.*

[a] *Samon liberam.*] Samon inſulam Apul. 2. Florid. Frumento pigram, aratro irritam, fœcundam olivetis, ait, nec à vinitore, nec ab olitore ſcalpi, ſed totam ejus quamvis frequentibus incolis, hoſpitibus celebris, culturam eſſe in ſurculo, & ſarculo. Vide locum. *Dalecamp.*

a *Thallu-*

Montem habet Pellenæum, marmor Chium. Circuitu [1] cxxv. mill. paſſ. colligit, ut veteres tradidere, Iſidorus ix. millia adjicit. Polita eſt inter Samum & Lesbum, ex adverſo maxime Erythrarum. Finitimæ ſunt, [a] Thalluſa, quam alii [2] Dapnuſam ſcribunt, Oenuſſa, Elaphites, Euryanaſſa, Arginuſa cum oppido. [3] Jam hæ circa Epheſum, & quæ Piſiſtrati vocantur, Anthinæ, Myonneſos, [4] Diareuſa. In utraque oppida intercidere. Poroſelene cum oppido, Cerciæ, Halone, Commone, Illetia, Lepria, & [5] Rheſperia, Procuſæ, Bolbulæ, Phanæ, Priapos, Syce, Melane, [6] Ænare, Siduſa, Pela, [7] Drymuſa, Anydros, Scopelos, Sycuſſa, Marathuſſa, [8] Pſile, Perirheuſa, multæque ignobiles. [b] Clara vero in alto [9] Teos cum oppido, à Chio [10] LXXXI. mill. paſſuum, tantundem ab Erythris. Juxta Smyrnam ſunt Periſterides, Carteria, Alopece, Elæuſſa, Bachina, Pyſtira, Crommyoneſos, Megale. Ante Troada Aſcaniæ, Plateæ III. Dein Lamiæ, Plitaniæ II. Plate, Scopelos, Getone, Artheidon, Celæ, Laguſſæ, Didymæ. Clariſſima autem Lesbos, à Chio LXV. mill. paſſuum. Hemerte & Laſia, Pelaſgia, Ægira, Æthiope, [11] Macaria appellata fuit, [12] octo oppidis inclyta. Ex iis Pyrrha hauſta eſt mari, Ariſbe terrarum motu ſubverſa. Antiſſam Methymna traxit in ſeipſam [13] VIII. urbibus Aſiæ [14] in XXXVII. mill. paſſuum vicina. Et

[1] CXII. M. D. ex recentiorib.
[2] Daphnuſam.
[3] Jam hæc. *Baſil.*
[4] Clareuſa. *V.*
[5] Æthræa, Heſperia. *Pint.*
[6] Cœnare. V.
[7] Dilemuſa. V.
[8] Phile. V.
[9] Theas. *M.*
[10] LXXI. V. *Baſil.* M. D. *Ch.*
[11] *ſupra hoc eod. cap. legitur* Macria.
[12] novem. *M. & V.*
[13] VIII. urbibus *ſupervacanea ſunt.*
[14] *particula,* in, *non leg. in* V.

Agame-

a *Thalluſa.*] Sic Hermolaus legit conjectura tantum ductus, cum prius ſcriptum eſſet *Thelluſa.* Cæterum legentes meminerint, inſulam nomine Pelus circa Chium à Stephano locari. *Pintian.* *Thalluſa.*] Stephano hic Pelus inſula collocatur. *Dal.*

b *Clara vero in alto Teos.*] Pro *Theas,* ut ante ſcriptum habebatur, Hermolaus *Teos* ſuffecit, & patriam Anacreontis accipit; procul, ut ego puto, à vero. Nam Teos Anacreontis patria, urbs eſt continentis, una ex XII. Ioniæ urbibus, ut geographi omnes juxta hiſtoricique teſtantur. In peninſula ſitam eſſe Teon, Strabo Pomponiuſque teſtantur, inſulam eſſe, & præcipue in alto ab Erythris Ioniæ urbe, LXXI. M. paſſ. ſubmotam, ut Plinius adjicit, nec Strabo, nec Pomponius, nec omnino, quod ſciam, alius. *Pint.*

V

a *Ereſos.*]

Agamede obiit & Hiera. Reſtant [a] Ereſos, Pyrrha, & libera Mitylene, annis D. potens. Tota inſula circuitur, ut Iſidorus, [1] CLXXIII. mill. paſſuum: ut veteres, CXCV. mill. Montes habet Lepethymum, [2] Ordymnum, Maciſtum, Creonem, Olympum. A proxima continente abeſt VII. M. D. paſſuum. Inſulæ appoſitæ, Sandaleon, Leucæ quinque. Ex iis Cydonea cum fonte calido. Argenuſſæ ab [3] Ægeis IV. mill. paſſ. diſtant. Dein [4] Phelluſa, Pedna. Extra Helleſpontum adverſa Sigæo litori adjacet [b] Tenedus Leucophrys dicta, & Phœnice, & Lyrneſſos. Abeſt à Lesbo LVI. mill. paſſuum, à Sigæo XII. M. D.

1 CLXVIII. *Baſil.*
2 Ordymnum *apud Theoph. cap. ult. lib. 3. Hiſtor.*
3 *in M. & Vet. deeſt.*
4 Pheſula. V.

CAP. XXXII.

Helleſpontus, Myſia, Phrygia, Galatia, Bithynia, Boſphorus.

IMpetum deinde ſumit Helleſpontus, & mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Aſiam abrumpat Europæ. Promontorium id appellavimus [5] Trapezam: ab eo decem mill. paſſ. Abydum oppidum, ubi anguſtiæ ſeptem ſtadiorum. Deinde Percote oppidum & Lampſacum, antea Pityuſa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adraſtiam

5 Trapeziam. *Ch.*

a *Ereſos.*] Ereſos Theophraſti patria præſtantiſſimo & candidiſſimo tritico nobilis, cujus pollinem Mercurius ad Deos ferret, ſi qua farina veſci cuperent. Archeſtratus in Gaſtronomia, ἐν λέσβῳ κλεινῆς ἐρέσου περικύμονι μαστῷ λευκότερον χιόνος· θεοὶ εἴπερ ἔδουσι ἄλφιτ' ἐκεῖθεν οἷον ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει. Ea ratione Delphis olim Ereſii ſtatuam Cereris ἑρμοῦχα dicarunt. Hadrian. Jun. cap. 4. 5. Infamis ea fuit infanda libidine, unde λεσβιάζειν, vel ore morigari vel capiti illudere, ut φοινικίζειν, παρὰ τὸ μέλαν μίγνυσθαι, à Phœnicum execrandis moribus. Brod. c. 21. 2. Hier. Mercurial. var. 13. 4. *Dalec.*

b *Tenedus.*] Tennin Cyeni filium, Neptuni nepotem, cum noverca Philonome de ſtupro appellaſſet, recuſantem apud patrem inſimulavit, tanquam vim afferre voluiſſet. Credulus is juvenem capſa incluſum in mare abjecit, quæ Neptuno innocenti & nepoti propitio, cum Leucophrim delata fuiſſet, aperta illa, & re cognita, incolæ regnum detulerunt, inſulam de ſuo nomine appellarunt, mortuum pro Deo coluerunt. Muret. Var. cap. 12. 1. *Idem.*

a *Daſcy-*

ſtiam appellavit. Oppidum Priapos, amnis [1] Æſepus, Zelia, Propontis; ita appellatur ubi ſe dilatat mare. Flumen Granicum, Artace portus, ubi oppidum fuit. Ultra inſula, quam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Mileſiorum [2] Cyzicum, antea vocitatum Arconneſos, & Dolionis, & [3] Dindymis, cujus à vertice mons Dindymus. Mox oppida Placia, Ariacos, Scylace, quorum à tergo mons Olympus, [4] Mæſius dictus: civitas Olympena. Amnes Horiſius, & Rhyndacus, ante Lycus vocatus. Oritur in ſtagno Artynia juxta Miletopolim: recipit Maceſton & pleroſque alios, Aſiam Bithyniamque diſterminans. Ea appellata eſt Cronia, dein Theſſalis, dein Maliande, & Strymonis. Hos Homerus Halizonas dixit, quando præcingitur gens mari. Urbs fuit immenſa Attuſa nomine: nunc ſunt [5] xv. civitates, inter quas Gordiu-come, quæ Juliopolis vocatur; & in ora [a] Daſcylos. Deinde flumen Gebes, & intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis, alio nomine Booſcœte, ſicut [6] Apamia, quæ nunc [7] Myrlea Colophoniorum: flumen Etheleum, antiquus Troadis finis, & Myſiæ initium. Poſtea ſinus, in quo flumen Aſcanium, oppidum Bryllion, amnes Hylas & Cios cum oppido ejuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Mileſiis quidem conditum, in loco tamen qui Aſcania Phrygiæ vocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea [8] dicatur. Phrygia Troadi ſuperjecta, populiſque à promontorio Lecto ad flumen Etheleum prædictis, Septentrionali ſui parte Galatiæ contermina, Meridiana Lycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæque, ab Oriente Cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima præter jam dicta, Ancyra, [9] Andria, Celenæ, Coloſſæ, Carina,

1 Abſepus. *M.* Æſapus. *Strab.*

2 duobus pontibus, *ut ait Strabo*, juncta eſt continenti. In Priapeis Cyzicos oſtreoſa divam Proſerpinam frequentat, veneratur, colit, pro cunctis aliis numinibus.

3 Didymis, cujus à vert. mons Didymus. *Ch.*

4 Myſius. *V.* Myſius. *Man.*

5 XII. *Ch.*

6 Apamea, *per e in Ch. perpetuo leg.*

7 Myrtea *Ptol.*

8 dicetur. *V.*

9 Andira. *Steph.* Andraca. *Ptol.*

a *Daſcylos.*] Ptolemæo locus eſt dictus Daſcylæum. *Dalec.*

Carina, [1] Cotiaion, Ceranæ, Iconium, Midaion. Sunt auctores, tranſiſſe ex Europa Myſos, & Brygas & Thynos, à quibus appellantur Myſi, Phryges, Bithyni. Simul dicendum videtur & de Galatia, quæ ſuperpoſita, agros majori ex parte Phrygiæ tenet, caputque quondam ejus Gordium. [a] Qui partem eam inſedere, Gallorum [2] Toliſtobogi, & Voturi, [3] & Ambitui vocantur, qui Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem, [4] Trocmi. Prætenditur Cappadocia, à Septentrione & Solis ortu, cujus uberrimam partem occupavere Tectoſages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi vero ac tetrarchiæ omnes, numero CXCV. Oppida, Tectoſagum, Ancyra; Trocmorum, Tavium; Toliſtobogorum, Peſinûs. Præter hos celebres, Attalenſes, [5] Araſenſes, [6] Comenſes, Dioshieronitæ, Lyſtreni, Neapolitani, Oeandenſes, Seleucenſes, Sebaſteni, Timoniacenſes, [7] Tebaſeni. Attingit Galatia & [8] Pamphyliæ [9] Gabaliam, & Milyas, qui circa Barin ſunt, & [10] Cyllanticum, & [11] Oroandicum Piſidiæ tractum. Item Lycaoniæ partem Obigenen. Flumina ſunt in ea præter jam dicta, Sangarium & Gallus, à quo nomen traxere Matris Deum ſacerdotes. Nunc reliqua in ora; à Cio intus in Bithynia Pruſa, ab Annibale ſub Olympo condita: inde Nicæam XXV. mill. paſſ. interveniente Aſcanio lacu. Deinde Nicæa in ultimo Aſcanio ſinu, quæ prius Olbia, & Pruſa; item altera ſub Hippio [12] monte. Fuere Pythopolis, Parthenopolis;

1 Cotion. *Ch.*
2 Toliſtobogi. *Ptol.* Toloſtobagi. *Ch.* Toloſtobogi. *Flor.*
3 Ambiam. *Vet.* quid igitur ſi A.
4 Troeml. *Ptol.* Trœmi. *Strab.*
5 Alaſſenſes. *Ch.*
6 Comnenſes, Didyenſes, Hieronenſes. *V. & M. & Ch.*
7 Tarbaſeni. V.
8 Pamphilia. *Ch.*
9 Cabaliam. *Baſil. & V.*
10 Cyllanicum. *Ch.*
11 Crondicum. V.
12 Fluvio *vel* flumine. *ex Ptol.*

a *Qui partem eam inſedere.*] Strabo refert Volſcorum Tectoſages, cum robore & multitudine hominum valerent, ſeditione quodam tempore inter eos orta, magnum numerum hominum è finibus ſuis ejeciſſe, qui poſt longos errores in Phrygiam Paphlagoniæ & Cappadociæ profecti, illis non invitis, loca illa occuparunt lib. 4. & lib. 12. ubi etiam ducem ipſorum vocat *Λεοννόριον*, quem alii Lomorium, Pauſanias fortean Cerethrium, nos Germani, ni fallamur, Leonhardum dicimus. Gentes autem tres tantum numerat Trocmos & Toliſtobogos à Ducibus, ac Tectoſages ab natione Celtica denominatos, inſtitutæque reip. commemorat formam. *Dal.*

lis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Æſius, Bryazon, Platаneus, Arcus, [1] Siros, Gendos, qui & Chryſorrhoas. Promontorium, in quo [2] Megarice oppidum fuit. [3] Inde Craſpedites ſinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Fuit & Aſtacum, unde & ex eo Aſtacenus idem ſinus. Fuit & Libyſſa oppidum ubi nunc Annibalis tantum tumulus: eſt in intimo ſinu Nicomedia Bithyniæ præclara. Leucatas promontorium, quo includitur Aſtacenus ſinus à Nicomedia [4] XLII. M. D. Rurſuſque coëuntibus terris anguſtiæ pertinentes uſque ad Boſphorum Thracium. In iis Chalcedon libera, [a] [5] à Nicomedia LXXII. D. Proceraſtis antea dicta, [b] dein Compuſa: poſtea Cæcorum oppidum, quod locum eligere neſciſſent, ſeptem ſtadiis [6] diſtante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis ſede. Cæterum intus in Bithynia colonia Apamena, Agrippenſes, Juliopolitæ, [7] Bithynion. Flumina, Syrium, Lapſias, [8] Pharmicas, Alces, Crynis, Lylæus, Scopius, Hieras, qui Bithyniam & Galatiam diſterminat. Ultra Chalcedona Chryſopolis fuit. Deinde Nicopolis, à qua nomen etiamnum ſinus retinet: [c] in quo portus Amyci: [9] deinde Naulochum promontorium, Eſtiæ templum Neptuni, Boſphorus D. paſſ. intervallo Aſiam Europæ iterum auferens; abeſt à Chalcedone XII. mill. D. paſſ. Inde fauces primæ VIII. mill. [10] CCL. paſſ. ubi [11] Phinopolis oppi-

1 Æſyres. *Ch.*
2 Megaricon. *Steph.*
3 Unde. *Ch.*
4 LXII. *Ch.*
5 *Man. leg.* à Nicomedia. LXXII. M. D. paſſ. Ceraſtia antea dicta, dein Colpoeſſa. *Ch. exemp.* XXXVII. M. D. paſſ. Ceraſtis antea dicta; dein Colpoſa.
6 diſtans à. *V.*
7 Bithynniatæ. *V.*
8 Pharmacias. *Ch.*
9 Neulochos. *Pint. ex Strab. lib. 7.*
10 DCCL. *Ch.*
11 Sphyropolis. *V. alii* Boſphoropolis.

a *A Nicomedia, lxxij. M. d. Proceraſtis ante dicta.*] Legendum reor, *A Nicomedia, lxxij.* M. d. *paſſ. Ceraſtis ante dicta.* Nam ut conjicio, pro litera *p.* paſſus ſignificante, imperiti librarii aut correctores *pro* ſcripſerunt, ſequenti verbo *Ceraſtis* adjungentes. Dicta autem ſic Chalcedon, forte propter frequentiam Promontoriorum, ſeu cubitorum in pontum excurrentium. Etenim Cyprum ob eandem cauſam Ceraſtin dictam eſſe à Philonide ſupra meminit hoc ipſo volumine, cap. 31. *Pint.*

b *Dein Compuſa.*] Utrumque exemplar *Colpoſa* legit, non *Compuſa.* Scribendum puto *Colpoeſſa*, hoc eſt ſinuoſa: quod optime quadrat cum præcedenti nomine Ceraſtis, ad multa namque promontoria multi ſinus conſequantur neceſſe eſt. *Idem.*

c *In quo portus Amyci.*] Is fuit Bebricum rex, pugil eximius à Polluce in eo certamine victus & occiſus, cum Argonautas hoſpitio prohiberet. *Galen.*

oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Aſiæ eſt, populorumque
[1] Lyciæ. V. M.
CCLXXXII. qui ad eum locum à ſinu [1] Lydiæ numerantur. Spatium Helleſponti & Propontidis ad
[2] Thracium eſſe, &c. Ch.
Boſphorum [2] Thracium CLXXXVIII. mill. paſſ. diximus. A Chalcedone Sigeum Iſidorus [3] CCCLXII. M. D. p. tradit.
[3] CCCXXII. Ch.
Inſulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus, unde Cyzicenum marmor: eadem Neuris & Proconneſus dicta. Sequuntur Ophiuſa, Acanthus, Phœbe, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido. Delphacia: Polydora. Artacæon cum oppido. Eſt & contra Nicomediam Demonneſos. Item ultra Heracleam adverſa Bithyniæ Thynnias, quam barbari Bithyniam vocant. Eſt &
[4] Antiochiæ. M. V.
[4] Antiochia, & contra fauces Rhyndaci [5] Beſbicos
[5] Berbicos. Ch.
decem & octo mil. circuitu. [a] Eſt & Elæa, & duæ
[6] Rhodiuſſæ. V.
[6] Rhoduſſæ, Erebinthus, Magale, Chalcitis, Pityodes.

a *Eſt & Elaa & dua Rhodiuſſa, Erebinthus, Megale, Chalcitis.*] Scribendum, *Rhoduſſa* non *Rhodiuſſa*, ut admonuimus. Item *Erebinthotes* oſtentant duo ſcripta exemplaria, eximie, hoc eſt Ciceraria, ut quod ſtatim ſequitur, *Pityodes*, id eſt, Pinaria. Videtur quoque ſcribendum potius *Calcetis*, quam *Chalcitis*, ex Stephano in dictione Chalcedon. *Pintian.*

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER SEXTUS.

CAP. I. *Pontus Euxinus.*

Pontus [a] Euxinus, antea ab inhoſpitali feritate Axenos [1] appellatus, peculiari invidia naturæ ſine ullo fine indulgentis aviditati maris, & ipſe [2] inter Europam Aſiamque funditur. Non fuerat ſatis Oceano ambiſſe terras, [b] & partem earum aucta [3] immanitate abſtuliſſe; non irrupiſſe fractis montibus, [c] Calpeque Africæ avulſa tanto majora abſorbuiſſe, quam reliquerit, ſpatia; non, per Helleſpontum Propontida infudiſſe, iterum terris devoratis: à Boſphoro quoque in aliam vaſtitatem panditur nulla ſatietate, donec exſpatianti [4] lacus à Mæoti rapinam ſuam jungant. Invitis hoc accidiſſe terris, indicio ſunt tot anguſtiæ, atque tam parva naturæ repugnantis intervalla, ad Helleſpontum octingentorum [5] ſeptuaginta quinque paſſuum ad Boſphoros duos, vel bubus meabili tranſitu. Unde nomen ambobus, [6] & tanquam

1 appellatus eſt, pecul. *Ch.*

2 In Europam. *Pinet.*

3 inanitate. *M. Turnebus c.* 19. *lib.* 12. *Adverſ.*

4 lacus Mæotis rapinam ſuam jungat. *Baſil.*

5 xxv. *Ch.*

6 etiam quædam, *Ch.*

a *Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt, &c.*] Ex cæſo uno, duo facta ſunt, falſa interpoſitione ſubſtantivi verbi *eſt*, quod in neutro habetur ſcriptorum exemplarium. Legendum igitur: *Pontus Euxinus, ante ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus, peculiari invidia naturæ, ſine ullo fine indulgentis aviditati maris, & ipſe in Europam Aſiamque funditur.* Pint.

b *Et partem earum aucta immanitate abſtuliſſe.*] Exemplar Salmanticenſe & fere Toletanum, *inanitate*, legunt: non *immanitate*, quod & melius. Eſt enim familiare Plinio, quæ non habitantur, *inania* appellare. *Idem.*

c *Calpeque Africæ avulſa.*] Legendum puto, *Calpeque Abyla avulſa.* Alioqui dicendum videbatur *Europaque Africa avulſa.* Idem.

tanquam in diſſociatione germanitas concors. Alitum quippe cantus, canumque latratus invicem audiuntur: vocis etiam humanæ commercia, inter duos orbes [1] manente colloquio, niſi cum idipſum auferunt venti. Menſuram Ponti à Boſphoro ad Mæotium lacum quidam fecere XIV. triginta octo mill. [2] D. paſſuum. Eratoſthenes centum minorem. Agrippa à Chalcedone ad Phaſin X. mill. Inde Boſphorum Cimmerium trecenta ſexaginta mill. Nos intervalla generatim ponemus comperta in noſtro ævo, quando etiam in ipſo ore Cimmerio pugnatum eſt. Ergo à faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rheſum dixerunt. Deinde [3] Pſillis, portus Calpas, [4] [a] Sangarius fluvius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit vaſtos amnes, inter quos Tembrogium & Gallum. Idem Sangarius à pleriſque dictus Coralius, à quo incipiunt [5] Maryandini ſinus, oppidumque Heraclea [6] Lyco flumini oppoſitum. Abeſt à Ponti ore millibus ducentis: portus Acone, veneno Aconito dirus, ſpecus Acheruſia. Flumina [7] Pedopyles, [8] Callichorum, Sonautes. Oppidum Tium, ab Heraclea triginta octo mill. paſſuum. [b] Fluvius [9] Bilis.

1 manante: *alii* meante, *ut mox græce*, vel bubus meabili tranſitu. *Pint.*
2 *deeſt in Ch.*
3 Syris. *Ch.*
4 Sagaris. *Ovid.* 4. de Ponto: *Huc Lycus, huc Sagaris, Peniuſque, Hypaniſque, Crateſque.* Sangaris. *Tol. Ch.*
5 Mariandrini. *Ch.*
6 Celoci fluv. appoſitum.
7 Pedopides. *Ch.*
8 Callichæum. *P.*
9 *alii* Billis.

CAP. II.

Gens Paphlagonum & Cappadocum.

[10] ULtra quem gens Paphlagonia, quam [11] Pylæmeniam aliqui dixerunt, incluſam à tergo Galatia. Oppidum Maſtya Mileſiorum, deinde Cromna. Quo loco [12] Henetos adjicit Nepos Corne-

10 Ultra fluvium Billim gens eſt Paphlagonia. *M.*
11 Pylæmoniam. *Ch.*
12 Venetos. *V.*

a *Sangarius fluvius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit, &c.*] Legend. *Sagaris fluvius ex inclytis oritur in Phrygia, accipit vaſtos amnes, inter quos Tembrogium & Gallum, idem Sangarius à pleriſque dictus, à quo incipiunt Mariandini ſinus, oppidumque Heraclea, Lyco flumini adpoſitum.* Vide Salm. p. 880. b. & 881. a.

b *Fluvius Bilis.*] *Fluvius Billis, ultra quem gens Paphalgonia.* Hæc ita cum capite ſequenti continuanda. *Salm.* p. 888. a.

a *Cogno-*

Cornelius, à quibus in Italia ortos [a] cognomines eorum Venetos [1] credi poſtulat. Seſamum oppidum, quod nunc Amaſtris. Mons Cytorus à Tio LXIV. mill. paſſuum. Oppida Cimolis, Stephane, amnis Parthenius. Promontorium Carambis vaſto excurſu, abeſt à Ponti oſtio CCCXV. mill. paſſ. vel, ut aliis placuit, CCCL. mill. Tantundem à Cimmerio, aut ut aliqui maluere, CCCXII. M. D. Fuit & oppidum eodem nomine, & aliud inde Armine: nunc eſt colonia [2] Sinope, à Cytoro CLXIV. mill. Flumen Varetum, gens Cappadocum, oppidum Gaziura & Gazelum, amnis Halys, à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrens. Oppida Gangre: Cariſſa: [b] Amiſum liberum, [c] à Sinope cxxx. mill. paſſuum. Ejuſdemque nominis ſinus tanti receſſus, ut Aſiam pene inſulam faciat, CC. mill. paſſuum [3] haud amplius per continentem ad Iſſicum Ciliciæ ſinum. Quo in omni tractu proditur, tres tantum gentes Græcas jure dici, Doricam, Ionicam, Æolicam, [d] cæteras Barbarorum eſſe. Amiſo junctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum. Victo eo, [4] Pompejopolis utrumque appellatum eſt.

1 credere putat. *Ch.*

2 Sinope Pteria, a, &c. *vetuſt.* Synope. Cyteros. *M.*

3 aut. *Ch.*

4 utrumque Pomp. *Ch. tranſpoſitione.*

CAP. III. *Cappadocia.*

CAppadocia intus habet coloniam Claudii Cæſaris Archelaidem; quam præfluit Halys: oppida

a *Cognomines eorum Venetos credi poſtulat.*] Legend. *Cognomines eorum Venetos credi ea re putat.* Ea re putat credi Venetos Italiæ ex Henetis Paphlagonia ortos, quod idem nomen habeant, ac ſint eorum cognomines. Vide *Salmaſ.* pag. 888. b.

b *Amiſum liberum.*] Scribe, *Amiſus libera*, ex Stephano, Arriano in Periplo, & Strabone undecimo, apud quem tamen interdum *Aminſus* eſt. Cui orthographiæ ſubſcribit Suidas, per *i*, & item per *e*, in penultima ſcribi tradens *Aminſus* & *Ameſus*, Ptolemæus cum duplici, *ſſ*, *Amiſſus*. Pintian.

c *A Sinope cxxx. M. paſſ.*] Exemplar Salmant. vero propius, *cxx. M. paſſ.* Nam Stephanus intervallum ab Amiſo ad Sinopen, nongentorum ſtadiorum eſſe tradit, quæ agunt paſſuum XII. M. D. Scripſit & ante Stephanum id quoque Strabo XII. volumine. *Idem.*

d *Cæteras Barbarorum.*] Cur Barbari dicantur vide apud Strabonem. *Dalec.*

pida Comana, quod Sarus: Neocæſaream, quod Lycus: Amaſiam, quod Iris in regione Gazacena. In Colopena vero [a] Sebaſtiam & Sebaſtopolin. Hæc parva, ſed paria ſupra dictis. Reliqua ſui parte Melitam à Semiramide conditam, haud procul Euphrate: Diocæſaream, [1] Tyana, [2] Caſtabala, Magnopolim, Zelam: & ſub monte Argæo Mazacam, quæ nunc Cæſarea nominatur. Cappadociæ pars prætenta Armeniæ majori, Melitene vocatur: Comagenæ, Cataonia: Phrygiæ, Garſauritis: Sargauraſanæ, [3] Cammanene: Galatiæ, Morimene: ubi diſterminat eos Cappadox amnis, à quo nomen traxere, antea Leucoſyri dicti. A Neocæſarea ſupradicta minorem Armeniam Lycus amnis diſterminat. Eſt & Ceraunus intus clarus. In ora autem ab Amiſo oppidum & flumen Chadiſia, Lycaſtum, à quo [4] Themiſcyra regio. Iris flumen deferens Lycum. Civitas Ziela intus, nobilis clade Triarii, & victoria C. Cæſaris: in ora amnis [5] Thermodoon, ortus ad caſtellum, quod vocant [6] Pharnaroeam, prӕterque radices Amazonii montis lapſus. Fuit oppidum eodem nomine, & alia quinque, Phamizonium, Themiſcyra, Sotira, Amaſia, Comana, nunc [7] Manteium.

1 Tyanam. *hodie* Tina.
2 Caſtabalam. *V.*
3 *quibuſdam* Comane.
4 Temiſcyrena. *M. Ch. & V. ut & infra.*
5 Thermodon. *Ch.*
6 Pharnaciam. *V.*
7 Mantzeum. *Tin.*

CAP. IV. *Themiſcyrenæ regionis gentes.*

[b] GEntes Genetarum, Chalybum. Oppidum Cotyorum. Gentes Tibareni, Moſſyni notis ſignantes corpora. Gens Macrocephali, oppidum Ceraſus, portus Cordulæ. Gentes Bechires, Buzeri. Flumen Melas. Gens Macrones, Sideni, flumenque Sidenum, quo alluitur oppidum [8] Polemonium ab Amiſo cxx. mill. paſſ. Inde flumina Iaſo-

8 Palemonium. *Ch.*

a *Sebaſtiam.*] Ptolemæo Auguſti civitas. *Dalec.*

b *Gentes Genetarum.*] Quartum cap. in manuſcripto incipit à duobus poſterioribus vocabulis cap. præcedentis hoc modo, Nunc Matium gentes, &c. *Idem.*

a *Trape-*

Iaſonium, Melanthium, & ab Amiſo LXXX. mill. paſſuum. Pharnacea oppidum, Tripolis caſtellum & fluvius. Item [1] Philocalia, & ſine fluvio Liviopolis, & à Pharnacea centum mill. paſſuum, [a] Trapezûs liberum, vaſto monte clauſum. Ultra quod gens Armenochalybes, [2] & major Armenia XXX. mill. paſſuum diſtans. In ora ante Trapezunta flumen [3] Pyxites, ultra vero gens Sannorum Heniochorum. Flumen [4] Abſarum cum caſtello cognomine. In faucibus, à Trapezunte [5] CL. mill. paſſuum. Ejus loci à tergo montium Iberia eſt: in ora vero Heniochi, [6] Ampreutæ, Lazi. Flumina [7] Campſeonyſis, Nogrus, Bathys. Gentes Colchorum. Oppidum Marium, flumen Heracleum, & promontorium eodem nomine, clariſſimuſque Ponti Phaſis. Oritur in Moſchis: navigatur quamlibet magnis navigiis XXXVIII. mill. D. paſſuum. Inde minoribus longo ſpatio pontibus CXX. pervius. Oppida in ripis habuit complura: celeberrima, [8] Tyritacen, Cygnum, & in faucibus Phaſin. Maxime autem inclaruit [b] Æa, [9] XV. mill. paſſuum à mari, ubi Hippos & Cyanos vaſti amnes è diverſo in eum confluunt. Nunc habet Surium tantum, & ipſum ab amne influente ibi cognominatum uſquequo magnarum navium capacem eſſe diximus. Et alios accipit fluvios, magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum. In ore ejus inſulæ ſine [10] nomine. Abeſt Abſaro [11] LXXV. M. Inde aliud flumen [12] Charien. Gens Salæ, antiquis Phthirophagi dicti & [c] Suani. Flumen [13] Cobum è Caucaſo per Sua-

1 Cocalia. *Vet.*
2 à majori Armenia. *M.*
3 Pyſites. V.
4 Abſarus. *Arrian. in Periplo.* Abſorus. *Ptolemæus.*
5 CXL. *Ch.*
6 Zidritæ. *Arrian.*
7 Acampſionifis. *M. legendum videtur*, Acampſis, Acinaſis, Mogros, Bathys, *ex Arriano in Periplo.*
8 celeberrimum Tyndaridaceum. *M. & Ch.*
9 *Stephano* CCC, *ſtadia (id eſt)* 37 M. D. *paſ.* Pint.
10 nomine, ab Aſmo. *V. ſic Ch.*
11 LXX. *Ch.*
12 Charieis *in Arriano.* Chariſtus. *Ptolemæo.*
13 Cobus *Arriano.*

a *Trapezûs liberum.*] Vide Strabonem lib. 12. *Dalec.*

b *Æa.*] Plinio Æa & Dioſcurias, civitates duæ ſunt diverſæ, Stephano vero una & eadem. *Idem.*

c *Suani.*] Σόανες Straboni lib. 11. ubi tamen πόανες perperam legebatur. ut & apud Euſtath. ſuper Dionyſ. Ψόανες, commonente Hartungo decur. 2. num. 6. *Idem.*

a *Regio*

Suanos fluens. Dein Rhoas. [a] Regio Ecrectice. Amnes [1] Sigania, Terſos, Atelpos, Chryſorrhoas, gens [2] Abſilæ, caſtellum Sebaſtopolis, à Phaſide centum mill. paſſuum gens [3] Sannigarum, oppidum Cygnus, [b] flumen & oppidum Pityûs. Deinde multis nominibus Heniochorum gentes.

1 *alias ſic:* Singames, Tapſuras, & Aſtelephus, *ex Arriano & Ch.*
2 Apſilæ. *Arrian.*
3 Samnigarum. *V.*

CAP. V.

Regio Colchica, Achæi, & cæteri eodem tractu.

[c] SUbjicitur Ponti Regio [4] Colchica, in qua juga Caucaſi ad Riphæos montes torquentur, ut dictum

4 Obliqua *ex Pompon. lib. 1. Tolet.* Collita. *Salm. & Manuſc. exemp.* Colica.

a *Regio Ecrectice.*] Ptolemæus, ut puto, appellat regionem hanc *Necreticen:* Arrianus *Niticen.* Pintian.

b *Flumen & oppidum Pityus.*] Sic Hermolaus, cum tamen antiqua omnis & recentior lectio *Penius* habeat, non *Pytius:* quam lectionem approbare videtur poëta Ovidius, quarto libro de Ponto,

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniuſque, Hypaniſque, Crateſque.

Itaque antiquam lectionem mutandam non cenſeo. Hanc caſtigationem debes Ovidiano enarratori. *Idem.*

c *Subjicitur regio Ponti Colchica.*] Locus frequens erroribus. Nam & in capitum diſtinctione erratum eſt, & in ordine verborum, & verba ipſa corrupta ſunt. Aperiam igitur libere, ut ſoleo, ſententiam meam, etiamſi periculum adeam, audax, & temerarins, & quibuſvis aliis probroſis nominibus appellari, qui res tot jam ſeculis veluti communi doctiſſimorum hominum conſenſu receptas & perſancte habitas, convellere coner. Affirmo igitur initium quinto Capiti aſſignandum eſſe, unde prius admonui, deinde proceſſum continuationemque verborum ſic concipiendam eſſe: *Deinde multis nominibus Heniochorum gentes, urbe Colchorum Dioſcuriade juxta fluvium Anthemunta, nunc deſerta, quondam adeo clara, ut Timoſthenes in eam trecentas nationes, quæ diſſimilibus linguis uterentur, deſcendere prodiderit: & poſtea à noſtris cxxx. interpretibus negotia ibi geſta. Sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio Caſtoris ac Pollucis aurigis putant, à quibus ortam Heniochorum gentem feram conſtat. Reliqua littora feræ nationes tenent, Melanchlæni, Coraxi, Achei, Mardi, Cercetæ. Poſt eos Serri, Cephalotomi. Subjicitur Ponti regio Colchica, in qua juga Caucaſi ad Riphæos montes torquentur, ut dictum eſt, altero latere in Euxinum & Mæotin devexa, altero in Caſpium & Hyrcanum mare. A Dioſcuriade oppidum Heracleum, diſtat à Sebaſtopoli, lxxx. m. paſſ. In intimo eo tractu Pityus oppidum;* & reliqua uſque ad finem capitis quinti. Nunc oſtenſo verborum ordine, ex collatione Strabonis, Ptolemæi, Arriani, Pomponii, cum verbis Plinianis, reliquum eſt ut verba ipſa corrigamus. *Subjicitur Ponti regio Colchica.*]Neutrum ex noſtris exemplaribus *Colchica* habet, ſed alterum *collita*, alterum *colica*, ut putem ſcribendum eſſe, *obliqua*, & totum locum legendum eſſe ſic: *Subit tum Ponti regio obliqua, &c.* Movet me tum Arrianus in Periplo, qui enumeratis Heniochis & quibuſdam aliis gentibus, quas hic refert Plinius, ſubdit: *A Sigame fluvio defleximus in latus ſiniſtrum Ponti uſque ad fluvium Hippum & ab Hippo ad Aſtelephum & Dioſcuriada urbem vidimus Caucaſum, altitudine Gallicarum alpium. Apparebat autem & jugum quoddam Caucaſi nomine Strobilus, unde fabulantur Prometheum Jovis imperio ſuſpenſum fuiſſe à Vulcano.* hactenus Arrianus. Pomponius quoque primo libro, memoratis Melanchlænis, Coraxis, Phthirophagis,

dictum eſt, altero latere in Euxinum & Mæotin devexa, altero in Caſpium & Hyrcanium mare. Reliqua [1]litorum feræ nationes tenent, Melanchlæni, Coraxi urbe Colchorum Dioſcuriade juxta fluvium Anthemunta, nunc deſerta: quondam adeo clara, ut Timoſthenes in eam CCC. [2]nationes, quæ diſſimilibus linguis uterentur, deſcendere prodiderit. Et poſtea à noſtris CXXX. interpretibus negotia ibi geſta. [a] Sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio, Caſtoris ac Pollucis aurigis putent, [b] à quibus ortam Heniochorum gentem feram conſtat. A Dioſcuriade oppidum Heracleum: diſtat à Sebaſtopoli [3]LXXX. mill. paſſuum. Achæi, Mardi, Cercetæ: poſt eos Serri, Cephalotomi. In intimo eo tractu Pitiûs oppidum opulentiſſimum, ab Heniochis direptum eſt. A tergo ejus Epageritæ, Sarmatarum populus in Caucaſi jugis: poſt quem Sauromatæ. [c] Ad hos [4]confugerat Mithridates Claudio principe, narravitque Thalos iis eſſe confines, qui ab oriente Caſpii maris fauces attingerent:

1 litora. Ch.

2 nationes diſſimilibus linguis deſcendere. Ch.

3 LXX. Ch.

4 profugerat. Ch.

rophagis, Heniochis, Achæis, Sindis, ſubjungit: *In Heniochorum finibus Dioſcurias à Caſtore & Polluce pontum cum Jaſone ingreſſis, Sindos in Sindorum ab ipſis terrarum cultoribus condita eſt. Obliqua tunc regio & in latum modice patens, inter pontum paludemque in Boſphorum excurrit.* Pintian.

a *Sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio Caſtoru ac Pollucis aurigis putant.*] Solinus depravatam Plinii lectionem ſecutus, ut in pleriſque omnibus ſolet, *Amphito* quoque & *Telchio* legit. Nos ad normam Græcorum ſcriptorum Plinii verba redigentes, non *Amphito* hic & *Telchio*, ſed *Amphiſtrato*, & *Rhecâ* ſcribendum aſſerimus. Strabo libro undecimo: *Tradunt Phthiotas Achæos ex Jaſonis exercitu Achaiam, quæ hic eſt habitaſſe: Laconas vero Heniochiam, quorum duces Rhecas & Amphiſtratus fuerunt Caſtoris & Pollucis aurigæ, unde Heniochi, ut veriſimile eſt, ab his fuerunt nominati.* Idem.

b *A quibus ortam Heniochorum gentem feram conſtat.*] Pomponius in primo, feras incultaſque gentes appellat omnes, quas hic Plinius memorat, Melanchlænos, Coraxos, Phthirophagos, Heniochos, Achæos, Cercetas. Itaque ubi omnes ſunt feræ gentes, nihil attinebat Heniochos feros appellare. Quapropter probo magis veterem utriuſque codicis lectionem, in quibus non, *feram*: ſed *fere* legitur. *Idem.*

c *Ad hos confugerat Mithridates Claudio principe, narravitque Thalos, &c.*] Lege: *Ad hos Sauromatas profugerat Mithridates Claudio principe, narravitque Thalos his eſſe vicinos, qui ab oriente Caſpii maris fauces attingerent.* Thali vicini Sauromatis qui Thalii, Caſpii maris fauces attingebant. *Salmaſ.*

a *Inde*

gerent: ſiccari eas æſtu recedente. In ora autem juxta Cercetas, flumen [1] Icaruſa cum oppido Hiero & flumine, ab Heracleo cxxxvi. mill. [2] [a] Inde promontorium Cronea, [3] à quo ſupercilium arduum tenent Toretæ. Civitas Sindica ab Hiero lxvii. [4] M. paſſ. Flumen Sceaceriges.

1 Taruſa. *M.*
2 Inde promontorium Crunoe à quo ſupercilium &c. *Baſil. exem. Ch. M. & Tol.* κρῶνοι. *Græce.*
3 cujus. V.
4 mill. d. paſſ. *Ch.*

Cap. VI. *Boſphoros Cimmericus, Mæotis.*

Inde ad Boſphori Cimmerii introitum lxxxviii. mill. d. paſſ. Sed ipſius peninſulæ inter Pontum & Mæotim lacum excurrentis, non amplior [5] lxxxvii. mill. d. paſſ. longitudo eſt: latitudo nuſquam [6] infra duo jugera. [7] Eionem vocant. Ora ipſa Boſphori, utrinque ex Aſia atque Europa, curvatur in Mæotin. Oppida, in aditu Boſphori primo Hermonaſſa, dein Cepi Mileſiorum. Mox Stratoclia, & Phanagória, & pene deſertum [8] Apaturos, ultimoque in oſtio Cimmerium, quod antea Cerberion vocabatur.

5 lxvii. *Ch.*
6 intra. V.
7 Eonem. *Ch.*
8 Apaturon. *Strab. lib.* 11.

Cap. VII. *Gentes circa Mæotin.*

Inde Mæotis lacus, in Europa dictus. A Cimmerio accolunt Mæotici, Vali, Serbi, [9] Archi, Zingi, Pſeſii. Dein Tanain amnem, gemino ore influentem, colunt Sarmatæ, Medorum (ut ferunt) ſoboles, & ipſi in multa genera diviſi. [b] Primo Sauromatæ Gynæcocratumeni: unde [10] Amazonum connubia. Dein Euazæ, [11] Cottæ, Cicimeni, [12] [c] Meſſeniani, Coſtobocci, Choatræ, Zigæ, Dandari,

9 Arrechi. V.
10 Amazonum regna. V.
11 Choatræ. V.
12 Meſſeniani. V.

a *Inde promontorium Cronea, quo ſupercilium arduum, &c.*] Noſtra exemplaria rectius: *Inde promontorium Crunœ, à quo ſupercilium, &c.* Nam & Dionyſopolin urbem Thraciæ Crunos ante dictam, ſive mavis Crunus, hoc eſt ſalientes, Plinius ſupra docuit, & Strabo ac Stephanus & reliqui tradunt. Erit ergo rectus pluralis, *Crunœ*, ut Solœ, & capite ſequente Cepœ, & multa hujus notæ. *Pint.*

b *Primo Sauromatæ Gynæcocratumeni, &c.*] Lege: *Primo Sauromatæ Gynæcocratumeni Amazonum connubia.* Vide Voſſium in Melam pag. 107.

c *Meſſeniani.*] Moſchovitæ; qui, ut Apollonius tradit, à Græcis Μοσχοι (?) dicuntur. Modacas Ptolemæus vocat. *Dalecamp.*

a *Matrem*

dari, Tuſſagetæ, [1] Turcæ, uſque ad ſolitudines ſaltuoſis convallibus aſperas: ultra quas [2] Arimphæi, qui ad Riphæos pertinent montes. Tanain ipſum Scythæ Silyn vocant: Mæotin Temerinda, quod ſignificat [a] matrem maris. Oppidum in Tanais quoque oſtio fuit. Tenuere finitima primi Cares, dein Clazomenii & Mæones, poſtea [3] Panticapenſes. Sunt qui circa Mæotin ad Ceraunios montes [4] altiores, has tradant gentes, à litore [5] Napæas, ſupraque Eſſedones Colchis junctos, [6] ac montium cacuminibus. Dein Carmacas, Oranos, [7] Antacas, [b] Mazacas, Aſcanticos, [8] Acapeatas, [9] Agagammatas, Phycaros, Rhimoſolos, Aſcomarcos: & ad juga Caucaſi Icatalas, [10] Imaduchos, Ranos, Anclacas, Tydios, Caraſtaſcos, [11] Aſuciandas. Lagoum amnem ex montibus Catheis, in quem defluit Opharus: [12] ubi gentes Caucadas, Opharitas, [c] amnem Menotharum, Imituenis ex montibus ſciſſum, inter Agedos, Carnapas, Gardeos, Acciſos, Gabros, [13] Gregaros. Circaque fontem [14] Imitiſſi, Imituos, & Aparthenos. Alii influxiſſe eo Suitas, Auchetas, Satarneos, Aſampatas. Ab his Tanaitas & Nepheonitas viritim deletos. Aliqui flumen [15] Opharium labi per Cantecos & Sapeos: Tanain vero tranſiſſe [16] Phatareos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Amaſ-

1 Iyrcæ, *ſive* Iurcæ. *Pint.*
2 Agrippæi. *Pint.*
3 Ponticapenſes. *Ch. ex gloſſemate.*
4 altiores *non legitur in vetuſt. cod. neque in manuſc. nec in Ch.*
5 Napitas. V.
6 ac, *in M. del.*
7 Antacas. *Ch.*
8 Agapetetas. V.
9 Aganci-matas. *Ch.*
10 Modacas. V.
11 Antiandas. V.
12 ibi gentes. *in M. & Ch.*
13 Gogaros. *Ch.*
14 Imituis.
15 Ocharium. *M.*
16 Satareos. V.

a *Matrem maris.*] Sic & Dionyſ. μητέρα πόντου vocare: at revera Scythicum Temerinda maris finem potius denotare auctor M. Anton. Delr. ſuper Sen. trag. par. ult. pag. 297. Fuerit itaque *Themersend*; ſeu ut nos enunciamus, *Deßmærs-end.* Idem.

b *Mazacas.*] Alii ſunt Mazaces Africæ gens, quorum præcurrentium, ac iter explorantium comitatu nobiles Romani delectabantur. Suetonius in Nerone cap. 30. *Armillata & phalerata cum Mazacum turba, & curſorum.* Claud. in Panegyr. ad Stiliconem *pavidus projecit miſſile Mazax.* Id mirum eſt quod ſcribit Seneca epiſt. 124. lib. 22. *Omnes jam ſic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen curſorum antecedat.* Mart. lib. 10. epiſt. 13.

Cum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo pulvere ſudet eques.

Turneb. cap. 3. 30. *Idem.*

c *Amnem Menotharum Imituenis ex montibus ſciſſum.*] Vetuſta exemplaria caſtigatius, *Amnes, Menotharum, Imituem, ex montibus Ciſſiis.* unde & quod ſequitur ſtatim, *Circaque fontem Imitiſſi,* emendandum erit, *Imituis,* à quo etiam *Imitui* populi dicti videntur. *Pintian.*

a Nunt

1 Caronos. Ch. 2 Gandareos. V. 3 Satarcheos. M.

Amaſſos, Iſſos, Catazetos, Tagoros, [1] Catonos, Neripos, Agandeos, [2] Mandareos, [3] Saturcheos, Spaleos.

CAP. VIII. *Cappadocia, Armenia.*

4 nunc reddatur ingens in mediterraneo ſinus. M. & Ch. & Baſil.

5 dextro.

6 Marcianus, undecies centena quadraginta.

PEracta eſt interior ora, omneſque accolæ: [4] [a] nunc reddantur gentes in Mediterraneo ſinu: in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me non eo inficias, anxia perquiſita cura, rebus nuper in eo ſitu geſtis à Domitio Corbulone, regibuſque inde miſſis ſupplicibus, aut regum liberis obſidibus. Ordiemur autem à Cappadocum gente. Longiſſime hæc Ponticarum omnium introrſus recedens, minorem Armeniam majoremque & Comagenen lævo ſuo latere tranſit: [5] dextra vero omnes in Aſia dictas gentes, plurimis ſuperfuſa populis: magnoque impetu ſcandens ad ortum Solis & Tauri juga, tranſit Lycaoniam, Piſidiam, Ciliciam: [b] vadit ſuper Antiochiæ tractum, & uſque ad Cirrheſticam ejus regionem parte ſua, quæ vocatur Cataonia, contendit. Itaque ibi longitudo Aſiæ XII. [6] quinquaginta mill. paſſuum efficit, latitudo DCXL. mill.

CAP. IX. *Armeniæ duæ.*

7 Rectius vetuſtiſſ. cod. & initium Meſopotamiæ facit inter duos amnes ſitæ. Terræ quod intereſt ibi, tenent Arabes, &c.

ARmenia autem major incipiens à Pariedris montibus, Euphrate amne (ut dictum eſt) aufertur Cappadociæ: & qua diſcedit Euphrates, Meſopotamiæ, haud minus claro amne Tigri. Utrunque fundit ipſa, [7] & initium Meſopotamiæ facit, inter duos amnes ituræ. Quod intereſt ibi, tenent Arabes Orci. Sic finem uſque in Adiabenen perfert.

a *Nunc reddantur gentes in mediteraneo ſinu.*] Caſtior lectio antiquorum codicum, *Nunc reddatur ingens in mediterraneo ſinus.* Impreſſa quoque omnis lectio *ingens*, agnoſcit, non *gentes*. Appellat autem Plinius certos quoſdam terræ tractus *ſinus*, ut in mari fit, infra etiam cap. XI. *Ita ſe habet*, inquit, *terarum ſinus*, *è clariſſimis*. Pint.

b *Vadit ſuper Antiochia tractum, & uſque ad Cyrrheſtiam, &c.*] Per *Antiochiam* non urbem intelligit, ſed *Syriam Antiochiam*. Salmaſ. p. 627. a.

a Et

fert. Ab ea tranſverſis jugis incluſa, latitudinem in læva pandit ad Cyrum amnem [1] tranſverſa in Araxem: longitudinem vero ad minorem uſque Armeniam, Abſaro amne in Pontum defluente, & Pariedris montibus (qui fundunt Abſarum) diſcreta ab illa. Cyrus oritur in Heniochiis montibus, quos alii Coraxicos vocavere: Araxes eodem monte, quo Euphrates VI. mill. paſſuum intervallo: auctuſque amne [2] Muſi, & ipſe (ut plures exiſtimavere) [3] à Cyro defertur in Caſpium mare. Oppida celebrantur In minore Cæſarea, Aza, Nicopolis: in majore, [4] Arſamote Euphrati proximum, Tigri Carcathiocerta: [5] in excelſis autem Tigranocerta, at in campis juxta Araxem Artaxata. Univerſæ magnitudinem Aufidius quinquagies centena mill. prodidit. Claudius Cæſar longitudinem [6] à Daſcuſa ad confinium Caſpii maris XIII. mill. paſſuum, latitudinem dimidium [7] ejus, à Tigranocerta ad Iberiam. Dividitur (quod certum eſt) in præfecturas, quas [8] ii ſtrategias vocant, quaſdam ex iis vel ſingula regna quondam, barbaris nominibus CXX. [9] Cludunt eam ab Oriente montes, ſed non ſtatim Ceraunii, nec Adiabene [10] regio. Quod intereſt ſpatii, Sopheni tenent: ab his [11] juga: ultra Adiabeni tenent. Per convalles autem proximi Armeniæ ſunt Menobardi, & Moſcheni; Adiabenen Tigris, & [12] montium ſinus cingunt. Ab læva ejus regio Medorum [13] eſt, & proſpectus Caſpii maris. Ex Oceano hoc (ut ſuo loco dicemus) infunditur, totumque Caucaſiis montibus cingitur. [14] Horum incolæ per confinium Armeniæ nunc dicentur.

CAP. X. *Albania, Iberia.*

[15] PLanitiem omnem à Cyro uſque, Albanorum gens tenet: mox Iberum, diſcreta ab iis amne Alazo-

1 tranſverſim.
2 Uſi. *Ch.*
3 de Cyro. *Tol. & Salm.*
4 Arſamoſata. *V. & Ptol.*
5 in excelſo. *Tol. M. & Ch.*
6 Daſcuta. *Ptol. eſtque minoris Aſiæ urbs.*
7 ejus. A Tigrane ad Iberiam dividitur, &c. *M. Vet.*
8 *ſuperfluit ex cod. Salm. & Tol.*
9 Claudunt *M. & Ch.*
10 regionis. *M.*
11 juga Ceraunia. *Vet.*
12 montium ſinus invii cingunt: montes impervii. *M. alii*. ſinus multi montes invii. *Ch.*
13 eſt ad proſpectum. *Tol.*
14 Horum *in Man. deeſt.*
15 Per planitiem. *Ch.*

[1] Alazone, in Cyrum è Caucaſiis montibus defluente. Prævalent oppida Albaniæ [2] Cabalaca, Iberiæ [3] Harmaſtis juxta flumen, Neoris: regio Thaſie, & Triare uſque ad [4] Partedoros montes. Ultra ſunt Colchicæ ſolitudines, quarum à latere ad Ceraunios verſo, Armenochalybes habitant & Moſchorum tractus ad Iberum amnem in Cyrum defluentem: & infra eos Sacaſſani, [a] & deinde Macrones ad flumen Abſarum. Sic plana ac devexa obtinentur. Rurſus ab Albaniæ confinio, tota montium fronte, gentes Sylvorum feræ, & infra Lubienorum, mox Diduri & Sodii.

1 Alagone. V.
2 Chabala. V. *hodie Chilan.*
3 Pharmaſus. *M.*
4 Pariedros. *Baſilienſe exemp.* Parteodoros. *Ch.*

CAP. XI. *Portæ Caucaſiæ.*

AB iis ſunt portæ Caucaſiæ, magno errore [5] à multis Caſpiæ dictæ, ingens naturæ opus montibus interruptis repente, ubi fores [6] obditæ ferratis trabibus, ſubter medias amne [7] Dyriodori fluente, citraque in rupe caſtello (quod vocatur Cumania) communito ad arcendas tranſitu gentes innumeras: ibi loci terrarum orbe portis diſcluſo, ex adverſo maxime [8] Harmaſtis oppidi Iberum. A portis Caucaſiis per montes [9] Gordyeos Valli, Suarni indomitæ gentes, auri [10] tantum metalla fodiunt. Ab iis ad [11] Pontum uſque Heniochorum plura genera, mox Achæorum. Ita ſe habet terrarum [12] ſinus è clariſſimis. Aliqui inter Pontum & Caſpium mare CCCLXXV. mill. paſſuum, non amplius intereſſe tradiderunt: [b] Cornelius Nepos CL. mill. tantis iterum anguſtiis infeſtatur Aſia. Claudius Cæſar à Cimmerio Boſphoro ad Caſpium mare CL. mill. prodidit:

5 à *in Ch. non leg.*
6 additæ. *Ch.*
7 diri odoris. *M.*
8 Hermaſti. *M. & Ch. hodie*, Daſandaran. Hermaſtica. *Ptol.*
9 Gordynios. *Ch. Hi ſtetit Arca Noë.*
10 tamen. *Ch.*
11 portum. *Ch.*
12 ſitus. *V.*

a *Et deinde Macrones.*] Archetypum Toletanum, *Macarones.* Legendum forte; *Machelones.* Sic enim eos appellat Arrianus in Periplo: cæteri fere omnes *Macrones.* Pint.

b *Cornelius Nepos* CL. M. *paſſ.*] Concinnior lectio veterum codicum CCL. ne ſit tanta in numero differentia inter Cornelium Nepotem & cæteros auctores. *Pint.*

a *Inſula*

prodidit: eaque perfodere [1]excogitaſſe Nicatorem Seleucum, quo tempore à Ptolemæo Cerauno ſit interfectus. A portis Caucaſiis ad Pontum CC. mill. paſſuum eſſe conſtat fere.

1 cogitaſſe Nicanorem. *M.*

CAP. XII. *Inſulæ in Ponto.*

[a] INſulæ in Ponto [2]Planctæ, ſive Cyaneæ, ſive Symplegades. Deinde Apollonia, Thynnias dicta, ut diſtingueretur ab ea, quæ eſt in Europa. Diſtat à [3]continenti paſſ. M. cingitur tribus mill. Et contra Pharnaceam [4]Chalceritis, quam Græci [b] Ariam dixerunt, ſacramque Marti, & in ea volucres cum advenis pugnaſſe, [5]pinnarum ictu.

2 Planitææ. *M.* Planetæ. *Vet.* Planctæ. *Pint. in Pomp.*
3 continente. *M.*
4 Achalceritis. *M.*
5 pennarum ictu. *M.* jactu. *Ch.*

CAP. XIII. *Gentes in Scythico Oceano.*

NUnc omnibus, quæ ſunt interiora Aſiæ, dictis, Riphæos montes tranſcendat animus, dextraque [6]litore Oceani incedat. Tribus hic è partibus cœli alluens Aſiam, Scythicus à Septentrione, ab Oriente Eous, à Meridie Indicus vocatur, varieque per ſinus & [7]accolas in complura nomina dividitur. Verum Aſiæ quoque magna portio appoſita Septentrioni, injuria ſideris rigentis, vaſtas

6 litora. *Vet.*
7 ab accolis. *M.*

a *Inſulæ in Ponto Planctæ, ſive Cyaneæ.*] Rectam hanc eſſe ſcripturam convincunt ea quæ nunquam ſatis laudata in Onomaſt. ſeu Theſauro ſuo notavit Ortel. ex Strabon. ab Homero jam olim πλάζεντας (ita enim ſcribendum norunt vel pueri Grammatici) dictas puto, Od. μ. his verſibus:

Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, προτὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος ἀμφιτρίτης.
Πλαζεντὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσι.

Pindar. Pyth. 4. od. ſtr. 10. συνδρόμους πέτρας vocat. Ea autem quæ de his inſulis fabulati ſunt veteres, cum paſſim ſint obvia vulgoque protrita, uti hic inculcentur pluribus nil eſt neceſſe. Unicum hoc tantum addere libuit; ortum id omne ex Opticis, uti elegantibus quidem, ſed ſectæ ſuæ conſentaneis attingit verſibus, Lucret. lib. 4.

Exſtanteſque procul medio de gurgite montes,
Claſſibus inter quos liber patet exitus Idem
Apparent: & longe divolſi licèt abſunt,
Inſula conjunctis tamen ex his una videtur.

Dalecamp.

b *Ariam.*] De hac vide Theophraſt. cap. 5. lib. 4. hiſtor. *Idem.*

vaſtas ſolitudines habet. Ab extremo Aquilone ad initium Orientis æſtivi Scythæ ſunt. Extra eos [1] ultraque Aquilonis initia Hyperboreos aliqui poſuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde [2] noſcitur promontorium Celticæ [a] Lytarmis, [b] fluvius Carambucis, ubi laſſata cum [3] ſiderum vi Riphæorum montium deficiunt juga. Ibique Arimphæos quoſdam accepimus, haud diſſimilem Hyperboreis gentem. Sedes illis nemora, alimenta baccæ, capillus juxta fœminis viriſque in probro exiſtimatur: ritus clementes. Itaque ſacros haberi narrant, [c] inviolatoſque eſſe etiam feris accolarum populis: nec ipſos modo, ſed illos [4] etiam, qui ad eos [5] perfugerint. [d] Ultra eos plane jam Scythæ, Cimmerii, [6] Cicianthi, [7] Georgi, & Amazonum gens. [e] Hæc uſque ad Caſpium [8] & Hyrcanum mare. [9] Namque id [f] erumpit Scythico Oceano in averſa Aſiæ, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus, Caſpio & Hyrcano. Non minus hoc eſſe quam Pontum Euxinum, Clitarchus putat. Eratoſthenes ponit & menſuram: ab exortu [10] ad meridiem, per Caduſiæ & Albaniæ oram quinquies mill. CCCC.

1 ultraque *in man. non leg.*
2 naſcitur.
3 conſidere videntur vi Riphæorum montium deficientia juga.
4 quoque, *Ch.*
5 profugerint. *M.*
6 Ciſianthi. *Baſ.*
7 Cherorgi. *Ch.*
8 ſeu. *V.*
9 Nam & erumpit è Scythico. *V. lego:* Erumpit, id eſt, &c.
10 & Meridie. *Tol. & Man.*

a *Lytarmis.*] Id hodie Capo de Oby, hoc eſt, promontorium Obycum, ab Obyo fl. eo loci in mare ſeſe exonerante dici videre eſt in Ortel. & Mercatoris tab. geograph. *Dalec.*

b *Fluvius Carambucis, ubi laſſata cum ſiderum vi Riphaeorum montium deficiunt juga, &c.*] Intelligit ubi montium Riphæorum juga deficiunt, ibi quoque vim ſiderum rigentium laſſari, & majorem eſſe aëris temperiem. ſic paulo ante loquitur: *verum Aſia quoque magna portio appoſita Septentrioni, injuria ſideris rigentis vaſtas ſolitudines habet.* Salmaſ.

c *Inviolatoſque eſſe etiam feris accolarum populis.*] Legend. *inviolatoſque eſſe etiam feris accolarum populorum.* Græca locutio eſt, τοῖς ἀσύλοις τ̃ περιοικούντων ἐθνῶν. Salmaſ. pag. 209. b.

d *Ultra eos plane jam Scythæ, Cimmerii, &c.*] Lege: *Ultra eos plane jam Scythæ, Cimmerii, Ciſſianti, Georgi & Amazonum gens.* Vid. *Iſac. Voſſium* in Melam. pag. 12.

e *Hæc uſque ad Caſpium & Hyrcanum mare, &c.*] Leg *Hæc uſque ad Caſpium & Hyrcanum mare: nam id erumpit è Scythico Oceano in averſa Aſiæ, &c.* Salmaſ. pag. 210.

f. *Erumpit Scythico Oceano.*] Errat Plinius: Caſpium enim mare in continenti eſt velut lacus: nulloque oſtio ex Oceano erumpit. Communem hunc veteribus errorem fuiſſe jam ante notavimus ad lib. 2. cap. 67. Vide & infra cap. 17. *Dal.*

cccc. ſtad.[a] Inde per Aratiaticos, Amarbos, Hyrcanos, ad oſtium Zoni fluminis, quater mil.[1] DCCC. ſtad. Ab eo ad oſtium Jaxartis [2]mil. CCCC. Quæ ſumma efficit quindecies centena [3] ſeptuaginta quinque mill. paſſ. Artemidorus hinc detrahit viginti quinque M. paſſuum. Agrippa Caſpium mare, genteſque quæ circa ſunt, & cum his Armeniam determinans, ab Oriente Oceano Serico, ab Occidente Caucaſi jugis, à Meridie Tauri, à Septentrione Oceano Scythico, patere qua cognitum eſt, CCCCXC. M. p. in longitudinem: CCXC. M. in latitudinem prodidit. Non deſunt vero qui ejus maris univerſum circuitum à freto XXV. M. paſſ. tradunt. Irrumpit autem arctis faucibus, in longitudinem ſpatioſis. At ubi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus: velut ad Mæotin lacum ab ore [4]diſcedens, [b]Scythici arcus (ut auctor eſt M. Varro) ſimilitudine. Primus ſinus appellatur Scythicus: utrinque enim accolunt Scythæ, & per anguſtias inter ſe commeant; hinc Nomades, & Sauromatæ multis nominibus; illinc Abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextra, mucronem ipſum faucium tenent Udini Scytharum populus: [c]dein per oram Albani (ut ferunt) ab Iaſone[5] orti. Ante quos mare quod eſt, Albanum nominatur. Hæc gens ſuperfuſa montibus Caucaſeis, ad Cyrum amnem, Armeniæ confinium atque Iberiæ deſcendit, ut di-

1 DCCCC. *Ch.*

2 *Melior vetuſta lectio:* M.M.CCCC *ita exigente & calculi ratione, defuturis alioqui ſummæ ſequenti mille ſtadiis.*

3 quadraginta millia ſtadia. *V.*

4 deſcendens. *M.*

5 creti. *M.*

a *Inde per Aratiaticos, Amarbos, &c.*] Leg. *Inde per Arariacas, Amardos, Hyrcanos ad oſtium Oxi fluminis quater mille octingenta ſtadia.* Salmaſ. pag. 210. 2.

b *Scythici arcus [ut auctor eſt M. Varro, ſimilitudine.*] Toletanum apographon non *Scythici arcus* habet, ſed *ſilicis:* Salmanticenſe commodius, & minore à vero diſtantia *ſicilis:* legendum reor *ſicilicis.* Sextus Pompejus, *Sicilices*, inquit, *haſtarum ſpicula lata.* Confirmare videntur hanc lectionem verba pauló poſt ſequentia: *Ab introitu dextra mucronem ipſum faucium tenent, &c.* Pint.

c *Dein per oram Albani (ut ferunt) ab Jaſone orti.*] Per oram intelligit Plinius Caſpii maris, cujus fauces ad mucronem ipſum Udinos dicit tenere Scythiæ populum, dein per oram Albanos: ante quos mare quod eſt, vocatur Albanum. Sed hoc minus bene. Vide *Salmaſ.* Plin. exerc. p. 189. 190.

ut dictum eſt. [1] Super maritima ejus Udinorumque gentem, Sarmatæ, Utidorſi, Aroteres prætenduntur: quorum à tergo indicatæ jam [2] Amazones Sauromatides. Flumina per Albaniam decurrunt in mare, Caſſios & Albanos: deinde Cambyſes in Caucaſiis ortus montibus: mox Cyrus in Coraxicis, ut diximus. [a] Oram omnem à Caucaſo prælaltis rupibus [3] inacceſſo, patere ccccxxv. mill.paſſ. auctor eſt Agrippa. A Cyro Caſpium mare vocari incipit: accolunt Caſpii. Corrigendus eſt error in hoc loco multorum [4] & eorum etiam, qui in Armenia res proxime cum Corbulone geſſere. Namque hi Caſpias appellavere portas Iberiæ, quas Caucaſias diximus vocari: ſituſque depicti & inde miſſi, hoc nomen inſcriptum habent. Et Neronis principis comminatio, ad Caſpias portas tendere dicebatur, cum peteret illas, quæ per Iberiam in Sarmatas tendunt, [5] vix ullo propter appoſitos montes aditu. Ad Caſpium mare ſunt aliæ, Caſpiis gentibus junctæ: [6] quod dignoſci non poteſt, niſi comitatu rerum Alexandri Magni. Nanque Perſarum regna, quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Perſicum & [7] Hyrcanum Caucaſiis jugis attolluntur: utrinque per devexa [8] laterum Armeniæ majori, à frontis parte, quæ vergit in Comagenen, Sophene (ut diximus) copulatur, eique Adiabene Aſſyriorum initium. Cujus pars eſt Arbelitis, ubi Darium Alexander debellavit, [9] proxima [b] Syriæ. Totam eam Macedones [c] Mygdaniam cognominaverunt à ſimilitudine.

1 ſupra. *Ch.*

2 Amazones & Sauromatid.

3 inacceſſam.

4 & *in Ch. non leg.*

5 *Man. ſic legit mutata diſtinctione,* vix ullo, propter appoſitos montes, aditu ad Caſpium mare. Sunt autem aliæ, &c. appoſitos *non legit* Ch.

6 quod cognoſci non potuit, niſi in dominatu rerum, &c.

7 Hyrcaniam. *Ch.*

8 laterum. Armeniæ.

9 proxime. *M.*

a *Oram omnem à Caucaſo prealtis rupibus inacceſſo.*] Archetypum Toletanum non *Caucaſo*, ſed *raſo* præfert: Salmant. *Caſo.* Fortaſſe vera eſt lectio, *Caſſio.* Flumine videlicet mox ante dicto. Et in eiſdem exemplaribus *inacceſſam* fere legitur, ut intelligas *oram.* Pintian.

b *Proxima Syriæ.*] Scribendum arbitror, *Aſſyriæ,* hoc ſenſu: Aſſyriæ initium eſſe Adiabenem, & ejus partem, quæ ſit proxima Aſſyriæ proprie dictæ, nominari Arbelitin. *Idem.*

c *Mygdaniam cognominaverunt à ſimilitudine.*] Vide Strabonem lib. 16. *Dal.* a *Ninus.*]

dine. Oppida, Alexandria, item Antiochia, quam Niſibin vocant. Abeſt ab Artaxatis DCCL. M. p. Fuit & [a] Ninus impoſita Tigri, ad Solis occaſum ſpectans, quondam clariſſima: Reliqua vero fronte, qua tendit ad Caſpium mare, Atropatene, ab [1] Armeniæ Otene regione diſcreta Araxe. Oppidum ejus Gazæ ab Artaxatis CCCCL. M. p. Totidem ab Ecbatanis Medorum, quorum pars ſunt Atropateni.

1 & ab Armenia Otone regio. *M. alii* opere.

CAP. XIV. *Media, Caſpiæ portæ.*

Ecbatana caput Mediæ Seleucus rex condidit: à Seleucia magna DCCL. M. p. à portis vero Caſpiis XX. M. Reliqua Medorum oppida, [2] Phauſia, [3] Agamzua, Apamia Rhaphane cognominata. Cauſa portarum nominis eadem, quæ ſupra, interruptis anguſto tranſitu jugis, ita ut vix ſingula meent plauſtra, longitudine VIII. mill. p. toto opere manu facto. Dextera lævaque ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli, ſitiente tractu per [4] XXXVIII. mill. p. Anguſtias impedit [5] corrivatus ſalis è cautibus liquor, atque eadem emiſſus. Præterea ſerpentium multitudo, niſi hieme, tranſitum non ſinit.

2 Phiſcanzaga. *M. Ardonil.*
3 *Ptolemæo* Aganzagua.
4 XXVIII. *M & Ch.*
5 derivatus ſalis liquor è cautibus.

CAP. XV. *Gentes circa Hyrcanum mare.*

[b] Adiabenis connectuntur Carduchi, quondam dicti, nunc [6] Cordueni, præfluente Tigri: his Pratitæ, [7] Paredoni appellati, qui tenent Caſpias portas. Iis à latere altero occurrunt deſerta Parthiæ, & Citheni juga. [c] Mox ejuſdem Parthiæ

6 Gordyeni. *V.*
7 Parodon. *Tol.* παρ' ἄλλ.

a *Ninus.*] *Moſul*, indeque Aſſyria vulgo dicitur *Moſul*. Ejus Metropolis eſt Ninive ubi Jonas Propheta prædicavit pœnitentiam. *Dal.*

b *Adiabenis connectuntur Carduchi.*] Non *Cadurci*. nam *Cadurci* Galliæ ſunt provinciæ, non Parthorum regni. Et Carduchorum appellationem Macedones poſtea in mollius deflexerunt Corduenos vocantes. *Gelen.*

c *Mox ejuſdem Parthia amœniſſimus ſitus.*] Legendum *amœniſſimus ſinus*, ut ſupra cap. 8. hujus lib. oſtendi, favente etiam antiqua lectione. *Pintian.*

Parthiæ amœniſſimus ſitus, qui vocatur Choara. Duæ urbes ibi Parthorum, [1] oppoſitæ quondam Medis, Calliope, & alia in rupe Iſſatis quondam. Ipſius vero Parthiæ caput [2] Hecatompylos abeſt à portis CXXXIII. mill. p. Ita Parthorum quoque regna foribus diſcluduntur. Egreſſos portis excipit protinus gens Caſpia, ad littora uſque, quæ nomen portis & mari dedit. Læva [3] montoſa. Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem produntur [4] CCXX. mill. p. Ab eodem amne ſi ſubeatur ad portas, DCC. mill. p. Hunc enim [5] deinde cardinem Alexandri Magni itinera [6] fecere, ab iis portis ad Indiæ principium, ſtadia quindecim millia ſexcenta octoginta prodendo: ad Bactra oppidum, quod appellant Zariaſpa, tria millia ſeptingenta. Inde ad Jaxartem amnem quinque mill.

1 appoſitæ. Ch.
2 Hecatompylos à centum portis. Pintian.
3 montuoſa. Ch.
4 cxx. Ch.
5 deinde, redundat, neque legitur in manuſcr. exemplarib.
6 fecere. Ab iis portis ad Indiæ principium octoginta procedendo ad Bactra, &c. V.

Cap. XVI. *Item aliæ gentes.*

A Caſpiis ad Orientem verſus regio eſt, [7] [a] Zapavortene dicta, & in ea fertilitatis inclytæ locus [8] Dareum. Mox gentes Tapyri, Anariaci, Stauri, Hyrcani, à quorum litoribus idem mare Hyrcanum vocari incipit, à flumine Syderi. [9] Circa id amnes [10] Mazeras, Stratos, omnia ex Caucaſo. Sequitur regio [11] Margiane, apricitatis inclytæ, ſola in eo tractu vitifera; undique incluſa montibus amœnis, ambitu ſtadiorum mille quingentorum; difficilis aditu propter harenoſas ſolitudines per CXX. mill. paſſuum; & ipſa contra Parthiæ tractum ſita, in qua Alexander Alexandriam condiderat. [b] Qua diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius, eodem loco reſtituit

7 Apavortene. Ch.
8 Dareium mons. Gentes Tapyri, &c. Man. Vet. Ch.
9 Cira. Ch.
10 Mazara, quibuſdam.
11 Margiana. Ch.

a *Zapavortene dicta, & in ea fertilitatis inclyta locus, Dareon mons: gentes Tapyri, Anariaci, Hyrcani.*] Id eſt, τὸ Δαρεῖον ὄρος. An Plinio *Daritis* eadem eſt? lib. VI. cap. 23. *Ariana partem aliqui Daritin eſſe volunt.* Sed Daritis in ea Ariana non erat, quam Plinius eo capite deſcripſit. Vide *Salmaſ.* pag. 982. b.

b *Qua diruta à barbaris, &c.*] Legend. *Quam dirutam à barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit. Syris amne eam interfluente Margo, qui corrivatur in* *Zotha-*

reſtituit [1] Syrianam interfluente Margo, qui corrivatur in Zotale. is maluerat illam Antiochiam appellari. Urbis amplitudo [2] circuitu LXX. ſtad. In hanc Orodes Romanos, Craſſiana clade captos deduxit. Ab hujus excelſis per juga Caucaſi protenditur ad Bactros uſque gens Mardorum, fera, ſui juris. Ab eo tractu gentes Ochani, Chomari, Berdrigei, Harmatotrophi, Bomarei, [3] Commani, Marucæi, [4] Mandrueni, Iatii. Flumina Mandrum, Gridinum: ultraque Choraſmii, Gandari, Attaſini, Paricani, Sarangæ, Parrhaſini, Maratiani, Naſotiani, [5] Aorſi, Gelæ, quos Græci Caduſios appellavere, [6] Matiani. Oppidum Heraclea, ab Alexandro conditum: quod deinde ſubverſum ac reſtitutum, [a] Antiochus Achaida appellavit: Derbices, quorum medios fines ſecat Oxus amnis, ortus in lacu [7] Oxo: Syrmatæ, Oxii, Tagæ, Heniochi, Bateni, [8] Saraparæ, Bactri, quorum oppidum Zariaſpe, quod poſteà Bactrum à flumine appellatum eſt. [b] Gens hæc obtinet averſa montis Paropamiſſi, [9] ex adverſo fontis Indi: includitur flumine Ocho. Ultra Sogdiani, oppidum Panda, & in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro Magno [10] conditum. Aræ ibi ſunt ab Hercule ac Libero patre conſtitutæ, item

Cyro

1 Seleuciam. Nam interfluente Mago, qui corrivatur in Zotale, maluerant illam appellare Antiochiam. *M. Ptolem Stephanus Pint.* qui corrivatur. Maluerunt alii Antiochiam appellare.
2 circuitur. *Ch.*
3 Coammani. *V.*
4 Mandradani. *V.*
5 Aſilegi, quos. *V. & M.*
6 Materni. *M.*
7 Oxia. *V.* Axo. *Ch. Vide cap. ſeq.*
8 Saapare. *Baſil.*
9 & adverſus fontes Indi. *M. Vet.*
10 Oppidum. *M. & Vet.*

Zothalicis, maluerunt illam Antiochiam appellari. Antiochus Alexandriam Margianæ dirutam à barbaris eodem loco & nomine reſtituerat. Syri quos incolas dedit urbi, maluerunt eam *Antiochiam* appellari de nomine conditoris ſive reſtitutoris. Vel ſic potius emendes: *Qua diruta à barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit. Seleuciam, interfluente Margo qui corrivatur ab incolis; maluere & illam Antiochiam appellari.* Seleuciam in loco Alexandriæ reſtituit Antiochus Seleuci filius, indito patris nomine. Eam interfluit Margus, qui corrivatur ab incolis, hoc eſt, in rivos deducitur ad irrigandam regionem, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκει). *Salmaſ.* 983. b.

a *Antiochus Achaida appellavit.*] Ergo ab Achæo aliquo condita non ab Alexandro. De alio Achæo non poſſumus intelligere, quam de illo, qui Antiochum Seleuci regis filium cognatione contingebat, & Aſiam cis Taurum dynaſtæ nomine, mox regis aliquamdiu tenuit. Vide *Salmaſ.* pag. 984. b.

b *Gens hæc obtinet averſa montis, &c.*] Sic lege: *Gens hæc obtinet averſa montis Paropamiſi, exadverſus fontes Indi.* Sic infra: *Exadverſum Bactrianos hoc oppidum.* Vide *Salmaſ.* pag. 985. b. Infra ibid. legitur; *Demonax*, pro *Demonas* & hoc pro *Demodamas.* Idem ibid.

 a *Apolli-*

Cyro & Semiramide atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Jaxarte, quod Scythæ Silyn vocant: Alexander militeſque ejus, Tanain putavere eſſe. [1] Tranſcendit eum amnem Demonax, Seleuci & Antiochi regum dux, quem maxime ſequimur in iis: araſque [a] Apollini Didymæo ſtatuit.

[1] Transgreſſos eſt. *M. & Vet.*

Cap. XVII. *Scytharum gens.*

Ultra ſunt Scytharum populi. Perſæ illos Sacas in univerſum appellavere à proxima gente, antiqui Arameos. Scythæ ipſi Perſas, Chorſaros: & Caucaſum montem, Graucaſum, hoc eſt, nive candidum. Multitudo populorum innumera: & quæ cum Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum Sacæ, [b] Maſſagetæ, Dahæ, Eſſedones, [2] Ariacæ, Rhymnici, Peſici, Amordi, Hiſti, Edones, Camæ, Camacæ, Euchatæ, Cotieri, Antariani, Pialæ, Arimaſpi, antea Cacidari, Aſæi, Octei. Ibi Napæi interiiſſe dicuntur, & Apellæi. Nobilia apud eos flumina, [3] Mandragæum & Caſpaſium. Nec in alia parte [4] major auctorum inconſtantia; credo propter innumeras vagaſque gentes. Hauſtum ipſius maris dulcem eſſe & Alexander Magnus prodidit, & M. Varro, talem perlatum Pompeio, juxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentium amnium victo ſale. [c] Adjicit idem, Pompeii ductu exploratum, in Bactros ſeptem diebus ex India perveniri ad Icarum flumen, quod in Oxum

[2] Aſtocæ. *V. & M.*

[3] Mandragæum & Caſpaſum. *Ch.*

[4] majorem auctorum inconſtantiam. *V. & Man.*

a *Apollini Didymæo.*] De Didymæo vide ſupra cap. 19. lib. 5. *Dalec.*

b *Maſſagetæ.*] Negotiatores qui mercium gratia Cambalum petunt prohibentur edicto magni Cham Maſſagetas transgredi. *Dalec.*

c *Adjicit idem Pompeii ductu exploratum in Bactros ſeptem diebus ex India perveniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat.*] Lege: *Perveniri ad Achtum flumen quod in Oxum* (an *Ochum*) *flumen influit.* Mens Plinii eſt, cum Romani ductu Pompeii ibi locorum ad Caſpium ſcil. mare cum Mithridate vel Tigrane bellum gererent, exploratum illis eſſe ſeptem diebus ex India Bactris uſque ad Icarum flumen perveniri poſſe. *Salmaſ.* pag. 216.

Oxum influat: [a] & ex eo per Caſpium in Cyrum ſubvectas, quinque non amplius [1] dierum terreno itinere, ad Phaſin in Pontum Indicas poſſe devehi merces. Inſulæ toto eo mari multæ, vulgata una maxime [2] Tazata: à Caſpio mari Scythicoque Oceano, in [3] eam curſus inflectitur, ad Orientem converſa litorum fronte. Inhabitabilis ejus prima pars, à Scythico promontorio, ob nives: proxima inculta, ſævitia gentium. Anthropophagi Scythæ inſident, humanis corporibus veſcentes. Ideo juxta vaſtæ ſolitudines, ferarumque multitudo, [4] [b] haud diſſimilem hominum immanitatem obſidens. Iterum deinde Scythæ. Iterumque deſerta cum belluis, uſque ad jugum [5] incumbens mari quod vocant Tabin. Nec ante dimidiam ferme longitudinem ejus oræ quæ ſpectat æſtivum Orientem, inhabitatur illa regio. Primi ſunt hominum, [6] qui noſcantur, [c] Seres, lanicio ſilvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem: unde geminus fœminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat. [d] Seres

mites

1 diebus. *V.*

2 Talga, *vel* Talca. *V.*

3 Eoum *(id eſt, orientalem Oceanum) Pint. & Ch.*

4 haud diſſimili homines immanitate occidens.

5 incubans. *Ch.*

6 qui vocantur. *M.*

a *Et ex eo per Caſpium in Cyrum, &c.*] Plin. ſcribit ex flumine Dargilo, quod in Oxum influit, Indicas merces per Caſpium mare ſubvehi poſſe in Cyrum amnem, qui fines Iberiæ & Armeniæ interluit: ex Cyro porro amne quinque dierum tantum iter eſſe terrenum uſque ad Phaſin: inde in Pontum devehi. *Salmaſ.* pag. 216. b.

b *Haud diſſimilem hominum immanitatem obſidens.*] Lege: *haud diſſimilis hominum immanitati, obſidens.* id eſt, juxta ſolitudines & eas obſidens ferarum multitudo hominum immanitati haud diſſimilis. *Salmaſ.* pag. 189. b.

c *Seres lanicio ſilvarum nobiles, &c. unde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi.*] Hinc colligitur, Serica texta quæ ex Seribus adferebantur, quod preſſius denſata eſſent, filatim reſolvi ſolita à mulieribus Europæis, & rurſus texi, tenuiore ac rariore textura, ut inde ſcilicet veſtes fierent, quæ fœminas tegendo nudarent, & per quas in publico totæ tralucerent. Vide *Salmaſ.* in Tertull. pall. pag. 246. 247. *Seres, lanicio ſilvarum nobiles.*] Virg. 2. Georgicorum:

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Dalec.

d *Seres mites quidem, ſed & ipſis, &c.*] Legend. *Seres mites quidem, ſed & ipſi feris ſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, commercia deſpectant,* id eſt, deſpiciunt. *Salmaſ.* pag. 989. a. *Seres mites quidem, &c.*] Claudianus:

Stamine quod molli tondent de ſtipite Seres.

Seneca Poëta:

Quæ fila ramis ultimis Seres legunt.

Arria-

mites quidem, ſed & ipſis feris perſimiles [a] cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia [1] expectent. Primum eorum noſcitur flumen Pſitaras, proximum [2] Carabi, tertium Lanos, à quo promontorium: Chryſe ſinus, Cyrnaba flumen, [3] Attanos ſinus. Et gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio afflatu ſecluſa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt, temperie. De iis privatim condidit volumen Amometus, ſicut Hecatæus de Hyperboreis. [b] Ab Attacoris gentes [4] Thyri & Tochari, & jam Indorum [5] Caſiri: introrſus ad Scythas verſi, humanis corporibus veſcuntur. Nomades quoque Indiæ vagantur. Sunt qui ab Aquilone contingi ab ipſis & Cyconas dixere, & Bryſanos. [6] [c] Sed inde (ut plane conſentiunt omnes) Emodi montes aſſurgunt, Indorumque gens incipit, non eo tantum mari adjacens, verum & meridiano, quod Indicum appellavimus: quæque pars Orienti adverſa recto prætenditur ſpatio, [7] & flexum & initium Indici maris XVIII. LXXV. mill. paſſuum colligit. Deinde qua flectitur in meridiem XXIV. LXXV. mill. paſſ. ut Eratoſthenes tradit, uſque ad [8] Indum, qui eſt ab Occidente finis Indiæ. Complures autem totam ipſius longitudinem XL. dierum noctiumque velifico navium curſu determinavere: & à Septentrione ad Meridiem [9] XXVII. quinquaginta mill. paſſuum. Agrippa longitudinis XXXIII. latitudinis [10] XXIII. prodidit. Poſidonius ab æſtivo Solis ortu ad hi-

1 expetant. V.
2 Cambari. Ch.
3 Atianos. Ch.
4 Thuni. M.
5 Caſibi. Tinetus.
6 Sed unde plane conſtent gentes. Tol. Salm. & M.
7 ad. M. & V.
8 Indum amnem qui, &c. Ch.
9 XXVIII. Ch.
10 XIII. Ch.

Arrianus in Periplo νῆμα σηρικὸν vocat. Dionyſ. lib. μεγ. σηρικὴν ὑφασμαίνιδες Βαρβάρων ἔργον. Strab. l. 18. τοιαῦτα δὲ τὰ σηρικὰ ἐκ τινῶν φύλλων (non φλοιῶν) ξενομένης βύσσου. *Dalec.*

a *Cœtum mortalium reliquorum fugiunt, cum commercia expectent.*] Hodie ubi merces expoſuere venales pretium in tabulis ſcribunt in oraque dimittunt. Mercatores igitur mutata negotiatione euntes deponunt pretium & merces auferunt. *Idem.*

b *Ab Attacoris, gentes Thyri & Tochari.*] Inde Attacoros populos hic nobis reddiderunt, atqui legendum eſt: *Ab Attacorum gente, Thyni & Tochari.*

c *Sed inde, ut plane conſentiunt omnes.*] Lege: *Sed inde ut plane conſtat inter omnes, &c.* Salmaſ. 991. a.

a *Quam*

ad hibernum exortum metatus eſt eam, adverſam Galliæ ſtatuens, [a] quam ab occidente æſtivo ad occidentem hibernum metabatur totam à Favonio. Itaque [1] obverſam ejus venti afflatu juvari Indiam, ſalubremque fieri, haud dubia ratione docuit. Alia illius cœli facies, alii ſiderum ortus: [2] [b] binæ meſſes in anno, binæ æſtates, media inter illas hieme Eteſiarum flatu: noſtra vero brumali. Lenes ibi auræ, mare navigabile, [3] gentes & urbes innumerabiles, ſi quis omnes perſequi velit. Etenim patefacta eſt non modo Alexandri Magni armis, regumque, qui ei ſucceſſere, circumvectis etiam in Hyrcanum mare, & Caſpium Seleuco & Antiocho, præfectoque claſſis eorum Patrocle: verum & aliis auctoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati (ſicut Megaſthenes, & Dionyſius à Philadelpho miſſus ex ea cauſa) vires quoque gentium prodidere. [c] Non tamen [4] deeſt diligentiæ locus, adeo diverſa & incredibilia traduntur. Alexandri Magni comites [d] in eo tractu Indiæ, [5] quem ſubegerant, ſcripſerunt quinque millia oppidorum fuiſſe, [6] nullum Cominus, [e] gentium IX. Indiamque tertiam partem eſſe terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili ſane ratione. Indi enim

1 adverſum ejus veuti afflatum juvare Indiam ſalubrem haud dubia ratione docuit. *Man.*

2 binæ æſtates in anno, binæ meſſes *Pint.*

3 gentes ibi, urbeſque. *Ch.*

4 eſt diligentiæ locus. *Tol.* & *Ch.*

5 quem armis ſubegerant. *Ch.*

6 nullumque minus. *V.* & *M.* nullum cogi minus. *Ch.*

a *Quam ab occidente æſtivo ad occidentem, &c.*] Legend. *quam ab occidente æſtivo, ad occidentem hiberno metabatur totam. Favonio itaque obverſam, ejus venti afflatu juvari Indiam, ſalubremque fieri ea ratione docuit.* Salmaſ. 991. a.

b *Bina meſſes in anno, bina æſtates, &c.*] Leg. *binæ æſtates in anno, binæ meſſes, media inter illas hieme Eteſiarum flatu, noſtra vero bruma.* Idem ibid.

c *Non tamen deeſt diligentia locus, &c.*] Leg. *Nec tamen eſt diligentiæ locus, adeo diverſa, &c.* Non eſſe diligentiæ locum dicit, ubi tam diverſa & tam incredibilia narrantur. *Salmaſ.* 991. a.

d *In eo tractu India, quem ſubegerant, &c.*] Leg. *in eo tractu India quem is ſubegerit.* Et pro *nullum Cominus*, libri ſcribunt: *nullum cogi minus.* tralaticia, *nullum Coi minus*, pro *nullum Coo minus.* Puto itaque in libris Plinii ſcriptum eſſe: *ſcripſerunt quinque millia oppidorum fuiſſe, nullum Coo minus, gent.* IX. hoc eſt, *gentes novem*, ut ſubintelligatur, *millia*, ex ſuperiore repetendum. Vide *Salmaſ.* pag. 992. a.

e *Gentium* IX.] Solinus cap. 53. *gentium* IX. M. *&c.* Novem enim, non plures, eſſe Indiæ gentes, veriſimile non eſt, cum mox paulo ſequatur, Senecam duodeviginti centumque poſuiſſe. *Pint.*

a Colli-

enim prope gentium ſoli nunquam [1] emigravere finibus ſuis. [a] Colliguntur à Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum CLIV. [2] annis quinque mill. CCCCLI. adjiciunt & menſes tres. Amnium mira vaſtitas. Proditur Alexandrum nullo die minus [3] ſtadia ſexcenta navigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare, adjectis paucis diebus: & tamen minorem Gange eſſe conſtat. Seneca etiam [4] apud nos tentata Indiæ [5] commentatione ſexaginta amnes ejus prodidit; gentes duodeviginti centumque. Par [6] labor ſit montes enumerare. [b] Junguntur inter ſe Imaus, Emodus, Paropamiſus, Caucaſi partes, à quibus tota decurrit in planitiem immenſam, & Ægypto ſimilem. Verum ut terrena [7] demonſtratio intelligatur, Alexandri Magni veſtigiis inſiſtamus. [c] Diognetus & Beton itinerum ejus menſores, ſcripſere, à portis Caſpiis Hecatompylon Parthorum, quot diximus millia eſſe: inde Alexandriam Arion, quam urbem is rex condidit, [8] DLXV. mill. Inde ad Prophthaſiam Drangarum CXCIX. mill. Inde ad Arachoſiorum oppidum DXV. mill. Inde Orthoſpanum [9] CCL. mill. [d] Inde Alexandri oppidum quinquaginta mill. In quibuſdam

1 migravere. *Ch.*
2 annis ſex. *M. V. & Ch.*
3 quam ſtadia.
4 apud nos (ut & Megaſtenes) *M.*
5 commendatione. *M.*
6 labos. *Ch.*
7 demonſtratione. *Tol.*
8 DLXXV. *Ch.*
9 CLXXV. *Ch.*

a *Colliguntur à Libero patre, ad Alexandrum Magnum, &c.*] Sic leg. *Colliguntur à Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum* cliij. *annis ſex millibus* cccclj. *adjiciunt & menſes tres.* Salmaſ. 992. a.

b *Junguntur inter ſe Imaus, Emodus, &c.*] Lege: *Junguntur inter ſe Imaus, Paropamiſus, Caucaſus.* Vide *Salmaſ.* 788. b.

c *Diognetus & Beton itinerum ejus menſores, &c.*] Legend. *Diognetus & Beton itinerum ejus menſores ſcripſere à portis Caſpiis Hecatompylon Parthorum quot diximus millia eſſe: inde Alexandriam Arion, quam urbem is rex condidit* cccclxxv. *inde ad Prophthaſiam Drangarum* CXCIX. *Hinc ad Arachoſiorum oppidum* cccclxv. *Hortoſpanum* clxxv. *Inde ad Alexandri oppidum quinquaginta. In quibuſdam exemplaribus diverſi numeri reperiuntur. Hanc, &c.* Vide *Salmaſ.* p. 792. a.

d *Inde Alexandri oppidum.*] Quid ſit aliud Alexandri oppidum quam Alexandria, non video. Nec item intelligo qua ratione, ſi ab Alexandro conditum eſt, non ſit Alexandria potius, aut Alexandropolis vocatum, ut hactenus viſum eſt, quam Alexandri oppidum, inſolita nominatione. Quapropter ſuſpicio me tenet, non *Alexandri oppidum*, ſed *Alexandriam Opianes* hic eſſe ſcribendum, ex Stephano, qui eam circa Indiam locat. *Pintian.*

a *Ab*

dam exemplaribus diverſi numeri reperiuntur: hanc urbem ſub ipſo Caucaſo eſſe poſitam. [a] Ab ea ad flumen Chepta, & oppidum Indorum [1] Peucolaitin, ccxxvii. mill. Inde ad flumen Indum & oppidum Taxila, ſexaginta mill. Ad [2] Hydaſpen fluvium clarum, cxx. mill. Ad Hypaſin non ignobiliorem, [3] xlix. cccxc. mill. qui fuit Alexandri itinerum terminus, exſuperato tamen amne, ariſque in adverſa ripa dicatis. Epiſtolæ quoque regis ipſius conſentiunt his. Reliqua inde Seleuco Nicatori peragrata ſunt: ad Heſidrum, clxviii. mill. Jomanem amnem tantundem. Exemplaria aliqua adjiciunt quinque millia paſſuum. Inde ad Gangen cxii. mill. Ad Rhodapham [4] cxix. mill. Alii cccxxv. mill. in hoc ſpatio produnt. Ad Calinipaxa oppidum, clxvii. D. alii [5] cclxv. mill. inde ad confluentem Jomanis amnis, & Gangis dcxxv. mill. plerique adjiciunt xiii. mil. ad oppidumque Palibotra ccccxxv. Ad oſtium Gangis dcxxxviii. mill. paſſ. Gentes, quas memorare non pigeat, à montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua nivoſum ſignificante, Iſari, Coſyri, Izgi, & per juga Chiſiotoſagi, multarumque gentium cognomen Bracmanæ, quorum Maccocalingæ: flumina [6] Pumas & Cainas (quod in Gangem influit) ambo navigabilia. Gentes Calingæ proximi mari, & ſupra Mandei, Malli, quorum mons Mallus, [7] [b] tractuſque ejus finis Ganges.

CAP.

1 Peucodatin ccxxxvii. *Ch.*

2 Bidaſpen, *Ptolemæo.*

3 xxix. ccclxxx. *Ch.*

4 dlxix. *Ch.*

5 cclv. *Ch.*

6 Prinas. *Ch.*

7 finiſque ejus tractus eſt Ganges. *Ch.*

a *Ab ea ad flumen Chepta, & oppidum, &c.*] Lege: *Ab ea ad flumen Copheta, & oppidum Indorum Peucolaotin* ccxxvii. *Salmaſ.* 795. a. *Ab ea flumen Chepta*] Scribo *Cophета*, ex utroque exemplari. Fluvius eſt Cophes Indiæ, celebratus ab omnibus Græcis juxta ac Latinis: qui & Cophen etiam in recto dicitur. Plinius de eo infra capite xxiii. *Flumen Cophes. Influunt in eum navigabilia, Sadarus, Paroſpus, Sodinus.* Pintian.

b *Tractuſque ejus finis Ganges.*] Hæc verba hujus capitis conjunge cum ſequentib. & lege: *finiſque ejus tractus eſt Ganges Hunc alii incertis fontibus, ut Nilum, &c.* Quæ verba ſic connectenda. Vide *Salmaſ.* pag. 992. a.

a *Ubi*

Cap. XVIII. *Fluvius Ganges.*

HUnc alii incertis fontibus, ut Nilum, riganteinque vicina eodem modo, alii in Scythicis montibus naſci dixerunt. Influere in eum XIX. amnes. Ex iis navigabiles, præter jam dictos, Canu-
1 *in M. & Vet. deeſt.* cham,[1] Vamam, Erranoboam, Coſoagum, Sonum.
2 Ipſis ſtatim fontibus. Alii cum magno fragore[2] ipſius ſtatim fontis erumpere, dejectumque per ſcopuloſa & abrupta, ubi primum molles planities contingat, in quodam lacu hoſpitari: inde lenem fluere, ubi minimum VIII. mill. paſſ. latitudine, [a] ubi modicum, ſtadiorum
3 altitudine. *Ch.* centum,[3] altitudine nuſquam minore paſſ. XX.

Cap. XIX. *Gentes Indiæ.*

4 Gandaridum. *V.* [b] NOviſſima gente[4] Gangaridum Caſingarum,
5 Portalis. *V. M.* regio[5] Parthalis vocatur. Regi[6] LXX. mill.
6 LXX. *V.* peditum, equites mille, elephanti DCC. in procinctu
7 minoribus. bellorum excubant. Nanque vita[7] mitioribus populis Indorum multipartita degitur. Alii tellurem exercent; militiam alii capeſſunt; merces alii ſuas
8 *non leg. in Ch.* evehunt,[8] res externas invehunt; res publicas optimi ditiſſimique temperant, judicia reddunt, regibus aſſident. [c] Quintum genus celebratæ illic, & prope in religionem verſæ ſapientiæ deditum, voluntaria ſemper morte vitam accenſo prius rogo fi-
9 ſupereſt. *Tol. & Ch.* nit. Unum[9] ſuper hæc eſt ſemiferum, ac plenum laboris

a *Ubi modicum ſtadiorum* c.] Perſuaſum habeo negligentia librarii prætermiſſa hoc loco verba. Ea ſunt, *ubi maximum clx.* ex Marciano & Solino, qui XX. M. paſſ. maximæ latitudini tribuunt: ea faciunt ſtadia clx. *Pintian.*

b *Noviſſima gente Gangaridum, &c.*] Lege: *Noviſſima gente Gangaridûm Calingarum regia Protiass.* Vide *Salmaſ.* p. 992. b. Mox lege: *Regi ſexaginta millia peditum, equites mille, &c.* Idem. p. 994. Sequentia ſic veteres libri leg. *merces alii ſuas evehunt, reſpublicas optumi ditiſſimique curant.* Salmaſ. ibid.

c *Quintum genus celebratæ illic.*] Novo anno incipiente Philoſophi omnes Gymnoſophiſtæ & Brachmanes in venationem cum rege exeunt, & quicquid quiſque compoſuerit, vel annotaverit eo anno in medium proferunt. Ei, qui ter mendax fuerit tota vita repertus, ex lege ſilentium indicitur: qui autem vera dixerit, immunitatem omnium rerum tota vita obtinet. de iis vide Theoph. cap. 5. lib. IV. Hiſt. *Dalec.*

a *Inſu-*

laboris immenſi, [1] & quo ſupra dicta continentur, venandi elephantes domandique. Iis [2] arant, iis invehuntur; hæc maxime novere pecuaria: iis militant, dimicantque pro finibus. Delectum in [3] bellua vires & ætas atque magnitudo faciunt. [a] Inſula in Gange eſt [4] amplæ magnitudinis gentem continens unam, [5] Modogalicam nomine. [b] Ultra ſiti ſunt Modubæ, Molindæ, ubere cum oppido ejuſdem nominis magnifico, Galmodroëſi, Preti, [6] Caliſſæ, Saſuri, Paſſalæ, Colubæ, Orxulæ, Abali, Taluctæ. Rex horum peditum L. M. equitum [7] III. mill. [8] Elephantos cccc. in armis habet. Validior deinde gens Andaræ, plurimis vicis, xxx. oppidis, quæ muris turribuſque muniuntur, regi præbet peditum c. M. equitum II. M. elephantos M. Fertiliſſimi ſunt auri Dardæ, Setæ [9] vero argenti. Sed omnium in India prope non modo in hoc tractu, potentiam claritatemque antecedunt Praſii, ampliſſima urbe ditiſſimaque Palibotra: unde quidam ipſam gentem Palibotros vocant, imo vero tractum univerſum à Gange. Regi eorum peditum ſexcenta M. equitum xxx M. elephantorum IX. M. per omnes dies ſtipendiantur: unde conjectatio ingens opum eſt. Ab iis in interiore ſitu Monedes & Suari, quorum mons Maleus, in quo umbræ ad Septentrionem cadunt hieme, æſtate in auſtrum, per ſenos menſes. Septentriones eo tractu ſemel in anno apparere, nec niſi xv. diebus, Beton auctor eſt: hoc idem pluribus locis Indiæ fieri, Megaſthenes. Auſtrinum polum Indi [c] Dramaſa vocant. Amnis Joma-

1 à quo. *Pinetus.*
2 arantes inveniuntur. *M lego*, iis vehuntur.
3 bella. *Cb. ex gloſſemate.*
4 magnæ amplitudinis. *Cb.*
5 nomine modo Galingam. *Cb.*
6 Acliſſæ. *Cb.*
7 IV. M. *Man. & Cb.*
8 elephantorum. *Cb.*
9 vero & arg. *Cb.*

a *Inſula in Gange eſt ampla magnitudinis, &c.*] Veteres codd. ſic legunt: *Inſula in Gange eſt magna amplitudinis, gentem continens unam nomine Modogalingam.* Vide *Salmaſ.* pag. 995. a.

b *Ultra ſiti ſunt Moduba, Molinda, ubere cum oppido, &c.*] Voci adjectivæ *ubere* nullus hic locus eſt, ſed abiit in eam appellatio tertii populi, *Umbræ* vel *Umbritæ*, qui oppidum eodem nomine incoluerunt. Eos vero è capite ſequente, quo nominantur, reduximus. Vide *Reineſ.* var. lect. lib. 2. c. 7. pag. 169.

c *Dramaſa*] Mathematicis Canopus dicitur.

Jomanes in Gangem per Palibotros decurrit inter

1 Chryſo-bon. *Cb.*

oppida Methora & [1] Cyriſoborca. A Gange verſa ad Meridiem plaga, tinguntur Sole populi, jam quidem infecti, nondum tamen Æthiopum modo exuſti: quantum ad Indum accedunt, tantum colore præferunt ſidus. Indus ſtatim à Praſiorum gente, quorum in montanis Pygmæi traduntur. Artemidorus inter duos amnes XXI. M. paſſ. intereſſe tradit.

CAP. XX. *Indus fluvius.*

2 incolis Sindus ap. *Cb.* Sinthus. *Salmaſ.*

INdus, [2] Sandus ab incolis appellatus, in jugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, adverſus Solis ortum effuſus, & ipſe undeviginti recipit amnes. Sed clariſſimos, Hydaſpem, quatuor alios afferentem, Cantabram, tres. Per ſe vero navigabiles Aceſinem & Hypaſin; quadam tamen aquarum modeſtia nuſquam latior quinquaginta ſtadiis, aut altior XV. p. ampliſſimam inſulam efficiens, quæ Praſiane nominatur, & aliam minorem, quæ

3 paucif-ſimis. *M.*

Patale. Ipſe per XII. XL. M. p. ([3] parciſſimis auctoribus) navigatus, & quodam Solis comitatu in Occaſum verſus, Oceano infunditur. Menſuram in ora ad eum ponam, ut invenio, generatim, quanquam inter ſe nullæ [4] congruant. Ab oſtio Gangis ad promontorium Calingon, & oppidum [5] Dandagula DCCXXV. M. paſſ. Ad Tropina XII. XXV. M. p. Ad Perimulæ promontorium, ubi eſt celeberrimum Indiæ emporium DCCL. Ad oppidum in inſula, quam ſupra diximus Patalam, DCXX. M. p. Gentes montanæ inter eum & Jomanem Ceſi, Cetriboni ſilveſtres; deinde Megallæ, quorum regi quingenti elephan-

4 Con-gruunt. *Cb.*

5 Danda-guda *Cb.*

dicitur. *Dal.* Diſtat Canopus ſeu Canobus ut vet. vocavere à polo auſtrino cir. 39. gr. veteribus, qui verſus eam partem orbis navigavere, pro Cynoſura fuit. Quod quidem velle arbitror Dalecampium: ſed diverſum à priore noverunt mathematici.

a Hi

elephanti,[1] peditum equitumque numerus incertus: Chryſei, Paraſangæ, Aſangæ, tigrifera ſcatentes. Armant peditum xxx. mil. elephantos ccc. equites DCCC. Hos includit Indus, montium corona circundatos & ſolitudinibus per [2] DCXXXV. M. Infra ſolitudines, Dari, Suræ, iterumque ſolitudines per CLXXXVIII. mill. paſſ. plerumque harenis ambientibus haud alio modo, quam inſulas mari. Infra deſerta hæc Maltecoræ, Singæ, Marohæ, Rarungæ, Moruntes, Maſuæ, [3] Pagungæ. Jam [a] hi montium qui perpetuo tractu Oceani oram tenent incolæ, liberi & regum expertes, multis urbibus montanos obtinent colles. Nareæ deinde, quos claudit mons altiſſimus Indicorum Capitalia. Hujus incolæ, alio latere late auri & argenti metalla fodiunt. Ab iis Oraturæ, quorum regi elephanti quidem decem, ſed amplæ vires peditum: [4] Varetatæ, qui ſub rege elephantos non alunt, fiducia equitum peditumque. Odomboëræ, Salabaſtræ. Horatæ urbe pulchra, foſſis paluſtribus munita: per quas crocodili, humani corporis avidiſſimi, aditum niſi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automela, impoſitum litori quinque amnium in unum confluente concurſu, emporio nobili. Regi eorum elephanti M. DC. peditum CL. M. equitum quinque M. Pauperior Charmarum rex elephantos LX. parvaſque reliquas vires habet. Ab iis gens Pandæ, ſola Indorum regnata fœminis. Unam Herculi ſexus ejus genitam ferunt, ob idque gratiorem præcipuo regno donatam. [b] Ab ea deducentes originem imperitant

[1] Peditum & equitum *M.*

[2] DCXXV. *Ch.*

[3] Pagungæ, Lalil. Hi montium. V.

[4] Suaratarataæ. *Ch.*

a *Hi montium qui perpetuo tractu, &c.*] Lege: *Hi montium, qui perpetuo tractu Oceani ora prætenti, incolæ, liberi & regum expertes.* Hi populi quos ibi enumeravit, montium ſunt incolæ, qui perpetuo tractu oræ Oceani prætenti ſunt. *Salmal.* 995. a.

b *Ab ea deducentes originem imperitant ccc. oppidis, peditum cl. M. Elephantis* D.] Scribendum, *Ab ea ducentes originem imperitant ccc. oppidis, peditum cxxx.* M. ex Arriano in Indica hiſtoria, ut conſtabit libro ſeptimo capite tertio. *Pint.*

peritant ccc. oppidis, peditum CL. mill. elephantis quingentis. Poſt hanc trecentarum urbium Syrieni, Derangæ, Poſingæ, Buzæ, Gogiarei, Umbræ, Nereæ, Brancoſi, Nobundæ, Cocondæ, Neſei, Pedatriræ, Solobriaſæ, [1] Oloſtræ [2] Patalen inſulam attingentes: à cujus extremo litore ad Caſpias portas XVIII. XXV. M. produntur. Hinc deinde [a] accolunt Indum [3] adverſum evidenti demonſtratione Amatæ, Bolingæ, Gallitalutæ, Dimuri, Megari, [4] Ordabæ, Meſæ. Ab his Uri, Sileni: mox deſerta in CCL. mill. p. Quibus exuperatis Organagæ, Abaortæ, Sibaræ, Suertæ: & ab iis ſolitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorgæ, [5] Baraomatæ, Gumbritæque, quorum XII. nationes ſinguliſque binæ urbes. Aſeni trium urbium incolæ. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi ſepulto conditum. Montani ſuper hos Caucaſo ſubjecti, Soleadæ, Sondræ, transgreſſiſque Indum, & cum eo decurrentibus Samarabriæ, Sambruceni, [6] Briſabritæ, Oſii, Antixeni, Taxillæ, cum urbe celebri, jam in plana demiſſo tractu, cui univerſo nomen Amandræ. Populi quatuor, [7] Peucolaitæ, Arſagalitæ, Geretæ, Aſoi. [b] Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, ſed adjiciunt quatuor ſatrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas.

1 Oroſitæ. *Ch.*
2 *aliis* Petalem.
3 adverſus eos evidenti. *V.*
4 Ardabæ. *Chiff.*
5 Baragomatæ, Umbritæ. *V.*
6 Biſambritæ. *Ch.*
7 Peucolitæ. *Ch.*

CAP.

a *Accolunt Indum adverſum evidenti demonſtratione.*] Toletanum archetypum, *Accolunt Indum adverſus eos cadente demonſtratione.* Minus corrupte legetur, *Accolunt Indum adverſum ſcandentes.* ut vitioſum verbum, *demonſtratione*, digerendum videatur in ſyllabas, quæ cum ſequentibus populos Indiæ ſignificent. Suffragrantur huic lectioni verba illa quæ paulo poſt ſubtexuntur, *Transgreſſiſque Indum, & cum eo decurrentibus.* Idem.

b *Etenim plerique ab occidente, &c.*] Lege: *Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, ſed adjiciunt quatuor Satrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas, ultimo fine Cophete fluvio; qua omnia Ariorum eſſe aliis placet* Sic ille locus continuatim legendus eſt. *Salmaſ.* 794. b.

a Ac

CAP. XXI. *Arii & juncta gentes.*

ULtimo fine Cophete fluvio, quæ omnia Ariorum eſſe, aliis placet. Nec non & Nyſam urbem plerique Indiæ aſcribunt, montemque Merum, Libero patri ſacrum: unde origo fabulæ, Jovis femine editum. [1] Item Aſpagonas gentem, vitis, & lauri, & buxi, pomorumque omnium in Græcia naſcentium fertilem. Quæ memoranda, & prope fabuloſa, de fertilitate terræ, [a] ac genere frugum arborumque, aut ferarum, aut volucrum, & aliorum animalium traduntur, ſuis quæque locis in reliqua parte operis commemorabuntur. Quatuor vero ſatrapiæ mox paulo, ad Taprobanen inſulam feſtinante animo. Sed ante ſunt aliæ, Patale, quam ſignificavimus in ipſis faucibus Indi, triquetra figura, [2] ccxx. M. paſſuum latitudine. Extra oſtium Indi, Chryſe, & Argyre, fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque iis ſolum eſſe, haud facile crediderim. [b] Ab iis xx. M. p. Crocala. Ab ea XII. M. p. Bibaga, oſtreis & conchyliis referta. Deinde [3] Toralliba IX. M. p. à ſupra dicta, multæque ignobiles.

1 Inde Aſpagonos. *Ch.*

2 cxxx. V.

3 Coralliba. *Ch.*

CAP.

a *Ac genere frugum arborumque aut ferarum.*] Apographon Toletanum, non, *aut ferarum* legit, ſed *aviferarum*: ut ſcribendum videatur *laniferarum*. Nam de Indicis arboribus lanam ferentibus frequens Plinio mentio. Tradit id quoque Strabo libro xv. ex relatione Nearchi. *Pintian.*

b *Ab his xx. M. paſſ. Crocale. Ab ea xij. M. paſſ. Bibaga.*] Scribendum, *Crocala* neutro genere, non *Crocale*: & *Bibacta*, non *Bibaga*, ex Arriano utrumque in Indica hiſtoria, qui & Bibactam ait oſtrearum fertilem eſſe: quod & hic Plinius. Non alienum fuerit commonere hoc loco lectores, hanc Arriani Nicomedienſis Indicam hiſtoriam, cujus teſtimonio ſubinde utor, pro adeſpota, hoc eſt incerti auctoris, citari ab Hermolao. In quo puto eum errare. Nam de opere altero ejuſdem Arriani, quod Alexandri bellum adverſus Darium literis mandavit, neque Hermolaum, neque ullum omnino alium dubitare video. Atqui in hac ipſa Indica hiſtoria, cui nullum Hermolaus aſſignat dominum, non ſemel Arrianus prioris illius hiſtoriæ tanquam à ſe compoſitæ meminit. Quod ſi in antiquis aliquot codicibus titulo ea conſtructio careat, negligentiæ id librariorum tribuendum eſt. Nam nos duos peculiares habemus Arriani codices ſcriptos & antiquiſſimos, quibus utrumque opus continetur, cum titulo Arriani in utroque opere. Itaque non eſt quod Hermolaus aliuſve quiſpiam de auctore Indicæ hiſtoriæ ambigat. *Idem.*

CAP. XXII. *Taprobane Inſula.*

TAprobanen alterum orbem terrarum eſſe, diu exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione. Ut liqueret inſulam eſſe, Alexandri Magni ætas reſque præſtitere. Oneſicritus claſſis ejus præfectus, elephantos ibi majores bellicoſioreſque, quam in India, gigni ſcripſit: Megaſthenes flumine dividi, incolaſque Palæogonos appellari, auri margaritarumque grandium [1] fertiliores, quam Indos. [a] Eratoſthenes & menſuram prodidit longitudinis VII. M. ſtad. latitudinis quinque M. nec urbes eſſe, ſed vicos ſeptingentos. [2] Incidit ab Eoo mari, inter ortum occaſumque Solis Indiæ prætenta, & quondam credita XX. dierum navigatione [b] à Praſiana gente diſtare: [c] mox, quia papyraceis navibus armamentiſque Nili peteretur, ad noſtrarum navium curſus, VII. dierum intervallo taxato. Mare intereſt vadoſum, ſenis non amplius altitudinis paſſibus, [d] ſed certis canalibus [3] adeo profundum ut nullæ ancoræ ſidant: [e] ob id navibus utrinque proræ, [4] ne per anguſtias alvei [f] circumagi ſit [5] neceſſe. Siderum in na-

1 fertiliorem quam India.

2 *Ab his verbis in manuſcripto incipit aliud caput.*

3 ita. *Ch.*

4 ne per anguſtias alveum (*ſub. navium*) circumagi. *Pint.*

5 neceſſe: magnitudo autem ad navium foros. Sid. *ex Ch.*

a *Eratoſthenes & menſuram prodidit longitudinis vij.* M. *ſtadiorum, latitudinis v.*] Scribo *latitudinis* D. ex Stephano. Nec me fugit Marcianum & Solinum, quinque millia, in Plinio legiſſe. Sed apud me pluris multo eſt Stephani auctoritas: immo, ut verum fatear, hujus maxima eſt, illorum fere nulla. *Pint.*

b *A Praſiana gente diſtare, &c.*] Leg. *à Praſiana gente diſtare, quia papyraceis navibus, armamentiſque Nili peteretur, mox ad navium noſtrarum curſus ſeptem dierum intervallo taxata.* navigatione taxata ſeptem dierum intervallo. An *Papyraceas* naves vocat Plinius, non ex papyro factas; ſed quæ vela ex libro papyri haberent? *Salmaſ.* pag. 110. b.

c *Mox quia papyraceis navibus armamentiſque Nili peteretur ad noſtrarum navium, &c.*] Senſus verborum manifeſte proclamat particulam, *mox* non tenere ſuum locum. Legendum itaque ſentio, *quia papyraceis navibus, armamentiſque Nili peteretur. Mox ad noſtrarum navium, &c.* Pint.

d *Sed certis canalibus adeo profundum, ut nulla anchora ſidant*] *Sidere* anchoræ dicuntur, quæ in fundo fixæ hærent. ita *naves ſidere* dictæ, quæ in vadis hærent. *Salmaſ.*

e *Ob id navibus utrimque prora ne per anguſtias, &c.*] Per alveum intelligit canalem profundum & anguſtum, qui certis locis illius maris occurrebant. *Idem.*

f *Circumagi ſit neceſſe: magnitudo alterna milia ad forum.*] Poſtrema verba quia nimis corrupta ſunt, omittuntur in omnibus editis exempl. ſed comparent in ſcriptis. Salmaſius legit: *magnitudo alterna ilium ad forum.* Nugæ. Plinius ſcripſit:

in navigando nulla obſervatio. Septentrio non cernitur: ſed volucres ſecum vehunt, emittentes ſæpius, meatumque earum [1] terras petentium comitantur. [a] Nec plus, quam ternis menſibus [2] in anno navigant. Cavent à ſolſtitio maxime centum dies, tunc illo mari hiberno. Hactenus à priſcis [3] memorata: nobis diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex inſula advectis. Id accidit hoc modo: Annii Plocami, qui maris rubri vectigal à fiſco redemerat, libertus circa Arabiam navigans, Aquilonibus raptus præter Carmaniam XV. die Hippuros portum ejus invectus, hoſpitali regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio, percontanti poſtea [4] enarravit Romanos & [5] Cæſarem. [b] Mirum in modum in auditis juſtitiam ille ſuſpexit, quod pares pondere denarii eſſent in captiva pecunia, cum diverſæ imagines indicarent à pluribus factos. Et hoc maxime ſolicitatus ad amicitiam, legatos quatuor miſit, principe eorum Rachia. [c] Ex iis cognitum D. eſſe oppida, portum contra Meridiem, [d] appoſitum oppido Paleſimundo, omnium

1 terrarum. *Tol.* terram. *Ch.*
2 in, *non legitur in M. neque in Ch.*
3 memorata. Nobis diligentior notitia, &c. *Vet. & M.*
4 narravit. *Ch.*
5 Cæſarem. Rex autē mirum in modum inter audita juſtitiam Romanorum ſuam ſuſpexit. *Longol. & V.*

pſit: *Magnitudo ad terna millia amphorum.* Sic Cic. lib. 3. epiſt. Lentulus facit mentionem navium onerariarum, *quarum nulla minor erat duum millium amphorum.* Sic & apud Liv. navis trecentarum amphorarum. Capacitatem enim navium olim per amphoras aut per modios indicabant. Vide *Iſac. Voſſium* in Melam, p. 280.

a *Nec plus, quam ternis menſibus, &c.*] Sic legas: *Nec plus quaternis menſibus in anno navigant.* Salmaſ. 116. 117. a.

b *Mirum in modum in auditis juſtitiam ille ſuſpexit, quod pares pondere denarii, &c.*] Non in auditis juſtitiam ſuſpexit ille, ſed in viſis. Nam denarios illos in captiva pecunia vidit, qui pares erant pondere, licet diverſis vultibus ſignati. Vide *Salmaſ.* p. 1117. b.

c *Ex iis cognitum D. eſſe oppida, portum contra meridiem adpoſitum oppido Paleſimundo omnium ibi clariſſimo ac regia CC. plebis.*] Cum linea ſupraducta ducenta millia plebis urbanæ in eo oppido fuiſſe dicit. Longe major numerus plebis fuit Seleuciæ Babyloniæ, de qua idem Plinius; *ferunt ei plebis urbana* DC. M. *eſſe.* Sed nimium ingens hic numerus videtur. Scribunt libri: *ferunt & plebis urbana* CD. *eſſe.* Lege: CCL. id eſt, ducenta quinquaginta millia. *Palaſimundo* igitur, τὸ βασίλειον in Taprobane. *Salmaſ.* 1117. b. 1118. a.

d *Appoſitum oppido Paleſimundo.*] Scribendum cum diphthongo in ſecunda, *Palæſimundo*, ex Stephano: quem non vulgare erit operæ pretium legere hoc loco: ut æſtimetur à curioſis lectoribus an per errorem pro *Simundo* poſitum ſit à Plinio *Palæſimundo*. Pintian.

omnium ibi clariſſimo, ac regiæ [a] cc. mill. plebis. Stagnum intus Megiſba, [1] ccLxxv. mill. paſſ. ambitu, inſulas pabuli tantum fertiles complexum. Ex eo duos amnes erumpere: Paleſimundum, juxta oppidum ejuſdem nominis, influentem in [2] portum tribus alveis, quinque ſtadiorum arctiſſimo, xv. ampliſſimo: alterum ad [3] Septentrionem Indiamque verſum, Cydara nomine. Proximum eſſe Indiæ promontorium, quod vocetur [4] Colaicum, quatridui navigatione, medio in curſu Solis inſula occurrente. Mare id colore perviridi, prætereà fruticoſum arboribus, jubas earum gubernaculis deterentibus. Septentriones Vergiliaſque apud nos, veluti novo cœlo, mirabantur. [5] Lunam quidem apud ipſos, non niſi ab octava ad xvi. ſupra terram aſpici fatentes. Canopum lucere noctibus, ſidus ingens & clarum. Sed maxime mirum iis erat, umbras ſuas in noſtrum cœlum cadere, non in ſuum: Solemque à læva oriri, & in [6] dexteram occidere potius, quam è diverſo.[b] Iidem narravere, latus inſulæ, quod prætenderetur Indiæ, x. mill. ſtad. eſſe ab Oriente hiberno ultra montes Emodos. Seras quoque ab ipſis aſpici, notos etiam commercio: [c] patrem Rachiæ com-

1 cclxxv. *Ch.*

2 Pontum. *Ch.*

3 Septentriones. *Ch.*

4 Coliacum. *Ch.*

5 Ne Lunam quidem apud ipſos niſi, &c. *Ch.*

6 dextera. *V.*

a cc. M. *plebis.*] Prior lectio cc. *plebis.* Scribendum reor cc. *plebes*, & ſic fere legitur in antiquis codicibus. Confirmat id Plin. ipſe infra capite xxvi de Seleucia Babylonia agens: *Exhauſta*, inquit, *vicinitate Seleucia ob id condita à Nicatore intra nonageſimum lapidem in confluentem Euphratis foſſa perducti atque Tigris, quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac ſui juris, Macedonumque moris. Feruntur ei plebes urbanæ ſexcenta eſſe.* Pint.

b *Iidem narravere, latus inſulæ, &c.*] Sic diſtingue: *Iidem narravere latus inſulæ quod prætenderetur Indiæ x. M ſtadiorum eſſe ab Oriente hiberno Ultra montes Emodos Seras quoque ab ipſis aſpici, notos etiam commercio.* Legati erant Taprobanitarum regis, qui hæc narravere. *Salmaſ.* *Iidem narravere latus inſulæ, quod prætenderetur Indiæ, &c.*] Prodigioſa hæc ſunt & inaudita, ſed ſane ſic ſe res habet. Taprobanenſium legati non de ſua inſula hæc dixere, ſed de Serica regione. Hujus autem latus unumquodque hanc menſuram proxime æquat. Sed & alia quæ iidem legati narrabant, de Taprobana accipi nequeunt. Vide *Iſaac. Voſſium* in Melam. pag. 278.

c *Patrem Rachiæ commeaſſe eo, &c.*] Sic lege: *patrem Rachiæ commeaſſe eo, adventus ſibi Seras occurſare.* Hæc de ſe ac ſua gente loquuntur ibi Taprobanitæ. Seras ab ipſis aſpici, qui à cæteris nolunt, notos etiam eſſe commercio: nam eo commeare ſolitos negotiandi cauſa. Advenis

commeaſſe eo. Advenis ibi [1] feras occurſare. Ipſos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci, [2] nulli commercio linguæ. [a] Cætera eadem, quæ noſtri negotiatores. [b] Fluminis ulteriore ripa merces poſitas juxta venalia tolli ab his ſi placeat permutatio: non aliter odio [3] juſtiore luxuriæ, quam ſi perducta mens illuc uſque cogitet, quid, & quo petatur, & quare. Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem à natura relegata, noſtris vitiis caret. [c] Aurum argentumque & ibi in pretio. Marmor teſtudinis ſimile, gemmæ margaritæque in honore multo præſtantiores, & totius luxuriæ noſtræ cumulus. Ipſorum opes majores eſſe dicebant, ſed apud nos opulentiæ majorem uſum. Servum nemini, non in diem aut interdiu ſomnum: ædificia modice ab humo extantia, annonam nunquam augeri, non fora liteſve eſſe: coli Herculem: eligi regem à populo ſenecta clementiaque, liberos non habentem: & ſi poſtea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum. Rectores ei à populo XXX. dari: nec niſi plurium ſententia quenquam [4] capitis damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad populum [d] LXX. judices dari: ſi liberent ii reum, amplius triginta [e] iis nullam eſſe digna-

1 feros. V.
2 nullo. Vet.
3 triſtiore. M.
4 capite. M. & V.

venis ſibi Seras occurſare, quum reliquos advenas averſentur ac refugiant. Sequitur: *Ipſos vero excedere hominum magnitudinem.* nempe Seras ipſos. *Salmaſ.*

a *Cætera eadem, quæ noſtri negotiatores.*] Legati nempe Taprobanitæ cætera eadem de his Seribus retulere quæ Romani negotiatores. *Idem.*

b *Fluminis ulteriore ripa merces poſitas, &c.*] Ergo & cætera quæ præceſſere, de iiſdem Seribus intelligenda. Nam hoc modo merces mutabant cum aliis gentibus Seres. *Idem.* 1121. a, b.

c *Aurum argentumque & ibi in, &c.*] Lege: *Aurum argentumque & ibi in pretio, marmor, teſtudines. Similis gemmæ margaritæque in pretio, multo præſtantiores.* Aurum & argentum in pretio eſſe dicit Taprobanitis, item marmor & teſtudines, quæ & ipſæ inter inſtrumenta luxuriæ, quibus in laminas ſectis lecti ac repoſitoria operiebantur. *Salm* pag. 1122. b.

d LXX. *judices dari.*] Puto legendum contra omnia exemplaria, LX. *judices.* Sequitur enim, *ſi liberent ii reum amplius* XXX. Pintian.

e *Iis nullam eſſe dignationem graviſſimo probro.*] Scribo, *Iis nullam eſſe, damnationem graviſſimo probro.* hoc ſenſu, liberatis abſolutiſve, nullum eſſe probrum: damnatis vero, graviſſimo eſſe probro damnationem. *Idem.*

dignationem, graviſſimo probro.regi cultum Liberi patris, cæteris Arabum. Regem, ſi quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, [1] averſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis negantibus. Feſta venatione abſumi, gratiſſimam eam tigribus elephantiſque conſtare. Agros diligenter coli: vitis uſum non eſſe, pomis abundare. Eſſe & in piſcatu voluptatem, teſtudinum maxime, quarum ſuperficie familias habitantium contegi: tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum centum annis modicam. Hæc comperta de Taprobane. Quatuor ſatrapiæ, quas in hunc locum diſtulimus, ita ſe habent.

1 ſed averſantibus. V.

2 Capiſſene habuit Capiſſam. *M. & Ch.*

Cap. XXIII. *Capiſſene, Carmania.*

[a] A Proximis Indo gentibus montana [2] Capiſſenæ habent Capiſſam urbem, quam diruit Cyrus. Arachoſia [b] cum oppido & flumine ejuſdem nominis, quod quidam [3] Cophen dixere, à Semiramide conditum. Amnis [4] Hermandus præfluens per Abeſten Arachoſiorum. Proximos iis à Meridie ad partem Arachotarum faciunt [5] Gedroſos, & à Septentrione Paropamiſadas. Cartana oppidum ſub Caucaſo, quod poſtea [6] Tetragonis dictum. [c] Hæc regio eſt ex adverſo [7] Bactrianorum: deinde, cujus oppidum Alexandria, à conditore dictum, Syndra-

3 Cuſin. *omnia Man. Quidam etiam veteres habent,* Phoclin, *cui adſtipulari videtur Ptolem. inter Arachoſiæ urbes Phoclin referens.*

4 Erymadus *Ch.*

5 Dexendruſos. *Ch.*

6 Tegrogonis. *Ch.* Cegrogonis. *V.*

7 Bactrianorum: deinde ejus. *M. & V.*

a *A proximis Indo gentibus montana, &c.*] Lege: *A proximis Indo gentibus montana. Capiſene habuit Capiſam urbem, quam diruit Cyrus.* Vide *Salmaſ.* pagin. 1174. a.

b *Cum oppido & flumine ejuſdem nominis, quod Cophen dixere*] Converte verba ex utriuſque exemplaris fide, *Cum flumine & oppido ejuſdem nominis, quod quidam Cutim dixere. Cutim* enim in ambobus codicibus ſcriptum eſt, non *Cophen.* Nam Cophes ſeu Cophen, utroque enim modo dicitur, Arianæ regionis amnis eſt, ut paulo poſt. *Pint.*

c *Hæc regio eſt ex adverſo Bactrianorum, &c.*] Lege: *Hac regio eſt exadverſum Bactrianos. Aria deinde cujus oppidum Alexandria à conditore dictum.* Aria proxima Paropamiſadis, cujus oppidum Alexandria ἐν Ἀρίοις cognominatum. Mox lege ac diſtingue: *Maxi ad Caucaſum, Cadruſci, oppidum Alexandro conditum.* Per oppidum Alexandri conditum, intellexit Alexandriam ſub Caucaſo, quam Alexander conſtruxit in radicibus Caucaſi, quum pararet monte eo ſuperato in Bactrianam pergere. *Salmaſ.*

Syndraci, [1] Dangulæ, [2] Parapiani, [3] Cantaces, [4] Maci. Ad Caucaſum Cadruſi oppidum ab Alexandro conditum. [a] Infra hæc [5] omnia, ora ab Indo. Ariana regio ambuſta fervoribus, deſertiſque circundata, multa tamen interfuſa opacitate: cultores congregat circa duos maxime fluvios, [6] Tonderon & Aroſapen. Oppidum [7] Artaccana. Arius amnis, qui præfluit Alexandriam ab Alexandro conditam. Patet oppidum ſtad. xxx. multoque pulchrius, ſicut antiquius, [8] Artacabane, iterum ab Antiocho munitum; ſtad. L. [9] Doriſci gens. Amnes Pharnacotis, Ophradus. [10] Prophthaſia oppidum Zaraſparum, Drangæ, Argetæ, Zarangæ, Gedruſi. Oppida [11] Peucolais, Lymphorta, Methoricorum deſertum. Amnis Manais, [12] Augutturi gens. Flumen [13] Borru, gens [14] Urbi, flumen [15] navigabile Ponanus Pandarum finibus. Item [16] Caberon Sorarum, oſtio portuoſus. Oppidum Condigramma. Flumen Cophes. Influunt in eum navigabilia [17] Sadarus, Paroſpus, [18] Sodinus. Arianæ partem eſſe [19] Daritin aliqui volunt, menſuramque produnt utriuſque [20] longitudine XIX. L. mil. paſſuum, latitudine dimidio minore, quam Indiæ. [b] Alii Gedruſos, & Scyros

1 Dangale. *M. & Ch.* 2 Patapinæ. *Ch.* 3 Cataces. *Ch.* 4 Mazi. *Ch.* 5 Omnia. Arabido Ariana. *M.* Omnia ora Arabindo, Ariana. *V.* infra hæc omnia ora ab Indo Ariana regio, &c. *Ch.* 6 Tomberon. *Ch.* 7 Articanda. *Ptol.* Artacoanna. *Ch.* 8 Artacabene. *Ch.* 9 Doriſdoriſii. *Ch.* 10 Phroptraſia oppidum Zaraſpadum, &c. *Ch.* 11 Peucolis, Lyphorta, Metorgum. *Ch.* 12 Accutri. *Ch.* 13 Eorum. *Ch.* 14 Orbi. *Ch.*

15 Navigabili Romanoſpandorum. *V. quoque & M.* Pandorum. *ſupra tamen cap.* 20. Gens Pandæ. 16 Cabirus Suarorum. *Ch.* Cabyrus. *M. & V.* 17 Saddaros. *Ch.* 18 Sodanus. *Ch.* 19 Darantbim. 20 Longitudinem XVIII. L. Latitudinem dimidia minorem. *Ch. Vet. quoque eundem numerum agnoſcunt.*

a *Infra hac omnia ora ab Indo. Ariana regio.*] Verbum, *ora*, ſuperfluit ex utroque exemplari. Reliqua ſcribenda ſunt hac interpunctione, *Ab Indo Ariana regio.* Nam repetere memoria diximus quæ ſupra à Plinio dicta ſunt capite XX. & XXI. *Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, ſed adjiciunt quatuor ſatrapias Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas, ultimo fine Cophete fluvio, qua omnia Ariorum eſſe aliis placet.* Hæc Plinius. Strabo quoque volumine XV. de Eratoſthene loquens, ſic ait: *Dicit ergo Arianam ab Oriente Indo terminari, ab auſtro mari magno.* Et alio loco ejuſdem libri: *Poſt Indiam eſt Ariana, prima regionis pars, qua poſt Indum Perſis obtemperat.* Pint. *Infra hac, &c.*] Lege: *Infra hac omnis ad ora Indi Ariana regio.* Salm.

b *Alii Gedruſos & Scyros poſuere, &c.*] Vet. lib. ita legunt hunc locum: *Alii Gedroſos & Scyros* (an *Oros*) *poſuere per* CXXXIV. *p. Mox Ichthyophagos Oritas propria non Indorum lingua loquentes per* CC. *Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus vivere. Inde poſuere Arbiorum gentem per* CC. *p. ultra, dein Carmania ac Perſis & Arabia.* Vide *Salmaſ.* 1176. a.

a *Oritas.*]

[1] Scyros poſuere per [2] clxxxiii. mill. paſſ. Mox Ichthyophagos [a] Oritas, propria non Indorum lingua loquentes, [3] per cc. mill. paſſ. Inde poſuere Arbiorum gentem per cc.M.Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus vivere. Ultra deſerta deinde Carmania, ac Perſis, atque Arabia. Sed priuſquam hæc generatim perſequamur, indicare convenit, quæ prodit Oneſicritus, claſſe Alexandri [4] circumvectus in mediterranea Perſidis [5] ex India, narrata proxime à Juba: dein eam navigationem, quæ his annis comperta ſervatur hodie. Oneſicriti & Nearchi navigatio nec nomina habet manſionum, nec ſpatia: primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non ſatis explanatur. Hæc tamen digna memoratu [6] produntur ab eis: oppidum à Nearcho conditum in navigatione ea. Flumen Nabrum navium capax: contra inſula diſtans lxx. ſtad. Alexandria condita à Leonato juſſu Alexandri in finibus gentis. Argenus [7] portu ſalubri. [b] Flumen [8] Tuberum navigabile, [9] quod circa Paris. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut [10] xx. dierum ſpatio prænavigaverint. [c] Inſula, quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal abſumitur, incertis cauſis. Ori gens, flumen Carmaniæ Hytanis portuoſum, & auro fertile. Ab eo primum Septentriones appa-

1 Sirpos. 2 cxxxviii. *Ch.* 3 Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcib. vivere. Deinde poſuere Arabiorum gentem per cc. p. ultra deſerta, dein Carmania, &c. *Ch.* 4 circumvectus meridiana Perſidis. *Pint.* 5 & Idinæ. *V.* 6 produntur. Abies oppidum. *Ch.* 7 portus ſalubris. *Ch.* 8 Tomberon. *Ch.* 9 Circa quod. *M.* & *V.* 10 xxx. *Ch.* *Eorum præternavigatio & ora eſt* xii. M. dcccl. *ſtadiorum. Strabo.*

a *Oritas.*] Illos defunctorum cadavera voranda feris objicere ſcribit Rhod. cap. 23 6. quemadmodum & Gedruſos inhoſpitales ac ſævos, ungues nunquam præcidere: cetaceis ali, quorum coſtis trabium vice domos contignant, ſquamis vero tegularum loco contegunt. *Dal.*

b *Flumen Tuberum navigabile, &c.*] Lege: *Flumen Tuberum navigabile, circa quod Paſira.* an *Tomerum* pro *Tuberum*? Vide *Salmaſ* 1176. b.

c *Inſula quæ Solis appellatur.*] Hujus inſulæ mentionem facit apud Strabonem lib. 15. Nearchus, & contra ſparſam famam quod in ea inſula προσορμισθέντας ἀφανίζονται, fabuloſum id eſſe tradit experimento ſuo. Meminit & Curtius circa finem 10. his verbis: *Adjiciebam navigia, quæ lixas mercatoreſque vexiſſent, famam auri ſecutu gubernatoribus, in inſulam eſſe tranſmiſſa, nec deinde ab his poſtea viſa.* Meminit Solinus cap. 67. Martianus Animalia vi fervoris in ea perire tradit. *Dalecamp.*

a Dexi-

apparuiſſe adnotavere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam. Achæmenidas uſque illo tenuiſſe. Æris & ferri metalla, & arſenici & minii exerceri. Inde promontorium Carmaniæ eſt, ex quo in adverſa ora ad gentem Arabiæ Macas trajectus diſtat L. M. paſſ. Inſulæ tres, quarum [1] Organa tantum habitatur aquoſa, à continenti XXV. mill. paſſ. Inſulæ IV. [2] jam in ſinu ante Perſida. Circa has hydri marini vicenum cubitorum adnatantes terruere claſſem. Inſula [3] Acrotadus, item Gauratæ, in quibus [4] Chiani gens. Flumen Hyperis in medio ſinu Perſico onerariarum navium capax. Flumen [5] Sitiogagus, quo Paſargadas ſeptimo die navigatur. Flumen navigabile [6] Phirſtimus, inſula ſine nomine. Flumen Granius modicarum navium capax, per Suſianem fluit: dextra ejus accolunt [a] Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen [7] Oroatis oſtio difficili, niſi peritis: inſulæ II. parvæ: inde vadoſa navigatio paluſtri ſimilis, per euripos tamen quoſdam peragitur. Oſtium Euphratis. Lacus, quem faciunt Eulæus & Tigris juxta [8] Characem. Inde Tigri Suſa. Feſtos dies ibi agentem Alexandrum invenerunt ſeptimo menſe, poſtquam digreſſus ab iis fuerat [b] Patalis, tertio navigationis. Sic Alexandri claſſis navigavit. Poſtea à [c] Syagro Arabiæ promontorio Patalen Favonio, quem [9] Hypalum ibi vocant, peti certiſſimum videbatur [10] XIII. XXXII. mill. paſſuum æſtimatione. [11] Secuta ætas propiorem curſum tutioremque judicavit, ſi ab eodem promontorio [d] [12] Zizerum amnem portum Indiæ peteret. Diuque ita

1 Ogyris. V. Oracla. Ch.
2 intimo ſinu. V.
3 Athithadrus. Ch.
4 Cyani. Ch.
5 Sitioganus. Ch.
6 Phryſtimus. Ch.
7 Zarotis. Ch.
8 Cariacen. V.
9 Hypilum. Ch.
10 XIV. XXXV. p. Ch.
11 Secuta veritas. M. Secura vero ætas propiorem curſum tutioremque. V.
12 Sigerum portum Indiæ. Ch.

a *Deximontani.*] Legend. pro *Deximontani, dextram ejus accolunt Uxii montani.* Salmaſ. 1181. 2.

b *Patalis.*] Patale nunc regnum Cambaiæ: veteri lingua Indorum hoc ſignificat inſulam triangularem, qualis eſt Cambaia. Patalem adhuc Indi vocant, nunc Patam, nunc Diu Patam, oppidum populoſiſſimum & mercatura celeberrimum *Dalecamp.*

c *Syagro.*] Syagrus; *Sfacalath Idem.*

d *Si ab eodem promontorio Zizerum amnem*

ita navigatum eſt, donec compendia invenit mercator, lucroque India admota eſt. Quippe omnibus annis navigatur, ſagittariorum cohortibus impoſitis: etenim piratæ maxime [1] infeſtabant. Nec pigebit totum curſum ab Ægypto exponere, nunc primum certa notitia [2] pateſcente. [3] Digna res, [4] nullo anno imperii noſtri minus [a] H-S. quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicato veneant M. M. paſſuum ab Alexandria abeſt oppidum [5] Juliopolis. Inde navigant Nilo [b] Coptum [6] CCCIII. mill. paſſuum, qui curſus Eteſiis flantibus peragitur XII. diebus. A Copto camelis itur, aquationum ratione manſionibus diſpoſitis. Prima appellatur [7] Hydreuma, [8] XXXII. mill. Secunda in monte, diei itinere. Tertia in altero Hydreumate, à Copto XCV. mil. Deinde in monte. Mox ad Hydreuma Apollinis, à Copto CLXXXIV. mill. paſſ. Rurſus in monte. Mox ad novum Hydreuma à Copto [9] CCXXXII. mill. paſſ. Eſt & aliud Hydreuma vetus, Troglodyticum nominatur, ubi præſidium excubat diverticulo II. millium. Diſtat à novo Hydreumate [10] IV. mill. paſſuum. Inde [c] Berenice oppidum, ubi portus rubri maris, à Copto [11] CCLVIII. mill. paſſ. Sed quia major pars itineris [12] conficitur noctibus propter æſtus, & ſtativis dies abſumuntur, totum à Copto Berenicen iter duodecimo [13] die peragitur. Navigare incipiunt æſtate media ante Canis ortum, aut ab exortu protinus: veniuntque

1 Infeſtant. M.
2 Pateſcentem. V.
3 *Lego*, digna admiratione res.
4 Nullo anno minus hic. DL. imperii noſtri exhauriente India. *Ch.* Nullo anno minus hic quingenteſimis imperii, &c. *V. & M.*
5 Heliopolis. V.
6 CCCVIII. *Ch.*
7 Hidræum. *V. & M. ut & in ſeq.*
8 XXII. *Ch.*
9 CXXX. *Ch.*
10 VII. *Ch.*
11 CCLVII. *Ch.*
12 confit. *Ch.*
13 conficitur die. *M. Vet.*

amnem portum India peteret.] Superfluit dictio, *amnem*, ex vetere lectione. Porro hunc portum videtur paulo infra Plinius *Muzirum* appellare: Ptolemæus VII. *Muzirin*. Pintian. *Zizerum amnem.*] Zizerus eſt ad civitatem Anor, prope Calicut ad inſulam quam vocant Amiadiva. *Dalec.*

a *H-S. quingenties.*] Ea ſumma efficit duodecies centena millia coronatorum. Infra lib. 12. cap. 18. *Minima*, inquit, *computatione millies centena millia ſeſtertium annis omnibus India & Seres, peninſulaque illa* (Arabia) *imperio noſtro adimunt, &c.* Idem.

b *Coptum.*] Coptus, nunc *Cana*, diſtat à Cairo 400000. millibus. *Idem.*

c *Berenice oppidum.*] Nunc *Sues.* Idem.

a *Oca-*

niùntque circiter xxx. die [a] Ocelim Arabiæ, aut [1][b] Canan thuriferæ regionis. Eſt & tertius portus, qui vocatur [2][c] Muza, quem Indica navigatio non petit, nec niſi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Intus [3] oppida: regia ejus appellatur Saphar, aliudque Sabe. Indos autem petentibus utiliſſimum eſt ab Oceli egredi. Inde vento [4] Hypapalo navigant diebus quadraginta ad primum emporium Indiæ [5][d] Muzirim, non expetendum propter vicinos piratas, qui obtinent locum nomine [6] Hydras: neque eſt abundans mercibus. Præterea longe à terra abeſt navium ſtatio, lintribuſque [7] efferuntur onera, quæ geruntur. [e] Regnabat ibi cum proderem hæc, Celebothras. [f] Alius utilior portus gentis [g] Necanidon, qui vocatur Becare. Ibi regnat Pandion, longe ab emporio mediterraneo diſtante oppido, quod vocatur [8] Moduſa. Regio autem ex qua piper [h] monoxylis lintribus Becaren convehunt, vocatur [9] Cottona: quæ omnia gentium portuumve aut oppidorum nomina apud neminem priorum [10] inveniuntur. Quo apparet mutari locorum ſtatus. Ex India renavigant menſe Ægyptio Tybi incipiente, noſtro Decembri: aut utique Mechiris Ægyptii intra diem ſextum, quod fit intra Idus Januarias noſtras: ita evenit, ut eodem anno remeent. Navigant autem ex India vento Vulturno:

1 Canea. *Ch.*
2 Maza. *Ch.*
3 oppidum regni. *M.* oppida regia ejus unum appellatur. *V.*
4 Favonio, *alii* Hapalo, *molli, leni.*
5 Muzirum. *V M.*
6 Mitrias. *Ch.*
7 adferuntur onera & egeruntur. *Ch.*
8 Codura.
9 Cottonara. *V.* Cottonacra. *Ch.*
10 reperiuntur. *Ch.*

a *Ocelim.*] Nunc *Capo de celi*, Gabinitarum Arabum portus c. 19. lib. 12. *Dalecamp.*

b *Canan.*] Cana, nunc *Canocain.* Idem.

c *Muza.*] Muza, nunc *Hali. Idem.*

d *Muzirim.*] Muziris, nunc *Aner* ſupra Calicut. *Idem.*

e *Regnabat ibi, cum proderem hæc, Celebotras. &c.*] Legend. *Regnabat ibi, quum proderem hæc Cepobotras, vel Ceprobotas. Alius utilior portus Neacridon qui vocatur Bacare.* Vide *Salm.* p. 1185. b. Et mox, *piper monoxylis lintribus Bacaren convehunt.* Idem 1187. a.

f *Alius utilior portus gentis Necanidon qui vocatur Becare.*] Apographon Toletanum, *Neacindon.* Salmanticenſe, *Neacridon.* Item Ptolemæo ſeptimo *Becares* portus eſt, non *Becare.* Pintian.

g *Necanidon.*] Nunc *Nelcinde.* Dal.

h *Monoxylis lintribus.*] Vide Stewech. ſuper Veget lib. 3. c. 7. p. 208. De mendo namque hunc locum ſibi ſuſpectum ait, τῷ lintribus, nimirum, ex gloſſemate, ut puto, appoſito & in contextum recepto. *Idem.*

a *Sabin.*]

no: & cum intravere rubrum mare, Africo vel Auſtro. Nunc revertemur ad propoſitum. Carmaniæ oram patere duodecies [1] centena L. M. paſſ. Nearchus ſcripſit. Ab initio ejus ad flumen [a] Sabin centum mill. paſſuum. Inde vineas coli & arva ad flumen [2] Andanin, xxv. mill. ſpatio. Regio vocatur [b] Armuzia. Oppida Carmaniæ, Zetis & Alexandria. [c] Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare [3] terras, quod [d] Rubrum dixere noſtri, Græci Erythræum à rege Erythra, [4] [e] aut (ut alii) Solis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab harena terraque, alii tali aquæ ipſius natura.

1 L. *Ch.*

2 Ananin. *Ch.*

3 in terras. *V.M.* in terram. *Ch.*

CAP. XXIV. *Sinus Perſicus & Arabicus.*

SEd [5] in duos dividitur ſinus. Is qui ab [6] Oriente eſt, [f] Perſicus appellatur xxv. M. paſſuum circuitu, ut Eratoſthenes tradit. Ex adverſo eſt Arabia, cujus [7] XII. mill. paſſ. eſt longitudo. Rurſus altero ambitur ſinu Arabico nominato. Oceanum qui influit, Azanium appellant. Perſicum introitum v. mill. paſſ. latitudinis, alii quatuor fecerunt. Ab eo ad intimum ſinum recto curſu XI. XXV. mil. propemodum conſtat eſſe, & ſitum ejus humani capitis effigie. Oneſicritus & Nearchus ab Indo amne in ſinum

4 *in Ch. hoc caput cum ſuperiore continuatur.*

5 exoriente. *Ch.*

6 XV. *Ch.*

a *Sabin.*] Nunc *Bindamir.* Dalecamp.

b *Armuzia.*] Nunc *Ormuz.* Idem.

c *Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras quod Rubrum dixere noſtri, &c.*] Quare geminum? quia in duo ſinus dividitur, Perſicum & Arabicum. ergo duo illi ſinus Rubrum mare conſtituunt iuxta Plinii ſententiam. *Salmaſ.* pag. 481. b.

d *Rubrum dixere noſtri.*] Curtius lib. 8. *Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem abhorret à cæteris. Ab Erythro rege inditum eſt nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Reliqua ſtultorum ac infantium nugæ ſunt, & ſomnia.* Hebræi vocant Suph, ſeu Sup, id eſt, junco, ut quidam volunt, ſeu ſilvis & carice refertum, quod & auctor ſcribit l. 13. & Theophr. lib. 4. Hiſt. Brodæus cap. 9. lib. 3. *Dal.*

e *Aut ut alii ſolu repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes.*] Si verba permutentur, puto lectionem fore commodiorem, & quæ magis Plinium ſapiat; *Aut ut alii à colore ſolis repercuſſu talem reddi exiſtimantes.* Pint.

f *Perſicus appellatur xxx. mill. paſſ. circuitu.*] Legend. *Perſicus appellatur* XXVI. *circuitu.* hoc eſt vigeſies ſexies. neque intelligendum eſſe, vigeſies ſexies centena millia paſſuum. Sic paulo poſt lege: *ex adverſo eſt Arabia, cujus* XXII. *longitudo.* id eſt, duodecies. *Salmaſ.* pag. 1191. b.

a *Atque*

in ſinum Perſicum, [a] atque illinc Babylonem ab Euphratis paludibus, ſcripſerunt [1] xxv. mill. paſſuum eſſe. [b] In Carmaniæ angulo ſunt Chelonophagi, teſtudinum ſuperficie caſas tegentes, carne veſcentes. A flumine [2] Arbi promontorium ipſum inhabitant; præter capita toto corpore hirti, coriiſque piſcium veſtiti.

CAP. XXV.

Caſcandrus inſula, Parthorum regna.

AB horum tractu Indiam verſus [3] Caſcandrus deſerta inſula in Oceano L. mill. paſſ. traditur: juxtaque eam freto interfluente [4] Stoidis, quæſtuoſa margaritis. A promontorio Carmanis junguntur Armozei. Quidam interponunt Arbios [5] CCCCII. mill. paſſ. toto litore. Ibi portus Macedonum, & aræ Alexandri in promontorio. Amnes [6] Saganos: dein Daras & Salſos. Ab eo promontorium [7] Themiſtheas, inſula Aphrodiſias habitatur. Inde Perſidis initium ad flumen [8] Oroatin, quo dividitur ab Elymaide. Contra Perſidem inſulæ, [9] Philos, Caſandra, Aratia cum monte prælto Neptuno ſacra. Ipſa Perſis adverſus Occaſum ſita obtinet [10] litora DL. mill. paſſ. etiam in luxum dives, in Parthorum jam pridem tranſlata [11] nomen. Horum de imperio [12] nunc paucis. Regna Parthorum duodeviginti ſunt omnia: ita enim dividunt provincias circa duo (ut diximus) maria. Rubrum à meridie, Hyrcanum à Septentrione. Ex iis undecim, quæ ſuperiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ, Caſpiiſque litoribus: pertinent ad Scythas, cum qui-

1 xv. *Ch.*
2 Arabi. *Ch.*
3 Socaicandros. *V.*
4 Stindes. *Ch.* Toidis *infra c.* 35. *lib.* 9.
5 ccccxxi. *Ch.*
6 Siccanas, dein Dratinus & Salſa. *Ch.*
7 Temiſteas. *Ch.*
8 Oratim. *Ch.*
9 Pſilos, Caſſandra, Aracha. *Ch.*
10 litore.
11 numen. *Ch.* & *Baſil.*
12 nunc in paucis. *Ch.*

a *Atque illinc Babylonem ab Euphratis paludibus.*] Particula, *ab*, non legitur in ſcriptis codicibus, ut arbitror, recte: erit itaque *Euphratis paludibus*, id eſt, per Euphratis paludes. *Pintian.*

b *In Carmaniæ angulo ſunt Chelonophagi, teſtudinum ſuperficie caſas tegentes, carne veſcentes.*] Poſtrema duo verba deſiderantur in apographo Toletano, non omnino male: videtur enim fuiſſe ſatis dicere *Chelonophagi.* Pintian.

quibus ex æquo degunt. [a] Reliqua ſeptem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet, ſemper fuit [b] Parthia in radicibus montium ſæpius dictorum, qui omnes eas gentes prætexunt. Habet ab Ortu Arios, à Meridie Carmaniam & Arianos, ab Occaſu Pratitas, Medos, à Septentrione Hyrcanos, undique deſertis cincta. Ulteriores Parthi Nomades appellantur: citra deſerta, ab Occaſu urbes eorum, quas diximus, Iſſatis & Calliope: ab Oriente æſtivo [1] Europum, ab hiberno [2] Mania, [3] [c] in medio Hecatompylos, Arſacia, regio Niſæa Parthyenes nobilis, ubi Alexandropolis à conditore.

1 Pyropum. *Cb.*
2 maria. *Cb.*
3 in media. *Cb.*

CAP. XXVI.

Media, Meſopotamia, Babylon, Seleucia.

NEceſſarium eſt in hoc loco ſignare & Medorum ſitum, terrarumque faciem circumagere ad Perſicum mare, [4] quo facilius deinde reliqua [5] noſcantur. Namque Media ab Occaſu tranſverſa [6] oblique [d] Parthiæ occurrens, utraque regna [7] includit. Habet [8] ergo ipſa ab Ortu Caſpios & Parthos, à Meridie Sittacenen & Suſianen & Perſida, ab Oc-

4 quod facilius dein. *Cb.*
5 narrentur: *M.*
6 obliqua. *Cb.* obliquæ. *V.*
7 præcludit. *Cb.*
8 ergo, *in V. deſider.*

a *Reliqua ſeptem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet.*] Legendum, *quæ*, non *quod*: & alio verborum ordine ſic, *Reliqua vij. regna quæ inferiora appellantur ad Parthos attinent.* Pint.

b *Parthia in radicibus montium.*] In utroque vetuſto codice *Parthiaa* legitur, non *Parthia*; adſtipulante etiam Stephano: error idem capite ſequente. *Idem.*

c *In medio Hecatompylos, Arſacia, Regio Nyſæa Parthyenes nobilis, ubi Alexandropolis à conditore, &c.*] Hermolaus pro *Arſace*, ut prius legebatur, *Arſaciam* ſubſtituit, quam Parthi ſic nominarint, cum prius Rhagea diceretur. Non placet Hermolai ſententia, quia Arſacia non Parthiæ, de qua hic differit Plinius, ſed Mediæ urbs eſt Straboni XI. & Ptolemæo VI. Proinde legendum hic videtur non *Arſacia*, ſed *Arſaca regia*: ut ſit Arſace nomen regis. unde Parthi à poëtis Arſacidæ appellari conſueverunt. Nam Ptol. citato lib. Hecatompylon regiam appellat. Quid ſi legas, *In medio Hecatompylos, Arſace, Regionis ea Parthyenes nobilis, ubi Alexandropolis.* ut accipiamus Arſacen urbem eſſe Parthyenes nobilis regionis. Nam quod de Niſæa Hermolaus ait, omni ratione caret: quia Niſæa itidem ad Mediam pertinet, non ad Parthiam, auctoribus Strabone, Stephano, Herodoto & omnibus. *Idem.*

d *Parthia occurrens.*] Apographon Toletanum, *Parthieea currens.* Scribo, *Parthiaa occurrens.* Ex loco hoc, & illo capitis antecedentis, apparet *Parthiaam* ſemper appellatam à Plinio, non *Parthiam.* Pintian.

a *Laodi-*

ab Occaſu Adiabenen,[1] à Septentrione Armeniam. Perſæ Rubrum mare ſemper accoluere, propter quod is ſinus Perſicus vocatur. [2] Regio ibi maritima Cyropolis. Qua vero ipſa ſubit ad Medos, Elymais, [3] Megala appellatur locus, arduo montis aſcenſu per gradus, introitu anguſto, ad Perſepolin caput regni, [4] dirutam ab Alexandro. Præterea habet in extremis finibus [a] Laodiceam, ab Antiocho conditam. Inde ad Orientem Magi obtinent [5] Paſſagardas caſtellum, in quo Cyri ſepulchrum eſt: & horum Ecbatana oppidum tranſlatum ab Dario rege ad montes. Inter Parthos & Arianos excurrunt Paratæceni. His gentibus & Euphrate, inferiora regna [6] cluduntur. Reliqua dicemus à Meſopotamia, excepto mucrone ejus, Arabumque populis, in priore dictis volumine. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit, vicatim diſperſa, præter Babylona & Ninum. Macedones eam in urbes congregavere, propter ubertatem ſoli. Oppida, præter jam dicta, habet Seleuciam, [7] Laodiceam, [b] Artemitam: item in Arabum gente, qui [8] Aroëi vocantur, & [9] Mardani, Antiochiam: quæ à præfecto Meſopotamiæ [10] Nicanore condita [c] Arabis vocatur. Junguntur his Arabes, introrſus [11] Eldamarii. Super quos ad Pellacontam flumen Bura oppidum, Salmani & [12] Maſei Arabes. [13] Gordiæis vero juncti [14] Aloni, per quos Zerbis fluvius in Tigrin cadit, Azones Silices montani, & Orontes. Quorum ad Occidentem oppidum [d] Gaugamela.

1 ad Septentrionem *Ch.*
2 Regia. *Ch.*
3 Cegale. *Ch.*
4 dirutum. *Ch.*
5 Fraſſargida. *Ch.*
6 includuntur. *M. & V.*
7 Ch. *non habet.*
8 Arrhoëi. *Ch.* Errhoëi. V.
9 Vaudani. *Ch.*
10 Nicanoria vel Arabis. *M.* Nicanoria vel Arbelis. V.
11 Elmari. Supra quos. *Ch.*
12 Maræi. *Ch.*
13 Condiæis. *Ch.*
14 Azoni. *Ch.*

a *Laodiceam.*] Hodie *Lor.* Dalec.

b *Artemitam.*] Artemita *Caramit:* Aroëi, *Eſton:* Mardani, *Myrdino:* Gordyæi, *Gon:* Aloni, *Alangiacana:* Orontes, *Orſa:* Claſſitæ, *Gaiat:* Azochis, *Azanchiſ:* Hebata, *Beſin.* Idem.

c *Arabis vocatur.*] *Arabis* cognominata eſt ad differentiam aliarum, ideo quod eſſet inter Arabas ſita: *Nicator* vero regis eſt cognomen. *Gelen.*

d *Gaugamela.*] Hic vicus eſt ad quem Darium ab Alexandro Magno fatali prælio devictum contendit Plutarch. in vita Alex. mihi pag. 1252. Sequitur Ammian. Marcellin. Indeque id mutuatus doctiſſ. Scalig. de emend. tempor. lib. 5. pag. 226. Auctor ſupra cap. 13. hujus libri in Arbelitide regione ſc. id factum teſtatur. Id quod non uſque adeo pugnat cum altera opinione. Cum fieri poſſit ut

gamela. Item [1] Sue in rupibus. Supra [2] Silici, [3] Claſſitæ, per quos Lycus ex Armenia fertur: Abſidris ad hibernum exortum, [4] Azochis oppidum. Mox in campeſtribus oppida Dioſpage, [5] Polytelia, [6] Stratonicea, Anthemus. In vicinia Euphratis Nicephorion, quod, ut diximus, Alexander juſſit condi propter loci opportunitatem. Dicta eſt in Zeugmate [7] Apamia, ex qua Orientem petentes excipit oppidum [8] apprime munitum, quondam ſtadiorum [9] ſexaginta quinque amplitudine, & ſatraparum regia appellatum, quo tributa conferebantur, nunc in arcem redactum. Durant, [10] ut fuerant, Hebata, & ductu Pompeii Magni terminus Romani Imperii [11] Oruros, à Zeugmate ducentis quinquaginta millibus paſſuum. Sunt qui tradunt Euphratem [12] Gobaris præfecti opere diductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret: ab Aſſyriis vero univerſis appellatum [13] [a] Armalchar, quod ſignificat regium flumen. Qua derivatur, oppidum fuit [14] Agrani è maximis, quod diruere Perſæ. Babylon Chaldaicarum gentium caput diu ſummam [15] claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Meſopotamiæ Aſſyriæque Babylonia appellata eſt, ſexaginta millia paſſuum amplexa, [b] muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in ſingulos pedes ternis digitis menſura ampliore, quam noſtra, interfluo Euphrate, mirabili opere utroque. Durat adhuc ibi Jovis Beli templum. Inventor hic fuit ſideralis ſcientiæ. [16] Cætero

1 Save. V. Suet. *Ch.*
2 Silci. *Ch.*
3 Claſſitræ III. M. p. per quos, &c.
4 Achochis. *Ch.*
5 Polyteba. V.
6 Stratonigena, Anthemuſium. V.
7 Apamæa. *Ch.*
8 Caphræna. *Ch.*
9 LXX. *Ch.*
10 ut fuere Thæbatæ. *Ch.*
11 Orturos. V.
12 Cobares. *Ch.*
13 Narmalchan. *Ch.*
14 Agranis. *Ch.*
15 claritatem inter urbes obtinuit toto orbe, propter quod. *Ch.*
16 Cætero circuitu ad. *M.V.* Cæterum ad. *Tol.* Cætero ad. *Ch.*

tero

Gangamela ejus pars fuerit: Utut ſit, non longe hinc Arbelam abfuiſſe, ex Ptolemæi Geographicis conſtat, facileque fieri poteſt, ut ad utrunque tunc temporis ſit pugnatum. *Dalecamp.*

a *Armalchar.*] Nahar Malcha: Syrorum lingua, qua uſi ſunt Orientales. Unde & corrupta hæc Plinii appellatio, more plerumque ſcriptoribus nativæ cujuſque nuncupationis linguæ imperitis ſolito. *Mitalerius.* Græcis ποταμὸς βασίλειος, Seleuciam præterfluens, ut ait Ammian. Marcellin. *Dalec.*

b *Muris.*] E bitumine & teſtaceo latere ſtructis. Vitruvius cap. 3. libro 6. *Idem.*

a Obid

tero in ſolitudinem rediit, exhauſta vicinitate Seleuciæ, [a] ob id conditæ à Nicatore intra nonageſimum lapidem, in confluente Euphratis foſſa perducti atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac ſui juris, Macedonumque moris. [1] Ferunt ei plebis urbanæ DC. M. eſſe, ſitum vero mœnium Aquilæ pandentis alas: agrum totius Orientis fertiliſſimum. Invicem ad hanc exhauriendam, Cteſiphontem juxta tertium ab ea lapidem in [2] Chalonitide condidere Parthi, quod nunc [3] eſt caput regni: & poſtquam nihil proficiebatur, nuper Vologeſus rex aliud oppidum Vologeſocertam in vicinio condidit. Sunt etiamnum in Meſopotamia oppida, Hipparenum, [4] Chaldæorum & hoc, ſicut Babylon juxta [5] flumen [b] Narragam, qui dedit civitati nomen. Muros Hipparaneorum Perſæ diruere. Orcheni quoque tertia Chaldæorum doctrina, in eodem ſitu locantur, ad Meridiem verſi. Ab his Notitæ & [6] Orthophantæ, & Græciochantæ. Euphrate navigari Babylonem è Perſico mari CCCCXII. mill. paſſuum tradunt. Nearchus & Oneſicritus. [c] Qui vero poſtea ſcripſere, à Seleucia [7] CCCCXC. mill. Juba à Babylone Characem CLXXV. mill. paſſ. Fluere aliqui ultra Babylonem continuo alveo, priuſquam diſtrahitur [8] in irrigua LXXXVII. mill. Univerſo autem curſu [9] XI. mill. paſſ. Inconſtantiam menſuræ diverſitas auctorum facit, [d] cum

Perſæ

1 Feruntur ei plebes urbanæ ſexcentæ eſſe. *M. V.*

2 Chalibonitide. *ex Ptolem.*

3 caput eſt regnorum. *Ch.*

4 Chaldæorum doctrina & hoc. *Chif.* Ch. doctrina clarum & hoc. V.

5 Fluvium. *Ch.* Flumen Narragam, qui eadit in Narrogam, qui. *Tol. & Salm.*

6 Orotopopanitæ & Græciochartæ. *Ch.*

7 CCCCLXXX. *Ch.*

8 ad rigua. *Ch.*

9 XII. *Ch.*

a *Ob id conditæ à Nicatore intra XC. lapidem.*] Strabo CCC. ſtadiis remotam eſſe ait Seleuciam à Babylone, hoc eſt XXXVII. M. D. paſſ. quod vidit & Hermolaus. Itaque legendum non XC. ſed XL. Videtur enim imperitia librarii verſam fuiſſe *l*, literam in *c*. Pintian.

b *Narragam.*] Nunc *Narſingua*. Dalecamp.

c *Qui vero poſtea ſcripſerunt à Seleucia CCCC. XC.*] Apographon Tolet. CCCCXL. Videtur legendum, permutatis elementis CCCCLX. Nam ſi ex hac ſumma, quæ eſt à Seleucia ad ſinum Perſicum, ſubtrahantur CCCCXXI. M. paſſ. quæ connumerantur à Babylone ad ſinum eundem, ut ſtatim ante dixit, reliqua erunt XXXVIII. M. hoc eſt CCC. ſtadia: quo ſpacio dictum eſt paulo ante ex Strabone, ſubmotam eſſe Seleuciam à Babylone. *Pintianus.*

d *Cum Perſæ quoque ſchœnos & paraſangas alii alia menſura determinent.*] Senſus eſt, non debere cuiquam mirum videri,

Perſæ quoque ſchœnos & paraſangas [1] alii alia menſura determinent. Ubi [2] deſinit [3] alveo munire, ad confinium Characis accedente tractu, ſtatim infeſtant Attali latrones, Arabum gens. Ultra quos Scenitæ. Ambitu vero Euphratis Nomades Arabiæ uſque ad deſerta Syriæ, [a] unde in Meridiem flecti eum diximus, ſolitudines Palmyrenas relinquentem. Seleucia abeſt à capite Meſopotamiæ Euphratem navigantibus undecies centena xxv. mill. paſſuum. A mari Rubro ſi Tigri navigetur, [4] cccxx. mill. à Zeugmate [5] DXXVII. mill. [b] Zeugma [6] à Seleucia Syriæ ad noſtrum littus CXXXII. mill. paſſ. [c] Hæc eſt ibi latitudo [7] terrarum inter duo maria. Parthici vero regni DCCCC. [8] XLIV. mill. paſſuum. Eſt etiamnum oppidum Meſopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant [9] Digbam.

1 alii, *in V. & M. non leg.*
2 deſit. *Ch.*
3 alveus muniri. V. ubi deſinunt alveum munire. V. alveo uno ire. *alii.*
4 ccxx. *Ch.*
5 DCCXXIV. *Ch.*
6 abeſt. *Ch.*
7 terrarum. Parthici vero regni inter duo maria, *ex cap. 25. & proxime ſequenti.*
8 XVIII. *Ch.*
9 Debam. *Ptolem.*

Cap.

deri, quod inter auctores de ſpatiis earum regionum parum conſtet, cum apud ipſos Perſas locorum indigenas alibi magis, alibi minus prolixæ ſint paraſangæ; quod idem apud Germanos quoque in milliariis accidit. *Gelen.*

a *Unde in meridiem flecti eum diximus, ſolitudines Palmyrenas relinquentem.*] Conſtat ex hoc ipſo, quem Plinius citat loco, volum. 5. cap. 13. ſcribendum hic eſſe, *Unde in Orientem flecti, &c.* non, *unde in meridiem.* Verba Plinii: *Ita fertur uſque ad Uram locum, in quo converſus ad orientem relinquit Syriæ Palmyrenas ſolitudines.* Et in eodem cap. oſtenſum fuerat expulſum à Tauro in meridiem cum ante adverſus occaſum decurreret. *Pintian.*

b *Zeugma à Seleucia Syria ad noſtrum littus c. xxxij.*] Supra lib. 5. cap. 12. menſuram indicans Syriæ, *Longitudo,* inquit, *ejus inter Ciliciam & Arabiam* CCCCLX. M. *paſſuum eſt: latitudo à Seleucia Pieria ad oppidum in Euphrate Zeugma clxxv.* Legendum itaque & hic, non *cxxxij,* ſed *clxxv.* adſtipulante etiam Marciano lib. 6. *Idem.*

c *Hæc eſt ibi latitudo terrarum inter duo maria. Parthici vero regni dcccexliiij.* M. *paſſuum.*] Præpoſterus verborum ordo ſenſum alioqui facilem, non difficilem modo, ſed falſum etiam reddit. Ecquæ, obſecro, duo ſunt maria inter Seleuciam Syriæ & Zeugma urbem? Ex his igitur verbis prima illa, *Hæc eſt ibi latitudo terrarum,* ſuperioribus adjungenda ſunt. Quæ ſequuntur, ſic, ut ſentio, legenda: *Parthici vero regni inter duo maria dcccexl.* M. *paſſ.* Meminiſſe enim hoc loco debemus eorum quæ ſupra à Plinio dicta ſunt cap. 15. *Regna Parthorum duodeviginti ſunt omnia. Ita enim dividunt provincias, circa duo, ut diximus, maria, Rubrum à meridie, Hyrcanum à Septentrione.* Præterea infra capite proximo, ex ſententia Agrippæ tradit, latitudinem Mediæ, Parthiæ, Perſidis, DCCCXL. quod adhuc magis correctionem noſtram obvallat. *Idem,*

a Digli-

CAP. XXVII. *Flumen Tigris.*

SEd & de Tigri ipſo dixiſſe conveniat. Oritur in regione Armeniæ majoris, fonte conſpicuo in planitie. Loco nomen [1] Elongoſine eſt. Ipſius qua tardior fluit, [a] Diglito: unde concitatur, à celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi ſagittam. [2] Influit lacum [3] Arethuſam omnia illata pondera ſuſtinentem, & nitrum nebulis exhalantem. [b] Unum genus ei piſcium eſt, [4] idque tranſcurrentis non miſcetur alveo, ſicut nec è Tigri piſces in lacum tranſnatant. [c] Fertur autem & curſu & colore diſſimilis: tranſvectuſque occurrente [d] Tauro monte in ſpecu mergitur: ſubterque lapſus à latere altero ejus erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem eſſe manifeſtum eſt, quod demerſa perfert. Alterum deinde tranſit lacum, qui [5] Thoſpites appellatur, rurſuſque in cuniculos mergitur, & poſt xxv. mill. paſſuum circa Nymphæum redditur. Tam vicinum Arſaniæ fluere, [6] cum in regione Arrhene Claudius Cæſar auctor eſt, ut cum intumuere, confluant, nec tamen miſceantur, leviorque Arſanias innatat IV. mill. ferme ſpatio: mox diviſus in Euphratem mergitur. [e] Tigris [7] autem ex Armenia, [f] acceptis fluminibus claris [8] Partheni, Agnice, Pharione,

1 Elegoſine. *M.* Æloſine eſt, ipſi qua tardior fuit Digito.
2 influit in lacum. *M. V & Ch.*
3 Arſenen. *Strab. lib.* 11.
4 & aquæ. *M.* eſt, & his aquæ non miſcentur.
5 Teſpites. *Ch.* Theſpites. *V.*
6 cum, *deeſt in M.*
7 enim. *M.*
8 *Vet. cod.* Partheni, ac Nicephorini. *Ch.* Parthenia.

a *Diglito.*] Theteclus Chaldæus paraphraſtes: Joſephus cap. 2. lib. 1. Διγλαθ. *Mitalerius.*

b *Unum ei genus piſcium eſt.*] Deeſſe puto negationem, ſcribendumque, *Nec unum genus ei piſcium eſt*, ex Strabone 11. ſcribente, piſcium paluſtrium unum duntaxat genus eſſe, in hoc autem lacu plura eſſe genera. Proinde quod ſequitur confeſtim: *Idque tranſcurrentis non miſcetur alveo*, legend erit; *Iique tranſcurrentis non miſcentur alveo.* Pint.

c *Fertur autem & curſu & colore diſſimilis.*] Credo legend. *Fertur alite curſu & colore diſſimilis.* Vide *Salmaſ.* p. 596. b.

d *Tauro monte.*] Seneca cap. 8. lib. 6. Quæſt. Natural. *Dalecamp.*

e *Tigris autem ex Armenia, &c.*] Lege: *Tigris enim acceptis ex Armenia fluminibus claris, Parthenia ac Nicephorione, Arabas, Oroëos Adiabenoſque &c.* Vide *Salmaſ.* p. 698. a.

f *Acceptis fluminibus claris Partheni, Agnice, Phorione.*] Lego, *Acceptis fluminibus claris Parthenia, Nicephorione*, ex vulgata Græciæ nomenclatura. Alioqui Parthenias fluvius eſt Peloponneſi Straboni octavo: & alius ejuſdem fere nominis in Ponto Ptolemæo, Stephano, Straboni, Arriano, Apollonio, apud nos Valerio

1 Oroëos. V. rione, Arabas, [1] Aroëos Adiabenoſque diſterminans,
2 Corydæorum. Ch. Corydiorum. V. Tol. & quam diximus Meſopotamiam faciens, [a] luſtratis montibus [2] Gordyæorum circa [b] Apamiam Meſenes oppidum, citra Seleuciam, Babyloniam [3] cxxv.
3 ccxxv. Ch. mill. paſſ. diviſus in alveos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Meſenen perfundens: altero ad Septentrionem flexus, ejuſdem gentis tergo campos [c] Cauchas ſecat. Ubi remeavere aquæ, Paſitigris appellatur. Poſteà recipit ex Media Choaſpem: atque (ut diximus) inter Seleuciam & Cteſiphontem vectus, in lacus Chaldaicos ſe fundit, eóſque LXX. mill. paſſ. amplitudine implet: mox vaſto alveo profuſus, dextrà Characis oppidi infertur mari
4 decem mill. paſſ. ore. M. Ch. & Baſil. decumano ore. V. Perſico [4] decumo ore. Inter duorum amnium oſtia xxv. mill. paſſ. fuere, aut (ut alii tradunt) VII. mill. utroque navigabili. Sed longo tempore Euphratem præcluſere Orcheni, & accolæ agros rigantes: nec
5 Paſitigri. Pin. niſi [5] *per Tigrin* defertur in mare. Proxima Tigri regio Parapotamia appellatur. In ea dictum eſt de
6 Chalibonitis. Ptol. Meſene. Oppidum ejus [d] Dibitach. Jungitur [6] Chalonitis cum Cteſiphonte, non palmetis modo, verum & olea, pomiſque, aliiſque arbuſtis nobilis. Ad eam pervenit Zagrus mons, ex Armenia inter Me-
7 Adiabenoſque. Ch. dos, [7] Adiabenoſque veniens, ſupra Paratacenen
8 cccIxxx. Ch. & Perſidem. Chalonitis abeſt à Perſide [8] CCCCLXXX.
9 & Aſſyr. V. M. mill. paſſ. Tantum à Caſpio mari [9] Aſſyriam abeſſe compendio itinerum aliqui tradunt. Inter has gentes atque Meſenen Sittacene eſt, eadem Arbe-
10 Palæſtina. Ch. litis & [10] Palæſtine dicta. Oppidum ejus Sittace Græco-

Valerio Flacco & cæteris. Et Nicephorion urbs eſt Meſopotamiæ Ptolemæo, Stephano. Plinius quoque cap. XXVI. *In viciniam Euphratis Nicephorium.* Favet etiam apographon Toletanum, in quo ad verbum, ut ajunt, ſcriptum eſt, *Parthenia ac Nicephorione.* Pintian.

a *Luſtratis montibus Gordiaeorum.*] Legebatur ante Hermolaum, *Choridiorum*, ipſe *Gordiaeorum* corrigit. Apographon Toletanum, *Corideorum* habet: nos ſcribendum cenſemus *Corduenorum*, ſeu *Carduchorum*, ex Plinio ſupra capite XV. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni præfluente Tigri.* Id.

b *Apamiam.*] Nunc, *Greſira.* Dalec.

c *Cauchas.*] Nunc *Cuerch* Idem.

d *Dibitach.*] Nunc *Dehebech.* Idem.

a *Ibi*

Græcorum ab Ortu eſt, & [1] Sabata: ab Occaſu autem Antiochia, inter duo flumina Tigrin & Tornadotum. Item Apamia, cui nomen Antiochus matris ſuæ impoſuit, [2] Tigris circumfunditur. Hæc dividitur Archoo. Infra eſt [3] Suſiane, in qua vetus regia Perſarum Suſa, à Dario Hyſtaſpis filio condita: abeſt à Seleucia Babylonia CCCCL. mill. paſſ. Tantundem ab Ecbatanis Medorum per montem [4] Charbanum. In Septentrionali Tigris alveo oppidum eſt [5] Babytace. Abeſt à Suſis CXXXV. mill. paſſ. [a] Ibi mortalium ſoli aurum in odio contrahunt, id defodiunt, ne quo cui ſit in uſu. [b] Suſianis ad Orientem verſus junguntur [6] Coſſæi latrones, & Mizæorum XI. populi liberæ feritatis. Supra eos [7] patent Parthuſi, Mardi, & Saitæ, Hyi, qui prætenduntur ſupra Elymaida, quam Perſidi in ora junximus. Suſa à Perſico mari abſunt CCL. mill. paſſuum. Qua ſubiit ad eam claſſis Alexandri Paſitigri, vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aphle: unde Suſa navigatione LXV. M. D. paſſ. abſunt. Suſianis ab Oriente proximi ſunt [8] Coſſæi, ſupra Coſſæos ad Septentrionem Meſobatene ſub monte Cambalido: qui eſt Caucaſi ramus, inde molliſſimo tranſitu in Bactros. Suſianen ab Elymaide diſterminat amnis [9] Eulæus, ortus in Medis [10] medioque ſpacio cuniculo conditus, hac rurſus exortus & per Meſobatenen lapſus, circuit arcem

1 Sabdata. Cb.

2 Tigris circumfunditur huic, dividitur Archoo.

3 Suſiana. Cb.

4 Carbantum. Cb.

5 Barbibace. Cb.

6 Oxi. Cb. & M.

7 parent Parthis Mardi. M. & Cb.

8 Coſſiæi. Cb. Uxii ex Strab. lib. 11. Oxi, & Oxii. V.

9 Ilæus. Cb.

10 modicoque. M. & Cb.

a *Ibi mortalium ſoli aurum in odio contrahunt. Id defodiunt, ne quo cui ſit in uſu.*] Lego partim ex archetypo Tolet. partim ex conjectura, *Hi mortalium ſolis aurum in odio. Contrahunt id, defodiuntque, ne cui ſit in uſu.* Pintian. *Ibi mortalium ſoli aurum, &c.*] Lege: *Ii mortalium ſolis aurum in odio: contrahunt defodiuntque, id ne cui ſit in uſu.* Salmaſius p. 1194. b.

b *Suſianis ad orientem verſus junguntur Coſſæi.*] Prior lectio tam impreſſa quam ſcripta, partim *Oxi*, partim *Oxii* præfert: Hermolaus pro *Oxii* ſubſtituit *Coſſæi*; non recte. Subſtituendum enim erat *Uxii*, ex Strabone lib. 11. *Eorum*, ait, *Mardi Perſis erant finitimi. Hi atque Suſii Uxii & Elymæi, Coſſæi autem Mediæ.* Et lib. 15. *Sed magis Paretaceni Apolloniatis imminent, unde eos plurimum infeſtant. Elymæi autem illos & Suſios: cum Elymæis vero Uxii pugnant.* Et eod. lib. adhuc magis perſpicue, *Ad orientem vero ex Suſis in Perſia mediterranea euntibus, per Uxianos iter eſt.* Pintian.

arcem Suſorum, ac Dianæ templum auguſtiſſimum illis gentibus, & ipſe in magna cærimonia. Siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. [a] Recipit amnem Hedypnum, præter
1 ad unum ex Suſianis oppidum. Juxta. V.
Aſylum Perſarum venientem, [1] & unum ex Suſianis. Oppidum juxta eum Magoa, à Charace XV. mill. paſſ. quidam hoc in extrema Suſiana ponunt ſolitudinibus proximum. Infra Eulæum Elymais eſt,
2 Ora. Ch.
in ora juncta Perſidi, à flumine [2] Oroati ad Characem CCXI. mill. paſſ. Oppida ejus Seleucia & Socirate,
3 Chaſiro. Ch.
appoſita monti [3] Caſyro. Oram, quæ prajacet, minorum Syrtium vice diximus inacceſſam
4 Brixa & Ortatia. Ch.
cœno plurimum limi deferentibus [4] Brixia & Ortacea amnibus: madente & ipſa Elymaide in tantum, ut nullus ſit niſi circuitu ejus, ad Perſidem aditus. Infeſtatur & ſerpentibus, quos flumina deportant. Pars ejus maxime invia, Characene vocatur
5 regnaea. Ch.
ab oppido Arabiæ claudente [5] regna, de quo dicemus, expoſita prius M. Agrippæ ſententia. Namque is Mediam & Parthiam, & Perſidem ab Oriente Indo, ab Occidente Tigri, à Septentrione Tauro, Caucaſo, à Meridie Rubro mari terminatas patere in longitudinem XIII.XX. mill. paſſ. in latitu-
6 DCCCCXL. Ch.
dinem [6] DCCCXL. prodidit. Præterea per ſe Meſopotamiam ab Oriente Tigri, ab Occaſu Euphrate, à Septentrione Tauro, à Meridie mari Perſico incluſam, longitudine octingentorum mill. paſſ. latitudine CCCLX. Charax oppidum Perſici ſinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluen-
7 Ileum II.p.Ch. VI. M. Pint.
tes, dextra Tigrin, læva [7] Eulæum III. mill. paſſ. laxitate. Conditum eſt primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex urbe regia Durine (quæ tum interiit)

[a] *Recipit amnem Hedypnum.*] Videtur legendum *Hedyphum*: ex Strabone lib. XVI. qui tamen *Hedyphonta* appellat, quinta inflexione: Capta eſt etiam prope fluvium Hedyphonta Seleucia magna civitas, quæ prius Soloce vocabatur. *Pint.*

a *Nomen-*

interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari juſſerat: pagumque Pellæum, à patria ſua, quem proprie Macedonum fecerat: Flumina id oppidum expugnavere. Poſtea Antiochus reſtituit quintus regum, & ſuo nomine appellavit. [1] Iterumque infeſtatum Paſines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Juba ſatrapen Antiochi fuiſſe falſo tradit, oppoſitis molibus reſtituit: [a] nomenque ſuum dedit, emunito ſitu juxta in longitudinem III. mill. paſſ. in latitudinem paulo minus. [2] Primo fuit à litore ſtadiis x. [3] maritimum: etiam inde pſeudoporticus habet: Juba vero prodente, L. mill. paſſ. Nunc abeſſe à litore CXX. mill. legati Arabum noſtrique negotiatores, qui inde venere, affirmant. Nec ulla in parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus invectæ. Magis id mirum eſt, æſtu longe ultra id accedente non repercuſſas. Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium, terrarum orbis ſitus recentiſſimum auctorem [4] conſtat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit Divus Auguſtus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicaſque res majore filio. Non me præterit, nec ſum oblitus, ſui quemque ſitus diligentiſſimum auctorem viſum nobis [b] in introitu hujus operis. In hac tamen parte arma Romana ſequi placet nobis, Jubamque regem, ad eundem Caium Cæſarem ſcriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.

1 Iterum quoque infeſtatum Spationis Suggodonati filius. *Ch.* Spaſinen vocat *Dion in vita Trajani, & Stephanus Byzantius, qui hanc urbem ab inſtauratore Σπασίνου χάρακα vocatam tradidit. Ejus meminit & Joſephus cap.* 7. 1. *cap.* 2. 20. ἀρχαιολογίας. *Vide Leopard. cap.* 2. 8.

2 Prius. *Ch.*

3 Et maritimum etiam Ipſanda portum habuit. *Pint. ex Tol. lego*, etiam ipſa tum portum habuit: *vel*, Et maritimum jam inde ipſa portum habuit.

4 *Verbum*, conſtat, *in Ch. deſideratur. optime, ſi poſt* præterit, *ante* Nec ſum oblitus, τελείᾳ στιγμῇ *diſtinguat.*

CAP.

a *Nomenque ſuum dedit emunito ſitu juxta, &c.*] Caſtius fortaſſe legeretur ad hunc modum, *Nomenque è ſuo dedit & è munito ſitu*, ut ſint duo verba, *è munito*, hoc ſenſu: *E nomine ſuo vocaſſe Spaſinu, & è loco munito*, Charax. Significat *Charax* vallum. Vocatum eſt autem primo oppidum hoc à conditore Alexandro Alexandria, deinde ab Antiocho V. rege, Antiochia, poſtremo à Spaſine & à munito loco, Spaſinu Charax: ſic enim appellatum eſt, teſte Stephano. *Pint.*

b *In introitu hujus operis.*] Procemio libri tertii. *Dalecamp.*

a *Arabia*

CAP. XXVIII.

Arabia, Nomades, Nabatæi, Omani, Tylos & Ogyris inſulæ.

a ARabia gentium [1] nulli poſtferenda, amplitudine longiſſima, à monte Amano, à regione Ciliciæ Comageneſque deſcendit, ut diximus, multis gentibus eorum deductis illo à Tigrane magno, ſponte vero ad mare noſtrum lituſque [2] Ægyptiacum, ut docuimus: b nec non in media Syriæ ad Libanum montem penetrantibus Nubeis, quibus junguntur Ramiſi. [3] Deinde Taranei, deinde Patami. Ipſa vero peninſula Arabia inter duo maria, Rubrum Perſicumque procurrens; quodam naturæ artificio ad ſimilitudinem atque magnitudinem Italiæ mari circumfuſa, in eandem etiam cœli partem nulla differentia ſpectat. Hæc quoque in illo [4] ſitu felix. Populos ejus à noſtro mari uſque ad [5] Palmyrenas ſolitudines diximus: reliqua nunc inde [6] peragemus. c Nomadas infeſtatoreſque Chaldæorum, Scenitæ, (ut diximus) [7] claudunt & ipſi vagi, [8] ſed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur, ubi libuit. Deinde Nabatæi oppidum [9] incolunt Petram nomine in convalle, paulo minus II. mill. paſſuum amplitudinis, circundatum montibus inacceſſis amne interfluente. Abeſt [10] à Gaza oppido litoris

1 nullis. *Ch.*
2 Ægyptum. *Ch.*
3 Dein Teranei, dein Patami. *Ch.*
4 ſitus. *Ch.*
5 ſitu. Felix ejus populus. A noſtro. *M. V.*
6 peragimus. Nomadas inde infeſtatoreſque. *Ch.*
7 Cludunt. *Ch.*
8 ſic à tabernaculis cognominati. *V.* mercantur. *lego* cognominati ciliciis, quibus metantur. *V.* vel caſtra ponunt; vel metas in agris pro terminis ſtatuunt.
9 includunt. *Ch.*
10 à Begaza. *Ch.*

a *Arabia gentium nulli poſtferenda, amplitudine longiſſima, à monte Amano, à regione Cilicia, Comageneſque deſcendit.*] Scribendum reor partim conjectura, partim ex ſcriptis codicibus, *Arabia gentium nulli poſtferenda amplitudine, longiſſima à monte Amano, è regione Cilicia Commageneſque deſcendit.* Nam & Toletanum apographum, *è regione* palam oſtendit. *Pint.*

b *Nec non in media Syria ad Libanum montem, &c.*] Legend. *nec non & in media Syria ad Libanum penetrantibus Nombai, quibus junguntur Ramiſi.* Nombæi populi Judææ, Libanum verſus tendentibus, quos Arabiæ Plinius dat. *Salmaſ.* pag. 492. b.

c *Nomadas infeſtatoreſque, &c.*] Lege: *Nomades infeſtatoreſque Chaldaeorum Scenitæ, &c.* Et eodem libro cap. XXVI. de Euphrate *ubi deſiit alveo munire ad confinium Characis accedente tractu, ſtatim infeſtant Attali latrones, Arabum gens, ultra quos Scenitæ, &c.* Vide quæ *Salmaſ.* ibi notat. pag. 484. a. 489. a.

a *Teredon.*]

litoris noſtri DC. M. à ſinu Perſico [1] cxxII.M. Huc convenit utrunque bivium, eorum qui [2] Syriæ Palmyram petiere, & eorum qui ab Gaza venerunt. A Petra [3] incoluerunt Omani ad Characem uſque, oppidis quondam claris à Semiramide conditis, [4] Abeſamide & Soractia. Nunc ſunt ſolitudines. Deinde eſt oppidum, quod Characenorum regi paret, [5] in Paſitigris ripa, [6] Forath nomine, in quod à Petra conveniunt, [7] Characemque inde XII. M. paſſuum ſecundo æſtu navigant. E Parthico [8] enim regno navigantibus vicus [a] Teredon, infra confluentem Euphratis & Tigris: læva fluminis Chaldæi obtinent, dextra Nomades Scenitæ. Quidam & alia duo oppida longis intervallis [9] Tigris [10] prænavigari tradunt, Barbatiam, mox [11] [b] Thumatam: quod abeſſe à Petra decem dierum navigatione, [12] noſtri negotiatores dicunt, Characenorumque regi parere: & Apamiam ſitam, ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat. Itaque molientes incurſionem Parthos operibus [13] objectis inundatione arceri. Nunc à Charace dicemus oram [14] Epiphani primum exquiſitam. Locus ubi [15] Euphratis oſtium fuit, flumen ſalſum, promontorium Chaldone, voragini ſimilius, quam mari, per L. M. oræ, flumen Achana, deſerta C. M. paſſ. uſque ad inſulam [16] Icharam. Sinus Capeus, quem accolunt Gaulopes & Chareni. Sinus Gerraicus. Oppidum Gerra V. mill. paſſ. amplitudine, turres habet ex ſalis [17] quadratis [18] molibus. A litore L. M. paſſuum regio [19] Attene. Ex adverſo [20] Tylos inſula, totidem millibus à litore, plurimis margaritis celeberrima, cum oppido ejuſdem nominis: juxtaque [21] altera minor,

1 cxxxv. *Ch.*
2 & Syria. *Ch.*
3 incoluere. *Ch.*
4 Beſanniſa & Soractia nunc ſunt ſolitudines. *Ch.* Soroactia *in vulgata lectione habetur. V.*
5 in ipſa Tygris ripa. *M.*
6 Fora. *Ch.*
7 Choraceni. inde: *V.*
8 autem. *Ch.*
9 Tigri. *Ch.*
10 pernavigari. *M.*
11 Dumatham. *Ch.* Thumatam. quod abeſt à P. d. dier. navigatione. Noſtri n. d. Characenorum regi parere. *V.*
12 *deeſt* noſtri *in Ch.*
13 abjectis. *Baſilienſe.*
14 Epiphanio. *M. V.*
15 Euphratis oſtio effluit.
16 Barum. *V. & Ch. alii* Tharum.
17 quadrati. *Ch.*
18 molibus à litore l. Regio Artene ex adverſo cccc. mill. paſſuum. Tylos inſula. *Man.*
19 Atta. *Ptolem.*
20 Tyros. *Ptolem.*
21 altera, in ora promontoria. *M. V.*

a *Teredon.*] Nunc *Balzara.* Dalec.
b *Thumatam.*] Nunc *Thyma.* Idem.

a *A pro-*

minor, [a] à promontorio ejus [1] XII. mill. paſſ. Ultra magnas aſpici inſulas tradunt, ad quas non ſit perventum. Hujus ambitum CXII. M. D. paſſuum, à Perſide longius abeſſe, adiri [2] uno alveo anguſto. Inſula [3] Aſgilia, gentes Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataræi, Nomades. Flumen Cynos. Ultra navigationem incompertam ab eo latere propter ſcopulos tradit Juba, prætermiſſa mentione oppidi [4] Omanorum Batraſabbes, & Omanæ, quod priores celebrem portum Carmaniæ fecere. Item [5] Omnæ & Athanæ, quæ nunc oppida maxime celebrari à Perſico mari noſtri negotiatores dicunt. A flumine Canis, ut Juba tradit, mons aduſto ſimilis. Gentes Epimaranitæ. Mox Ichthyophagi, inſula deſerta, gentes Bathymi. Eblitæi montes, inſula Omœnus. Portus Machorbæ, inſulæ Etaxalos, Onchobrice, gens Chadæi. Inſulæ ſine nominibus multæ: celebres vero Iſura, Rhinnea, & proxima, in qua ſcriptæ ſunt ſtelæ lapideæ literis incognitis. Goboëa portus, Bragæ inſulæ deſertæ. Gens [6] Thaludæi. Dabanegoris regio. Mons Orſa cum portu. Sinus Duatus, inſulæ multæ. Mons Tricoryphos. Regio Cardalena, inſulæ Solanidæ, Capina. Item Ichthyophagorum. Deinde Glari. Litus Hammæum, ubi auri metalla. Regio Canauna, gentes Apitami, Gaſani. Inſula Devadæ: Fons Goralus, Garpheti, inſulæ [7] Aleu & Amnamethu. Gens Darræ, inſulæ Chelonitis, Ichthyophagôn multæ, Eodanda deſerta, Baſag, multæ Sabæorum. Flumina Thamar, Amnon, inſulæ Dolicæ. Fontes Daunotes, Dora: inſulæ Pteros. [8] Labanis, Coboris, Sambracate, & oppidum eodem nomine in continenti.

1 XII. m. d. p. *Ch.*
2 modo alveo *M.*
3 Aſclie. *Ch.*
4 Omanorum Batraſavanes & Ommamæ. *Ch.*
5 Homæ & Attanæ. *Ch.*
6 Caludæi. *V.*
7 Alaca. *V.* Amnameth. *V.*
8 Labatanis. *Ch.*

a *A promontorio ejus* XII. M. *paſſ.*] Plinius lib. XII. cap XI. diſtare ait minorem Tyſon à majore X. M. paſſ. Itaque aut illic vitium ſit, aut hic neceſſe eſt. *Pintian.*

a *Inſula*

nenti. A meridie inſulæ multæ, maxima Camari. Flumen, Myſecros. Portus, Leupas. Scenitæ Sabæi. Inſulæ multæ. Emporium eorum [1] Acila, ex quo in Indiam navigatur. Regio, Amithoſcuta, Damnia. Mizi majores & minores, Drimati, [2] Macæ. Horum promontorium contra Carmaniam eſt. Diſtat quinquaginta mill. paſſuum. Mira res ibi traditur: Numenium ab Antiocho rege Meſenæ præpoſitum, ibi viciſſe eodem die claſſe, æſtuque reverſo iterum equitatu contra Perſas dimicantem, & gemina trophæa eodem in loco Jovi ac Neptuno ſtatuiſſe. [a] Inſula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi ſepulto. Diſtat à continente [3] cxxv. mill. paſſuum, circuitu cxii. M. paſſuum. Nec minus altera clara in Azanio mari [4] Dioſcoridu, diſtans à Syagro extimo promontorio CCLXXX. mill. paſſ. Reliqui in continente à noto etiamnum Autaride, in montes VII. dierum tranſitus. Gentes Larendani, Catabani, Gebanitæ pluribus oppidis, ſed maximis, Nagia, & Tamna templorum LXV. Hæc eſt amplitudinis ſignificatio. Promontorium, à quo ad continentem Troglodytarum L. mill. paſſ. Toani, Acchitæ, [5] Chatramotitæ, Tomabei, Antidalei, Lexianæ, Agrei, Cerbani, Sabæi Arabum, propter thura clariſſimi, ad utraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in rubro litore Marane, Marma, Corolia, Sabatra: intus oppida Naſcus, Cardava, Carnus, & quo merces odorum deferunt, Tomala. [b] Pars eorum Atramitæ, quorum caput Sobotale

1 Acil. *Ch.* Ocolc. *Ptol.*

2 Naumacheorum. p. c. Carmaniam diſtat quinque. *Ch.*

3 cxx. p. circuitur cxii. d. *Ch.*

4 Dioſcuriada. V. Dioſcynidia. *M. alii,* Dioſcurias.

5 Cattamotitæ. *Ch.*

a *Inſula in alto objacet Ogyris, &c.*] Lege: *Inſula in alto objacet Ogenis, clara Erythra rege ibi ſepulto.* Diſtat à continente ccxxv. p. M. Vide *Iſ. Voſſium* in Melam. p. 287.

b *Pars eorum Atramitæ.*] Scribo, *Pagus eorum Atramitæ.* Patet id ex lib. XII. cap. XIV. *In medio ejus ſunt fere Atramitæ, pagus Sabæorum.* Repetit verba eadem Solinus. *Quorum caput Sabotale, LX. templa muris includens.*] Exemplar Salmanticenſe: *Quorum caput Sobotale, templa muris includens.* Scribo, *Quorum caput Sabota LX. templa muris includens.* Sicque ad verbum legit apographon Toletanum. Sabotam vocatam eſſe eam urbem, oſtendunt verba Plinii lib. XII. cap. XIV. *In medio ejus ſunt fere Atramitæ, pagus Sabæorum,*

Sobotale LX. templa muris includens. Regia tamen omnium eſt Mariaba. Sinum obtinet XCIV. mill. paſſ. refertum inſulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo junguntur Minæi: mare accolunt & Elamitæ. [1] Oppidum ejuſdem nominis. Iis [2] juncti Cagulatæ. Oppidum Siby, quod Græci [3] Apaten vocant: Arſicodani, Vadei [4] cum oppido magno, Baraſei, Lichenia,[5] [a] Sygaros inſula, quam canes non intrant, expoſitique circa litora errando moriuntur. Sinus intimus, in quo Leanitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in ſinu Læana, vel, ut alii, Ælana. [b] Nam & ipſum ſinum noſtri Ælaniticum ſcripſere, alii Ælenaticum, Artemidorus Alenicitum, Juba Læniticum. Circuitus Arabiæ à Charace Læana colligere proditur [6] quadragies octies centena LXX. M. Juba paulo minus XL. M. putat. Latiſſima eſt à Septentrione inter oppida Heroum & Chracem. Nunc & reliqua mediterranea ejus dicantur. Nabatæis Thimaneos junxerunt veteres, nunc ſunt [7] Taueni, Suelleni, Sarraceni. Arra oppidum, in quo omnis negotiatio convenit. Hemuatæ, Analitæ: oppida, Domada, Egra: Thamudei, oppidum Badanatha. Carrei, oppidum [8] Chariati: Achoali, oppidum Phoda: ac Minæi, à rege Cretæ Minoë (ut exiſtimant) originem trahentes: quorum Charmæi oppidum XIV. mill. paſſ. [9] Mariaba

1 Oppido. *Ch.*

2 junguntur. *M & V.*

3 Appoten. *M V.*

4 cum, *deeſt in M. & Vet. Ch. ita locum hunc totum legit:* Arſi, Codani, Baræi oppido magno Baralaſa & Lachiceni Syagros inſulam canes non intrant, &c.

5 Syagros, *Baſilienſe.*

6 XLVI. LXVI. *Ch.*

7 Thabaceni, Suallini, Anageni, oppidum in quo negotiatio ei convenit. Hemnatæ, Analitæ: oppida Donmata, Hægra. *Ch. pro* Arra *M. habet* Arreni, *pro* Egra, Egeata: *V.* *Atareni.*

8 Cariatta. *Ch.*

9 Marriba Palmalachum. *Ch.*

baorum, capite regni Sabota. Ex cap. XV. ejuſdem voluminis, *Thus collectum Sabotam camelis convehitur, porta ad id una patente.* Stephanus Sabo eam appellare videtur. *Pint.* *Tomala. Pars eorum, &c.*] Lege: *Tomala. pars eorum Atramita, quorum caput Sabota, &c.* Fruſtra contendunt veram eſſe lectionem: *pagus eorum Atramita:* quaſi non idem ſit, pars Sabæorum Atramitæ populi, qui Sabæi in multas gentes ſive pagos dividuntur. *Salmaſ.* 489. b. 490. a.

a *Sygaros inſula, quam canes non intrant.*] Scribendum reor *Syagros*, non *Sygaros*, argumento quod pleræque inſulæ à promontoriis & circumjacentibus terris nominari ſoleant, ut teſtatum nobis eſt. Porro Syagros extimum eſſe Arabiæ promontorium, præter Ptolemæum & alios, Plinius paulo ante retulit. *Pint.*

b *Nam & ipſum ſinum noſtri Ælaniticum, &c.*] Scribe: *Nam & ipſum ſinum noſtri Ælaniticum ſcripſere, alii Ailanticum, Artemidorus Elaniticum, Juba Laaniticum.* Salmaſ. pag. 482. b.

a *Ampe-*

riaba Baramalacum, & ipſum non ſpernendum: item Carnon. [1] Rhammei, & horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritæ, Maſſala oppido. Hamirei, [2] Gedranitæ, [3] Ampræ, Iliſanitæ, Bachilitæ, Sammei, Amathei cum oppidis Neſſa & Cenneſſeri. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacaſcami. Riphearma oppidum, quo vocabulo hordeum appellant. [4] Autei & Ravi, Gyrci & Mathatæi. Helmodenes cum oppido Ebode. Agacturi in montibus, oppido xx. mil. paſſuum, in quo fons Emiſchabales, quod ſignificat camelorum oppidum. [5] [a] Ampelone colonia Mileſiorum. Actrida oppidum, Calingii, quorum Mariaba oppidum ſignificat dominos omnium. Oppida, Pallon, [6] Murannimal juxta flumen, per quod Euphratem emergere putant. Gentes [b] Agrei, Ammonii. Oppidum Athenæ, Caurarani, quod ſignificat ditiſſimos armento: Coranitæ, Cæſani, Choani. Fuerunt & Græca oppida, Arethuſa, Lariſſa, Calcis, deleta variis bellis. Romana arma ſolus in eam terram adhuc intulit Ælius Gallus ex equeſtri ordine. Nam C. Cæſar Auguſti filius proſpexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit non nominata ab auctoribus, qui ante ſcripſerunt, [7] Egran, Anneſtum, Eſcam, Maguſam, Tammacum, Labeciam, & ſupra dictam Mariabam, circuitu VI. mill. paſſuum. Item Caripeta, quo longiſſime proceſſit. Cætera explorata retulit: Nomades lacte & ferina carne veſci: reliquos vinum, ut Indos, palmis exprimere, oleum ſeſamæ. Numeroſiſſimos eſſe Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis arbuſtiſque, in pecore [8] divitias.

1 Rhamnei. *Baſil.* Rhadamæi. *Ch.*

2 Saunei, Chantacæ Baſtiæ. Harma oppidum. *V.*

3 Phryxi, Hyiſauitæ, Bachylitæ, Samnæi, Amaitrei, oppidis Neiſa & Chennaeſaeri, Zamerini oppidis Sagiatta Canthace, Bacas Chamiri. Pheaxina oppidum. *Ch.*

4 Autæi & Brani Cyrei Elmata eis oppido xx. p. Chodæ, Lathuri in montibus. *Ch.*

5 Amyclomei. *V.*

6 Urannimal. *M.*

7 Negranan, Neſtum, Neeſcan, Maſugum, Caminacum, Laba etiam, & ſupra dictam Maribam, &c. Item Caripetam. *Ch.*

8 divites. Cembanus &c. *M. V.*

a *Ampelone colonia Mileſiorum.*] Alii leg. *Amyelone.* Mileſii coloniis ſuis, vel in barbariſſimas gentes deductis, Græca tamen ſolebant imponere nomina, quemadmodum videre licet in tot eorum coloniis per oram Ponticam diſperſis. Proinde magis placet *Ampelone* à vinetis, quam *Amyelone* vox Græcis nihil ſignificans. *Gelen.*

b *Agrei.*] Nunc *Vargan.* Dalec.

vitias. Cembanos & Arios armis præſtare, maxime Chatramotitas. Caræis latiſſimos & fertiliſſimos agros. Sabæos ditiſſimos ſilvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræque proventu. De odoribus ſuo dicemus volumine. [a] Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine: barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro. Aliis & hæc intonſa: mirumque dictu ex innumeris populis pars [1] æqua in commerciis, aut latrociniis degit: in univerſum gentes ditiſſimæ, ut apud quas [2] maxime opes Romanorum Parthorumque [3] ſubſidant, vendentibus quæ è mari aut ſilvis [4] capiant, nihil invicem redimentibus. [5] Nunc reliquam oram Arabiæ contrariam perſequemur. Timoſthenes totum ſinum quatridui navigatione in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem, anguſtias [6] IV. mill. paſſ. Eratoſthenes ab oſtio XIII. mill. in quanque partem. Artemidorus Arabiæ latere [7] XIV. quinquaginta mill.

1 coæqua. *M.* V.
2 maximæ. *Cb.*
3 ſubſiſtant. *Cb.*
4 capiunt. *Cb.*
5 *Cb.* *hinc orditur quod proxime ſequitur caput: & melius mea ſententia quam in vulgatis.*
6 VII. p. *Cb.*
7 XVI. Troglodytico, &c. *Cb.*

Cap. XXIX.

Sinus maris Rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

Troglodytico vero [8] XII. LXXXII. mill. paſſ. Ptolemaida uſque. Agrippa [9] XIII. XXII. mill. paſſuum, ſine differentia laterum. Plerique latitudinem [10] CCCCLXII. prodiderunt, fauceſque hiberno orienti obverſas, [11] alii IV. mill. alii VII. mill. alii XII. mill. p. patere. Situs autem ita ſe habet. A ſinu [12] Ælanitico alter ſinus, quem Arabes [13] Æant vocant, in quo [14] Heroum oppidum eſt. Fuit & Cambiſu inter Nelos & Marchadas, deductis eo ægris exercitus. Gens Tyra: Daneon portus, ex quo navigabi-

8 XI. XXXVII. D. p. *Cb.*
9 XVII. XXII. *Cb.*
10 CCCCLXXV. *Cb.*
11 alii VII. alii XV. patere. *Cb.*
12 Læanitico. *Cb.*
13 *Fortaſſis,* Ælath, *lingua Hebraica & Syriaca.* Mitalerius. quem Arabiæ Sœan. *Cb.*
14 Heroon. *Cb.*

a *Arabes mitrati degunt aut intonſo crine.*] Legend. *Arabes, mitrati degunt, intonſo crine.* Illud *aut* additum ab imperito aliquo correctore. Vide *Salm.* pag. 555. b.

a *Myos.*]

vigabilem alveum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit [1] LXII. mill. paſſuum intervallo (quod inter flumen & Rubrum mare intereſt) [2] primus omnium Seſoſtris Ægypti rex cogitavit: mox Darius Perſarum: deinde Ptolemæus ſequens: qui & duxit foſſam latitudine pedum centum, altitudine [3] triginta, in longitudinem XXXVII. mil. D. paſſuum uſque ad fontes amaros. Ultra deterruit inundationis metus, excelſiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt cauſam, ſed ne immiſſo mari corrumperetur aqua Nili, quæ ſola potus præbet. Nihilominus iter totum [4] terendo frequentatur à mari Ægyptio, quod eſt triplex: unum à Peluſio per harenas, in quo niſi calami defixi regant, via non reperitur, ſubinde aura veſtigia operiente. Alterum vero duo mil. paſſuum ultra Caſium montem, quod à ſexaginta mil. paſſ. redit in Peluſiacam viam. Accolunt Arabes Autei. Tertium [5] à Gerro ([6] quod Adipſon vocant) per eoſdem Arabes ſexaginta mill. paſſuum propius, ſed aſperum montibus, & inops aquarum. Eæ viæ omnes Arſinoën ducunt, conditam ſororis nomine in ſinu [7] Charandra, à Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excuſſit, & amnem qui [8] Arſinoën præfluit, Ptolemæum appellavit. Mox oppidum parvum eſt Ænnum, [9] pro quo alii Philoteram ſcribunt. Deinde ſunt Azarei, ex Troglodytarum connubiis, Arabes feri. Inſulæ, [10] Sapirene, Scytala, mox deſerta ad [a] Myros hormon, ubi fons [11] Tadnos, mons [12] Eos, inſula [13] Lambe, portus multi, Berenice, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter à Copto diximus. Arabes Autei & [14] Gnebadei. [b] Troglodytice,

1 LXII. D. Ch.
2 primum. Ch.
3 XL. Ch.
4 mercaturis. V. terrenis. Tol. terræ. M. Ch.
5 Accercho. Ch. Ptolemæus *Gereum oppidum inter Peluſium & Caſium montem collocat.*
6 quod Agipſon vocant. M. quod Agipſium. Ch.
7 Carandra. Ch.
8 *Straboni etiam Cleopatridem dictam.*
9 alii pro hoc Piletrias. Ch. alii pro hoc Philaterias. M.
10 Sarapinæ, Scytala. Ch.
11 Statnos. Ch. Tamos. M.
12 Cos. V. Eas. Ch.
13 Iambe. Ch.
14 Zebatæi.

a *Myros.*] Nunc *Coſir.* Dalec.
b *Troglodytice.*] Troglodytas hodie vocant Abyſſinorum gentem proximam rubro mari, Regnum Barnagas appellant

dytice, quam priſci Michoen, alii Midoen dixere. [1] Mons Pentedactylos: inſulæ Stenæ deiræ aliquot, Halonneſi non pauciores: Cardamine, Topazos, quæ gemmæ nomen dedit. Sinus inſulis refertus: [2] ex iis qui Mareu [3] vocantur aquoſæ: quæ [4] Eratonos, ſitientes. [5] Regum ii præfecti fuere. Introrſus Candei, quos [a] Ophiophagos vocant, ſerpentibus veſci aſſueti; neque alia regio fertilior earum. Juba, qui videtur diligentiſſime proſecutus hæc, omiſit in hoc tractu (niſi ſi exemplarium vitium eſt) Berenicen alteram, quæ Panchryſos cognominata eſt: & tertiam, quæ [6] Epidires, inſignem loco. Eſt enim ſita in [7] cervice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris [8] quatuor mill. D. paſſuum ab Arabia diſtant. Inſula ibi Cytis topazium ferens [9] & ipſa. Ultra ſilvæ, ubi Ptolemaïs à Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata, juxta lacum Monoleum. Hæc eſt regio ſecundo volumine à nobis ſignificata: in qua quadragintaquinque diebus ante ſolſtitium, totidemque poſtea, hora ſexta conſumuntur umbræ, & in Meridiem reliquis horis cadunt, cæteris diebus in Septentrionem: cum in Berenice, quam primam poſuimus, ipſo die ſolſtitii ſexta hora umbræ in totum abſumantur, nihilque adnotetur aliud novi. DCII. mill. paſſuum intervallo, à Ptolemaide, res ingentis exempli, locuſque ſubtilitatis immenſæ, mundo ibi deprehenſo, cum indubitata ratione umbrarum Eratoſthenes menſuram terræ [10] prodere inde

1 Mox Pentedactylos inſula eſt Heneayræ aliquot Haloneſſis. *Ch.* Stenitiræ. *M.* Stenæ-diræ. *Pineus.*

2 Ex his quæ Maru. *Ch.*

3 vocatur, aquoſa: quæ Eratones ſitit.

4 Eranos. *Ch.*

5 Regum his præfectis fuere. *Ch.*

6 ἐπὶ δείρης. V.

7 cervicem longe procurrentem. V.

8 VII. d. p. *Ch.*

9 & ipſa ultra ſilvas, ubi. *Ch.*

10 prodere inceperit, *Chiffletianum vero & Tol.* conceperit.

lant indigenæ. Ἐρέμβους ab Homero 4. Odyſſ. dictos volunt his verſibus, quibus ad eos ſe perveniſſe Menelaus refert:

Αἰθίοπας θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ
Ἐρέμβους, &c.

Ἐρέμβους autem ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν ἐμβαίνειν dictos interpretantur, qua etymolog & Τρωγλοδύτας appellant. *Dal.* Videatur magnum etymologicum, & Ortelii Onomaſt. Lis enim vetuſta eſt.

a *Ophiophagos.*] Vocavit Pythie Lacedæmonios ὀφιοδείρους, quod excoriatis ſerpentibus veſcerentur. Auctor libri τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Dalec.*

a *Promon-*

re inde cœperit. Hinc Azanium mare, promontorium, quod aliqui Hiſpalum ſcripſere: lacus, Mandalum: inſula [1] Colocaſitis, & in alto multæ, in quibus teſtudo plurima. Oppidum [2] Suchæ, inſula Daphnidis, oppidum Aduliton. Ægyptiorum hoc ſervi à dominis profugi condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum. Abeſt à Ptolemaide [3] quinque dierum navigatione. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, [4] celtium teſtudinum, ſphingia, mancipia. Supra Æthiopes Aroteres: inſulæ, quæ [5] Aliæu vocantur: item Bacchias & Antibacchias, & [6] Strathonis. Hinc in ora Æthiopiæ ſinus incognitus, quod admiremur, cum ulteriora mercatores ſcrutentur. Promontorium, in quo fons [7] Cucios, expetitus navigantibus. Ultra Iſidis portus decem dierum remigio ab oppido Adulitarum diſtans. In eum Troglodytis myrrha confertur. Inſulæ ante portum duæ, Pſeudopylæ vocantur: interiores totidem, Pylæ: in altera ſtelæ lapideæ literis [8] ignotis. Ultra ſinus Abalites. Inſula Diodori, & aliæ deſertæ. per continentem quoque deſerta, oppidum Gaza, [a] promontorium & portus [9] Moſſylites, quo cinnamomum devehitur. Huc uſque Seſoſtris exercitum duxit. Aliqui unum Æthiopiæ oppidum ultra ponunt in litore Baragaza. A Moſſylite promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba, præter Mauritanias ſuas Gadeis uſque navigandum Coro. Cujus tota ſententia hoc in loco ſubtrahenda non eſt. A promontorio Indorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit

1 Caſitis. *M.* V.
2 Sacc. *M. & Ch.*
3 duorum. *M.*
4 Celetum. *M.*
5 Elææ. *V. adſtipulante Strabone.*
6 Stratioton, *h. e. militum. Tol. Salm.*
7 Curius. *M.*
8 incognitis. V.
9 Moſſylicus. V. Coſſylicus. *V.*

a *Promontorium & portus Moſſylites, &c.*] Lege: *Promontorium & ſinus Moſylicus quo cinamomum devehitur. Huc uſque Seſoſtris exercitum duxit.* Imo anguſtias Dires non eſt prætergreſſus, & per eas tranſiit, non per illas Moſylici ſinus. Plinius de his anguſtiis Dires: *fauceſque Orienti hiberno obverſos alii* VIII. *millibus, alii* XXV. *patere mill. paſſuum.* ut duas illas anguſtias confuderit. Vide *Salmaſ.* pag. 1265. a, b.

ponit recto curſu præter exuſta, [a] ad Malchu inſulam xv. mill. paſſuum eſſe. Inde ad locum quem vocant Sceneos, ccxxv. M. Inde ad inſulam Sadanum centum quinquaginta mill. paſſuum. Sic fieri ad apertum mare xviii. [1] lxxxv. mill. paſſuum. Reliqui omnes propter Solis ardorem navigari poſſe non putaverunt. Quin & commercia ipſa infeſtant ex inſulis [b] Arabes Aſcitæ appellati, quoniam bubulos utres binos [2] ſternentes ponte, piraticam exercent ſagittis venenatis. [c] Gentes Troglodytarum idem Juba tradit Terothoas à venatu dictos, miræ velocitatis: ſicut Ichthyophagos, natantes ſeu maris animalia: Bargenos, Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin & accolas Nili à Syene non Æthiopum populos, ſed Arabum eſſe dicit uſque Meroën. [3] Solis quoque oppidum, quod non procul Memphi in Ægypti ſitu diximus, Arabas conditores habere. Sunt & qui ulteriorem ripam Æthiopiæ auferant, adnectantque Africæ, ripas autem incolere propter aquam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, oppida quo traduntur ordine [4] utrinque ponemus. A Syene, & prius Arabiæ latere, gens Catadupi. Deinde Syenitæ. Oppida, Tacompſon, quam quidam [5] appellaverunt Thathicen, [6] Aranium, Seſanium, Sandura, Naſaudum, Anadoma, Cumara, Peta & Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Mœchindira, Noa, Gophoa, Gyſtatæ, Megeda, Lea, Rhemnia,

1 lxxxv. *Ch.*

2 insternendo ponte. *Tol.*

3 *Huc referendum videtur, quod paulo poſt ſequitur, alienam in ſedem perperam trajectum:* Ripas autem incolere propter aquam. *Aut legendum videtur,* incoluere, *non* incolere, *quemadmodum in antiq. cod. & Ch. ſcriptum reperitur.*

4 ponemus utrinque. *M.*

5 appellarunt. *Ch.*

6 Araman, Seſamon. *V.*

a *Ad Malchu inſulam quindecim, &c.*] Lege: *ad Malachu inſulam, quindecies centena mill paſſuum. Inde ad locum quem vocant Sceneos,* ccxxv. M. *Inde ad inſulam Adanu centum quinquaginta mill. paſſuum.* Salmaſ. pag. 1264. b.

b *Arabes Aſcitæ appellati quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte, piraticam exercent, &c.*] Vocat Plinius *pontem* tabulas junctas & utribus ſuperſtratas. *Utres ponte ſternere*, nihil aliud eſt, quam utribus junctis tabulas ſtratas ſuperponere. Hinc *pontilis ſtratus* apud Veget. Vide *Salm.* 1266. b.

c *Gentes Troglodytarum Juba tradit Therothoas, &c.*] Apud Jubam qui Græce ſcripſit fuit Θηρευτὰς, quaſi dicas, in venatione in feris perſequendis pernicies, quæ appellatio gentis non eſt. Vide *Reineſ.* Var. lect. lib. 1. 17.

a *Duce*

Rhemnia, Nupſia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Boron in Mediterraneo, Mallos, proximum Meroæ. ſic prodidit Bion, Juba aliter: Oppidum in monte Megatichos, inter Ægyptum & Æthiopiam, quod Arabes Myrſon vocavere. Deinde Tacompſon, Aranium, Seſanium, [1] Piden, Mamuda, Corambin: juxta eam bituminis fontem, Hammodara, Proſda, Parenta, Mama, Teſſara, Gallas, Zoton, [2] Gaucomen, Emeum, Pidibotas, [3] Hebdomecontacometas, Nomadas in tabernaculis viventes: [4] Cyſten, Pemmam, Gadagalen, Paloin, Primmin, Nupſin, Daſelin, Patin, Gambreves, [5] Magaſen, Segaſmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, Scammos, Goram in inſula: ab iis Abala, Androcalim, Seren, Mallos, [6] Agocen. Ex Africæ latere tradita ſunt eodem nomine Tacompſos altera, ſive pars prioris: Magora, Sea, Edoſa, Pelenaria, Pyndis, Maguſa, Bauma, Linitima, [7] Spyntuma, Sydopta, Genſoa, Pindicitora, Eugoa, Orſima, Suaſa, Mauma, Rhuma, Urbubuma, Mulona, quod oppidum Græci [8] Hypaton vocarunt: Pagoargas, Zamnes, unde elephanti incipiant: Mamblia, Berreſa, Cetuma. Fuit quondam & Epis oppidum contra Meroën, antequam Bion ſcriberet, deletum. Hæc ſunt prodita uſque Meroën: ex quibus hoc tempore [9] nullum prope utroque latere extat. [10] Cætera ſolitudines, nuper renunciavere principi Neroni, miſſi ab eo milites prætoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Æthiopicum cogitanti. Intravere autem & eo arma Romana Divi Auguſti temporibus, [a] duce P. Petronio, & ipſo equeſtris ordinis [11] præfecto

1 Pidne. V.

2 Caucomene. Meum. V.

3 Endonda Cometas. M.

4 Cyſteni, Pemmani, Gadagaleni, Paroi, Patrimi. V.

5 Cagaſnæ. V.

6 Agoleg. Cb.

7 Spintum. Cb.

8 Hypatiton. V. Hyphammon. M.

9 nullum prope. Utroque latere ſolitudines, &c.

10 Certe ſolitudines ut nuper. Cb.

11 præfecto. Ægyptiis, oppida expugnavit, quæ ſola invenimus. Cb.

a *Duce P. Petronio & ipſo equeſtris ordinis præfecto Ægyptiis, oppida eorum expugnavit.*] Scribe diſtincte *præfecto Ægypti. Is oppida, &c.* De hoc Petronio Ægypti præfecto Strabo ſeptimodecimo. *Pintian.*

fecto Ægyptiis. Oppida eorum expugnavit, quæ ſola invenerat, quo dicemus ordine: Pſelcin, Primin, Aboccin, Phthurin, Canbuſin, Attenan, Stadiſin, ubi Nilus præcipitans ſe, fragore auditum accolis aufert. Diripuit & [1] Napata. Longiſſime autem à Syene progreſſus eſt [2] DCCCLXX. mill. paſſuum. Nec tamen arma Romana ibi ſolitudinem fecerunt. Ægyptiorum bellis attrita eſt Æthiopia, viciſſim imperitando ſerviendoque, clara & potens etiam [3] uſque ad Trojana bella [a] Memnone regnante: & Syriæ imperitaſſe eam, noſtroque [4] litore ætate, regis Cephei patet Andromedæ fabulis. Simili modo & de menſura ejus varia prodidere: primus Dalion ultra Meroën longe ſubvectus: Mox Ariſtocreon & Bion, & Baſilis: Simonides minor [5] etiam, quinquennio in Meroë moratus, cum de Æthiopia ſcriberet. Nam [6] & Timoſthenes claſſium Philadelphi præfectus, ſine menſura dierum LX. à Syene Meroën iter prodidit: Eratoſthenes DCXXV. mil. Artemidorus DC. mill. Seboſus ab Ægypti extremis [7] ſexdecies centena LXXV. mill. paſſ. unde proxime dicti [8] XII. LXX. Verum omnis hæc finita nuper [9] diſputatio eſt: [b] quoniam à Syene DCCCLXII. mill. Neronis exploratores renunciavere his modis: A Syene Hieran ſycaminon LIV. mill. paſſ. Inde [10] Tama [11] LXXV. millia paſſuum, regionem Euonymiton Æthiopum primam CXX. Acinam [12] LIV. mill, Pitaran XXV. Tergedum CVI. mill. Inſulam Gagauden eſſe in medio eo tractu. Inde primum viſas aves pſittacos, & ab altera (quæ vocatur Artigula) animal ſphingion, à Tergedo cynocephalos. Inde [13] Napata LXXX. mill. Oppidum id parvum

1 Neata. *Ch.*
2 DCCCC. LXX. p. *Ch.*
3 à Trojano uſque bello. *M.*
4 litori. *M.*
5 ætate. V.
6 &, *in M. deeſt.*
7 LXVI. LXX. *Ch.*
8 XIIL. *Ch.*
9 diſceptatio. V.
10 Tamia. *Pintian.*
11 LXXII. *Ch.*
12 LXIV. mill. paſſ. *M. & Ch.*
13 Nata-ba. *Ch.*

a *Memnone.*] De eo vide infra cap. 26. lib. 10. & cap. 7. lib. 36. *Dalec.*

b *Quoniam à Syene* DCCCCLXII.] Vetuſta exemplaria, DCCCCLXXIV. Sed nullo modo hæc ſumma quadrat cum ſequentibus numeris, quare dempto uno tantum C lego DCCCLXIV. *Pint.*

a *Delu-*

vum inter prædicta ſolum. Ab eo ad inſulam Meroën CCCLX. mill. Herbas circa Meroën demum [1] viridiores, ſilvarumque aliquid apparuiſſe & rhinocerotum elephantorumque veſtigia. Ipſum oppidum Meroën ab introitu inſulæ abeſſe LXX. mill. p. juxtaque aliam inſulam [2] Tatu dextro ſubeuntibus alveo, quæ portum faceret. Ædificia oppidi pauca. Regnare fœminam [3] Candaocen, quod nomen multis jam annis ad reginas [4] tranſiit. [a] Delubrum Hammonis [5] & ibi religioſum, & toto tractu ſacella. Cæterum cum potirentur rerum Æthiopes, inſula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt armatorum CCL. mill. dare ſolitam, artificum [6] CCCC. mill. alere. Reges Æthiopum XLV. & hodie traduntur.

1 viridiores ſilvarum apparuiſſe. *Ch.*

2 Tadu. *M. & Ch.*

3 Canagem. *Ch.*

4 tranſit. *Ch.*

5 eſt, *M. & V.*

6 III. *M. Man.* III. alere reges. *Ch.*

CAP. XXX.

Multiformes & miræ hominum effigies.

UNiverſa vero gens Ætheria appellata eſt, deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Æthiope Æthiopia. Animalium hominumque [7] effigies monſtriferas circa extremitates ejus gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigieſque cælandas mobilitate ignea. [8] Ferunt [9] certe ab Orientis parte intima gentes eſſe ſine naribus, æquali totius oris planitie. Alias ſuperiore labro orbas, alias ſine linguis. Pars etiam ore concreto & naribus carens, uno tantum foramine ſpirat, potumque calamis avenæ trahit, & grana ejuſdem avenæ, ſponte provenientis ad veſcendum. Quibuſdam pro ſermone

7 monſtrificas effigies. *Ch.*

8 Fertur. *M.*

9 certis. *Ch.*

a *Delubrum Hammonis.*] Jovis, quem κριοπρόσωπον ideo vocarunt, quod in ejus ſimulachro intacta cornua ſupra aures extarent. Qua de re late Lil. Girald. Syntag. 2. pag. 102. & Fulv. Urſin. Famil. Pinet. & Anton. Meminit & Prudentius contra Symmach. lib. 2. & Pauſan. Arcad. mihi pag. 263. *Dalec.* *Delubrum Hammonis & ibi.*] Dicit enim in Meroë quoque Hammonis delubrum eſſe, diverſum ab illo Libyco, in quo oracula reddebantur, & quod Alexander adiit, Hammonem patrem, ut credi volebant, ſalutaturus. *Gelen.*

mone nutus motuſque membrorum eſt. Quibuſdam ante Ptolemæum Lathyrum regem Ægypti ignotus fuit uſus ignium. Quidam & Pygmæorum gentem prodiderunt [1] ante paludes, [2] ex quibus Nilus oriretur. In ora autem, ubi deſiimus, continui montes, ardentibus ſimiles rubent. Troglodytis & rubro mari à Meroë tractus omnis [3] ſuperponitur: à [4] Napata tridui itinere ad Rubrum litus, aqua pluvia ad uſum, compluribus locis ſervatur, fertiliſſima regione, quæ intereſt, auri. Ulteriora Atabuli, Æthiopum gens [5] tenet. Deinde contra Meroën [6] Megabari, quos aliqui [7] Adiabaras nominavere, oppidum habent Apollinis. Pars eorum Nomades, quæ elephantis veſcitur. Ex adverſo in Africæ parte Macrobii. Rurſus à Megabaris Memnones & [8] Dauelli, dierumque viginti intervallo Critenſi. Ultra eos Dochi, deinde Gymnites ſemper nudi. Mox Anderæ, [9] Mathitæ, Meſagebes, Hipporeæ, atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africæ parte Medimni. Deinde Nomades cynocephalorum lacte viventes, [10] Olabi, Syrbotæ, qui octonûm cubitorum eſſe dicuntur. Ariſtocreon Lybiæ latere à Meroë oppidum [11] Tolen dierum quinque itinere tradit. Inde dierum duodecim [12] Eſar Ægyptiorum oppidum, qui Pſammeticum fugerint. In eo [13] produntur annis trecentis habitaſſe. [a] Contra in Arabico latere Daron oppidum eſſe eorum. Bion autem Sapen vocat, [14] quod ille Eſar, & ipſo nomine advenas ait ſignificari. [b] Caput eorum in inſula

1 inter. *Cb.*
2 à. *Cb.*
3 ſupponitur. *M. alii,* ſuppoſitus.
4 Napata. *Cb.*
5 tenent. *Cb.*
6 Megabri. V. Megabarri. M.
7 Adiabaros. *Cb.*
8 Dabelli. *Cb.* Danelli *ex Ald. M.*
9 Monthes, Meſſages Ipſodoro. *Cb.*
10 Aladi, Syrdotæ. *Cb.*
11 Tollen. *Cf.* Thale. *Pintian.*
12 Deſar op. Ægypt. *Cb.*
13 prodente ſe ccc. habitaſſe. *M. cui conſentit Cb. niſi quod* ccc. *habet.*
14 quod ille aſſerit, & ipſo nomine advenas ſignificari.

a *Contra in Arabico latere Daron oppidum eſſe eorum*] Hermolaus *Diacoron*, priorem lectionem, in *Daron* mutavit genitivum Græcum, ex Ptolemæo. At exemplar Salmanticenſe *Darion* legit, non *Diaron*, ſeu *Daron*. Quid ſi neutro modo legendum? ſed *Dalion*, ut ſit nomen auctoris, cujus teſtimonio priore capite uſus eſt Plinius, & poſt etiam utitur. Alioqui non tria, ut tradit Plinius, ſed quatuor eſſent fugitivorum oppida. *Pintian.*

b *Caput eorum in inſula Sembobitin.*] Æſtimandum an ſit commodior lectio, *Pſeboitin*: ſic videlicet dicta à Pſebo lacu, cujus eſt inſula: quam bene habitatam eſſe prodit Strabo lib. 17. Meminit & Artemidorus, referente Stephano. *Idem.*

a *Inde*

inſula Sembobitin, & tertium in Arabia, [1] Sai. Inter montes autem & Nilum [2] Symbari ſunt, [3] Phalanges, in ipſis vero montibus Aſachæ multis nationibus. Abeſſe à mari dicuntur dierum quinque itinere. Vivunt elephantorum venatu. Inſula [4] in Nilo Semberritarum, reginæ paret. Ab ea [5] Nubei Æthiopes dierum octo itinere. Oppidum eorum Nilo impoſitum, Tenupſis. Sambri, apud quos quadrupedes omnes ſine auribus, etiam elephanti. At ex Africæ parte Ptoembari, Ptoemphanæ, qui canem pro rege habent, motu ejus imperia augurantes, Auruſpi oppido longe [6] à Nilo ſito. Poſtea Achiſarmi, Phaliges, Marigeri, Caſamarri. Bion alia oppida in inſulis tradit, à [7] Sembobiti Meroën verſus dierum toto itinere viginti. Proximæ inſulæ oppidum Semberritarum ſub regina: & aliud Aſar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoën vocant, in qua oppidum Aſel. Quartam eodem, quo oppidum, nomine [8] Garoden. [a] Inde [9] per ripas oppida, Navos; [10] Modundam, Andatim, Secundum, Colligat, Secande, Navectabe, Cumi, Agroſpi, Ægipam, Candrogari, [11] Arabam, Summaram. Regio ſupra Sirbitum, ubi deſinunt [12] montes, traditur à quibuſdam habere maritimos Æthiopas, Niſicaſtes, [b] Niſitas, quod ſignificat ternûm & quaternûm oculorum viros: non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione [13] utantur. [c] Ab ea vero

1 Sina. *M.* Sinat. *Cb.*
2 Barri. *Cb.*
3 Phaliges. *V. Man.* Palvogges. *Cb.*
4 in illo Sembritarum regioni. M. V.
5 Nubæ. V.
6 à Nili ſitu. M.
7 Pſeboiti.
8 Caro. Deinde Paropas oppidum. *Cb.*
9 Paropas oppidum. V.
10 Modundæ, Mandatini, Secundini. M. & V.
11 Arabum ſummorum regio. M. V.
12 montes. Traditur à quib. haberi. *Pin.*
13 utuntur. *M.*

a *Inde per ripas oppida, Navos, Modundam, &c. Colligat, Secande, Navectabe, Cumi, &c*] Per ripas dicit ideo, quia ſuperius ex Bionis commentariis relata, in inſulis Nili ſita ſunt. Sunt autem appellationis barbaricæ, & accuſativo caſu poſita. *Gelen.*

b *Niſitas, &c. ſed quia ſagittis præcipua contemplatione utuntur.*] Id eſt, quod præcipui ſint in contemplando & deſtinando ad ictum quicquid ſagittis percutere volunt. *Salmaſ.* pag. 385. a.

c *Ab ea vero parte Nili quæ ſupra Syrtes majores oceanumque meridianum protenditur.*] Fieri nequit ut tam proterva pugnanſque inter ſe & intractabilis lectio monſtro aliquo vacet. Attentiore igitur cura loco excuſſo, arbitror commodius ſic legi poſſe, *Ab ea vero parte cœli qua ſupra Syrtes majores oceano meridiano prætenditur.* Nam exemplar Salmanticenſe non, *Nili qua*, ſed *reliqua*, habet: ut facile vera lectio, *cœli qua*, tranſire potuerit in, *reliqua*. Pint.

a *In la-*

1 XII. m. d. p. *Cb.* minor, [a] à promontorio ejus [1] XII. mill. paſſ. Ultra magnas aſpici inſulas tradunt, ad quas non ſit perventum. Hujus ambitum CXII. M. D. paſſuum, à Perſide longius abeſſe, adiri [2] uno alveo anguſto. Inſula [3] Aſgilia, gentes Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataræi, Nomades. Flumen Cynos. Ultra navigationem incompertam ab eo latere propter ſcopulos tradit Juba, prætermiſſa mentione oppidi [4] Omanorum Batraſabbes, & Omanæ, quod priores celebrem portum Carmaniæ fecere. Item [5] Omnæ & Athanæ, quæ nunc oppida maxime celebrari à Perſico mari noſtri negotiatores dicunt. A flumine Canis, ut Juba tradit, mons aduſto ſimilis. Gentes Epimaranitæ. Mox Ichthyophagi, inſula deſerta, gentes Bathymi. Eblitæi montes, inſula Omœnus. Portus Machorbæ, inſulæ Etaxalos, Onchobrice, gens Chadæi. Inſulæ ſine nominibus multæ: celebres vero Iſura, Rhinnea, & proxima, in qua ſcriptæ ſunt ſtelæ lapideæ literis incognitis. Goboëa portus, Bragæ inſulæ deſertæ. Gens [6] Thaludæi. Dabanegoris regio. Mons Orſa cum portu. Sinus Duatus, inſulæ multæ. Mons Tricoryphos. Regio Cardalena, inſulæ Solanidæ, Capina. Item Ichthyophagorum. Deinde Glari. Litus Hammæum, ubi auri metalla. Regio Canauna, gentes Apitami, Gaſani. Inſula Devadæ: Fons Goralus, Garpheti, inſulæ [7] Aleu & Amnamethu. Gens Darræ, inſulæ Chelonitis, Ichthyophagôn multæ, Eodanda deſerta, Baſag, multæ Sabæorum. Flumina Thamar, Amnon, inſulæ Dolicæ. Fontes Daulotes, Dora: inſulæ Pteros. [8] Labanis, Coboris, Sambracate, & oppidum eodem nomine in continenti.

2 modo alveo *M.*

3 Aſclie. *Cb.*

4 Omanorum Batraſavanes & Ommamæ. *Cb.*

5 Homæ & Attanæ. *Cb.*

6 Caludæi. *V.*

7 Alaca. *V.* Amnameth. *V.*

8 Labatanis. *Cb.*

a *A promontorio ejus* XII. M. *paſſ.*] Plinius lib. XII. cap XI. diſtare ait minorem Tyſon à majore X. M. paſſ. Itaque aut illic vitium ſit, aut hic neceſſe eſt. *Pintian.*

a *Inſula*

nenti. A meridie inſulæ multæ, maxima Camari. Flumen, Myſecros. Portus, Leupas. Scenitæ Sabæi. Inſulæ multæ. Emporium eorum [1] Acila, ex quo in Indiam navigatur. Regio, Amithoſcuta, Damnia. Mizi majores & minores, Drimati, [2] Macæ. Horum promontorium contra Carmaniam eſt. Diſtat quinquaginta mill. paſſuum. Mira res ibi traditur: Numenium ab Antiocho rege Meſenæ præpoſitum, ibi viciſſe eodem die claſſe, æſtuque reverſo iterum equitatu contra Perſas dimicantem, & gemina trophæa eodem in loco Jovi ac Neptuno ſtatuiſſe. [a] Inſula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi ſepulto. Diſtat à continente [3] cxxv. mill. paſſuum, circuitu cxii. M. paſſuum. Nec minus altera clara in Azanio mari [4] Dioſcoridu, diſtans à Syagro extimo promontorio CCLXXX. mill. paſſ. Reliqui in continente à noto etiamnum Autaride, in montes VII. dierum tranſitus. Gentes Larendani, Catabani, Gebanitæ pluribus oppidis, ſed maximis, Nagia, & Tamna templorum LXV. Hæc eſt amplitudinis ſignificatio. Promontorium, à quo ad continentem Troglodytarum L. mill. paſſ. Toani, Acchitæ, [5] Chatramotitæ, Tomabei, Antidalei, Lexianæ, Agrei, Cerbani, Sabæi Arabum, propter thura clariſſimi, ad utraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in rubro litore Marane, Marma, Corolia, Sabatra: intus oppida Naſcus, Cardava, Carnus, & quo merces odorum deferunt, Tomala. [b] Pars eorum Atramitæ, quorum caput

Sobotale

1 Acil. *Ch.* Ocole. *Ptol.*

2 Naumachcorum. p. c. Carmaniam diſtat quinque. *Ch.*

3 cxx. p. circuitur cxii. d. *Ch.*

4 Dioſcuriada. V. Dioſcynidia. *M. alii,* Dioſcurias.

5 Cattamotitæ. *Ch.*

a *Inſula in alto objacet Ogyris, &c.*] Lege: *Inſula in alto objacet Ogenis, clara Erythra rege ibi ſepulto.* Diſtat à continente ccxxv. p. M. Vide *Iſ. Voſſium* in Melam. p. 287.

b *Pars eorum Atramitæ.*] Scribo, *Pagus eorum Atramitæ.* Patet id ex lib. XII. cap. XIV. *In medio ejus ſunt fere Atramitæ, pagus Sabæorum.* Repetit verba eadem Solinus. *Quorum caput Sabotale, LX. templa muris includens.*] Exemplar Salmanticenſe: *Quorum caput Sobotale, templa muris includens.* Scribo, *Quorum caput Sabota LX. templa muris includens.* Sicque ad verbum legit apographon Toletanum. Sabotam vocatam eſſe eam urbem, oſtendunt verba Plinii lib. XII. cap. XIV. *In medio ejus ſunt fere Atramitæ, pagus Sabæorum,*

Sobotale LX. templa muris includens. Regia tamen omnium eſt Mariaba. Sinum obtinet XCIV. mill. paſſ. refertum inſulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo junguntur Minæi: mare accolunt & Elamitæ. [1] Oppidum ejuſdem nominis. Iis [2] juncti Cagulatæ. Oppidum Siby, quod Græci [3] Apaten vocant: Arſicodani, Vadei [4] cum oppido magno, Baraſei, Lichenia, [5] [a] Sygaros inſula, quam canes non intrant, expoſitique circa litora errando moriuntur. Sinus intimus, in quo Leanitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in ſinu Læana, vel, ut alii, Ælana. [b] Nam & ipſum ſinum noſtri Ælaniticum ſcripſere, alii Ælenaticum, Artemidorus Aleniticum, Juba Læniticum. Circuitus Arabiæ à Charace Læana colligere proditur [6] quadragies octies centena LXX. M. Juba paulo minus XL. M. putat. Latiſſima eſt à Septentrione inter oppida Heroum & Chracem. Nunc & reliqua mediterranea ejus dicantur. Nabatæis Thimaneos junxerunt veteres, nunc ſunt [7] Taueni, Suelleni, Sarraceni. Arra oppidum, in quo omnis negotiatio convenit. Hemnatæ, Analitæ: oppida, Domada, Egra: Thamudei, oppidum Badanatha. Carrei, oppidum [8] Chariati: Achoali, oppidum Phoda: ac Minæi, à rege Cretæ Minoë (ut exiſtimant) originem trahentes: quorum Charmæi oppidum XIV. mill. paſſ. [9] Mariaba

1 Oppido. *Cb.*
2 junguntur. *M & V.*
3 Appoten, *M V.*
4 cum, *deeſt in M. & Vet. Cb, ita locum hunc totum legit:* Arſi, Codani, Baræi oppido magno Baraſaſa & Læchiceni Syagros inſulam canes non intrant, &c.
5 Syagros, *Baſilienſe.*
6 XLVI. LXVI. *Cb.*
7 Thabaeni, Suallini, Anageni, oppidum in quo negotiatio ei convenit. Hemnatæ, Analitæ: oppida Domata, Hægra, *Cb. pro* Arra *M. habet* Arreni, *pro* Egra, Egeata: *V. Ararent.*
8 Cariatta. *Cb.*
9 Marriba Palmalachum. *Cb.*

baeorum, capite regni Sabota. Ex cap. XV. ejuſdem voluminis, *Thus collectum Sabotam camelis convehitur, porta ad id una patente.* Stephanus Sabo eam appellare videtur. *Pint. Tomala. Pars eorum, &c.*] Lege: *Tomala. pars eorum Atramita, quorum caput Sabota, &c.* Fruſtra contendunt veram eſſe lectionem: *pagus eorum Atramita:* quaſi non idem ſit, pars Sabæorum Atramitæ populi, qui Sabæi in multas gentes ſive pagos dividuntur. *Salmaſ.* 489. b. 490. a.

a *Sygaros inſula, quam canes non intrant.*] Scribendum reor *Syagros*, non *Sygaros*, argumento quod pleræque inſulæ à promontoriis & circumjacentibus terris nominari ſoleant, ut teſtatum nobis eſt. Porro Syagros extimum eſſe Arabiæ promontorium, præter Ptolemæum & alios, Plinius paulo ante retulit. *Pint.*

b *Nam & ipſum ſinum noſtri Ælaniticum, &c.*] Scribe: *Nam & ipſum ſinum noſtri Ælaniticum ſcripſere, alii Ailanticum, Artemidorus Elaniticum, Juba Laaniticum.* Salmaſ. pag. 482. b.

a *Ampe-*

riaba Baramalacum, & ipſum non ſpernendum: item Carnon. [1] Rhammei, & horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritæ, Maſſala oppido. Hamirei, [2] Gedranitæ, [3] Ampræ, Iliſanitæ, Bachilitæ, Sammei, Amathei cum oppidis Neſſa & Cenneſſeri. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacaſcami. Riphearma oppidum, quo vocabulo hordeum appellant. [4] Autei & Ravi, Gyrei & Mathatæi. Helmodenes cum oppido Ebode. Agacturi in montibus, oppido xx. mil. paſſuum, in quo fons Emiſchabales, quod ſignificat camelorum oppidum. [5] [a] Ampelone colonia Mileſiorum. Actrida oppidum, Calingii, quorum Mariaba oppidum ſignificat dominos omnium. Oppida, Pallon, [6] Murannimal juxta flumen, per quod Euphratem emergere putant. Gentes [b] Agrei, Ammonii. Oppidum Athenæ, Caurarani, quod ſignificat ditiſſimos armento: Coranitæ, Cæſani, Choani. Fuerunt & Græca oppida, Arethuſa, Lariſſa, Calcis, deleta variis bellis. Romana arma ſolus in eam terram adhuc intulit Ælius Gallus ex equeſtri ordine. Nam C. Cæſar Auguſti filius proſpexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit non nominata ab auctoribus, qui ante ſcripſerunt, [7] Egran, Anneſtum, Eſcam, Maguſam, Tammacum, Labeciam, & ſupra dictam Mariabam, circuitu VI. mill. paſſuum. Item Caripeta, quo longiſſime proceſſit. Cætera explorata retulit: Nomades lacte & ferina carne veſci: reliquos vinum, ut Indos, palmis exprimere, oleum ſeſamæ. Numeroſiſſimos eſſe Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis arbuſtiſque, in pecore [8] divitias.

1 Rhamnei. *Baſil.* Rhadamæi. *Ch.*

2 Sannei, Chantacæ Baſtiæ. Harma oppidum. *V.*

3 Phryxi, Hyiſanitæ, Bachylitæ, Samnæi, Amæirei, oppidis Neſſa & Chennæſaeri, Zamerini oppidis Sagiatta Canthace, Bacas Chamiri. Pheaxina oppidum. *Ch.*

4 Autæi & Brani Cyrei Eimata eis oppido xx. p. Chodæ, Lathuri in montibus. *Ch.*

5 Amyclomei. *V.*

6 Urannimal. *M.*

7 Negranan, Neſtum, Neeſcan, Maſugum, Camınacum, Laba etiam, & ſupra dictam Maribam, &c. Item Carlpetam. *Ch.*

8 divites. Cembanus &. *M.V.*

a *Ampelone colonia Mileſiorum.*] Alii leg. *Amyelone.* Mileſii coloniis ſuis, vel in barbariſſimas gentes deductis, Græca tamen ſolebant imponere nomina, quemadmodum videre licet in tot eorum coloniis per oram Ponticam diſperſis. Proinde magis placet *Ampelone* à vinetis, quam *Amyelone* vox Græcis nihil ſignificans. *Gelen.*

b *Agrei.*] Nunc *Vargan.* Daleç.

vitias. Cembanos & Arios armis præſtare, maxime Chatramotitas. Caræis latiſſimos & fertiliſſimos agros. Sabæos ditiſſimos ſilvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræque proventu. De odoribus ſuo dicemus volumine. [a] Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine: barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro. Aliis & hæc intonſa: mirumque dictu ex innumeris populis pars [1] æqua in commerciis, aut latrociniis degit: in univerſum gentes ditiſſimæ, ut apud quas [2] maxime opes Romanorum Parthorumque [3] ſubſidant, vendentibus quæ è mari aut ſilvis [4] capiant, nihil invicem redimentibus. [5] Nunc reliquam oram Arabiæ contrariam perſequemur. Timoſthenes totum ſinum quatridui navigatione in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem, anguſtias [6] IV. mill. paſſ. Eratoſthenes ab oſtio XIII. mill. in quanque partem. Artemidorus Arabiæ latere [7] XIV. quinquaginta mill.

Cap. XXIX.

Sinus maris Rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

Troglodytico vero [8] XII. LXXXII. mill. paſſ. Ptolemaida uſque. Agrippa [9] XIII. XXII. mill. paſſuum, ſine differentia laterum. Plerique latitudinem [10] CCCCLXII. prodiderunt, fauceſque hiberno orienti obverſas, [11] alii IV. mill. alii VII. mill. alii XII. mill. p. patere. Situs autem ita ſe habet. A ſinu [12] Ælanitico alter ſinus, quem Arabes [13] Æant vocant, in quo [14] Heroum oppidum eſt. Fuit & Cambiſu inter Nelos & Marchadas, deductis eo ægris exercitus. Gens Tyra: Daneon portus, ex quo navigabi-

1 coæqua. *M.* V.
2 maximæ. *Cb.*
3 ſubſiſtaut. *Cb.*
4 capiunt. *Cb.*
5 *Cb. hinc orditur quod proxime ſequitur caput: & melius mea ſententia quam in vulgatis.*
6 VII. p. *Cb.*
7 XVI. Troglodytico, &c. *Cb.*
8 XI. XXXVII. D. p. *Cb.*
9 XVII. XXII. *Cb.*
10 CCCCLXXV. *Cb.*
11 alii VII. alii XV. patere. *Cb.*
12 Læanitico. *Cb.*
13 *Fortaſſis,* Ælath, *lingua Hebraica & Syriaca.* Mitalerius. quem Arabiæ Sæan. *Cb.*
14 Heroon. *Cb.*

a *Arabes mitrati degunt aut intonſo crine.*] Legend. *Arabes, mitrati degunt, intonſo crine.* Illud *aut* additum ab imperito aliquo correctore. Vide *Salm.* pag. 555. b.

a *Myos.*]

vigabilem alveum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit [1] LXII. mill. paſſuum intervallo (quod inter flumen & Rubrum mare intereſt) [2] primus omnium Seſoſtris Ægypti rex cogitavit: mox Darius Perſarum: deinde Ptolemæus ſequens: qui & duxit foſſam latitudine pedum centum, altitudine [3] triginta, in longitudinem XXXVII. mil. D. paſſuum uſque ad fontes amaros. Ultra deterruit inundationis metus, excelſiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt cauſam, ſed ne immiſſo mari corrumperetur aqua Nili, quæ ſola potus præbet. Nihilominus iter totum [4] terendo frequentatur à mari Ægyptio, quod eſt triplex: unum à Peluſio per harenas, in quo niſi calami defixi regant, via non reperitur, ſubinde aura veſtigia operiente. Alterum vero duo mil. paſſuum ultra Caſium montem, quod à ſexaginta mil. paſſ. redit in Peluſiacam viam. Accolunt Arabes Autei. Tertium [5] à Gerro ([6] quod Adipſon vocant) per eoſdem Arabes ſexaginta mill. paſſuum propius, ſed aſperum montibus, & inops aquarum. Eæ viæ omnes Arſinoën ducunt, conditam ſororis nomine in ſinu [7] Charandra, à Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excuſſit, & amnem qui [8] Arſinoën præfluit, Ptolemæum appellavit. Mox oppidum parvum eſt Ænnum, [9] pro quo alii Philoteram ſcribunt. Deinde ſunt Azarei, ex Troglodytarum connubiis, Arabes feri. Inſulæ, [10] Sapirene, Scytala, mox deſerta ad [a] Myros hormon, ubi fons [11] Tadnos, mons [12] Eos, inſula [13] Lambe, portus multi, Berenice, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter à Copto diximus. Arabes Autei & [14] Gnebadei. [b] Troglodytice,

1 LXII. D. *Ch.*

2 primum. *Ch.*

3 XL. *Ch.*

4 mercaturis. *V.* terrenis. *Tol.* terræ. *M.* *Ch.*

5 Accercho. *Ch.* Ptolemæus *Gereum oppidum inter Peluſium & Caſium montem collocat.*

6 quod Agipſon vocant. *M.* quod Agipſium. *Ch.*

7 Carandra. *Ch.*

8 *Straboni etiam Cleopatridem dictam.*

9 alii pro hoc Pilетrias. *Ch.* alii pro hoc Philaterias. *M.*

10 Sarapinæ, Scytala. *Ch.*

11 Stattnos. *Ch.* Tamos. *M.*

12 Cos. *V.* Eas. *Ch.*

13 Iambe. *Ch.*

14 Zebatæi.

a *Myros.*] Nunc *Coſir.* Dalec.

b *Troglodytice.*] Troglodytas hodie vocant Abyſſinorum gentem proximam rubro mari, Regnum Barnagas appellant

dytice, quam priſci Michoen, alii Midoen dixere. [1] Mons Pentedactylos: inſulæ Stenæ deiræ aliquot, Halonneſi non pauciores: Cardamine, Topazos, quæ gemmæ nomen dedit. Sinus inſulis refertus: [2] ex iis qui Mareu [3] vocantur aquoſæ: quæ [4] Eratonos, ſitientes. [5] Regum ii præfecti fuere. Introrſus Candei, quos [a] Ophiophagos vocant, ſerpentibus veſci aſſueti; neque alia regio fertilior earum. Juba, qui videtur diligentiſſime proſecutus hæc, omiſit in hoc tractu (niſi ſi exemplarium vitium eſt) Berenicen alteram, quæ Panchryſos cognominata eſt: & tertiam, quæ [6] Epidires, inſignem loco. Eſt enim ſita in [7] cervice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris [8] quatuor mill. D. paſſuum ab Arabia diſtant. Inſula ibi Cytis topazium ferens [9] & ipſa. Ultra ſilvæ, ubi Ptolemais à Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata, juxta lacum Monoleum. Hæc eſt regio ſecundo volumine à nobis ſignificata: in qua quadragintaquinque diebus ante ſolſtitium, totidemque poſtea, hora ſexta conſumuntur umbræ, & in Meridiem reliquis horis cadunt, cæteris diebus in Septentrionem: cum in Berenice, quam primam poſuimus, ipſo die ſolſtitii ſexta hora umbræ in totum abſumantur, nihilque adnotetur aliud novi. DCII. mill. paſſuum intervallo, à Ptolemaide, res ingentis exempli, locuſque ſubtilitatis immenſæ, mundo ibi deprehenſo, cum indubitata ratione umbrarum Eratoſthenes menſuram terræ [10] prodere inde

1 Mox Pentedactylos inſula eſt Heneayræ aliquot Haloneſſis. *Ch.* Stenitiræ. *M.* Stenædiræ. *Pineus.*
2 Ex his quæ Maru. *Ch.*
3 vocatur, aquoſa: quæ Eratones ſitit.
4 Eranos. *Ch.*
5 Regum his præfectis fuere. *Ch.*
6 ἐπὶ δείρης. V.
7 cervicem longe procurrentem. V.
8 VII. d. p. *Ch.*
9 & ipſa ultra ſilvas, ubi. *Ch.*
10 prodere inceperit, *Chifflletianum vero & Tol.* conceperit.

lant indigenæ. Ἐρέμβους ab Homero 4. Odyſſ. dictos volunt his verſibus, quibus ad eos ſe perveniſſe Menelaus refert:

Αἰθίοπας θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρέμβους, &c.

Ἐρέμβους autem ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν ἐμβαίνειν dictos interpretantur, qua etymolog. & Τρωγλοδύτας appellant. *Dal.* Videatur magnum etymologicum, & Ortelii Onomaſt. Lis enim vetuſta eſt.

a *Ophiophagos.*] Vocavit Pythie Lacedæmonios ὀφιοδείρους, quod excoriatis ſerpentibus veſcerentur. Auctor libri τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Dalec.*

a *Tromon-*

re inde cœperit. Hinc Azanium mare, promon-
torium, quod aliqui Hiſpalum ſcripſere: lacus,
Mandalum: inſula [1] Colocaſitis, & in alto multæ, 1 Caſitis. *M* V.
in quibus teſtudo plurima. Oppidum [2] Suchæ, in- 2 Sace. *M. & Ch.*
ſula Daphnidis, oppidum Aduliton. Ægyptiorum
hoc ſervi à dominis profugi condidere. Maximum
hic emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum.
Abeſt à Ptolemaide [3] quinque dierum navigatione. 3 duorum. *M.*
Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua,
hippopotamorum coria, [4] celtium teſtudinum, 4 Celetum. *M.*
ſphingia, mancipia. Supra Æthiopes Aroteres: in-
ſulæ, quæ [5] Aliæu vocantur: item Bacchias & An- 5 Elææ. *V. adſtipulante Strabone.*
tibacchias, & [6] Strathonis. Hinc in ora Æthiopiæ 6 Stratioton, *h. e. militum. Tol. Salm.*
ſinus incognitus, quod admiremur, cum ulteriora
mercatores ſcrutentur. Promontorium, in quo fons
[7] Cucios, expetitus navigantibus. Ultra Iſidis por- 7 Curius. *M.*
tus decem dierum remigio ab oppido Adulitarum
diſtans. In eum Troglodytis myrrha confertur. In-
ſulæ ante portum duæ, Pſeudopylæ vocantur: in-
teriores totidem, Pylæ: in altera ſtelæ lapideæ lite-
ris [8] ignotis. Ultra ſinus Abalites. Inſula Diodo- 8 incognitis. V.
ri, & aliæ deſertæ. per continentem quoque deſer-
ta, oppidum Gaza, [a] promontorium & portus
[9] Moſſylites, quo cinnamomum devehitur. Huc- 9 Moſſylicus. V. Coſſylicus. *V.*
uſque Seſoſtris exercitum duxit. Aliqui unum Æ-
thiopiæ oppidum ultra ponunt in litore Baragaza. A
Moſſylite promontorio Atlanticum mare incipere
vult Juba, præter Mauritanias ſuas Gadeis uſque na-
vigandum Coro. Cujus tota ſententia hoc in loco
ſubtrahenda non eſt. A promontorio Indorum,
quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, pro-
ponit

a *Promontorium & portus Moſſylites, &c.*] Lege: *Promontorium & ſinus Moſylicus quo cinamomum devehitur. Huc uſque Seſoſtris exercitum duxit.* Imo anguſtias Dires non eſt prætergreſſus, & per eas tranſiit, non per illas Moſylici ſinus. Plinius de his anguſtiis Dires: *fauceſque Orienti hiberno obverſos alii* VIII. *millibus, alii* XXV. *patere mill. paſſuum.* ut duas illas anguſtias confuderit. Vide *Salmaſ.* pag. 1265. a, b.

ponit recto curſu præter exuſta, [a] ad Malchu inſu-
lam XV. mill. paſſuum eſſe. Inde ad locum quem
vocant Sceneos, CCXXV. M. Inde ad inſulam Sada-
num centum quinquaginta mill. paſſuum. Sic fieri
1 LXXXV. *Ch.* ad apertum mare XVIII. [1] LXXXV. mill. paſſuum.
Reliqui omnes propter Solis ardorem navigari poſ-
ſe non putaverunt. Quin & commercia ipſa infe-
ſtant ex inſulis [b] Arabes Aſcitæ appellati, quoniam
2 insternendo ponte. *Tol.* bubulos utres binos [2] ſternentes ponte, piraticam
exercent ſagittis venenatis. [c] Gentes Troglody-
tarum idem Juba tradit Terothoas à venatu dictos,
miræ velocitatis: ſicut Ichthyophagos, natantes
ſeu maris animalia: Bargenos, Zageras, Chalybas,
3 *Huc referendum videtur, quod paulo poſt ſequitur, alienam in ſedem perperam trajectum:* Ripas autem incolere propter aquam. *Aut legendum videtur,* incoluere, *non* incolere, *quemadmodum in antiq. cod. & Ch. ſcriptum reperitur.* Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin &
accolas Nili à Syene non Æthiopum populos, ſed
Arabum eſſe dicit uſque Meroën. [3] Solis quoque
oppidum, quod non procul Memphi in Ægypti
ſitu diximus, Arabas conditores habere. Sunt
& qui ulteriorem ripam Æthiopiæ auferant, adne-
ctantque Africæ, ripas autem incolere propter a-
quam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, op-
pida quo traduntur ordine [4] utrinque ponemus. A
Syene, & prius Arabiæ latere, gens Catadupi.
Deinde Syenitæ. Oppida, Tacompſon, quam qui-
dam [5] appellaverunt Thathicen, [6] Aranium, Seſa-
4 ponemus utrinque. *M.* nium, Sandura, Naſaudum, Anadoma, Cumara,
5 appellarunt. *Ch.* Peta & Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Mœ-
6 Araman, Seſamon. *V.* chindira, Noa, Gophoa, Gyſtatæ, Megeda, Lea,
Rhemnia,

a *Ad Malchu inſulam quindecim, &c.*] Lege: *ad Malachu inſulam, quindecies centena mill paſſuum. Inde ad locum quem vocant Sceneos*, CCXXV. M. *Inde ad inſulam Adanu centum quinquaginta mill. paſſuum.* Salmaſ. pag. 1264. b.

b *Arabes Aſcitæ appellati quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte, piraticam exercent, &c.*] Vocat Plinius *pontem* tabulas junctas & utribus ſuperſtratas. *Utres ponte ſternere*, nihil aliud eſt, quam utribus junctis tabulas ſtratas ſuperponere. Hinc *pontilis ſtratus* apud Veget. Vide *Salm.* 1266. b.

c *Gentes Troglodytarum Juba tradit Therothoas, &c.*] Apud Jubam qui Græce ſcripſit fuit Θηροθόας, quaſi dicas, in venatione in feris perſequendis pernicies, quæ appellatio gentis non eſt. Vide *Reineſ.* Var. lect. lib. 1. 17.

a *Duce*

Rhemnia, Nupſia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Boron in Mediterraneo, Mallos, proximum Meroæ. ſic prodidit Bion, Juba aliter: Oppidum in monte Megatichos, inter Ægyptum & Æthiopiam, quod Arabes Myrſon vocavere. Deinde Tacompſon, Aranium, Seſanium, [1] Piden, Mamuda, Corambin: juxta eam bituminis fontem, Hammodara, Proſda, Parenta, Mama, Teſſara, Gallas, Zoton, [2] Graucomen, Emeum, Pidibotas, [3] Hebdomecontacometas, Nomadas in tabernaculis viventes: [4] Cyſten, Pemmam, Gadagalen, Paloin, Primmin, Nupſin, Daſelin, Patin, Gambreves, [5] Magaſen, Segaſmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, Scammos, Goram in inſula: ab iis Abala, Androcalim, Seren, Mallos, [6] Agocen. Ex Africæ latere tradita ſunt eodem nomine Tacompſos altera, ſive pars prioris: Magora, Sea, Edoſa, Pelenaria, Pyndis, Maguſa, Bauma, Linitima, [7] Spyntuma, Sydopta, Genſoa, Pindicitora, Eugoa, Orſima, Suaſa, Mauma, Rhuma, Urbubuma, Mulona, quod oppidum Græci [8] Hypaton vocarunt: Pagoargas, Zamnes, unde elephanti incipiant: Mamblia, Berreſa, Cetuma. Fuit quondam & Epis oppidum contra Meroën, antequam Bion ſcriberet, deletum. Hæc ſunt prodita uſque Meroën: ex quibus hoc tempore [9] nullum prope utroque latere extat. [10] Cætera ſolitudines, nuper renunciavere principi Neroni, miſſi ab eo milites prætoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Æthiopicum cogitanti. Intravere autem & eo arma Romana Divi Auguſti temporibus, [a] duce P. Petronio, & ipſo equeſtris ordinis [11] præfecto

1 Pidne. V.
2 Caucomene. Meum. V.
3 Endonda Cometas. *M.*
4 Cyſteni, Pemmani, Gadagaleni, Paroi, Patrimi. V.
5 Cagaſnæ. V.
6 Agoleg. *Cb.*
7 Spintum. *Cb.*
8 Hypatiton. V. Hyphammon. *M.*
9 nullum prope. Utroque latere ſolitudines, &c.
10 Certe ſolitudines ut nuper. *Cb.*
11 præfecto. Ægyptiis, oppida expugnavit, quæ ſola invenimus. *Cb.*

a *Duce P. Petronio & ipſo equeſtris ordinis præfecto Ægyptiis, oppida eorum expugnavit.*] Scribe diſtincte *præfecto Ægypti. Is oppida, &c.* De hoc Petronio Ægypti præfecto Strabo ſeptimodecimo. *Pintian.*

fecto Ægyptiis. Oppida eorum expugnavit, quæ ſola invenerat, quo dicemus ordine: Pſelcin, Primin, Aboccin, Phthurin, Canbuſin, Attenan, Stadiſin, ubi Nilus præcipitans ſe, fragore auditum accolis aufert. Diripuit & [1] Napata. Longiſſime autem à Syene progreſſus eſt [2] DCCCLXX. mill. paſſuum. Nec tamen arma Romana ibi ſolitudinem fecerunt. Ægyptiorum bellis attrita eſt Æthiopia, viciſſim imperitando ſerviendoque, clara & potens etiam [3] uſque ad Trojana bella [a] Memnone regnante: & Syriæ imperitaſſe eam, noſtroque [4] litore ætate regis Cephei patet Andromedæ fabulis. Simili modo & de menſura ejus varia prodidere: primus Dalion ultra Meroën longe ſubvectus: Mox Ariſtocreon & Bion, & Baſilis: Simonides minor [5] etiam, quinquennio in Meroë moratus, cum de Æthiopia ſcriberet. Nam [6] & Timoſthenes claſſium Philadelphi præfectus, ſine menſura dierum LX. à Syene Meroën iter prodidit: Eratoſthenes DCXXV. mil. Artemidorus DC. mill. Seboſus ab Ægypti extremis [7] ſexdecies centena LXXV. mill. paſſ. unde proxime dicti [8] XII. LXX. Verum omnis hæc finita nuper [9] diſputatio eſt: [b] quoniam à Syene DCCCLXII. mill. Neronis exploratores renunciavere his modis: A Syene Hieran ſycaminon LIV. mill. paſſ. Inde [10] Tama [11] LXXV. millia paſſuum, regionem Euonymiton Æthiopum primam CXX. Acinam [12] LIV. mill. Pitaran XXV. Tergedum CVI. mill. Inſulam Gagauden eſſe in medio eo tractu. Inde primum viſas aves pſittacos, & ab altera (quæ vocatur Artigula) animal ſphingion, à Tergedo cynocephalos. Inde [13] Napata LXXX. mill. Oppidum id parvum

1 Neata. Ch.
2 DCCCCLXX. p. Ch.
3 à Trojano uſque bello. M.
4 litori. M.
5 ætate. V.
6 &, in M. deeſt.
7 LXVI. LXX. Ch.
8 XIII. Ch.
9 diſceptatio. V.
10 Tamia. Pintu.
11 LXXII. Ch.
12 LXIV. mill. paſſ. M. & Ch.
13 Natapa. Ch.

a *Memnone.*] De eo vide infra cap. 26. lib. 10. & cap. 7. lib. 36. *Dalec.*

b *Quoniam à Syene* DCCCCLXII.] Vetuſta exemplaria, DCCCCLXXIV. Sed nullo modo hæc ſumma quadrat cum ſequentibus numeris; quare dempto uno tantum, lego DCCCLXIV. *Pint.*

a *Delu-*

vum inter prædicta ſolum. Ab eo ad inſulam Meroën CCCLX. mill. Herbas circa Meroën demum [1] viridiores, ſilvarumque aliquid apparuiſſe & rhinocerotum elephantorumque veſtigia. Ipſum oppidum Meroën ab introitu inſulæ abeſſe LXX. mill. p. juxtaque aliam inſulam [2] Tatu dextro ſubeuntibus alveo, quæ portum faceret. Ædificia oppidi pauca. Regnare fœminam [3] Candaocen, quod nomen multis jam annis ad reginas [4] tranſiit. [a] Delubrum Hammonis [5] & ibi religioſum, & toto tractu ſacella. Cæterum cum potirentur rerum Æthiopes, inſula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt armatorum CCL. mill. dare ſolitam, artificum [6] CCCC. mill. alere. Reges Æthiopum XLV. & hodie traduntur.

1 viridiores ſilvarnm apparuiſſe. *Ch.*
2 Tadu. *M.* & *Ch.*
3 Canagem. *Ch.*
4 tranſit. *Ch.*
5 eſt, *M.* & *V.*
6 III. M. *Man.* III. alere reges. *Ch.*

CAP. XXX.

Multiformes & miræ hominum effigies.

UNiverſa vero gens Ætheria appellata eſt, deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Æthiope Æthiopia. Animalium hominumque [7] effigies monſtriferas circa extremitates ejus gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigieſque cælandas mobilitate ignea. [8] Ferunt [9] certe ab Orientis parte intima gentes eſſe ſine naribus, æquali totius oris planitie. Alias ſuperiore labro orbas, alias ſine linguis. Pars etiam ore concreto & naribus carens, uno tantum foramine ſpirat, potumque calamis avenæ trahit, & grana ejuſdem avenæ, ſponte provenientis ad veſcendum. Quibuſdam pro ſermone

7 monſtrificas effigies. *Ch.*
8 Fertur. *M.*
9 certis. *Ch.*

a *Delubrum Hammonis.*] Jovis, quem κριοπρόσωπον ideo vocarunt, quod in ejus ſimulachro intacta cornua ſupra aures extarent. Qua de re late Lil. Girald. Syntag. 2. pag. 102. & Fulv. Urſin. Famil. Pinet. & Anton. Meminit & Prudentius contra Symmach. lib. 2. & Pauſan. Arcad. mihi pag. 263. *Dalec.* *Delubrum Hammonis & ibi.*] Dicit enim in Meroë quoque Hammonis delubrum eſſe, diverſum ab illo Libyco, in quo oracula reddebantur, & quod Alexander adiit, Hammonem patrem, ut credi volebant, ſalutaturus. *Gelen.*

mone nutus motuſque membrorum eſt. Quibuſdam ante Ptolemæum Lathyrum regem Ægypti ignotus fuit uſus ignium. Quidam & Pygmæorum gentem prodiderunt [1] ante paludes, [2] ex quibus Nilus oriretur. In ora autem, ubi deſiimus, continui montes, ardentibus ſimiles rubent. Troglodytis & rubro mari à Meroë tractus omnis [3] ſuperponitur: à [4] Napata tridui itinere ad Rubrum litus, aqua pluvia ad uſum, compluribus locis ſervatur, fertiliſſima regione, quæ intereſt, auri. Ulteriora Atabuli, Æthiopum gens [5] tenet. Deinde contra Meroën [6] Megabari, quos aliqui [7] Adiabaras nominavere, oppidum habent Apollinis. Pars eorum Nomades, quæ elephantis veſcitur. Ex adverſo in Africæ parte Macrobii. Rurſus à Megabaris Memnones & [8] Dauelli, dierumque viginti intervallo Critenſi. Ultra eos Dochi, deinde Gymnites ſemper nudi. Mox Anderæ, [9] Mathitæ, Meſagebes, Hipporeæ, atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africæ parte Medimni. Deinde Nomades cynocephalorum lacte viventes, [10] Olabi, Syrbotæ, qui octonûm cubitorum eſſe dicuntur. Ariſtocreon Lybiæ latere à Meroë oppidum [11] Tolen dierum quinque itinere tradit. Inde dierum duodecim [12] Eſar Ægyptiorum oppidum, qui Pſammeticum fugerint. In eo [13] produntur annis trecentis habitaſſe. [a] Contra in Arabico latere Daron oppidum eſſe eorum. Bion autem Sapen vocat, [14] quod ille Eſar, & ipſo nomine advenas ait ſignificari. [b] Caput eorum in inſula

1 inter. *Cb.*
2 à. *Cb.*
3 ſupponitur. *M. alii*, ſuppoſitus.
4 Napata. *Cb.*
5 tenent. *Cb.*
6 Megabri. V. Megabarri. M.
7 Adiabaros. *Cb.*
8 Dabelli. *Cb.* Danelli *ex Ald. M.*
9 Monthes, Meſſagea Ipſodoro. *Cb.*
10 Aladi, Syrdotæ. *Cb.*
11 Tollen. *Cb.* Thale. *Pintian.*
12 Deſar op. Ægypt. *Cb.*
13 prodente ſe cec. habitaſſe. *M.* *cui conſentit Cb. niſi quod* ecc. *habet.*
14 quod ille aſſerit, & ipſo nomine advenas ſignificari.

a *Contra in Arabico latere Daron oppidum eſſe eorum.*] Hermolaus *Diacoron*, priorem lectionem, in *Daron* mutavit genitivum Græcum, ex Ptolemæo. At exemplar Salmanticenſe *Darion* legit, non *Diaron*, ſeu *Daron*. Quid ſi neutro modo legendum? ſed *Dalion*, ut ſit nomen auctoris, cujus teſtimonio priore capite uſus eſt Plinius, & poſt etiam utitur. Alioqui non tria, ut tradit Plinius, ſed quatuor eſſent fugitivorum oppida. *Pintian.*

b *Caput eorum in inſula Sembobitin.*] Æſtimandum an ſit commodior lectio, *Pſeboitin*: ſic videlicet dicta à Pſebo lacu, cujus eſt inſula: quam bene habitatam eſſe prodit Strabo lib. 17. Meminit & Artemidorus, referente Stephano. *Idem.*

a *Inde*

inſula Sembobitin, & tertium in Arabia, [1] Sai. Inter montes autem & Nilum [2] Symbari ſunt, [3] Phalanges, in ipſis vero montibus Aſachæ multis nationibus. Abeſſe à mari dicuntur dierum quinque itinere. Vivunt elephantorum venatu. Inſula [4] in Nilo Semberritarum, reginæ paret. Ab ea [5] Nubei Æthiopes dierum octo itinere. Oppidum eorum Nilo impoſitum, Tenupſis. Sambri, apud quos quadrupedes omnes ſine auribus, etiam elephanti. At ex Africæ parte Ptoembari, Ptoemphanæ, qui canem pro rege habent, motu ejus imperia augurantes, Auruſpi oppido longe [6] à Nilo ſito. Poſtea Achiſarmi, Phaliges, Marigeri, Caſamarri. Bion alia oppida in inſulis tradit, à [7] Sembobiti Meroën verſus dierum toto itinere viginti. Proximæ inſulæ oppidum Semberritarum ſub regina: & aliud Aſar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoën vocant, in qua oppidum Aſel. Quartam eodem, quo oppidum, nomine [8] Garoden. [a] Inde [9] per ripas oppida, Navos; [10] Modundam, Andatim, Secundum, Colligat, Secande, Navectabe, Cumi, Agroſpi, Ægipam, Candrogari, [11] Arabam, Summaram. Regio ſupra Sirbitum, ubi deſinunt [12] montes, traditur à quibuſdam habere maritimos Æthiopas, Niſicaſtes, [b] Niſitas, quod ſignificat ternûm & quaternûm oculorum viros: non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione [13] utantur. [c] Ab

ea vero

1 Sina. *M.* Sinat. *Ch.*
2 Barri. *Ch.*
3 Phaliges. *V Man.* Palvogges. *Ch.*
4 in illo Sembritarum regioni. M. V.
5 Nubæ. V.
6 à Nili ſitu. M.
7 Pſeboiti.
8 Caro. Deinde Paropas oppidum. *Ch.*
9 Paropas oppidum. V.
10 Modundæ, Mandatini, Secundini. M. & V.
11 Arabum ſummorum regio. M. V.
12 montes. Traditur à quib. haberi. *Pin.*
13 utuntur. *M.*

a *Inde per ripas oppida, Navos, Modundam, &c. Colligat, Secanda, Navecta be, Cumi, &c.*] Per ripas dicit ideo, quia ſuperius ex Bionis commentariis relata, in inſulis Nili ſita ſunt. Sunt autem appellationis barbaricæ, & accuſativo caſu poſita. *Gelen.*

b *Niſitas, &c. ſed quia ſagittis præcipua contemplatione utuntur.*] Id eſt, quod præcipui ſint in contemplando & deſtinando ad ictum quicquid ſagittis percutere volunt. *Salmaſ.* pag. 385. a.

c *Ab ea vero parte Nili qua ſupra Syrtes majores oceanumque meridianum protenditur.*] Fieri nequit ut tam proterva pugnanſque inter ſe & intractabilis lectio monſtro aliquo vacet. Attentiore igitur cura loco excuſſo, arbitror commodius ſic legi poſſe, *Ab ea vero parte cœli qua ſupra Syrtes majores oceano meridiano prætenditur.* Nam exemplar Salmanticenſe non, *Nili qua*, ſed *reliqua*, habet: ut facile vera lectio, *cœli qua*, tranſire potuerit in, *reliqua*. Pint.

a *In la-*

ea vero parte Nili, quæ ſupra Syrtes majores, Oceanumque meridianum protenditur, [1] Dalion vocatos eſſe dicit, pluvia tantum aqua utentes, [2] Ciſoros, Longoporos. Ab OEcalicibus dierum quinque itinere Uſibalcos, Iſuelos, Pharuſos, Valios, Ciſpios. Reliqua deſerta. Deinde [3] ſabuloſa: ad Occidentem verſus Nigrœ, quorum rex unum oculum habeat in fronte. Agriophagi, pantherarum [4] & leonum carnibus maxime viventes. Pamphagi, omnia mandentes. Anthropophagi, [5] humana carne veſcentes. Cynamolgi, caninis capitibus. Artabatitæ quadrupedum ferarum modo vagi. Deinde Heſperii, Perorſi, [6] quos in Mauritaniæ confinio diximus. Pars quædam Æthiopum locuſtis tantum vivit, fumo & ſale duratis in annua alimenta: ii quadrageſimum annum vitæ non excedunt. Æthiopum terram univerſam cum mari rubro patere in longitudinem [7] ſemel & vicies centena LXX. mill. paſſuum, [a] in latitudinem cum ſuperiore Ægypto duodecies centena XCVII. M. Agrippa exiſtimavit. [b] Quidam longitudinem ita diviſerunt: à Meroë Sirbitum [8] XII. dierum [9] navigationem. Ab ea [10] XII. ad Davellos. Ab iis ad Oceanum Æthiopicum ſex dierum iter. In totum autem ab Oceano ad Meroën DCCXXV.

1 Dallon notatos. *M.*
2 Ciſauros. V.
3 fabuloſa. V.
4 leonumque maxime carne. *Ch.*
5 humanam carnem. *Ch.*
6 & quos. *M.*
7 XXI. LXX. p. *Ch.*
8 XI. *Ch.*
9 navigatione. *M* & *P.*
10 XV. ad Dabellos. Ab his. *Ch.*

a *In latitudinem cum ſuperiore Ægypto duodecies centena xcvij. M. Agrippa exiſtimavit.*] Caſtiorem lectionem duxerim, *quindecies*, quam *duodecies*. Nam ut ſequitur confeſtim, conſtat inter auctores ab Oceano ad Meroën eſſe, DCCXXV. M. & Meroën diſtare à Syene, DCCCLXXII. Si ergo miſceantur hæ duæ ſummæ, agent *quindecies* XCVII. M. Superiorem autem Ægyptum appellat tractum eum qui eſt à Syene ad Meroën: etſi alii Ægyptum Syene terminari ſcribant, & à Syene ad Meroën Arabas eſſe non Ægyptios aut Æthiopas. *Idem.*

b *Quidam longitudinem ita diviſerunt.*] Legendum abſque ulla controverſia, *latitudinem* non *longitudinem*. Nam hæc diviſio fit à Septentrione in meridiem, hoc eſt à Meroë ad Oceanum Æthiopicum. At Æthiopiæ longitudinem finiri ab ortu hiberno in occaſum hibernum, Plinius docet paulo infra: & ſitus provinciarum, ratione habita ad cœli plagas, per longitudinem præcipue indicari palam eſt, ut de Italia volum. 3. c. 5. *Incedit per maria cœli regione, ad meridiem quidem: ſed ſi quis ſubtilitate id exigat, inter ſextam horam pri.namque brumalem.* Et de Arabia felici: *In eandem etiam cœli partem nulla differentia ſpectat.* Idem.

a *Ad*

[1] DCCXXV. M. paſſuum eſſe inter auctores fere convenit: inde Syenen, quantum diximus: ſita eſt Æthiopia ab Oriente hiberno ad Occidentem hibernum. Meridiano cardine ſilvæ hebeno maxime virent: à media ejus parte imminens mari mons excelſus, æternis ardet ignibus, [2] Theôn ochema dictus Græcis: à quo navigatio quatridui [a] ad promontorium, quod Heſperion ceras vocatur, confine Africæ juxta Æthiopes Heſperios. Quidam & in eo tractu modicos colles amœna opacitate veſtitos Ægipanum Satyrorumque produnt.

1 DCXXV. p. *Ch.*

2 Æthocauma. *V. alii*, Æconiocauma.

CAP. XXXI. *Inſulæ Æthiopici maris.*

INſulas toto eo mari & Ephorus complures eſſe tradidit, & Eudoxus, & Thimoſthenes: Clitarchus vero Alexandro [3] regi renuntiatam adeo divitem, ut equos incolæ talentis auri permutarent. Alteram, ubi ſacer mons opacus [4] ſilva repertus eſſet, [5] diſtillantibus arboribus odore [6] miræ ſuavitatis. [b] Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula adverſa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente conſtat, Æthiopas tantum populos [7] habere proditur. Ephorus auctor eſt, à Rubro mari navigantes in eam non poſſe propter ardores ultra quaſdam columnas (ita appellantur parvæ inſulæ) provehi. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem à terra ſtadia octo abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex adverſo maxime Carthaginis à continente paſſus mille:

3 rege renuntiat. *Ch*

4 ſilvarum. *M.*

5 deſtillante. *Ch.* diſtillante. *M.*

6 Myrrhæ. *M.*

7 habitare. M.

a *Ad promontorium quod Heſperion ceras vocatur.*] Sic quidem majore ex parte hoc promontorium appellatur ab auctoribus. Cæterum in codicibus ſcriptis ubicunque apud Plinium hujus promontorii occurrit mentio, non *Heſperion* legitur, ſed *Heſperu*, de quo plura in Pomponium. *Pint.*

b *Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula adverſa Æthiopiæ.*] Tres priores dictiones ad præcedentia, ni fallor, ſpectant, non ad inſequentia. Nam vix animo concipere poſſis, inſulam Æthiopiæ adverſam, contra ſinum eſſe Perſicum. *Idem.*

a *Atlan-*

mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. Traditur & alia inſula contra montem Atlantem, & ipſa [a] Atlantis appellata. Ab ea [1] quinque dierum [2] navigatione ſolitudines ad Æthiopas Heſperios, & promontorium, quod vocavimus Heſperion ceras, inde primum circumagente ſe terrarum fronte in Occaſum, ac mare Atlanticum. Contra [3] hoc promontorium [b] Gorgades inſulæ narrantur, Gorgonum quondam domus bidui navigatione diſtantes à continente, ut tradit Xenophon Lampſacenus. Penetravit in eas Hanno Pœnorum Imperator, prodiditque hirta fœminarum corpora, viros pernicitate evaſiſſe: [4] duarumque Gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Junonis templo poſuit, ſpectatas uſque ad Carthaginem captam. Ultra has etiamnum duæ [5] Heſperides inſulæ narrantur. Adeoque omnia circa hæc incerta ſunt, ut Statius Seboſus à Gorgonum inſulis prænavigatione Atlantis dierum XL. ad Heſperidum inſulas curſum prodiderit, [6] ab iis ad Heſperion ceras unius. Nec Mauritaniæ inſularum certior fama eſt. Paucas modo conſtat eſſe ex adverſo Autololum, à Juba repertas, in quibus Getulicam purpuram tingere inſtituerat.

1 duorum. M.
2 prænavigationi. Cb.
3 hoc quoque. Cb.
4 duarum. V. duarum Gorgadum. Cb.
5 Heſperidum. Cb.
6 ab iis ad Heſperu ceras. Cb.

CAP. XXXII. *De fortunatis inſulis.*

SUnt, qui ultra [7] eos Fortunatas putant eſſe, quaſdamque alias: [8] quorum numero idem Seboſus etiam ſpatia complexus, Junoniam abeſſe à Gadibus DCCL. mill. paſſuum tradit. Ab ea tantundem ad Occa-

7 eas. M. & Cb.
8 quarum numeros. M. & Cb.

a *Atlantis appellata.*] Varias veterum hac de inſula fabulas reperies apud Diod. Sicul. lib. 3. pag. 207. Plutarch. Sertorio. Ammian. Marcellin. lib. 17. Ubi inſulam Europæo orbe potiorem vocat: & Ortel. Onomaſt. &c. Cætera notavimus ſupra lib. 2. c. 67. *Dalecamp.*

b *Gorgades inſulæ.*] Alii eas paulo longius verſus meridiem remotas ajunt, verſuſque id promontorium ſitas, quod hodie viride dicitur. Unde & inſulæ promontorii viridis vocantur. Aliis veteribus Gorgones, & Satyrides. Vide Ortel. Onomaſt. *Idem.*

a *Fortu-*

Occaſum verſus Pluvialiam, Caprariamque: in Pluvialia non eſſe aquam, niſi ex [1] imbribus. Ab iis CCL. mill. paſſuum [a] Fortunatas contra lævam [2] Mauritaniæ VII. mill. paſſuum. Oram Solis [b] vocari [3] in convalle à convexitate, & Planariam à ſpecie, [c] convallis circuitu CCC. mill. paſſuum. Arborum ibi proceritatem ad centum [4] quadraginta quatuor pedes adoleſcere. Juba de Fortunatis ita inquiſivit: [5] ſub Meridiem poſitas eſſe prope occaſum, [d] à Purpurariis [6] DCCXXV. mill. paſſuum, ſic ut CCL. ſupra occaſum navigetur: [7] deinde per LXXV. mill. paſſuum ortus petatur. Primam vocari Ombrion nullis ædificiorum veſtigiis: habere in montibus ſtagnum, arbores ſimiles ferulæ: ex quibus [8] aquæ exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda. Alteram inſulam Junoniam appellari, in ea ædiculam eſſe tantum lapide extructam. Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus refertam. In conſpectu earum eſſe [9] Nivariam, quæ hoc nomen [10] accepit à perpetua nive, nebuloſam. Proximam ei Canariam vocari à multitudine canum ingentis magnitudinis: ex quibus perducti ſunt [11] Jubæ duo: apparentque ibi veſtigia ædificiorum. Cum autem omnes

1 imbri. M. & *Ch.*

2 Mauritaniæ in octavam horam ſolis locari *Conſtantinus, ut & cap.* 11. *lib* 17. & *c.* 5. *lib.* 3. inter textum horam primamque brumalem. In nonam horam ſolis. *Tol. Salm*

3 in convallis convexitate & Planarias. *V.*

4 CXIV. *Ch.*

5 ut ſub meridie quoque, &c. *Ch.*

6 *Legendum* DCXXV. mil. *tum ex vet. cod. tum ex numeris ſequentibus, ſummæ huic ad unguem congruentibus. Nec aliter in Ch. legitur.*

7 dein per CCCLXXV. *Ch.* & M.

8 aqua exprimatur. *Ch.* & M.

9 Ninguariam. *Ch.* 10 acceperit. *Ch.* 11 à Juba. *Vet.*

a *Fortunatas contra lævam Mauritania.*] Fortunatas inſulas contra lævam Mauritaniæ, in octavam horam ſolis locari auctor ait. Hoc eſt, inter Meridiem & hibernum ſolis occaſum, ſive inter Notum & Libanoton. Geographi & rei ruſticæ ſcriptores per horas vulgares ſolent regiones cœli, terrarumque ſitum & poſitionem deſignare. Vide adnot. in cap. 11. lib. 17. Plautus in Trinummo de his inquit:

Sicut Fortunatorum memorant inſulas,
Quo cuncti, qui ætatem egerunt caſte ſuam,
Conveniant.

Vide Ortel. Onomaſt. & Muret. Var. lib. 5. cap. 1. *Dalecamp.*

b *Vocari in convalle à convexitate & Planariam à ſpecie.*] Toletanum apographon, *Vocari Invallem: Convexitatem, & Planitiem à ſpecie*: ut accipiantur, *Invallis, Convexitas & Planities*, propria inſularum nomina. *Pintian.*

c *Convallis circuitu, &c.*] *Invallis*, rurſus idem exemplar agnoſcit. *Idem.*

d *A purpurariis, dccxxv.*] Scribo uno elemento minus DCXXV. ut colligitur ex ſummis ſequentibus, confirmante eam lectionem apographo quoque Toleti. *Idem.*

e *Qua*

omnes copia pomorum & avium omnis generis abundent, hanc & palmetis cariotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Eſſe copiam & mellis. Papyrum quoque & ſiluros in [1] amnibus gigni: Infeſtari eas belluis, [a] quæ expellantur aſſidue, putreſcentibus. [2] At abunde orbe terrarum extra intra indicato, colligenda in arctum menſura æquorum videtur.

[1] omnibus.

[2] Et abunde orbe terræ extra intra indicato, colligendam in arctum menſuram. *Ch.*

CAP. XXXIII.

Terræ per menſuras computatæ digeſtio.

[b] POlybius à Gaditano freto longitudinem directo curſu ad os Mæotis, XXXIV. XXXVII. M. D. p. prodidit. Ab eodem initio ad Orientem recto curſu [c] Siciliam XII. LX. mill. D. paſſ. Cretam CCCLXXV. mill. paſſ. Rhodum CLXXXVI. mill. D. paſſ. Chelidonias tantundem: [d] Cyprum CCCXXV. mill. paſſ. Inde Syriæ Seleuciam Pieriam CXV. mill. paſſuum. Quæ computatio efficit [3] vicies ter centena XL. mill. paſſuum. Agrippa hoc idem intervallum à freto Gaditano ad ſinum Iſſicum per longitudinem directam XXXIV. XL. paſſuum mill. [4] taxat, in quo haud ſcio an ſit error numeri, quoniam idem à Siculo freto Alexandriam [5] curſus XII. L. mill. paſſ. tradidit. Univerſus autem circuitus per ſinus dictos ab eo-

[3] XXIV. L. *Ch.*

[4] traxit. *Tol.*

[5] curſu XIII. L. *Ch.*

a *Quæ expellantur aſſidue putreſcentibus.*] Prædicti codices *puteſcentibus.* Notanda orthographia: quia videlicet dicitur, *putidus, putor & puteus*, ab aquarum putore. *Pintian.*

b *Polybius à Gaditano freto longitudinem directo curſu ad os Mæotis XXXIV. XXXVIJ. M. D. paſſ. prodit.*] Marcianus, *A Gaditano*, inquit *freto per longitudinem directo curſu ad os Mæotis, XXXIIJ. XXXVIJ. M. D. paſſ.* Sed deceptus eſt hac quoque parte Marcianus. Neque enim ullo pacto legi poteſt, *tricies ter.* Etenim, ut ſupra viſum fuit cap. ult. lib. 4. Artemidorus & una Iſidorus longitudinem Europæ à Tanai ad Gades octogies quater & quatuordecim M. paſſ. prodidere. Quo igitur modo inter Artemidorum Iſidorumque hinc, & Polybium inde, tam inſignis eſſe potuit differentia in tradenda Europæ longitudine? Nimirum legendum hic non, XXXIII. ſed LXXXIV. ut quod intervallum fecerunt Artemidorus cum Iſidoro à Tanai ad Gades, idem fecerit Polybius ab ore Mæotis ad eaſdem Gades. *Pint.*

c *Siciliam XIJ. LV. mill. d. p.*] Scribe ex exemplari Tolet. & Ch. *XIJ. L. mill. paſſ.* ſicque eſſe legendum oſtendit ratio poſtremæ ſummæ, quæ alias non congrueret præcedentibus. *Idem.*

d *Cyprum CCCXXV.*] Lego *CCXXV.* tum ex iiſdem exemplarib. tum ex ratione calculi, quæ id expoſcere videtur. *Idem.*

a *Colligit*

ab eodem exordio [a] colligit ad Mæotin lacum [1] CLVI. mill. paſſuum. Artemidorus adjicit DCCLVI. mill. [b] Idem cum Mæotide CLXXIII. XC. mill. paſſ. eſſe [2] tradit. Hæc eſt menſura inermium, & pacata audacia fortunam provocantium hominum. Nunc ipſarum partium magnitudo comparabitur, utcunque difficultatem afferet auctorum diverſitas. Aptiſſime tamen ſpectabitur ad longitudinem latitudine addita. [c] Eſt ergo ad hoc præſcriptum Europæ magnitudo [3] LXXXI. XLVIII. mill. paſſuum, Africæ (ut media ex omni varietate prodentium ſumatur computatio) efficit longitudo [4] XXXVII. XLVIII. mill. Latitudo, quà colitur, nuſquam ducenta quinquaginta millia paſſuum excedit. Sed quoniam à Cyrenaica ejus parte nongentorum decem millium paſſuum, eam fecit Agrippa, deſerta ejus ad Garamantas uſque, qua noſcebantur complectens, [5] univerſam menſuram, quæ venit in computationem, XLVI. VIII. mill. paſſ. efficit. [d] Aſiæ longitudo in confeſſo eſt LXIII. mill. DCCL. mill. paſſuum. Latitudo ſane computetur ab Æthiopico mari Alexandriam juxta Nilum ſitam, ut per Meroën [6] & Syenen menſura currat, [7] XVIII. LXXV. mill. paſſ. Apparet ergo Europam paulo minus dimidia Aſiæ parte

1 CLIX. *Ch.*

2 tradidit. *Ch.*

3 LXXI. XI. XCIV. *Ch.*

4 XXXVII. XCIV *Pint. ex Marciano, & Ch.* XCVIII. *Tol.*

5 univerſ. menſ. quæ veniet in comparationem. *Tol.* univerſæ menſuræ, quæ veniet in comparationem. *Ch.*

6 & per.

7 decies octies XXV. *Marcianus.*

a *Colligit ad Mæotin lacum.*] Citata exemplaria, *Colligit intra Mæotin lacum.* Verius ut puto: quia ſequitur ſtatim, *Idem cum Mæotide, &c.* Pint.

b *Idem cum Mæotide, clxxiij. xc. paſſ. eſſe tradit.*] Marcianus, *Centies octies bis xc. p* Sed legendum in Marciano, *centies octogies bis*; ſicque Pliniani numeri ſunt interpretandi. Nam *octies bis*, quid aliud ſit quam *ſedecies*, non percipio. *Idem.*

c *Eſt ergo ad hoc præſcriptum Europæ magnitudo lxxxi xlij M. p.*] Magna occurrit hoc loco dubitandi cauſa, cur Plinius in Africa & Aſia longitudinem & latitudinem diſtinctè poſuerit, nec idem in Europa fecerit. Nimirum locum hunc decurtatum, inſuperque vitioſiſſime ſcriptum eſſe certum habeo: exiſtimoque reſtitui ſic poſſe, *Eſt ergo ad hoc præſcriptum, Europæ longitudo, lxxxiv latitudo xvi. xviij.* Marcianus depravatam Plinii lectionem ſecutus, *octogies bis nonaginta quatuor* legit. *Idem.*

d *Aſiæ longitudo in confeſſo eſt lxiij. mil dccl.*] Marcianus, *Aſia vero longitudo ſexagies ter dccl* Sed non intelligo ſi recipitur hæc lectio, quomodo conſtare queat quod ſequitur, *Europam paulo minus dimidia Aſiæ parte majorem eſſe, quam Aſiam.* Quod ſi legatur, *tricies dccc.* is quadrabit fere ratio calculi. *Idem.*

parte majorem [1] eſſe, quam Aſiam. Eandem altero tanto & ſexta parte Africæ ampliorem quam Africam. Quod ſi miſceantur omnes ſummæ, liquido patebit Europam totius terræ tertiam eſſe partem & [2] octavam paulo amplius: Aſiam vero quartam & quartamdecimam: Africam autem quintam & inſuper ſexageſimam. His addemus etiamnum unam Græcæ inventionis [3] ſententiam vel exquiſitiſſimæ ſubtilitatis, ut nihil deſit in [4] ſpectando terrarum ſitu indicatiſque regionibus noſcatur, [5] & quæ cuique earum ſocietas ſit ſive cognatio dierum ac noctium, quibuſque inter ſe pares umbræ & æqua mundi convexitas. Ergo reddetur hoc etiam [6] terraque univerſa in membra cœli digeretur. Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellavere, Græci parallelos.

1 Eſſe quin Aſiam eandem.
2 octava.
3 ſcientiam. *M.*
4 inſpectato. *M.*
5 & cum qua cuique ſocietas ſit. *Ch.* cum qua cuique earum ſocietas ſit. *Alii.*
6 terræque univerſæ in m. c. digerentur. *M. & Ch.*

CAP. XXXIV.

Digeſtio terrarum in parallelos, & umbras pares.

PRincipium [7] habet Indiæ pars verſa ad Auſtrum. Patet uſque Arabiam & Rubri maris accolas. Continentur Gedroſi, Perſæ, Carmani, Elymæi, Parthyene, Aria, Suſiane, Meſopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, [a] Arabia ad Petras uſque, Syria Cœle, Peluſium Ægypti: [8] inferiorque ora, quæ vocatur Alexandriæ, Africæ maritima, Cyrenaica oppida omnia, Tapſus, Adrumetum, Clupea, Carthago, Utica, [b] utraque Hippo, Numidia, Mauritania utraque, Atlanticum mare, columnæ Herculis. In hoc cœli [9] circumflexu æquinoctii [10] die media, umbilicus, quem Gnomonem

7 Principium habent Indiæ. Pars verſa ad Auſtrum patet uſque, &c.
8 infraque ora Rhacota vocata, nunc Alexandria. *Pin. ex Steph.* inferiora quæ Chora vocatur Alexandria. *Ch.*
9 circumplexu. *M.*
10 dimidio. *M.*

a *Arabia ad Petras uſque.*] Plinius hoc ipſo libro, cap. 28. unitatis numero *Petram* appellavit, non *Petras*: *Deinde Nabatæi oppidum incolunt Petram nomine.* Strabo quoque l. 16. Nabatæorum Metropolin Petram nominat. Item Stephanus & reliqui Petram. *Pintian.*

b *Utraque Hippo.*] Toletanum apographon, *Uterque Hippo*, rectius. Maſculino enim genere efferuntur ab omnibus, *Hippo regius*, *Hippo diarrhytus*, nunquam aliter. *Idem.*

a *Eubœa*,

nem vocant, vii. pedes longus, umbram non amplius iv. pedes longam reddit. Noctis vero dieique [1] longiſſima ſpatia horas xiv. æquinoctiales habent, breviſſima [2] è contrario x. Sequens circulus incipit ab India vergente ad occaſum, vadit per [3] medios Parthos, Perſepolin, citima Perſidis, Arabiam citeriorem, Judæam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylonem, Idumæam, Samariam, Hieroſolymam, Aſcalonem, Ioppen, Cæſaream, Phœnicen, Ptolemaidem, Sydonem, Tyrum, Berytum, Botryn, Tripolin, Byblum, Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Ciliciæ maritima, [4] Cyprum, auſtrinam Cretam, Lilybæum in Sicilia, ſeptentrionalia Africæ & Numidiæ. Umbilicus æquinoctio xxxv. pedum, umbram vigintiquatuor pedes longam facit. Dies autem noxque maxima quatuordecim horarum æquinoctialium eſt, accedente iis quinta parte unius horæ. Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caſpias portas Mediæ [5] proximas, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Iſſum, Cilicias portas, Solos, Tarſum, Cyprum, Piſidiam, Pamphyliæ Siden, Lycaoniam, Lyciæ Patara, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnaſſum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, [6] Meſſenen, Peloponneſi Syracuſas, Catinam, Siciliam mediam, Sardiniæ auſtrina, Carteiam, Gades. Gnomonis centum unciæ, umbram ſeptuagintaſeptem unciarum faciunt. Longiſſimus dies eſt æquinoctialium horarum quatuordecim atque dimidiæ, cum trigeſima parte unius horæ. Quarto ſubjacent circulo, quæ ſunt ab altero latere Imai, Cappadociæ auſtrina, Galatia, Myſia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mons Lydiæ, Caria, Ionia, Trallis,

[1] longiſſimæ. *Ch.*
[2] ex. *Ch.*
[3] Medos. *Ch.*
[4] Cypri auſtrina. *Ch.*
[5] proximam Cataoniæ Cappadoc. *Ch.*
[6] Meſſenam. *Ch.*

1 Cycladum Septentrio. *Ch.*
2 Edeſſus.
3 Euboea Bœotum. *Ch.*
4 Gnomonis.
5 umbra. *M.* & *Ch.*
6 Abdera ex *Strab.* & *M.*
7 Beſſiam Thraciæ. *Pint.*
8 extuma. *Ch.*

Colophon, Epheſus, Miletos, Samos, Chios, Icarium mare, [1] Cyclades Septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia, Patræ, Iſthmos, Epirus, Septentrionalia Siciliæ, Narbonenſis Galliæ exortiva, Hiſpaniæ maritima à Carthagine nova, & inde ad occaſum. Gnomoni xxi. pedum reſpondent umbræ xvii. pedum: longiſſimus dies habet æquinoctiales horas quatuordecim, & duas tertias unius horæ. Quinto continentur ſegmento ab introitu Caſpii maris, Bactra, Iberia, Armenia, Myſia, Phrygia, Helleſpontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepſis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampſacum, Sinope, Amiſum, Heraclea in ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thaſus, Caſſandria, Theſſalia, Macedonia, Lariſſa, Amphipolis, Theſſalonice, Pella, [2] Edeſſa, Berœa, Pharſalia, Caryſtum, [3] [a] Eubœa, Bœoti, Chalcis, Delphi, Acarnania, Ætolia, Apollonia, Brundiſium, Tarentum, Thurii, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Thuſcum mare, Corſica, Baleares, Hiſpania media. [4] Gnomoni ſeptem pedes, [5] umbræ ſex. Magnitudo diei ſumma horarum æquinoctialium quindecim. Sexta comprehenſio, qua continetur urbs Roma, amplectitur Caſpias gentes, Caucaſum, Septentrionalia Armeniæ, Apolloniam ſupra Rhindacum, Nicomediam, Nicæam, Chalcedonem, Byzantium, Lyſimachiam, Cherrhoneſum, Melanem ſinum, [6] Abderam, Samothraciam, Maroneam, Ænum, [7] Beſſicam, Thraciam mediam, Pæoniam, Illyrios, Dyrrachium, Canuſium, Apuliæ [8] extima, Campaniam & Hetruriam, Piſas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolin, Maſſiliam,

a *Eubœa, Bœoti.*] Apographon Toletanum, *Eubœa Bœotum.* Scribendum arbitror, *Eubœa Oreum.* Duæ enim in Eubœa urbes præcipuæ celebrantur, Oreus & Chalcis, Plinio, Straboni, Ptolemæo, Stephano, &c. *Pint.*

a *Pice-*

ſiliam, Narbonem, Tarraconem, Hiſpaniam Tarraconenſem mediam, & inde per Luſitaniam. Gnomoni pedes novem, umbræ octo. Longiſſima diei ſpatia, horarum æquinoctialium quindecim, addita nona parte unius horæ: aut, ut Nigidio placuit, quinta. Septima diviſio ab altera Caſpii maris ora incipit: [1] caditque ſupra Callatim, Boſphorum, Boryſthenem, Tomos, Thraciæ [2] averſa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicetiam, Patavium, Veronam, Cremonam, Ravennam, Anconam, [a] Picenum, Marſos, Pelignos, Sabinos, Umbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaque ab Apennino: tranſque Alpes, Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenæum, Celtiberiam. Umbilico triginta quinque pedum, umbræ triginta ſex, ut tamen in parte Venetiæ exæquetur umbra Gnomoni: ampliſſima dies horarum æquinoctialium quindecim, & quintarum partium horæ trium. Hactenus antiquorum exacta celebravimus. Sequentium diligentiſſimi, quod ſupereſt terrarum [3] tribus [4] aſſignavere ſegmentis. A Tanai per Mæotin lacum & Sarmatas uſque Boryſthenem, atque ita per Dacos partemque Germaniæ, Gallias, Oceani litora amplexi, quod eſſet horarum ſedecim. Alterum per Hyperboreos & Britanniam, horarum decem & ſeptem. [5] Poſtremo Scythicum à Riphæis jugis in Thulen, in quo dies continuarentur (ut diximus) noctesque per vices. Iidem & ante principia, quæ fecimus, poſuere circulos duos. Primum per [6] inſulam Meroën, & Ptolemaidem, in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam: ubi

1 vaditque. *Cb.*
2 adverſa. *Cb.*
3 ſupra trib. *Tol.*
4 alligavere. *Cb.*
5 Poſtremum. *Tol. Salm. Cb.*
6 inſulas.

a *Picenum.*] Picenum hodie, *Marcha d'Ancona:* Marſi, *Labruzzo:* Peligni, *Ducada di Spoleto.* Sabini, *Savina.* Dal.

a *Mus-*

ubi longiſſimus dies duodecim horarum eſſet, dimidia hora amplior. Secundum per Syenen Ægypti euntem, qui eſſet horarum [1] tredecim. Iidemque ſingulis dimidia horarum ſpatia [2] uſque ad ultimum adjecere circulis. Et hactenus de terris.

1 XIV. Ch.
2 uſque ad ultimum. M. V. Ch.

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER SEPTIMUS.

PROOEMIUM.

MUNDUS[a], *& in eo terræ, gentes,* [1] *maria, inſulæ, inſignes urbes, ad hunc modum ſe habent.* [b] *Animantium in eodem natura, nullius prope partus contemplatione minor eſt, ſiquidem omnia exequi humanus animus queat. Principium jure tribuetur homini, cujus cauſſa videtur cuncta alia genuiſſe natura,* [c] *magna & ſæva mercede contra tanta ſua munera:* [2] *ut non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, aut triſtior noverca fuerit. Ante omnia unum animantium cunctorum,*

1 maria inſignia, inſulæ, urbes.

2 non ſit ut ſatis. *Tol.*

a *Mundus, & in eo terra, gentes, maria, inſula, inſignes urbes, ad hunc modum ſe habent.*] In Veteri Codice manuſcripto paulo aliter legitur, nempe ſic: *Mundus & in eo terra, gentes, maria, inſignie inſula urbes, ad hunc modum ſe habent.* Quid ſibi vellet illud *inſignie*, diu me anxium habuit. Videbam id à doctis in *inſignes* mutatum eſſe, & tranſpoſitum, nempe ut ſic ſit lectio, *inſula, inſignes urbes.* Qui ſenſus non eſt ita abſurdus. Sed niſi multum fallor, videtur hic epilogus, à quo ſeptimum librum exorditur Plinius, ex aſyndeto conſtans, quæ figura brevitati in primis apta eſt, ſubſtantivum vocabulum, non adjectivum flagitare. Quare è veſtigiis etiam ultimarum literarum ejus dictionis, conjicio ſcriptum fuiſſe, *Sinus*, quod per inſcitiam librarii primo mutatum ſit in *Signus*, poſtea in *Inſignis & Inſignies.* Meminit autem Sinuum Plinius, ut libro ſexto, Perſici, Arabici, ejus qui in mari rubro eſt Troglodytici. Hujus errati poſtremo venit in mentem, cum tamen in ipſo ſtatim libri initio occurrat, adeo quædam ſuffugiunt nos, vel parum attentos, vel alio properantes, niſi etiam atque etiam inſpiciamus. *Rhenanus.*

b *Animantium in eodem natura.*] De animalium diviſione, & an quædam ſint terreſtria, alia aquatica, aërea, cœleſtia: quod Ovidius his verſibus oſtendit:

Neu regio foret ulla ſuis animantibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formaque Deorum:
Ceſſerunt nitidis habitanda piſcibus undæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

vide doctam & eruditam quæſtionem apud Magium cap. 21. 1. *Dalec.*

c *Magna & ſæva mercede contra tanta ſua munera.*] Lege Saluſtium initio belli Jugurthini. *Idem.*

ctorum, [1] *alienus velat opibus: cæteris* [2] *varie* [3] *tegumenta tribuit; teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera. Truncos etiam arboreſque cortice, interdum gemino, à frigoribus & calore* [4] *tutata eſt.* [a] *Hominem tantum nudum & in nuda humo, natali die* [5] *abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum,* [b] *nullumque tot animalium* [6] *aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio At Hercule riſus, præcox ille & celerrimus, ante quadrageſimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento,* [7] *quæ* [8] *ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum* [9] *nexus: itaque feliciter natus jacet, manibus pedibuſque devinctis flens animal cæteris imperaturum: & à ſupplicius vitam auſpicatur, unam tantum ob culpam,* [10] *quia natum eſt. Heu* [11] *dementiam ab* [12] *iis initiis exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos! Prima roboris ſpes, primumque temporis munus* [c] *quadrupedi*

1 aliena alienis V. cunctorum aliena velut ope. *Tol.*
2 varia. *Tol.*
3 tegimenta. *Ch.*
4 tuta eſt. *Salm.*
5 abjecit. *V.*
6 aliud pronius ad. *Hermol.*
7 quo. V.
8 neque. *M.*
9 nexus. Atqui infeliciter natum. V. nexus. At homo infeliciter. *M.*
10 qua. *Tol.* *Ch.*
11 dementia. *V.*
12 his. *Ch.*

a *Hominem tantum nudum & in nuda humo natali die abjicit.*] Auguſtinus l. 4. De civitate Dei, priſcum fuiſſe apud Romanos morem tradit, infantem nuper editum humi ponerent, ac continuo levarent, à quo miniſterio dea eis Levana excogitata & culta eſt. Ad hunc Romanorum morem prædicta Plinii verba referenda cenſent Baptiſta Pius, quem adoleſcentes Bononiæ profeſſorem vidimus, & Cælius Rhodiginus & plerique alii, ſeu vero hic Plinius de Romanis duntaxat, & non de toto humano genere in univerſum pronunciet. Sed ut hoc errore illos liberemus, ſimulque conſtet hanc ſententiam à Platone, ut plura alia mutuatum eſſe Plinium, ſubjiciemus Plutarchi verba ex libro qui De fortuna inſcribitur, Latine, ut potuimus verſa: *Quandoquidem plurima*, inquit, *ex mutis animantibus & fortunam & generis naturam feliciorem ſortita ſunt. Quædam cornibus, dentibus, aculeis armantur. Erinacei, ut Empedocles ait, tergore præacutis ſtimulis obſepto inhorreſcunt. Calciata ſunt alia, veſtitaque cortice, lanugine, unguibus, unguliſque duriſſimis. Homo ſolus, ſecundum Platonem nudus, inermis, ſine calciamento, ſine lecto, à natura in medium abjicitur.* Quod ergo Plato ſine lecto dicit abjici hominem in medium quo die genitus eſt, id Plinius aliis verbis expreſſit, nudum dicens & in nuda humo natali die abjici. Cæterum quia Hermolaus naturæ patrocinium ſuſcepit adverſus Plinium, petito ex Ariſtotele teſtimonio lib. De Generatione animalium 2. ſcire lectorem volumus patrocinium hoc, piamve apologiam, melius ab Hermolao deſumi potuiſſe ex libro De partib. animalium 4. cap. 9. *Pint.*

b *Nullumque tot animalium aliud ad lacrymas, &c.*] Sic leg. *Nullumque animalium aliud, ad lacrimas, & has ſtatim vitæ principio:* hominem, inquit, tantum nullumque animalium aliud, abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum, ad lacrimas, & has ſtatim vitæ principio. *Salmaſ.*

c *Quadrupedi ſimilem facit.*] Hujus rei cauſſam Rhodiginus explicare nititur cap. 10. 3. nempe ſuperioris corporis, ex

ætate

drupedi ſimilem facit. Quando [1] *homini inceſſus? quando vox? quando firmum* [2] *cibis os? quandiu palpitans vertex, ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Jam morbi, totque medicinæ contra mala excogitatæ, & hæ quoque ſubinde novitatibus* [4] *victæ. Cætera ſentire naturam ſuam, alia pernicitatem uſurpare, alia præpetes volatus,* [5] *alia vires, alia nare:* [6] *hominem ſcire nihil ſine doctrina, non fari, non ingredi, non veſci: breviterque non aliud naturæ ſponte, quam flere. Itaque multi extitere,* [a] *qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſime aboleri. Uni animantium luctus eſt datus, uni* [7] *luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per ſingula membra: uni ambitio, uni avaritia, uni immenſa vivendi cupido: uni ſuperſtitio, uni ſepulturæ cura, atque etiam poſt ſe* [8] *de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido major, nulli pavor*

1 hominis. V. & Cb.
2 cibis ſoſpes Tol. legendum cibis os ſoſpiti, id eſt, bene ſano.
3 morbi tot atque medicinæ tot contra. V.
4 victæ. Et cætera. M.
5 alia ire. M.
6 hominem nihil ſcire, nihil, &c. Tol. nihil ſcire niſi doctrinam. Cb.
7 luxus.
8 defuturæ, ſub. ſepulturæ. Io. Britannicus.

ætate inferioribus adhuc tenellis ac molliuſculis eſſe graviora. *Dalec.*

a *Qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſime aboleri*] In promptu erat auctor hujus ſententiæ, ut non fuerit neceſſe à remotioribus eam petere. Poſidippus primo epigrammaton Græcorum tomo:

Ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Elige, ait, è duobus utrum malis aut nunquam natum eſſe, aut poſt natalem protinus tolli è medio. Quam Græci poëtæ ſententiam apud nos Auſonius ita reddidit:

ergo
Optima Grajorum ſententia, quippe homini, ajunt,
Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte potiri.

Jam vero Seneca noſter pulcherrime, ut omnia in libro De Conſolatione ad Marciam: *Itaque feliciſſimum eſt non naſci, proximum puto brevitate vitæ defunctos cito in integrum reſtitui.* Præterea quod ſequitur paulo poſt, cætera animantia probe in ſuo genere degere, congregari, & ſtare contra diſſimilia, exceptionem patitur. Plinius lib. 10. cap 9. de Coccyge ave: *Quin abſumitur ab accipitre, ſi quando una apparuere, ſola omnium avis a ſuo genere interempta.* Et lib. eod. cap. 72. *In quo genere omnia magis exitialia, ſi ſuum genus edere, antequam noceant.* Et Ariſtoteles nono de hiſtoria animalium, cap. 1. olores ſeipſos adinvicem maxime omnium avium devorare tradit. Item quod paulo ante præcedit, *Atque uni etiam poſt ſe de futuro*, Joannes Britannicus in quibuſdam Obſervationib. ſcribendum cenſet, *defutura*, ut referatur ad ſepulturam. ſed magis hic ab Hermolao, qui aliter hunc locum accipit ex illis Plinii verbis, *Habere ſenſum victus, generationis, atque operis, & de futuro etiam curam.* etſi ea verba Hermolaus ignoſcendo memoriæ lapſu, in hoc volumine haberi tradit, cum ſint in principio undecimi. Apographon quoque Tolet. *de futuro* habet, non *defutura.* Pintianus.

vor confuſior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in ſuo genere probe degunt: congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia: Leonum feritas inter ſe non dimicat: [1] *ſerpentum morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem belluæ ac piſces, niſi in diverſa genera, ſæviunt. At Hercule* [2] *homini plurima ex homine ſunt mala.*

1 ſerpentium. *Ch.*
2 non homini, &c. mala. *Herm.*

Cap. I. *Gentium mirabiles figuræ.*

Et de univerſitate quidem generis humani, magna ex parte in relatione gentium diximus. [a] Neque enim ritus moreſque nunc tractamus [3] innumeros, ac totidem pene, quot ſunt hominum cœtus, quædam tamen [4] non omittenda duco, maximeque longius à mari degentium: in quibus prodigioſa aliqua & incredibilia multis viſum iri haud dubito: quis enim Æthiopas, antequam cerneret, credidit? aut [5] quid non miraculo [6] eſt cum primum in notitiam venit? Quam multa fieri non poſſe, priuſquam ſint facta, judicantur? Naturæ vero rerum vis atque majeſtas, in omnibus momentis fide caret: ſi quis modo partes ejus ac non totam complectatur animo. Ne pavones, aut tigrium, pantherarumque maculas, & tot animalium picturas commemorem, parvum dictu, ſed immenſum æſtimatione, tot gentium ſermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas, ut externus alieno pene non ſit hominis vice. Jam in facie vultuque noſtro, cum ſint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere: quod ars nulla [7] in paucis numero præſtet affectando. Nec tamen ego in pleriſque eorum obſtringam fidem meam, potiuſque ad auctores relegabo, qui dubiis

3 Innumeri ſunt, totidem. *M. V.*
4 haud. *M. Ch.*
5 cui. *M.*
6 fuit. *V.*
7 pancorum.

a *Neque enim ritus moreſque nunc tractamus.*] Vetus liber, *Tractavimus* habet. ut indubie legendum ſit *Tractabimus.* Nam *u* pro *b* in codicibus paulo vetuſtioribus ſubinde occurrit. *Rhenanus.*

a *Homi-*

[1] dubiis reddentur omnibus: modo ne ſit faſtidio Græcos ſequi, tanto majore eorum diligentia vel cura vetuſtiore.

1 de dubiis rogentur. V.

CAP. II.

De Scythis & aliarum diverſitate gentium.

ESſe Scytharum genera, & quidem plura, quæ corporibus humanis veſcerentur, indicavimus. Idipſum incredibile fortaſſe, ni cogitemus in medio orbe terrarum, [2] ac Sicilia & Italia fuiſſe gentes hujus monſtri, Cyclopas & Læſtrigonas, & nuperrime trans Alpes [a] hominem immolari gentium earum more ſolitum: quod paulum à mandendo abeſt: Sed & juxta eos, qui ſunt ad Septentrionem verſi, haud procul ab ipſo Aquilonis exortu, ſpecuque ejus dicto, quem locum [3] [b] Geſclitron appellant, produntur Arimaſpi, quos diximus, [c] uno oculo in fronte media inſignes: quibus aſſidue bellum eſſe circa metalla cum gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus; multi, ſed maxime illuſtres Herodotus, & Ariſteas Proconneſius ſcribunt. Super alios autem Anthropophagos Scythas, in quadam convalle magna Imai montis, regio eſt, quæ vocatur [4] Abarimon, in qua ſilveſtres vivunt homines, averſis poſt crura plantis, eximiæ velocitatis,

2 *verba hæc* ac Sicilia & Italia, *deſunt in Tol. in Ch.* & Italia, *tantum.*

3 Geſcliton. *Ch.* Geſolithron. *V. Rom.* Geſclithron. *Turneb.* id eſt, *terræ clauſtrum.*

4 Abarimen. *Ch.*

a *Hominem immolari gentium earum more ſolitum.*] Gallorum videlicet Allobrogum. vide Strab. l.4. & infra l.36.c.5. *Dalec.*

b *Geſclitron.*] Τὸ τῆς γῆς κλεῖθρον, id eſt, terræ clauſtrum. Turn. cap. 42. lib.24. Adverſ. Var. 5. de Ling. Lat. Helleſponti clauſtra. Poëta in Medea ἐφ' ἁλμυρὸν πόντου κλῃσὶν' ἀπείρονον. Æſchylus in Perſis dixit βόσφορον κλεῖθρον. Herodot. ζεῦξαι. Scal. *Idem.*

c *Uno oculo in fronte media.*] Ariſtides Rhetor ſalſo mordacique dicterio, Philippo altero oculo capto μονομμάτους Arimaſpos cognatos eſſe dicebat. Rhodig. cap. 8. 21. Æſchylus μονώπας vocat. Quidam putant eam gentem, quæ arcu & ſagittis excelleret, in illis dirigendis, ut fit, alterum oculum claudere ſolitam, & propterea creditum unum tantum oculum illis fuiſſe. Murét. c. 8. 12. Var. Vide & ſupra l. 4. c.22. *Idem.*

a *Cuſi-*

tatis, paſſim cum feris vagantes. Hos in alio non ſpirare cœlo, ideoque ad finitimos reges non pertrahi, neque ad Alexandrum Magnum pertractos, Beton itinerum [1] ejus menſor prodidit. Priores Anthropophagos, quos ad Septentrionem eſſe diximus decem dierum itinere ſupra Boryſthenem amnem, oſſibus humanorum capitum bibere, [a] cutibuſque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti, Iſigonus [2] Nicæenſis. Idem in Albania gigni quoſdam glauca oculorum acie, à pueritia ſtatim canos, qui noctu pluſquam interdiu cernant. Idem itinere dierum x. ſupra Boryſthenem, Sauromatas tertio die cibum capere ſemper. Crates Pergamenus in Helleſponto [b] circa Parium, genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes vocat, ſerpentum ictus contactu levare ſolitos, & manu impoſita venena extrahere corpori. Varro [3] etiam nunc eſſe paucos ibi, quorum ſalivæ contra ictus ſerpentum [4] medeantur. Similis & in Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatharchides ſcribit, à Pſyllo rege dicta, cujus ſepulchrum in parte Syrtium majorum eſt. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, [5] ut cujus odore ſopirent eas. Mos vero liberos genitos protinus objiciendi ſæviſſimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Hæc gens ipſa quidem prope [6] internicione

1 ejuſdem Alexandri. M.
2 Iceenſis. Ch. Siceenſis. Turn.
3 etiamnum. Ch.
4 medentur. M.
5 &c. M. & Ch. ex. V.
6 interemptione. V.

a *Cutibuſque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti.*] *Mantelia* pro mappis poſuit. Vide Salmaſ. Hiſt. Aug. 357. a. Herodot. in Melpom. Rhodig. lib. 16. cap. 10. Antiq. lect.

b *Circa Parium, genus hominum fuiſſe tradit, quos Ophiogenes vocat.*] Apud Priſcianum Varro lib. 1. Rerum humanarum. Ut *habent Parii, qui vocantur* ὀφιογενεῖς, *& in Africa Pſyllos: quorum* ὀφιογενεῖς *cum arbitrantur ſuppoſitum aliquem eſſe in ſtirpe, ei admoverit, ut pungat, colubram. Cum pupugerit, ſi de genere ſit, vivere: ſi non ſit, mori.* In eodem: *Admota aſpis cum pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſyllorum ſtirpe eſſe.* Muret. Var. c. 2. 2. Celſus cap. 27. lib. 5. ait Pſyllos ore vulneri admoto ictæ perculſæve partis, anguium venenum extrahere, idque non præcipua quadam ſcientia, ſed audacia uſu confirmata. Vide quid de his auctor dicat l. 28. c. 3. *Dal.*

a *Andre-*

cione ſublata eſt à Naſamonibus, qui nunc eas tenent ſedes, genus tamen hominum ex [1] his qui profugerant, aut cum pugnatum eſt, abſuerant, hodieque remanent in paucis. Simile & in Italia Marſorum [2] gentis durat, quos à [3] Circes filio ortos ſervant, & ideo ineſſe iis vim naturalem eam. Et tamen omnibus hominibus contra ſerpentes ineſt venenum: [4] feruntque [5] ictas ſaliva, ut [6] ferventis aquæ contactum fugere. Quod ſi in fauces penetraverit, etiam mori: idque maxime humani jejuni oris. Supra Naſamonas confineſque illis Machlyas, [a] Androgynos eſſe utriuſque naturæ, inter ſe vicibus [7] coëuntes, Calliphanes tradit. Ariſtoteles adjicit dextram [8] mammam iis virilem, lævam muliebrem eſſe. In eadem Africa familias quaſdam effaſcinantium, Iſigonus & Nymphodorus [9] tradunt: [10] [b] quarum laudatione intereant probata, [11] areſcant arbores, emoriantur infantes. Eſſe ejuſdem generis in Triballis & Illyriis, adjicit Iſigonus, [c] qui viſu quoque effaſcinent, interimantque quos diutius

1 iis. *Ch.*
2 gentis. M. *&* *Ch.* gente. *V.*
3 Circæ. *Ch.*
4 Ferunt. *Ch.*
5 ictus ſalivæ ut ferventis aquæ contactum fugere.
6 frigentis aquæ contactu: *V.* *&* M.
7 coëuntibus. *Ch.*
8 in mammis virilem. *Tol.*
9 tradunt, *deeſt in Tol.* *&* *Ch.*
10 quorum. *Ch.*
11 areſcunt. *Ch.*

a *Androgynos.*] Ii ſi quando Romæ naſcerentur exportatus fœtus in mare vel flumina dejiciebatur, tum à virginibus ter novenis carmen per urbem canebatur, Junonique donum offerebatur. Alex. ab Alex. c. 27. 5. *Dalec.*

b *Quarum laudatione intereant probata.*] Virg. Ecl. 7.

Aut ſi ultra placitum laudarit baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Faſcinus pro Deo habitus qui faſcinum depelleret, hominis pudendum fuit, turpicula res, ut inquit Varro, pueris ſolita è collo ſuſpendi. Itaque cum animo bono, candide & ſine livore laudari quempiam volebant, laudationi ut adderetur, præfiſcini, exigebant, id eſt abſque faſcino, ἀβασκάντως. Titinius in Setina: *A. Paula mea, amabo. B. Pol tu ad laudem addito Præfiſcini, ne puella faſcinetur.* Turn. c. 10. 22. c. 31. 34. 23. 27. Scaliger in Varronem, & ad Catull. Plautus in Aſinaria, *Præfiſcini hoc nunc dixerim, nemo etiam me accuſavit Merito meo.* Vide cap. 4. 28. Quidam tamen probata, hic πρόβατα, oves intelligendas eſſe putant, morbis peſtilentibus obnoxias, & ea cauſſa ſæpe gregatim pereuntes. Qua de cauſſa peſtem ſive luem Thucydides cum deſcribit, ægros ὥσπερ τὰ πρόβατα θνήσκειν tradidit, & id Lucretius imitatus lib. 6. *Lanigeras tanquam pecudes, &c.* Vultque Muretus c. 3. l. 1. Variar. eadem ratione dictum, qua Ciceroni in Verrem, in acta, ἐν τῇ ἀκτῇ, eidemque ut & Terentio aſtu τὸ ἄστυ. *Idem.*

c *Qui viſu quoque effaſcinent.*] Ὀφθαλμὸς βάσκανος vocat Heliod. Æthiop. ut interpretatur Theocryti Scholiaſtes χαίνοντα, καὶ φθείροντα τὸ ὁραθὲν καὶ μάλιστα παῖδας, ut ſcribit Aphrod. 2. Probl. & Plut. 5. Symp. *Idem.*

a *Pupil-*

diutius intueantur, [1] iratis præcipue oculis: [2] quod eorum malum facilius ſentire puberes. Notabilius eſſe quod [a] pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Hujus generis [3] & fœminas in Scythia, quæ vocantur [4] [b] Bithyæ, prodit Apollonides. Philarchus & in Ponto [5] [c] Thibiorum genus, multoſque alios ejuſdem naturæ: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, [d] in altero equi effigiem. Eoſdem præterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degravatos. [e] Haud diſſimile [6] iis genus Pharnacum in Æthiopia prodidit Damon, quorum ſudor tabem contactis corporibus afferat. Fœminas quidem omnes ubique viſu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor eſt. Adeo naturæ, cum ferarum [7] morem veſcendi humanis [8] viſceribus in homine genuiſſet, gignere etiam in toto corpore & in quorundam oculis quoque venena placuit: ne quid uſquam mali eſſet, quod in homine non eſſet. [f] Haud procul urbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt [9] paucæ, quæ vocantur Hirpiæ: quæ ſacrificio annuo, quod fit ad mon-

1 irritatis. *Tol.*
2 & id. *V.*
3 & *in V. d.*
4 Viciæ. *Tol.* quæ Vitiæ vocantur. *Cb.*
5 Tybiorum. *Cb.*
6 id genus Pharnacum in Æthiopia Damon. *Cb legit, & Turn.* Pharnacum &c. *M.* adjuvante Elymo viroſi & venenati corporis.
7 more. *V. & Cb.*
8 corporibus, in homine rabiem genuiſſet, gignere in toto. *V.*
9 parvæ. *Tol.*

a *Pupillas binas in oculis ſingulis habeant.*] Ovid. 1. Amorum,

---- oculis quoque pupula duplex
Fulminat, & geminum lumen in orbe manet.

Vide Brod. c. 37. 1. *Dalec.*

b *Bithyæ.*] Bithyas in Thracia Stephanus memorat, gentem ab his fœminis diverſam. *Idem.*

c *Thibiorum genus.*] Plutarchus c. 7. lib. 5. Sympoſ. καὶ τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Τυβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φύλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι. Horum Gal. meminit lib. 1. Methodi ut ſervorum emptitiorum. Vide Junium Adag. 36. Cent. 8. Hæc gens adeo peſtilens fuit, ut ſolo halitu perimeret. Didymus. *Idem.*

d *In altero equi effigiem.*] Nomine τοῦ ἵππου deceptum Plinium fuiſſe arbitror: Significat enim ea vox & equum animal, & ingenitum oculi vitium, quo inſtabilis & tremulus aſſiduo motu concutitur. Philarchus nictationem perpetuam intellexit, quam Plinius equi effigiem interpretatur. *Idem.*

e *Haud diſſimile iis genus, &c.*] Legend. *Haud diſſimile his genus Pharmacum in Æthiopia prodidit Damon. &c.* τὸ γένος τῶν φαρμακέων. aliud φαρμακὸς, alius φαρμακεύς. φαρμακεῖς proprie ſunt venenarii, at φαρμακὸς, homo piacularis, qui urbis alicujus purgamento devotus extra fines ejiciebatur. *Salmaſ.*

f *Haud procul urbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ quæ vocantur Hirpiæ, &c.*] In optimo cod. ita legitur: *perpaucæ familiæ ſunt, quæ vocantur Hirpiæ, &c.* lege: *quæ vocantur Hirpi: hæ ſacrificio annuo, &c.* Idem.

a *Apolli-*

ad montem Soractem [a] Apollini ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non [1] aduruntur. Et ob id [b] perpetuo ſenatuſconſulto militiæ omniumque aliorum munerum vacationem habent. Quorundam [2] corpore partes naſcuntur [3] ad aliqua mirabiles: ſicut Pyrrho regi pollex in dextero pede, cujus tactu lienoſis medebatur. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumque loculo in templo. Præcipue India Æthiopumque tractus miraculis ſcatent. Maxima in India gignuntur animalia. Indicio ſunt canes grandiores cæteris. Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, ut ſagittis [4] ſuperari nequeant. Hæc facit ubertas ſoli, temperies cœli, aquarum abundantia (ſi libeat credere) [c] ut ſub una [5] ficu turmæ condantur equitum. [d] Arundines vero tantæ proceritatis, ut ſingula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. Multos ibi quina cubita conſtat longitudine excedere: non expuere: non capitis, aut dentium, aut oculorum ullo dolore affici, raro aliarum corporis partium: tam moderato Solis vapore durari. Philoſophos eorum, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad Occaſum [6] præſtare, contuentes Solem immobilibus oculis: ferventibus harenis toto die alternis pedibus inſiſtere. In monte, cui nomen eſt [7] Milo, homines eſſe averſis plantis, octonos digitos in ſingulis [8] pedibus habentes, auctor eſt Megaſthenes. In multis autem montibus genus hominum

1 adurantur. *Ch.*

2 corpori. *M. Ch*

3 ad alia quam mirabiles *Tol.* ad aliaque mirab. *Ch.*

4 ſuperjaci. *Ch & ante Turn. ex antiquo codice.*

5 fico. *Ch.*

6 *L.* perſtare.

7 Nullo. *Ch.*

8 pedibus *in Ch. d. Recte, eſt enim gloſſ.* plantis.

a *Apollini.*] Strabo lib. 5. non Apollini, ſed Feroniæ hæc ſacra fieri ſolita tradit, cujus & eo loci fanum fuerit, urbſque cognominis. *Dalec*

b *Et ob id perpetuo ſenatuſconſulto.*] Utrumque exemplar, non *Senatuſconſulto* legit, ſed *Senatuſconſultu:* quam lectionem approbavit, qui Plinianum obſervavit morem, quæ apud alios auctores nomina aliarum ſunt inflexionum, in quartam libentiſſime mutandi. *Pint.*

c *Ut ſub una ficu turmæ condantur equitum.*] Nearchus apud Strabonem lib. 15. quadringentorum, Ariſtobulus quinquaginta. *Dalec.*

d *Arundines vero tantæ proceritatis.*] Megaſthenes apud Strabonem quaſdam ſtantes eſſe ulnarum 30. refert, quaſdam humi proſtratas, 50. diametro cubitorum trium & interdum ſex. *Idem.*

a *Monoſce-*

minum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu & aucupio veſci. Horum ſupra centum viginti millia fuiſſe [1] prodente ſe Cteſias ſcribit: & in quadam gente Indiæ, fœminas ſemel in vita parere, genitoſque confeſtim caneſcere. [2] Item hominum genus, qui [3] [a] Monoſceli vocarentur, ſingulis cruribus, miræ pernicitatis [4] ad ſaltum: [b] eoſdemque [5] Sciopodas vocari, quod in majori æſtu humi jacentes reſupini, umbra ſe pedum protegant: [c] non longe eos à [6] Troglodytis abeſſe. Rurſuſque ab his Occidentem verſus quoſdam ſine cervice oculos in humeris habentes. Sunt & [d] Satyri Subſolanis Indorum montibus ([7] Cartadulorum dicitur regio) perniciſſimum animal: [8] [e] tum quadrupedes, tum recte currentes humana [9] effigie, propter velocitatem, niſi ſenes aut ægri, non capiuntur. [10] Choromandarum gentem vocat Tauron ſilveſtrem ſine voce, ſtridoris horrendi, [f] hirtis corporibus, oculis glaucis,

1 proditur. Cteſias ſcribit in. M. prodente ſe Cteſias, &c. *Cb.*
2 Idem. *Tol. & Cb.*
3 Monocoli, M. *Turn. & Cb.*
4 aſſultim. *Sabelli. ms.*
5 Sciapodas. *Steph. & Philoſt.* eoſdem Sciapodis. *Cb.*
6 Troglodytis. *Turn.*
7 Catardudorum. *Cb*
8 tanquam. M. *Vet. Lego*, tum ut quadr. tum ut recti.
9 Effigie, ut propter, &c. non capiantur. V. effigie. Propter M.
10 Choraneorum. V.

a *Monoſceli.*] Fabuloſos eſſe ac rationem cur ita creditum ſit, vide apud Rhod. c. 12. lib. 4. *Dalec.*

b *Eoſdemque ſciopodas vocari.*] Scribo *Sciapodas* cum *a*, in ſecunda ſyllaba, ex Stephano & Philoſtrato in vita Apollonii item Alexandrino Heſychio, aſtipulante etiam utroque ſcripto exemplari. De reliquo notandum, hæc verba paulo poſt inſerenda eſſe, poſt illa quæ ſequuntur *Eudoxus in meridianu India viru plantas eſſe cubitales, eoſdemque Sciapodas vocari, quod in majore æſtu humi jacentes reſupini umbra ſe pedum protegant.* Pint. *Eoſdemque Sciopodas vocari, &c.*] Legend. *eoſdem Sciapodes vocari, quod in calore æſtus, &c* Vide Salmaſ. p 1006 a.

c *Non longe eos à Troglodytis abeſſe. Rurſuſque ab his occidentem verſus quoſdam, &c.*] Exiſtimo converſo ordine legendum eſſe, *Rurſuſque ab his occidentem verſus quoſdam ſine cervice, oculos in humeris habentes. Non longe eos à Troglodytis abeſſe.* Nam cum illos qui oculos in humeris habent in India eſſe conſtet, Solino etiam teſte, & Troglodytæ pertineant ad Æthiopiam, ſi poſt Sciapodas, quos non longe à Troglodytis diſtare ait, alias rurſus occidentem verſus Indiæ gentes collocet, videbitur Plinius in ordine & ſitu regionum aberrare. *Pintianus.*

d *Satyri*] In vaſto Oceano repertos Satyros ab Euphemo Care in inſulis, quas Satyridas vocant, Pauſanias narrat. l. 1. ruffos, caudis non minoribus quam equorum, ſalaciſſimos, ut qui mulierem expoſitam & anteriore Venere & poſteriore vexarint petulantiſſime *Dalec.*

e *Tum quadrupedes, tum recte currentes.*] Exempl. Salmanticenſe, & impreſſa lectio, *Tanquam quadrupedes, tam recte currentes.* Scribendum opinor, *Quanquam quadrupedes, tamen recti currentes.* Pintianus.

f *Hirtis corporibus.*] Eadem fere de Arimaſpis ſupra recitata ſunt ex Strabone, niſi quod iis pectus hiſpidum eſſe ait, non corpus, & aures caninas, non dentes, mendoſe forte. *Dalec.*

a *Strutho-*

glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in meridianis Indiæ viris plantas eſſe cubitales: [1] fœminis adeo parvas, ut [a] Struthopodes appellentur. [b] Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, [c] anguium [2] modo loripedem, vocari [3] Syrictas. Ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Aſtomorum gentem ſine ore, corpore toto hirtam veſtiri frondium lanugine, [d] halitu tantum viventem & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum; [4] tantum radicum florumque varios odores & ſilveſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus: graviore [5] paulo odore haud difficulter exanimari. Supra hos extrema in parte montium [6] [e] Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt, [f] ternos dodrantes non excedentes, ſalubri cœlo, ſemper-

1 fœminas. *Cb.*
2 modo, Loripedes vocari Syriſtas ad, &c. Gangis, Aſtomorum. *M.*
3 Scyritas. *Cb.*
4 radicum tantum. *Tol.*
5 paulo odore, *in Tol. d & Cb.*
6 *Alii ſunt & Pentaſpithami Megaſtheni apud Strab. lib. 15. ubi hæc narrantur omnia.* Spithamæi Pygmæique narrantur. *Turn. ex Vet. cod. legit,* Spithami Pygmæique. *Cb.*

a *Struthopodes.*] Sic Struthocephalos Themiſtius dixit in paraphraſi Phyſicorum, quibus amplius caput non eſt quam paſſeri. Quidam non à paſſere Struthopodas ducunt, ſed à Struthio camelo. *Dalec.*

b *Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco.*] Strabo Amyctyras vocat, omniaque & cruda comeſſe, parum vivere, ante ſenectutem mori, ſuperius labrum eminentius habere tradit. *Idem.*

c *Anguium modo loripedem, vocari Syrictas.*] Lege: *anguium modo loripedes vocari Syrtas* · Συρτὴς eſt qui trahit. quod traherent pedes & reperent potius quam ambularent, *Syrta* dicti, ἀπὸ τοῦ σύρειν τοὺς πόδας. *Salmaſ.* pag. 415.

d *Halitu tantum viventem & odore quem naribus trahant.*] Lege hac de re Strabonem lib. 15. ex Oneſicriti ſententia Rhodiginus hunc locum c. 21. l. 24. ex Platone interpretatur. Dicit autem in calidis regionibus ac odoriferis homines plerumque eſſe gracili corpore, tenui cibo ac pene nullo, ex odoribus ali, & ipſam naturam loci herbarum & frugum ſuccos redigere in odores, & humanorum corporum humores in ſpiritus reſolvere. Quum igitur uterque (odor videlicet, ac ſpiritus) ſit vapor quidam, & ſimile ſimili nutriatur, nimirum & ſpiritus qui ſpiritum ducit homo, plurimum odoribus accipit alimentum. Qui ſcripſit Homeri vitam, narrat malorum odore prorogatam ei aliquandiu vitam. Olympiodorus ex Ariſtotele hiſtoriam citat cuiuſdam, qui aëre tantum ac ſole nutriretur. *Dalec.*

e *Spithamæi Pygmæi.*] Scribendum puto, *Triſpithamæi Pygmæi:* quia ſubjicit ſtatim, *Ternas ſpithamas longitudine,* hoc eſt ternos dodrantes non excedentes. Strabo lib. 15. *Sed ad fabulas rediens ait, homines quoſdam eſſe quinquepalmos, quoſdam tripalmos, quorum nonnulli naſo careant, & duo tantum ſpiramenta ſupra os habeant.* Cum tripalmis grues pugnare, quod & Homerus ſignificat. *Pint.*

f *Ternos dodrantes non excedentes:*] Id eſt, 19. pollices, nimirum pedes duos ac quinque pollices. vide quæ de hac re notata ſunt in c. 14. l. 35. *Dalec.*

[1] ſemperque vernante, montibus ab Aquilone oppoſitis: quos à gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. Fama eſt, inſidentes arietum caprarumque dorſis, armatos ſagittis veris tempore univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova pulloſque earum alitum conſumere: ternis expeditionem eam menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum luto [2] penniſque, & ovorum putaminibus [3] conſtrui. Ariſtoteles in cavernis vivere Pygmæos tradit. Cætera de his, ut reliqui. Cyrnos Indorum [4] genus Iſigonus annis centenis quadragenis vivere. [5] Item Æthiopas Macrobios & Seras exiſtimat, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec [6] veſtibus eorum noxia corpori ineſſe animalia. Oneſicritus, [7] quibus in locis Indiæ umbræ non ſint, corpora hominum cubitorum quinûm & [8] binorum palmorum exiſtere, & vivere annos centum triginta, nec ſeneſcere, ſed ut medio ævo, mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, [9] Gymnetas appellat, non pauci Macrobios. Cteſias gentem ex his quæ [10] appellatur [11] Pandore, in convallibus ſitam, [a] annos ducenos vivere, in juventa candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat. [12] Contra alios quadragenos non excedere [13] annos, junctos Macrobiis, quorum fœminæ ſemel pariant: idque & Agatharchides tradit. Præterea locuſtis eos ali & eſſe pernices. [14] [b] Mandrorum

1 Super. M. & Ch.
2 pinniſque. Ch.
3 conſeri. *Vel* conſerui Ch.
4 gentem. V.
5 Idem.
6 viſceribus.
7 quibus locis. Ch.
8 binarum palmarum. Ch.
9 Gymnectas. *V.* & Ch.
10 appelletur. M. *Ch.*
11 Panæore. V. Pandere. Ch.
12 Econtra. M.
13 canos. Ch.
14 Meandorum. Ch.

a *Annos ducenos vivere.*] Seribus tam longam vitam eſſe Strabo auctor eſt l. 15. *Dalec.*

b *Mandrorum nomen iis dedit Clitarchus*] Vetus omnis recentiorque lectio *Mandorum* præfert, non *Mandrorum*, Scribendum videtur aut *Pandarum*, ex Plinio lib. 6. cap. 20. & item Stephano: aut *Pandæorum* ex Arriano lib. 7. cujus verba libuit ponere, ut collata cum Plinianis hujus cap. 20. lib. 6. omnem ambiguitatem lectoribus adimant: *Ornatum autem corporis quo utebatur hic Hercules, Megaſthenes fuiſſe illi ſimilem ſcribit, quo Thebanus Hercules uti ſolebat, quod & Indi affirmant, eique multos fuiſſe filios virilis ſexus, multas enim uxores habuiſſe: filiam vero unicam nomine Pandæam terramque in qua nata eſt, quam Hercules ei tradidit, de nomine ejus Pandæam appellatam. Datos* insuper

drorum nomen iis dedit Clitarchus, & Megaſthenes, trecentoſque eorum vicos [1] annumerat. Fœminas ſeptimo ætatis anno parere, ſenectam [2] quadrageſimo anno accedere. Artemidorus, in Taprobana inſula longiſſimam vitam ſine ullo corporis languore traduci. Duris, Indorum quoſdam cum feris coire, miſtoſque & ſemiferos eſſe partus. In [3] Calingis ejuſdem Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octavum vitæ annum non excedere. Et alibi cauda villoſa homines naſci pernicitatis eximiæ, [a] alios auribus totos contegi. [4] [b] Oritas ab Indis Arbis fluvius diſterminat. [5] Ii nullum alium cibum novere, quam piſcium, quos unguibus diſſectos Sole torreant: atque ita panem ex his faciunt, ut refert Clitarchus. Troglodytas ſuper Æthiopiam velociores [6] eſſe equis, Pergamenus Crates. [7] Item Æthiopas octona cubita longitudine excedere. Syrbotas vocari gentem eam Nomadum Æthiopum,

1 annumerant. M.
2 quadrageſimo accidere. Ch. legit & accedere M.
3 Coliugis. Ch.
4 Soritas M. V. Ch.
5 Hinc ullum. Ch.
6 Equis eſſe. M.
7 Idem.

inſuper elephantos d. equites ad iiij. M. *pedites circiter cxxx.* M. Et mox paulo: *Ad hac in regionibus quas Herculis filia regno tenuit, fœminas ubi ad ſeptimum vitæ annum perveniunt, viris maturas cenſeri, ac nubere, viros quadraginta annos ſummum vivere.* & rurſus, *Herculem eundem cum filia vij. annorum concubuiſſe, ut ex ſe ſoboles Indorum regibus procrearetur.* Pintianus.

a *Alios auribus totos.*] Hos Faneſios vocavit ſupra lib. 4. c. 13. ἐνωτοκοίτας Strabo vocat, auribus ad talos uſque demiſſis indormientes, adeo robuſtos ut arcus nervum frangant, & arbores evellant. Adnotatum loco citato Panotios ab Iſidoro vocari. *Dalec.*

b *Oritas ab Indis Arbis fluvius diſterminat.*] Hermolaus pro *Soritas*, ut antea ſcriptum erat, *Oritas* ſubſtituit; pro *Arabis*, *Arbis.* Priorem caſtigationem probo, poſteriorem improbo. Nam vetus omnis lectio, Romanaque & Parmenſia exemplaria; tum hoc capite, tum lib. 6. cap. 24 item lib. 9. cap. 3. ſemper *Arabis* legunt, nunquam *Arbis*, Strabonem fatemur Arbin appellare, Ptolemæum negamus. Nam & Græce Arabis apud eum legitur: & è duobus ejus interpretibus prior Arabin, poſterior Arabium vocat. Item Arrianus ſeptimo: *Prope hanc*, inquit, *habitat gens Indica Arabies dicti, quorum in majore conſcriptione commemini, eſſe cognominatos à flumine Arabi, quod per ipſorum regionem fluens exonerat in mare, diſterminans horum provinciam ab Oritarum terra.* & paulo poſt, bis Arabin fluvium nominat. Porro idem auctor in majore conſcriptione, cujus hic mentionem habuit, Arabium vocat fluvium, non Arabin, nec ſemel, & Arabitas populos. Stephanus ſeu dubius in utram partem inclinaret, modo Arbin, modo Arabium vocat. Neque illud omiſerim, ſæpe apud eundem Arrianum ſcriptum inveniri per duplex *rr.* Arrabis & Arrabitæ populi. *Pint.*

pum, ſecundum flumen [1]Aſtapum ad Septentrionem [2]vergentium. Gens [3]Meniſminorum appellata, abeſt ab Oceano dierum itinere viginti, animalium, quæ Cynocephalos [4]vocamus, lacte vivit, quorum armenta paſcit maribus interemptis, [5]præterquam ſobolis cauſa. In Africæ ſolitudinibus hominum ſpecies obviæ ſubinde fiunt, momentoque evaneſcunt. Hæc atque talia ex hominum genere ludibria ſibi, nobis miracula, ingenioſa fecit natura. Et [6]ſingula quidem, quæ facit indies, ac prope horas, quis enumerare valeat? ad detegendam ejus potentiam, ſatis ſit inter prodigia poſuiſſe gentes. Hinc ad confeſſa in homine pauca.

1 Aſtragum. *Cb.* Aſtrapum. M.
2 vergentem. V.
3 Medimnorum. V. Mæniſmorum. *Cb.*
4 vocavimus. *Pint.*
5 Præter ſobolis cauſam. M.
6 ſingulis. *Cb.*

CAP. III. *De prodigioſis partubus.*

TErgeminos naſci certum eſt, [a] Horatiorum Curiatiorumque exemplo: [7][b] ſupra inter oſtenta [8] ducitur [c] præterquam in Ægypto, ubi fœtifer potu [9] Nilus. Annis [10] proximis, ſupremis Divi Auguſti, Fauſta quædam è plebe, Oſtiæ duos mares, totidem fœminas enixa, famem, quæ conſecuta eſt, portendit haud dubie. Reperitur & in Peloponneſo [11][d] quinos quater enixa, majoremque partem ex omni ejus vixiſſe partu. Et in Ægypto ſeptenos uno utero ſimul gigni, auctor eſt Trogus. Gignuntur & utriuſque ſexus, quos Hermaphroditos

7 ſuper. *Cb.*
8 adducitur. *V.* dicitur. *Cb.*
9 Nilus amnis proxime ſupra. *Cb*
10 proxime. M. V.
11 binos. M. & *Cb.*

a *Horatiorum Curiatiorumque exemplo.*] Livius lib. 1. Decad. 1. *Dalec.*

b *Supra.*] Numerum tergeminorum. *Idem.*

c *Præterquam in Ægypto, ubi fœtifer potu Nilus, &c.*] Lege: *præterquam in Ægypto, ubi fœtifer potu Nilus amnis. Proxime ſupremis Divi Auguſti, Fauſta quædam è plebe, Oſtiæ duos, &c.* Salmaſ.

d *Quinos quater enixa.*] Strabo l. 15. quatergeminos. Idem ex Ariſtotele tradit, quandam peperiſſe ſeptemgeminos. Albertus prodidit, mulierem in Germania conformatis jam in utero 22. infantium corpuſculis abortum feciſſe: aliamque ejeciſſe in pelvim Embryonum auricularis digiti magnitudine CL. corpuſcula: aliam lxx. Neque enim quod de Margareta Hollandiæ Comite ferunt, affirmare libet: quæ uno partu 360. filios peperiſſe vivos ann. Dom. 1314. traditur. *Dalec.*

e *Andro-*

phroditos vocamus, olim [a] Androgynos vocatos,
& in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. Pom-
pejus Magnus in ornamentis theatri mirabiles fama
poſuit effigies, ob id diligentius magnorum artifi-
cum ingeniis elaboratas: inter quas legitur [1] Euty- 1 Euthycis. *Ch.*
che, à xx. liberis rogo illata [2] Trallibus, enixa xxx. 2 Taxylis. *Ch.* Tralleis. *M.*
partus. Alcippe elephantum, [3] quanquam id inter
oſtenta eſt. [b] Nanque & ſerpentem peperit inter 3 quod & inter. *M.*
initia Marſici belli [4] ancilla. [5] Multiformes pluri- 4 Achille. *M.*
bus modis inter monſtra partus eduntur. Claudius 5 & multif. *Ch.*
Cæſar ſcribit [c] Hippocentaurum in Theſſalia na-
tum eodem die interiiſſe. Et nos principatu ejus
allatum illi ex Ægypto in melle vidimus. Eſt inter
exempla, in uterum protinus reverſus infans Sa-
gunti, quo anno ab Annibale deleta eſt.

CAP. IV.

De mutatione ſexus, & geminis partubus.

[d] EX fœminis mutari in mares, non eſt fabu-
loſum. Invenimus in Annalibus, [6] P. Licinio 6 C. *Ch.*
Craſſo,

a *Androgynos vocatos.*] Vocant & διφυεῖς, & ἀνδροθήλυας & ἀρσενοθήλυας. In maribus id fit tribus modis, cum in perinæo, ſive interfœmineo muliebre pudendum exiguum videtur: cum itidem in ſcroto, ſed nullo excrementi profluvio: cum ibidem, exeunte lotio. In fœminis unico, cum penis ſupra genitalis faſtigium, in clitorio & ima pube prominet. Addunt quidam in maribus, cum ſupra colis radicem muliebris natura extat: in fœminis, cum penis ad inguina vel in perinæo profertur. Rhodig. cap. 10. 15. & 12. 19. Androgynos vocavit & Pollux concubinos. Cornel. Gemma Coſmocrit. lib. 1. cap. 6. *Dalec.*

b *Nanque & ſerpentem peperit inter initia Marſici belli ancilla.*] Ut & Sullanis temporibus Cluſians materfamilias, teſte Jul. Obſeq. de prodig. cap. 118. & App. Alexand. de bel. civ. lib. 1. mihi p. 411. Legatur & recens exemplum apud Cornel. Gem. Coſmocrit. tom. 2. pag. 201. *Idem.*

c *Hippocentaurum in Theſſalia natum.*] Vide cap. 24. lib. 22. Centauros, Scyllas & id genus monſtra gigni fierique non poſſe, multis verſibus oſtendit Lucretius lib. 4. An exiſtere poſſint, vide Magium cap. 20. lib. 1. *Idem.*

d *Ex fœminis mutari in mares.*] Pontano Caietana muliercula piſcatoris per annos 14. uxor repente vir facta eſt. Idem contigit Æmiliæ conjugi Antonii Spenſæ, civis Ebulani anno 12. poſtquam nupſerat. Sexu mutato ea duxit uxorem, & liberos ſuſtulit. Idem & alteri mulierculæ accidit, cum jam ſemel peperiſſet. Temporibus Ferdinandi primi Neapolitanorum regis, Carlotta & Franciſca filiæ Ludovici Quarna Salernitani, annos xv. natæ, ſexum mutarunt. Videſis A. Gell. noct. Att. lib. 4. cap. 4. & Phlegontem Trall. de admirand. pag. 74. *Idem.*

Craſſo, C. Caſſio Longino coss. Caſſini puerum factum ex virgine ſub parentibus; juſſuque Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Mutianus prodidit, viſum à ſe Argis [1] Areſcontem, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam & virilitatem proveniſſe, uxoremque duxiſſe. Ejuſdem ſortis & Smyrnæ puerum à ſe viſum. Ipſe in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die, L. [2] Coſſicium civem [3] Tiſdritanum. Editis [a] geminis raram eſſe, aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam. Si vero utriuſque ſexus editi ſint gemini, rariorem utrique ſalutem. [b] Fœminas gigni celerius, quam mares, [4] ſicut celerius ſeneſcere. Sæpius in utero moveri mares, & in dextera fere geri parte, in læva fœminas, conſtat.

1 Ariſtontem. *M. & Ch.*

2 Conſitium. *Ch.*

3 Tiſaritanum: vivebatque cum proderent hæc, *Edit. & Vet. Long.*

4 ſicuti. *Ch.*

Cap. V.

De homine generando, & pariendi tempore per illuſtria exempla à menſibus ſeptem, ad undecim.

Cæteris animantibus ſtatum, & pariendi, & [c] partus [5] gerendi tempus eſt: homo toto anno,

5 Egerendi. *M. V.*

a *Geminis raram eſſe, aut puerperæ.*] Ex Ariſtol. lib. 4. de Gener. animal. c. 6. *Idem.*

b *Fœminas gigni celerius quam mares, &c.*] Sive verbum *gigni* ſignificet formari in utero fœtum, ſeu ſignificet in lucem prodire infantem, falſum eſt fœminas gigni celerius quam mares. Docet id Ariſtoteles lib. de hiſtoria animalium 7. cap. 2. his verbis: *Quum itaque fœtus in utero formatur, fœmina tardius quam mas perfectionem omnium partium recipit, & ſerius in decimum menſem quam mas protrahitur.* Et cap 4. *Plus etiam motus magna ex parte mas in utero infert quam fœmina, & celerius prodit, fœmina enim partus tardior eſt.* Poſſem etiam, niſi me pudor avocaret, citare Avicennam lib 9. de animalib cap 5. de tranſmutatione ſpermatis & Albertum Magnum alioſque Ariſtotelicæ doctrinæ aſſectatores. Cæterum in exemplari Toletano non *gigni* legitur, ſed *naſci*. Quod ſi duo hæc verba jungerentur *gigni naſci*. & pro eis ſcriberetur *juveneſcere*, belliſſime locus reſtitueretur. Ariſtoteles loco proxime citato: *Sed cum in lucem prodierit fœmina, ocyus quam mas & accreſcit, & ætate floret, & ſenectute maceratur.* Poſſet etiam locus minus ſuperſtitioſe reſtitui, ſi pro duobus illis verbis, *gigni celerius*, poneretur *juveneſcere*, deinde permutatione verborum ſequentium legeretur, *fœminas juveneſcere celerius quam mares, ſicut ſeneſcere*, vel ſic, *fœminas juveneſcere quam mares celerius, ſicuti ſeneſcere.* Pintianus.

c *Partus.*] Mirum Plinium partum τ͂ τόκου pro fœtu, aut conceptu ἀντὶ τῆς συλλήψεως, ἢ τ͂ κυήματος uſurpaſſe καταχρηστικῶς. *Dalec.*

a *Alium*

anno, & incerto gignitur ſpatio. [a] Alius ſeptimo menſe, [b] alius octavo, & uſque [1] ad initia decimi undecimique. Ante ſeptimum menſem haud unquam vitalis eſt. Septimo non niſi pridie poſterove plenilunii die, aut interlunio concepti naſcuntur. [2] Tranſlatitium in Ægypto eſt & octavo gigni. Jam quidem & in Italia tales partus eſſe [3] vitales, contra priſcorum opiniones. Variant hæc pluribus modis. Veſtilia [4] C. Herditii ac poſtea Pomponii atque Orfiti clariſſimorum civium conjunx, [c] ex his quatuor partus [5] enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suilium Rufum undecimo, [6] Corbulonem ſeptimo, utrunque conſulem: poſtea Cæſoniam Caji principis conjugem, octavo. In quo menſium numero genitis, intra quadrageſimum diem maximus

1 ad initia undecimi. *Cb.*

2 Tralatitium. *Cb.*

3 vitales. Contra, &c. variant. *M. V.*

4 C. Lili.

5 Enixa ſeptimo ſemper menſe. *Cb.*

6 à Corbulone. *Cb.*

a *Alius ſeptimo.*] Quinto menſe vitales in Hiſpania editos fuiſſe ſcribit Ferdinandus Mena ſuis commentariis in lib. Hippocr. De ſeptimeſtri fœtu. Vide Ariſtot. lib. 7. cap. 4. de nat. animal. & D. Gothofred. ad Nov. 39. cap. 2. & Fab. Paulin de Hebdom. lib. 6 cap. 4. Cenſorin. de die nat. cap. 7. Plutarch. de placit. Phil. lib. 5. cap. 18. & ſeq. Hier. Mercurial. Val. 4. c. 10. &c. *Dalec.*

b *Alius octavo.*] Cur vitalis partus non ſit octavo menſe vide Rhodig. c. 22. 19. & 1. 20. 13. 22. Octavo quidem menſe in Ægypto fere naſci, ut nono apud nos, fabuloſum putant, verum qui octavo gignuntur raro mori. Aſclepiades Naxias mulieres edere ὀκτάμηνα prodit, ſive Junone Lucina id gratificante ob Dionyſii benevolentiam, ſive quia Bacchus eo menſe in lucem prodiiſſet, cujus nomine & Dionyſiam Naxum appellarunt: tametſi quidam à vitium fœcunditate, quod auctor ſcribit c. 12. 4. ita dictam interpretantur, & quod fons vini ſapore in ea fluat. *Idem.*

c *Ex his 4. partus enixa Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suilium Rufum undecimo, Corbulonem ſeptimo, utrumque conſulem: poſtea Cæſoniam C. principis conjugem octavo. In quo menſium numero genitis intra quadrageſimum diem maximus labor.*] Locus non vulgari indigens cenſura Ante omnia ſcripta omnis & impreſſa lectio non *Sempronium* agnoſcit, ſed *ſeptimo ſemper:* ſicque haud dubie legendum eſt. Deinde pro duobus illis verbis, *In quo*, ſcribendum eſt, *iniquo:* & id verbum cum duobus ſequentibus, ad præcedentia adjunge. Poſtremo dictionem, *Genitis*, cum majore litera ſcribe, ut ſit principium ſequentis cæſi, hoc ſenſu: Veſtiliam C. Herdicii ac poſtea Pomponii atque Orphiti conjugem, quatuor ex his partus enixam, æquo ſemper menſium numero genuiſſe, hoc eſt ſeptimo ſemper menſe. Deinde è contrario, peperiſſe tres alios filios iniquo numero menſium, Suilium Ruffum undecimo, Corbulonem ſeptimo, Cæſoniam octavo. Genitis vero, hoc eſt, fœtui adhuc intra maternum uterum clauſo intra quadrageſimum diem maximum eſſe laborem, hoc eſt, periculum illis imminere, ne abortu ejiciantur. Ariſtoteles libro ſeptimo De hiſtoria animalium, capite tertio: *Effluxiones vocantur quæ intra ſeptimum menſem corruptiones incidunt, Abortiones autem quæ intra quadrageſimum diem: & quidem plurimi fœtus intra tot numero dies depravantur.* Pintianus.

1 labor gravidis. Quarto autem & oct. menſe letales in iis. *V.* mus [1] labor. Gravidis autem quarto & octavo menſe, letaleſque in iis abortus. [a] Maſſurius auctor eſt, L. Papyrium Prætorem, ſecundo hærede [b] lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum 2 ſedecim. *ꝑM.* dediſſe, cum mater partum ſe [2] XIII. menſibus diceret tuliſſe, [c] quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur.

Cap. VI.

De conceptibus, & ſigna ſexus in gravidis prævenientia partum.

A Conceptu decimo die, dolores capitis, oculorum [d] vertigines [e] tenebræque, [f] faſtidium in cibis, [3] [g] redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti, & facilior partus: [h] motus in utero quadrageſimo die. Contra-

3 redundantia. *V. & Tol.*

a *Maſſurius auctor eſt, L. Papyrium prætorem ſecundo herede lege agente.*] Exemplar Salmanticenſe *cohærede* præfert, non *hærede*. Præterea vix credo ordinem horum verborum non eſſe inverſum. Rectius enim multo & magis è communi intellectu, verba hoc ordine fluerent: *Maſſurius auctor eſt, L. Papyrium prætorem, ſecundo cohærede lege agente, cum mater partum xiiij menſibus diceret tuliſſe, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur.* Pint.

b *Lege agente.*] Briſſon. cap. 20. 4. *Dalecamp.*

c *Quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur.*] Gellius *Decemviri partum legitimum eſſe menſe decimo voluerunt* lib. 3. cap. 16. Victorius cap. 18. 5. lege Nonium in vocabulo Spiſſum. Tertul. lib. de Anima. Legitima nativitas decimi menſis ferme ingreſſus eſt, Ræward. c. 28. in leg. 12. tabul. Apud Hom. Neptunus ſic nympham alloquitur: χαῖρε ſυνὴ φιλότητι, περιπλομένε δ᾽ ἐνιαυτῦ, Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. id eſt, anno circumacto ſpecioſum partum edes, nimirum decimo menſe. Tot enim menſibus apud Æolas, ut & apud priſcos Romanos conſtabat annus: & Homerum Æolem fuiſſe indubitatum. Videatur hac de re D. Gothofred. ad Nov. 39. cap. 2. & Anton. Auguſtin. ad XII. tab. cap. 24. *Idem.*

d *Vertigines.*] Δῖνοι. *Idem.*

e *Tenebræque.*] Σκοτώματα. *Idem.*

f *Faſtidium in cibis.*] Græci *μαλακίαν* & *κίτταν* eam ægritudinem vocant. Moſchopulus quoniam hedera (*κίττα*) συμπλέκεται ἀεὶ τοῖς παρακειμένοις, in mulieribus, *τὸ κιττᾶν* eſſe putavit inconſiderate *τὸ μεθ᾽ ἡδονῆ* συλλαμβάνειν. Brod. cap. 30. 5. Conceptus ſigna vide apud Ariſtot. c. 3. l. 7. de Hiſtor. Animal. *Idem.*

g *Redundatio ſtomachi.*] Nauſea. *Idem.*

h *Motus in utero quadrageſimo die.*] Hoc incertum. Quia fœtus, ſive mares, ſive fœminæ abſolvuntur 35. die, auctore Hippocrate, moventur 70. naſcuntur triplo, hoc eſt, 210. die, & ſeptimo menſe: qui vero formantur 40. moventur 80. & eduntur 240. id eſt, octavo menſe: ſic qui perficiuntur die 45. moventur 90. prodeunt 270. id eſt, nono men-

Contraria omnia in altero ſexu: [a] ingeſtabile onus, crurum & [1] inguinum levis tumor. Primus autem nonageſimo die motus. Sed plurimum [2] languoris in utroque ſexu, [3] capillum germinante partu, & in plenilunio: quod tempus editos quoque infantes præcipue infeſtat. [b] Adeoque inceſſus, atque omne, quicquid dici poteſt, in gravida refert: ut ſalſioribus cibis uſæ, [4] carentem unguiculis partum edant: &, ſi [5] reſpiravere, difficilius enitantur. Oſcitatio quidem in enixu letalis eſt: ſicut [6] ſternuiſſe à coitu abortivum.

1 inguinis lævi. *Tol* inguinis levis. *Ch.*
2 laboris. *M.*
3 capillo germinante partus.
4 carentes ungulis partus. *M.*
5 ſuſpicavere. *V. Sabellicus.*
6 ſternutaſſe. *M.*

CAP. VII.

De conceptu hominum & generatione.

MIſeret atque etiam pudet æſtimantem quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo, cum [7] plerumque abortus cauſa fiat odor à lucernarum extinctu. [8] His principiis naſcuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem ejus exiſtimas, ſed partum: [c] tu cujus ſemper in victoria eſt mens, tu qui te Deum credis, aliquo

7 pleriſque abortus; cauſa, odor è lucernarum fiat extinctu. *Tol.*
8 Tinctoria. *Ch.* & *Turn. c. 42. lib. 24. Id eſt, crudelis & cruenta.*

no menſe: qui quinquageſimo die delineantur, moventur 100. exeunt 300. id eſt decimo menſe. *Dalec.*

a *Ingeſtabile onus, crurum.*] Obſerva *ἀφορητόν. Idem. Ingeſtabile onus, crurum & inguinum levis tumor.*] Scribe: *& inguinis lævi tumor.*

b *Adeoque inceſſus atque omne, &c.*] Lege: *adeoque & ineſſus, atque, &c.*

c *Tu cujus ſemper in victoria mens.*] Aliam hic lectionem manuſcriptus codex habet, ſed mendoſiſſimam, nempe hanc, *Tamen cujus ſemper tinctoria eſt mens.* Hæc corruptiſſima verba doctus quiſpiam in hunc modum caſtigavit, ut legendum affirmaret, *Tu cujus ſemper in victoria eſt mens.* At cum nullo modo mihi ſatisfaceret hæc ſententia, cœpi aliam eruere: Verum non ſuccedebat expedite divinatio. Deſperanti jam ſemel atque iterum, tandem in mentem venit ipſiſſima Plinii lectio ni fallor; hæc videlicet, *tamen cura pertinaci æſtuans.* Porro hæc clauſula à nobis maximo labore reſtituta, aptiſſime ad præcedentia reſpondet. Id quod nullus negabit, modo totam ſententiam inſpiciat, ac conſideret, quæ ſic habet: *Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem ejus exiſtimas, ſed partum, tamen cura pertinaci æſtuans, tu qui te deum credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti.* Rhenanus. *Tu cujus ſemper in victoria eſt mens.*] Lege: *Tu cujus ſemper cinctoria mens eſt. Mens cinctoria*, idem, quod apud Terentium, *gladiatorius animus.* Vide Voſſium in Melam. p. 114.

1 tanti tum perire. M. tanti tamen perire. V. 2 Atqui. 3 poto in lactis hauſtu uno pilo. *Tol.* 4 ſtrangittatus. *Ch.*

aliquo ſucceſſu tumens, [1] tanti perire potuiſti: [2] atque etiam hodie minoris potes, quantulo ſerpentis ictus dente: aut etiam, [a] ut Anacreon poëta, acino uvæ paſſæ: ut Fabius Senator [3] Prætor, in lactis hauſtu uno pilo [4] ſtrangulatus. Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.

CAP. VIII. *De Agrippis.*

5 procidere. *Tol.* & *Ch.* 6 ex quo. M. V. 7 ut ægri partus qualiter &c. *Ch* 8 quæque. 9 præpoſteri ortus augurium. *M.*

[b] IN pedes [5] procedere naſcentem, contra naturam eſt: [6] quo argumento eos appellavere Agrippas, [7] ut ægre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque adverſa pedum valetudine, miſera juventa, [c] exercito ævo inter arma morteſque, ad noxia ſucceſſu, infelici terris ſtirpe omni, ſed per utraſque Agrippinas maxime, [8] quæ Caium & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani: præterea brevitate ævi quinquageſimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorum [d] conjugis, [e] ſocerique prægravi ſervitio, luiſſe [9] augurium præpoſteri natalis exiſtimatur. Neronem quoque paulo ante principem, & toto principatu ſuo hoſtem generis humani, pedibus genitum parens

a *Ut Anacreon poëta, acino uvæ paſſæ.*] Eadem de re & Valer. Max. lib. 9. c. 12. Idem Sophocli eveniſſe Neanthes annotaſſe traditur. Qua de re & Pet. Crinit. de hon. diſcip. lib. 2 cap. 6. *Dalec.*

b *In pedes procedere naſcentem.*] Hoc nimirum eſt quod inquit Varro pueros in lucem prodeuntes in utero confixos eſſe, capite infima obtinente, pedibus in ſuperna porrectis arborum modo, non hominis, eoſque nonnunquam præter rationem converſos, diductis paſſiſque brachiis, in pedes exire magno periculo maloque parentis, cujus deprecandi cauſſa Carmentibus Poſtverſæ ac Proſæ erectæ ſtatuæ ſunt. De perverſi rectique partus nomine Rhodig. c. 15. Vide Suetonium in Auguſto. *Idem.*

c *Exercito ævo inter arma morteſque, ad noxia ſucceſſu.*] Quis ille ſucceſſus ad noxia, aut quomodo ſumendus? ſcribe: *obnoxio ſeceſſu.* Intelligit ſeceſſum Agrippæ, cum ille ex levi frigoris ſuſpicione, & quod Marcellus ſibi anteferretur, relictis omnibus Mitylenas ſe contulit. quem ſeceſſum *obnoxium* vocat. Vide & Sueton. lib III. de Tiberio in ſeceſſu Rhodi. Salmaſ. pag. 31.

d *Conjugis.*] Juliæ. *Dalec.*

e *Socerique.*] Auguſti. *Idem.*

a *Parens*

[a] parens ejus ſcribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt, [1] pedibus efferri.

1 pedibus efferri auſpicatius. Directa parente, &c. *Ch.*

CAP. IX. *Monſtruoſi partus exciſi utero.*

[b] AUſpicatius enecta parente gignuntur: [c] ſicut Scipio Africanus prior natus, primuſque Cæſarum à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & [d] Cæſones appellati. Simili modo natus & Manlius, qui Carthaginem cum exercitu intravit.

CAP. X. *Qui ſint Vopiſci.*

[e] VOpiſcos [2] appellabant è geminis, qui [3] retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu. [f] Namque maxima, & rara, circa hoc miracula exiſtunt.

2 Vopiſcum appellabant unum è. *M.V.* 3 recenti utero naſceretur. V. *lego*, qui retentus naſceretur.

CAP. XI. *Exempla numeroſæ ſobolis.*

PRæter mulierem, pauca animalia coitum novere gravida. Unum quidem omnino, aut alterum ſuperfœtat. Extat in monumentis etiam medicorum, & quibus talia conſectari curæ fuit, uno abortu XII. puerperia egeſta. Sed ubi paululum temporis inter [4] duos conceptus interceſſit, [f] [5] uterque [6] profertur: ut in Hercule & Iphiclo fratre ejus apparuit,

4 duo. *M.* 5 utrumque. *Tol. & Ch. ſubaudi* puerperium. 6 eſt perfectus. *M.V.*

a *Parens ejus.*] Neronis mater: quæ, ut ait Tacitus Annal. lib. 4. Commentariis vitam ſuam caſuſque ſuorum poſteris memoravit. *Dal*

b *Auſpicatius enecta parente gignuntur.*] Diſpice an legendum potius ſit, *Execta parente:* quoniam ſubjungat ſtatim, *primuſque Cæſarum è cæſo matris utero dictus.* Pintianus. *Auſpicatius enecta parente gignuntur.*] Lege: *Auſpicatius è necata parente gignuntur.* Salmaſ.

c *Sicut Scipio Africanus.*] Tertul. lib. de Anima: *Poſſumus illos quoque recogitare, qui execto matris utero vivi aërem hauſerunt, Liberi aliqui, & Scipiones.* Fortaſſis, *Laberii.* Dalec.

d *Cæſones appellati.*] Cæſones Probo dicuntur, qui necatis matribus nati ſunt. *Idem.*

e *Vopiſcos appellabant.*] Probo, Opiſcus qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto editus eſt. *Opiſcum* dictum puto, quaſi ὀπισθιον, quod alterum pone ſequatur. *Idem.*

f *Namque maxima, & rara, circa hoc miracula exiſtunt.*] Lege: *namque maxima, etſi rara, circa hoc exempla exiſtunt.* Salmaſ.

g *Uterque profertur.*] Apograph. Tolet. *Utrumque profertur.* ut referatur ad puerperium, non ad conceptus. *Pint.*

a *Et in*

apparuit, & in ea, quæ gemino partu, alterum mari-
1 alterumque. *Ch.* to ſimilem, [1] alterum adultero genuit: Item in Proconneſia ancilla, quæ ejuſdem diei coitu, alterum domino ſimilem, alterum procuratori ejus: [a] & in alia, quæ unum juſto partu, quinque menſium alterum edidit. Rurſus in alia, quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus geminos enixa
2 vulgata varia. *Ch.* eſt. Jam illa [2] vulgata, varie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademque parte truncos: ſigna quædam, nævoſque, & cicatrices etiam
3 regenerari quarto partu. Dacorum, &c. *Ch.* [3] regenerari. [b] Quarto partu [4] Dacorum originis notâ in brachio redditur.

4 aliquorum. *V.*

CAP. XII. [c] *Exempla ſimilitudinum.*

IN Lepidorum gente tres, intermiſſo ordine, [d] obducto membrana oculo, genitos accepimus. Similes quidem alios avo: & ex geminis quoque alterum

a *Et in alia quæ unum juſto partu, quinque menſium alterum edidit.*] Lego, *Et in alia quæ geminos juſto partu, &c.* ex Ariſt. lib. 7. De hiſtoria animalium, cap. 4. *Jam & cum geminos quadam ferret, tertium ſuperfœtavit. & cum tempus pariendi juſtum jam eſſet primos vitales peperit, ſecundum quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt.* Ex quibus Ariſtotelis verbis liquebit rem ſubtilius rimanti, legendum eſſe, non, *Et in alia*, ut hactenus lectum eſt, ſed *Eſt alia.* Neque enim exemplum, quo utitur, eandem cum ſuperioribus rem indicat. Illa oſtendunt, ſi inter duos conceptus parum temporis intercedat, utrunque perfectum edi, ut apparuit in Hercule & Iphiclo: hoc docet, ſi poſt conceptos geminos tertius ſuperfœtetur, geminos naſci vitales, tertium perire abortione. Quare & paulo poſt ſcribendum videtur, *Rurſus alia*, non, *Rurſus in alia.* Pintianus.

b *Quarto partu Dacorum originis nota in brachio redditur.*] Locus eſt corruptiſſimus, & in quo reſtituendo fruſtra à viris etiam doctiſſimis laboratum eſt. Utcunque minus male legetur, *Tertio partu avorum originis nota in brachio redditur.* Sumptum id ex Ariſtotele, ut fere omnia, ex libro ſeptimo, capite ſexto De hiſtoria animalium: *Jam tale quid vel tertia prole poſt regeneratum eſt: ut cum quidam ſuo in brachio puncti notam haberet, filius non retulit, ſed nepos ea corporis parte nigritiam quandam habens confuſam prodiit.* Sed raro hæc eveniunt. *Idem.*

c *Exempla ſimilitudinum.*] Vide & conſule Ariſtotelem cap. 6. lib. 17. Hiſtor. animal. ex quo auctor totum hoc caput mutuatus eſt. *Dalec.*

d *Obducto membrana oculo.*] Fuerunt & & in quibuſdam ſtirpibus gentilitia quædam ſigna, ut Spartis Thebanis lancea, quibuſdam ſtellæ, Tbyeſti cancer, innata & inſita ſtatim ab ortu: quæ interdum extincta & tecta in filiis proximiſque nepotibus, longo poſt tempore in remotis poſteris veluti reviviſcerent. Victorius cap. 16. 8. vide notata lib. 44. cap. 9. Seleuco ejuſque poſteritati anchoræ imago in femore viſebatur. Alex. ab Alex. cap. 19. 2. *Idem.*

a *Amo-*

alterum patri, alterum matri: [a] annoque poſt genitum, majori ſimilem fuiſſe, ut geminum. Quaſdam ſibi ſimiles ſemper parere, quaſdam viro, quaſdam nulli, quaſdam fœminam patri, marem ſibi. Indubitatum exemplum eſt [b] Nicæi nobilis [1] Pyctæ Byzantii geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, [2] nil à cæteris colore differente, [3] ipſe avum regeneravit Æthiopem. [c] Similitudinum quidem in mente reputatio eſt, & in qua [4] credantur multa fortuita pollere, viſus, auditus, memoria, hauſtæque imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam utriuſlibet [5] animum [6] ſubito tranſvolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures in homine, quam in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenii varietas multiformes notas [7] imprimit: cum cæteris animantibus immobiles ſint animi, [8] & [d] ſimiles omnibus, ſingulisque in ſuo cuique genere. [e] Antiocho regi Syriæ è plebe nomine [9] Artemon in tantum ſimilis fuit, ut Laodice conjunx regia, necato jam Antiocho, [10] mimum per eum commendationis, regnique ſucceſſionis peregerit. Magno Pompeio Vibius *v.* quidam

1 Pictoris. *M* poëtæ. *V.*
2 Nihil. *Ch.*
3 ipſe in avum degeneravit. *M. V.*
4 creduntur.
5 animo. *V. & Rhodig.*
6 ſibi. *Ch.*
7 imprimat. *Ch.*
8 & ſimilis omnibus ſingulique in ſuo genere. *M.*
9 Artemus. *M.* Arteon. *V.*
10 munus. *V.*

a *Annoque poſt genitum majori ſimilem fuiſſe, ut geminum.*] Scribendum arbitror, *pauloque poſt genitum majori, &c.* Genitum, hic accipio conceptum. Ariſtoteles libro & capite citato, *Gemini vel diſſimiles inter ſe nati jam ſunt, ſed plurimi magna ex parte ſimiles prodeunt. Nam & quædam cum ſeptimo die à partu concubuiſſet, concepiſſetque, peperit ſimilem ſuperiori, ut geminum.* Pintianus.

b *Nicæi nobilis Pyctæ Byzantii geniti.*] Annotaverunt alii *Pyctæ* legendum eſſe, ubi antea, *poëtæ,* ſcriptum erat. Nos addimus, hunc qui regeneraverit in avum Æthiopem, non Byzantii natum videri, ſed in Sicilia, ſi Ariſtoteli credimus libro & capite toties allegato. *Aliqui,* inquit, *ſimilitudinis nihil referunt. Redditur etiam vel poſt plures ejuſdem proſapiæ, ut in Sicilia ejus quæ adulterium cum Æthiope commiſerat filia, non colorem patris Æthiopis reddidit, ſed qui natus ex hac eſt, in avum Æthiopem regeneravit.* Idem tamen Ariſtoteles à ſeipſo diſſentiens libro primo De generatione animalium, in Elide rem geſtam prodit. *Idem.*

c *Similitudinum quidem in mente.*] Vide Rhod. cap. 15. lib. 20. *Dalec.*

d *Similes omnibus, ſingulisque in ſuo cuique genere.*] Cicero Tuſcul. 1. *Similitudo,* inquit, *magis apparet in beſtiis, quarum animi ſunt rationis expertes.* Idem.

e *Antiocho regi Syriæ.*] Valer. Max. cap. 12. lib. 9. *Idem.*

a *Scipioni*

quidam è plebe, & Publicius etiam ſervitute liberatus, indiſcreta prope ſpecie fuere ſimiles, illud os probum reddentes, ipſumque honorem eximiæ frontis. Qualis cauſa patri quoque ejus, Menogenis coci ſui cognomen impoſuit, [1] jam Strabonis à ſpecie [2] oculorum habenti, vitium imitata & in ſervo: [a] Scipioni, Serapionis: is erat ſuarii negotiatoris vile mancipium. Ejuſdem familiæ Scipioni poſt [3] eum [b] cognomen Salutio Mimus dedit: ſicut Spinter [4] ſecundarum tertiarumque Pamphilus, collegio Lentuli & Metelli Coss. In quo perquam [5] importune fortuitum hoc quoque fuit, duorum ſimul Conſulum in ſcena imagines cerni. E diverſo L. Plancus orator, hiſtrioni Rubrio cognomen impoſuit. Rurſus Curioni patri Burbuleius, itemque Meſſalæ Cenſorio Menogenes, perinde hiſtriones. [c] Suræ quidem Proconſulis etiam [6] rictum in loquendo, contractionemque linguæ & ſermonis tumultum, non imaginem modo, piſcator quidam in Sicilia reddidit. [d] Caſſio Severo celebri oratori, armentarii Mirmillonis objecta ſimilitudo eſt. [7] [e] Toranius M. Antonio jam Triumviro, eximios forma

1 jam, *in M. d.*

2 oculorum nomen habenti. *M.* vitium imitatus & ſervi Serapionis Scipio. Is erat, &c. (*Vide hujus operis lib.* 21. *c.* 3.) vitium imitata: & Scipioni in ſervo Serapione victimarii negotiatorio vili mancipio. V.

3 Cneum. V.

4 ſecundarius, tertiariuſque. V.

5 infortune. V.

6 rictus. *Ch.* ritum. *M.* rictum in loquendo contractionem linguæque & ſermonis *V.* eunctationem. *Pint. ex Solino.*

7 *Vet. cod.* Toranius mango Antonio jam Triumviro, &c. *ſic & Ch.*

a *Scipioni Serapionis, &c.*] Lege: *Scipioni Serapioni inerat ſuarii negotiatoris vile mancipium, &c.* Salmaſ.

b *Cognomen Salutio Mimus.*] Quendam ex Scipionibus adoptione teſtamentaria Salutionem cognominatum fuiſſe auctor ſcribit cap. 2. libro 35. non ob ſimilitudinem cum Salutione Mimo. *Dalec.* Patietur Dalechamp. æquo animo ſi noſtram ſententiam in adverſa inclinare dixerimus. Neque enim allegatus alter huic repugnat locus, ſed egregie potius conſentit Salutio namque in Africanam adoptatus familiam, Cornelii inde nomen eſt aſſecutus, quod & Salutionis proprio à vitio tracti fœditate conſpurcaſſet: ni Corneliæ genti ſuam aſſeruiſſet laudem Meſſala, oſtendiſſetque diſcrimina gentium & quæ cui nativa, quæ per adoptionem quæſita Videatur Sueton. lib. 1 cap. 59. & ibi Caſaub.

c *Sura quidem Proconſulis etiam, &c. & ſermonis tumultum.*] *Sermone tumultuari* dixit Tertullianus, quod Græci παφλάζειν dicunt. *Salmaſ.*

d *Caſſio Severo celebri oratori, &c.*] Lege: *Caſſio Severo celebri oratori Armentarii Myrmillonis* Armentarius nomen proprium Myrmillonis illius, id eſt, gladiatoris. in ſcriptis Plinii ſemper *Murmillo* reperitur, aut *Murmilio*. Idem.

e *Toranius M. Antonio jam Triumviro.*] Lege: *Toranius mango Antonio jam Triumviro.* Vide Macrob. lib. 11. cap. 1v. Sed ibi legitur *Toronius* pro *Toranius*. Salmaſ. Pint.

a Tanta

forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes ut geminos vendidit: [a] tanta unitas erat. Poſtquam deinde ſermone puerorum detecta fraude à [1] furente increpitus Antonio eſt: inter alia magnitudinem pretii [2] conquerente (nam ducentis mercatus erat ſeſtertiis) reſpondit verſutus ingenii mango, ob id ipſum ſe tanti vendidiſſe, quoniam non eſſet mira ſimilitudo in ullis eodem utero editis: diverſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem. Adeoque tempeſtivam admirationem intulit, ut ille proſcriptor, animus [3] modo & contumelia furens, non aliud in cenſu magis [4] ex fortuna ſua duceret.

1 fruente. *Ch*

2 requirente. *V.* conquirente. *Ch.*

3 mero. *V.* proſcr. animus modo, & cont. *Ch.*

4 Et in. *M. & Vet. Rom.*

CAP. XIII. *Quæ ſit generandi ratio.*

EST quædam privatim diſſociatio corporum: & inter ſe [5] ſteriles, ubi cum aliis junxere, gignunt: ſicut Auguſtus & Livia. Item [6] alii aliæque fœminas tantum generant aut mares: plerunque & alternant: ſicut Gracchorum mater duodecies; & Agrippina Germanici novies. Aliis ſterilis eſt juventa, aliis ſemel in vita datur gignere. Quædam non perferunt partus: quales, ſi quando medicina & cura vicere, fœminam fere gignunt. [b] Divus Auguſtus in reliqua exemplorum raritate, neptis ſuæ nepotem

5 ſterilis. At ubi. *V.*

6 aliæ, aliique. *Ch.*

a *Tanta unitas erat.*] Eam oris & faciei ſimilitudinem venuſte Plautus in Menæch. expreſſit his verbis:

Ei ſunt nati filii duo gemini:
Ita forma ſimili pueri, uti mater ſua
Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat,
Neque adeo mater ipſa quæ eos pepererat.

Ubi matrem eam & quæ parit, & quæ nutrit, dici obſervandum. *Dal.*

b *Divus Auguſtus in reliqua exemplorum raritate, neptis ſuæ nepotem vidit genitum quo exceſſit anno M. Syllanum, qui cum Aſiam obtineret poſt conſulatum, Neronis principis ſucceſſione veneno ejus interemptus eſt.*] Scribo non *M. Syllanum*, ſed *Junium Syllanum.* Item *Proconſulatu*, non *poſt conſulatum.* Fuit nihilominus Marcus Syllanus Tiberii principatu potens, inſignique nobilitate præcellens civis, auctore Cornelio Tacito libro III. non tamen is proconſul Aſiæ fuit, neque veneno Neronis ſublatus: ſed utrumque hoc Junio Syllano congruit, qui ejuſdem Tiberii tempore conſulatum cum Silio Nerva geſſit, eodem teſte. De eo libro

nepotem vidit genitum quo exceſſit anno, M. Syllanum: qui cum Aſiam obtineret poſt Conſulatum, Neronis principis ſucceſſione, veneno ejus interemptus eſt. Q. Metellus Macedonicus, cum [1] ſex liberos relinqueret, undecim nepotes reliquit, nurus vero generoſque & omnes [a] qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti ſeptem. In actis [2] temporum Divi Auguſti invenitur, XII. Conſulatu ejus, [3] L.que Sylla collega, ad III. Idus Aprilis, C. Criſpinum Hilarum ex ingenua plebe Feſulana, cum liberis [4] novem (in quo numero filiæ duæ [5] fuerunt) nepotibus XXVII. pronepotibus XXIX. neptibus [6] IX. [7] prælata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolaſſe.

1 quatuor. *cap. 44. poſtbac.*
2 temporib. M.
3 quem Sylla, &c. Aprilis geſſit, Criſpinum. M. Hilarium V.
4 octo. *M.* & *Ch.*
5 fuere. *Ch.*
6 octo. M. & *Ch.*
7 præclara: præalta. *V.* prolata. *Ch.*

Cap. XIV. *De eodem multiplicius.*

Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit, majorque pars quadrageſimo [b] profluvium genitale ſiſtit. Nam [8] in viris [c] Maſſiniſſam regem, poſt LXXXVI. [9] annum generaſſe filium, quem [10] Methymathnum appellaverit, clarum eſt: Cato-

8 è viris. *M.* Nam viris. *Ch.*
9 annos. *Ch.*
10 Methymnum. V. Methymannum. *Ch.*

libro XII. Hiſtoriarum idem Cornelius Tacitus circa initia ſic ſcribit: *Prima novo principatu mors Junii Syllani proconſulis Aſiæ ignaro Nerone, per dolum Agrippinæ patratur.* Et mox paulo: *Quippe & Syllanus divi Auguſti abnepos erat: hæc cauſa necis. Miniſtri fuere P. Celerius eques Romanus, & Ælius libertus rei familiari Principis in Aſia impoſiti: ab his Proconſuli venenum inter epulas datum eſt, apertius quam ut fallerent.* Hactenus Tacitus. Porro ſucceſſionem hanc Junii Syllani à principe Auguſto, de qua hic Cornelius Tacitus, exiſtimo ſic deduci poſſe. Decius Syllanus, auctore eodem Tacito frater prædicti M. Syllani Juliam Auguſti neptem temeravit, ob id in exilium miſſus, Julia ob adulteria damnata in exilio peperit infantem, ut ſcribit Tranquillus, quem agnoſci & ali vetuit Auguſtus. Hic forte adulta jam ætate Junium hunc Syllanum procreavit Auguſti abnepotem. Patet item ex antedictis, Tacito cum Plinio non convenire. Ille, ignaro Nerone, veneno Agrippinæ ſublatum Junium Syllanum tradit: hic non ab Agrippina, ſed à Nerone ſcelus patratum aſſerit. *Pintianus.*

a *Qui ſe patris appellatione ſalutarent.*] Socer enim, vitricus, noverca parentum loco ſunt: nurus autem, generi, & privigni filiorum. Cujacius lib. 18. 9. Obſerv. *Dalec.*

b *Profluvium genitale.*] Inepte Plinius menſtruam fœminarum purgationem τὰ καταμήνια, profluvium genitale, τὴν γονόῤῥοιαν hic vocat. *Idem.*

c *Maſſiniſſam regem.*] Eadem de re Valer. Max. lib. 8. cap. 14. *Idem.*

a *E filia*

Catonem Cenſorium octogeſimo exacto, [a] è filia
[1] Salonii clientis ſui. Qua de cauſa, aliorum ejus 1 Salonis. Cb.
[2] liberorum propago, Liciniani ſunt cognominati, 2 liberûm. Cb.
hi Saloniani, ex [3] quibus Uticenſis fuit. Nuper 3 queis. Cb.
etiam L. Voluſio Saturnino in urbis præfectura ex-
tincto, [b] notum [4] eſt Cornelia, Scipionum [5] gentis, 4 è. M. 5 gente. M.
Voluſium Saturninum, qui fuit Conſul, genitum
poſt LXII. annum. Et uſque ad [6] LXXXV. apud igno- 6 LXXV. Cb. & M.
biles vulgaris reperitur generatio.

CAP. XV. *De menſtruis mulierum.*

Solum autem [c] animal menſtruale mulier eſt:
[d] inde unius utero, quas appellarunt [7] [e] molas. 7 molæ. V.
Ea eſt caro informis, inanima, ferri ictum & aciem
reſpuens. [f] Movetur, ſiſtitque menſes: & ut par-
tus, alias lethalis, alias una ſeneſcens, aliquando
alvo [8] citatiore excidens. Simile quiddam & viris 8 citatior. Cb.
in ventre gignitur, quod vocant ſcirron: ſicut Op-
pio Capitoni prætorio viro. Sed nihil facile [9] repe- 9 reperietur. M. reperiatur. V.
riatur mulierum profluvio magis monſtrificum.
Aceſcunt ſuperventu muſta, [10] ſterileſcunt tactæ 10 orta ſterileſcunt, fruges moriuntur. M.
fruges, [g] moriuntur inſita, exuruntur hortorum
germina, & fructus arborum, quibus [11] inſedere, de- 11 inſidere. Cb. forte incidere. B.
cidunt: [h] ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur,
acies

a *È filia Salonii clientis ſui.*] E filia coloni ſui, Seneca Controv. lib. 7. E filia ſcribæ ſui Salonii, Plutarchus in ejus vita. *Dal.*

b *Notum eſt Cornelia Scipionum, &c.*] Lego: *notum, cum Cornelio Scipionum gentis, Voluſium Saturninum, qui conſul fuit, &c.* Vide Dorleans in Tacitum pagina 371.

c *Animal menſtruale mulier eſt.*] Mulieres quibus menſes fluunt veteres Ancunulentas dixerunt quaſi inquinatas. Feſtus. Vide Ariſtot. lib. 4. de gener. anim cap. 7. *Dal.*

d *Inde.*] Id eſt, ex ea cauſa, quod menſtruum videlicet profluvium habeat. *Rhenanus.*

e *Molas.*] Molucrum vocavit Afranius. *Ferme virgini tanquam gravida mulieri, creſcit uterus: molucrum vocant: tranſit ſine doloribus.* Apud Feſtum. *Dalec.*

f *Movetur ſiſtitque menſes, &c.*] Lege: *Movetur ſiſtitque menſes ut partus: alias letalis, alias una ſeneſcens, aliquando alvo citatior excidens.*

g *Moriuntur inſita, exuruntur, &c.*] *Moriuntur inſita, exuruntur hortorum germina, fructus arborum quibus incidere decidunt.* ita legendum ἀσυνδέτως. inſita ſunt τὰ ἔμφυτα ut Gloſſæ interpretantur. Novellas arbores intelligit per inſitionem plantatas. *Salmaſ.*

h *Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur.*] Inde priſcis Bubinari, menſtruo

 ſanguine

acies ferri præſtringitur, eboriſque nitor: alvei apum emoriuntur: æs etiam ac ferrum rubigo protinus [1] corripit, [a] odorque dirus aëra: & in rabiem aguntur guſtato eo canes, atque inſanabili veneno morſus [2] inficitur. Quin & [3] bituminum ſequax alioquin ac lenta natura, in lacu Judææ (qui vocatur Aſphaltites) certo tempore anni ſupernatans, [4] nequit ſibi avelli, [b] ad omnem contactum adhærens, præterquam [c] filo, quod tale virus infecerit. Etiam formicis, [5] animali minimo, [6] ineſſe ſenſum ejus ferunt: abjicique [7] guſtatas fruges, nec poſtea repeti. Et hoc tale tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere exſiſtit, & [d] trimeſtri ſpatio largius. Quibuſdam vero ſæpius menſe: ſicut aliquibus nunquam: ſed tales non gignunt, quando hæc eſt generando homini materia, [8] ſemine è maribus coaguli modo [9] hoc in ſeſe glomerante, quod deinde tempore ipſo animatur, corporaturque. Ergo cum gravidis fluxit, invalidi aut non vitales partus eduntur, aut ſanioſi, ut auctor eſt Nigidius.

1 corrumpit. M.
2 Infigitur. V. & Cb. Lego, infligitur.
3 bituminibus.
4 non quit. Cb.
5 animalium. Cb.
6 Eſſe. Cb.
7 geſtatas. M. vaſtatas. Cb. cui librarius ſuperne, vel geſtatas. Eadem manus.
8 germine è matricibus. M germine maribus. Cb.
9 hinc in ſeſe glomerat. Cb.

CAP.

ſanguine inquinari, ut *bulbitari* puerili ſtercore, quod Græci *βόλβιτον* appellant. Lucilius,

Hac te imbubinat, & contra te imbulbitat.

Feſtus in explicanda cauſa, multa philoſophatur. Rhodig cap. 28. 3. *Dalec.*

a *Odorque dirus aëra.*]Cave, ne poſtrema dictione ſignificari elementum, non metallum putes. Oſtendit id Plinius libro XXVIII. capite ſeptimo, *Æs contactum grave virus odoris accipere & aruginem.* Quid ſi non *virus* legas, ſed *viri*, more Pliniano? ut lib. 9. capite XXX. de portentoſo illo Polypo? *Primum omnium magnitudo inaudita erat. Dein color muria obliti, odore viri.* Et paulo poſt Plinius hoc ipſum malum virus appellat. Cæterum verbum *æra*, in apographo Toletano non habetur: ut ſentio, recte. *Pint.*

b *Ad omnem contactum adhærens, &c.*] Lege: *Ad omnem contactum adhærens, præter quam filorum quæ tale virus infecerit.* Vel *ad omnem contactum adhærens præterquam fili.* Ad omnem, inquit, contactum adhæret bitumen, præterquam ſi filis contingas, quæ infecta ſunt cruore menſtruo. *Salmaſ.*

c *Filo quod tale virus infecerit.*] Vel aſperſum lotio ſecari ſolet. Joſeph. 4. de captivitate. Strab. 15. ex Poſidonio refert lacus accolas incantatores carmina quædam recitare, deinde urinam & alios fœtidos ſuccos aſtundere. Brod. cap. 23. 4. *Dalec.*

d *Trimeſtri ſpatio largius.*] Ariſtoteles cap. 1. 7. hiſtoriæ, paucis fœminis purgationem eam ſingulis menſibus *συνεχῶς*, id eſt, continuata vacuatione, nec intermiſſa, fieri tradit: quod Plinius largius hoc interpretari videtur, plurimis autem tertio quoque menſe, quoniam humor copioſior, & ad motum imparis numeri poteſtate concitatior, naturam, veluti reſumptis viribus alacriorem vehementius irritat. *Idem.*

a *Hæc*

CAP. XVI. *Idem de ratione partuum.*

IDem, lac fœminæ non corrumpi alenti partum,
ſi ex eodem viro rurſus conceperit, arbitratur.
Incipiente autem [a] hoc ſtatu, aut deſinente, conce-
ptus facillimi traduntur. Fœcunditatis in fœminis
[b] prærogativam [1] accepimus, inunctis medicamine 1 accipimus. C.M.
oculis, [c] ſalivam infici. Cæterum editis primores
ſeptimo menſe gigni dentes, priuſque in ſupera fere
parte, haud dubium eſt. Septimo eoſdem decidere
anno, alioſque ſuffici. Quoſdam & cum dentibus
naſci, ſicut [d] M. Curium, qui ob id Dentatus co-
gnominatus eſt: & Cn. Papyrium Carbonem, præ-
claros viros. In fœminis ea res inauſpicati fuit
exempli regum temporibus. Cum ita nata eſſet Va-
leria, exitio civitati, in quam delata eſſet, [2] futurum 2 futuram. C.M.
reſponſo aruſpicum vaticinante, Sueſſam Pome- 3 Seſſapiam etiam. V.
tiam illa tempeſtate florentiſſimam deportata eſt,
veridico [4] exitu conſecuto. [e] Quaſdam concreto 4 Exilio. M.
genitali gigni, infauſto omine, Cornelia [f] Grac-
chorum mater indicio eſt. Aliqui vice dentium,
continuo oſſe gignuntur: ſicuti [g] Pruſiæ regis Bi-
thyniorum filius, ſuperna parte oris. Dentes au-
tem tantum invicti ſunt ignibus, nec cremantur
cum reliquo corpore. Iidem flammis indomiti,
[5] cavantur tabe pituitæ. Candorem trahunt quodam 5 tabe cavantur pituitave. V.
medicamine. Uſu atteruntur, multoque [6] primum
in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum & alimen- 6 prius. V.
tis ne-

a *Hoc ſtatu.*] Menſtrua purgatione. *Dalec.*

b *Prarogativam.*] Argumentum certum ac minime fallax. *Idem.*

c *Infici.*] Medicamento in os defluente. *Idem.*

d *M. Curium.*] Vide Valer. Max. c. 3. lib. 6. *Idem.*

e *Quaſdam concreto genitali gigni.*] Ἀζῦγες Græci vocant. *Idem.*

f *Gracchorum.*] Vide hujus libri caput 36. & lib. 34. cap. 6. *Idem.*

g *Pruſiæ regis.*] Μονόδους apud Feſtum dictus, ut & Pyrrhus rex Epirotarum. Alex. ab Alex. cap. 9. 1. Dentatos Romæ vocatos fuiſſe tradit, quod illis dentium vice continuum os foret, aut quod auctor gentis dente jam nato in lucem prodierit. Vide Valer. Max. cap. 8. lib. 5. *Idem.*

tis neceſſarii: quippe vocis ſermoniſque regimen primores tenent, [1] concentu quodam excipientes ictum linguæ, ſeriemque ſtructuræ, [2] atque magnitudine mutilantes [3] molienteſve aut hebetantes verba: & cum [4] defluxere, explanationem omnem adimentes. [a] Quin & augurium in hac eſſe creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta [b] Turdulorum gente: quibus [c] plures fuere, longiora promitti vitæ putant ſpatia. Fœminis minor numerus: [d] quibus in dextera parte gemini ſuperne à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, ſicut in Agrippina Domitii Neronis matre: contra in læva. Hominem priuſquam genito dente cremari, mos gentium non eſt. Sed mox plura de hoc, cum membratim hiſtoria decurret. Riſiſſe eodem die, quo genitus eſſet, unum hominem accepimus Zoroaſtrem. Eidem cerebrum ita palpitaſſe, ut impoſitam repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ. [e] In trimatu ſuo cuique dimidiam

1 concepτu, &c. ſerieque. *M.*
2 atque magnitudinem mutilantes molienteſve. *Cb.*
3 mollientes. *M.*
4 defuere. *Cb.*

a *Quin & augurium in hac eſſe creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente. Quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putant ſpacia: fœminis minor numerus.*] Si paululum mentis aciem intendas, videbis luce clarius, verba hæc confuſo ordine collocata eſſe. Scribo igitur, *& cum defluxere, explanationem omnem adimentes. Treceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente: fœminis minor numerus. Quin & augurium in hac eſſe creditur parte. Quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putant ſpatia.* Pint.

b *Turdulorum.*] Turdulos & Baſculos nationem eſſe minime aptam ad pecuariam ait Varro cap. 10. 2. *Dalec.*

c *Plures fuere.*] Hippocr. Aphoriſ. 2. ſect. 6. lib. 6. Epid. *Idem.*

d *Quibus in dextra parte gemini ſuperne à canibus cognominati, fortuna blandimenta pollicentur.*] Conſtat quidem ſenſus nulla lectionis mutatione facta. Nam & puer quidam meus à pedibus tempore quo hæc prodebamus, hanc Plinii notam in ore habebat, etiamſi nulla tunc illi fortunæ blandimenta arriderent. Sed prætermittere ſilentio nolui, Solinum in Plinio legiſſe non *ſuperne*, ſed *ſuperant*, hoc eſt eminent extra cæteros. Verba Solini cap. 111. *Quos cynodontas vocant, in quibus gemini procedunt à dextra parte, fortuna blandimenta promittunt.* Pintian.

e *In trimatu ſuo cuique dimidiam eſſe menſuram ſtatura, certum eſt.*] Lego, *Quimatu*, non *Trimatu*. Ariſtoteles libro de generatione animalium primo cap. 18. *Quinquennio fere corpus in homine quidem dimidium capere videtur omnis magnitudinis, quæ reliquo toti corpori comparetur.* Item apographon Tolet. non *ſtaturæ* legit, ſed *futuræ*. quæ lectio mire mihi probatur. *Pintian.* Dicit cuique in trimatu ſuo dimidiam eſſe menſuram futuræ, id eſt, ejus menſuræ quæ futura eſt in homine. *In plenum autem*, inquit, ea men-

diam eſſe menſuram ſtatuere certum eſt. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri, propemodum obſervatur: raroſque patribus proceriores, conſumente [1] ubertatem ſeminum exuſtione, in cujus vices nunc vergat ævum. [2] In Creta terræ motu rupto monte inventum eſt corpus ſtans [3] XLVI. cubitorum, quod alii Orionis, [a] alii [4] Oti [5] fuiſſe arbitrantur. [b] Oreſtis corpus oraculi juſſu refoſſum, VII. cubitorum fuiſſe monumentis [6] creditur. Jam vero ante annos prope mille, vates ille [c] Homerus non ceſſavit minora corpora mortalium, quam priſca, conqueri. Nævii Pollionis amplitudinem Annales non tradunt. Sed quia populi concurſu pene interemptus eſſet, prodigii vice habitum. Proceriſſimum [7] hominem ætas noſtra Divo Claudio principe [8] Gabbaram nomine, ex Arabia advectum IX. pedum & totidem unciarum vidit. Fuere ſub Divo Auguſto ſemipede addito, quorum corpora

1 ubertatem. *M.* & *Ch.*
2 Merita incrementa terræ. *Ch.*
3 XVI. *alii.* *Solin.* XXXIII.
4 Etionis. V.
5 tradunt eſſe. M. *alii*, Otio eſſe arbitrabantur. *Ch.*
6 traditur. V.
7 hominum. M. & *Ch.*
8 Gabborem. M.

ea menſura cuncto mortalinm generi minor in dies ſit, *in plenum autem*, ὅλως δὲ. *Salmaſ.*

a *Alii Oti fuiſſe arbitrantur.*] Hunc Otum tam vaſto corpore tantiſque viribus præditum fuiſſe poëtæ narrant, ut ſocio Ephialte fratre Martem ipſum ex inſidiis aggredi ſit auſus. Hos Maro VI. Æneid. *Aloïdas* vocat. *Gelen.*

b *Oreſtis corpus oraculi juſſu refoſſum,* &c.] In Orontis fluvii alveo, Orontis, quem Indum fuiſſe Syris conſulentibus reſpondit Apollinis Clarii oraculum, cadaver compertum eſt nndecim cubitorum, & amplius. E regione Valentiæ Allobrogum in torrente qui rigat pagum Divi Peratii, regnante in Gallia Ludovico undecimo, gigantis cadaver effoſſum eſt ſtupendæ & inuſitatæ magnitudinis, & quæ, ut ex variis ejus picturis ac oſſibus deprehenditur ad octodecim pedes accederet. Rhodig. cap. 31. 18. Pauſaniæ l. 1. in Ajacis cadavere mola genuum diſci magnitudine fuit, qua utuntur quinquertiones. Aſterii vero Anactis filii cadaver decem cubitos procerum. Plutarcho Theſei corpus inuſitatæ magnitudinis. Henrici tertii principatu Pallantis, à Turno interfecti, corpus inventum & ad muros nrbis erectum, illarum pinnas vertice tangebat. Boccacius lib. 4. Geneal. tradit prope Drepanum Polyphemi corpus in ſpecu repertum incredibilis magnitudinis. Nuper ad Juliam Cæſaream in Africa effoſſa eſt calva ambitu duodecim ſpithamarum, Magius cap. 4. 1. De Oreſtis cadavere vide Gell. cap. 10. lib. 3. *Dal.* Ut & de aliis huc pertinentibus, Pauſan. Arcad. pag. 261. & 264. &c. & Rich. Stanihurſt. Hiben. hiſt. c. 13. num. 3. & Joan. Caſſanion. de Gigantibus. Phlegon de rebus admirand. pag. 81.

c *Homerus non ceſſavit minora corpora,* &c.] Juvenal. Satyr. 15.

Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero:
Terra malos homines nunc educat atque puſillos.

Ubi interpr. & S. Aug. de civit. Dei lib. 15. cap. 9. allegat. *Dalec.*

 a *Extra-*

corpora ejus miraculi gratia, in conditorio Saluſtianorum aſſervabantur hortorum. [1] Puſioni & Secundillæ erant nomina. Eodem præſide minimus homo duos pedes & palmum [2] Conopas nomine, in deliciis Juliæ neptis ejus fuit: & mulier Andromeda liberta [3] Juliæ Auguſtæ. Manium Maximum, & [4] M. Tullium equites Romanos, binûm cubitorum fuiſſe, auctor eſt M. Varro: & ipſi vidimus in loculis aſſervatos. [5] Seſquipedales gigni, quoſdam longiores, in trimatu implentes vitæ curſum, haud ignotum eſt. Invenimus in monumentis. [6] Salamine Euthimenis filium, in tria cubita triennio [7] adolevisse, inceſſu tardum, ſenſu hebetem; & jam puberem factum voce robuſta, abſumptum contractione [8] membrorum ſubita triennio circumacto. Ipſi nos [9] pridem vidimus eadem ferme omnia, præter pubertatem, in filio Cornelii Taciti equitis Romani, Belgicæ Galliæ rationes procurantis. [a] Ectrapelos Græci vocant eos: in [10] Latino non habent nomen.

Cap. XVII. *Inſignia corporum.*

[b] Quod ſit [11] hominum ſpatium à veſtigio ad verticem, id eſſe [12] paſſis manibus inter longiſſimos digitos obſervatum eſt: ſicuti vires dextera parte majores, quibuſdam æquas utraque, aliquibus læva manu præcipuas: [c] nec id [13] unquam in fœminis. Mares præſtare pondere, & defuncta viven-

1 Poſioni. *Ch.*
2 quibuſdam Scopas, *Graecis homuncio, nanus, pumilio.*
3 Liviæ. M.
4 Manilium. M.
5 Sextupedales. *Longol.* non recte, ſeſquipede gigni quoſdam haud longiores. *Quidam* longiorem. V.
6 Salamiam Euthimenis. *Solin.*
7 aderevisse.
8 morborum. *Ex Salino Pint.*
9 non. M. *& Ch.*
10 Latio. *Ch.*
11 homini. *Ch.*
12 ſparſis. M.V.
13 unquam vi. Fœminis mares. *Sabellicus.*

a *Ectrapelos Græci.*] Monſtroſos τῆς κοινῆς ἀνθρώπων αὐξήσεως ἐκτρεπομένους, prodigioſo incremento augeſcentes: ab uſitato noſtrorum corporum auctu diſcedentes, averſo naturæ ordine naſcentes. Vide Hermog. περὶ πολιτικοῦ λόγου. Σωματικὰ ἰνα ζῶα, καὶ ἐκτράπελα, οἷον πυγμαῖοι καὶ γοργόνες, καὶ κένταυροι, καὶ σειρῆνες. *Dal.*

b *Quod ſit hominum ſpatium.*] Vide Vitruvium cap. 1. lib. 3. & Solin. cap. 5. & Cardanum de ſubtilit. lib. 11. pag. 641. & Adelbert. Durer. de proport. corp. hum. *Idem.*

c *Nec id unquam in fœminis.*] Rationem explicat Rhodiginus, cap. 34. Idem ſcripſit & Hippocrates γυναῖκα ἀμφιδέξιον οὐ γίνεσθαι. Aphoriſ. 4. 7. Vide Ariſt. c. 1. lib. 2. Hiſtor. Anim. *Idem.*

a *Fœmi-*

viventibus corpora omnium animalium, & dormientia vigilantibus. Virorum cadavera ſupina fluitare, [a] fœminarum prona, velut pudori defunctarum parcente natura.

CAP. XVIII. *Exempla variarum figurarum.*

CONcretis quoſdam oſſibus, ac ſine medullis vivere accepimus. Signum eorum eſſe, nec ſitim ſentire, nec ſudorem emittere: quanquam & voluntate ſcimus ſitim victam: equitemque Romanum Julium Viatorem è Vocontiorum gente fœderata, in pupillaribus annis aquæ ſubter cutem fuſæ morbo prohibitum humore à medicis, naturam feciſſe conſuetudine, atque [1] in ſenecta caruiſſe potu. Nec non & alii multa ſibi imperavere. [1] ſenectam. *M.*

CAP. XIX. *Diverſorum morum exempla.*

FErunt Craſſum, avum Craſſi in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum: ſicut nec fleſſe multos. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, nec [2] aut [3] hilari magis aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectuſque humanos adimit, quales apathes Græci vocant, multos ejus generis experti: quodque mirum ſit, auctores [4] maxime ſapientiæ, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem etiam in totius odium generis humani evectum. [b] Sed hæc [5] pravæ naturæ

[2] *in M. deeſt.* [3] hilaro. *Ch.* [4] maximæ. *D.* [5] parva. *M. V.*

a *Fœminarum prona.*] Rhodig c.10.3. ejus rei cauſam affert, quod ob mammas & uterum in fœminis graviores ſint anteriores partes. Sed & in maribus uteri loco pudenda ſunt foris expoſita, ac propendentia, quæ ſi id tantum ſpectamus, gravitatem corporis anterioris æque augent ac uterus in fœminis. *Idem.*

b *Sed hæc prava natura inſignia, &c.*] Lege: *Sed hæc parva natura inſignia in multis varia cognoſcuntur.* Narraverat Plin. ante, aliquot magna naturæ inſignia, ut de Craſſo, Socrate, &c. hæc ſcil. magnæ naturæ inſignia, nunquam riſiſſe, nunquam vultus vertiſſe, &c. parva vero illa quæ deinceps exſequitur; *nunquam ſpuiſſe, nunquam ructaſſe*, quorum & exempla adfert. *Salmaſ.*

naturæ inſignia in multis varia cognoſcuntur: ut in Antonia Druſi nunquam expuiſſe, in Pomponio

1 non.

Conſulari Poëta [1] nunquam ructaſſe. [a] Quibus natura concreta ſunt oſſa, qui ſunt rari admodum, cornei vocantur.

CAP. XX. *De fortitudine & velocitate.*

2 Corpore nervoſos eſſe, ſed. *M. & V.*
3 Tributanum. *Ch.*
4 Samnitem natura. *Solin.*
5 Varro prodigioſa virium elatione. *M.*

[b] Corpore [2] veſco, ſed eximiis viribus [3] [c] Tritanum, in gladiatorio ludo [4] [d] Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem Magni Pompeii, & rectos & tranſverſos cancellatim toto corpore habuiſſe nervos, in brachiis etiam manibuſque, auctor eſt [5] Varro in prodigioſa virium relatione. Atque etiam hoſtem ab eo ex provocatione dimicantem, [e] inermi dextra uno digito ſuperatum, & poſtremo correptum in caſtra tranſlatum.

6 At Vinnius.

[6] A. Junius Valens meruit in prætorio Divi Auguſti centurio, vehicula cum culeis onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus: carpenta appre-

7 obnixa. M. obnoxius. V.

henſa una manu retinere, [7] obnixus contra nitentibus jumentis: & alia mirifica facere, quæ inſculpta monumento ejus ſpectantur. Ideo M. Varro: Ruſticellus, inquit, Hercules appellatus, mulum ſuum tollebat. Fuſius Salvius duo centenaria pondera

a *Quibus natura concreta ſunt oſſa.*] Vaſa medullâ vacua: ii ſunt torvi natura, inflexibiles, rigidi, ἀπαθεῖς. Hinc Perſio, *cornea fibra.* & cap. 9. lib. 31. Cornea piſcatorum corpora, ſole & ſale durata, ideoque τὸ ἔξωθεν ἀπαθῆ. *Dalec.*

b *Corpore veſco.*] Parvo, gracili & minuto. Ovid. 1. Faſtorum:

Nunc vocor ad nomen, vegrandia farra coloni
Quæ mala creverunt, veſcaque parva vocant. Idem.

c *Tritanum.*] Apud Ciceronem lib. 1. de finibus in Lucilii verſibus ex fide vetuſti codicis legitur: *Municipem Pontii, Tritanni centurionum*, & ex lib. de Senect. T. Pontii validi, robuſtique hominis meminit Turn. c. 2. 25. *Idem.*

d *Samnitium armatura.*] Samnites gladiatores ſtataria pugna dimicantes, ſcuto ad ſummum latiore, qua pectus & humeros tegebant pari faſtigio, ad imum cuneato, pectore tecto ſpongia: ſiniſtro crure ocreato: galea criſtata: ex Livio, Horat. Lucilio, Turn. cap. 10. 25. Lipſ. Saturn. 11. 2. *Idem.*

e *Inermi dextra uno digito ſuperatum, & poſtremo correptum in caſtra tralatum.*] Legendum cenſeo ordine inverſo, *Inermi dextra ſuperatum & uno digito poſtremo correptum, in caſtra tralatum.* ex Solino capite 8. *Pintianus.*

a *Crete-*

dera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra ſcalas ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigioſæ oſtentationis, [1] quingenario thorace plumbeo indutum, cothurniſque [2] quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi. [3] [a] Crotoniatam Milonem athletam, cum conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat: malum tenenti nemo [4] digitum corrigebat. Cucurriſſe [5] MCXL. ſtadia, ab Athenis Lacedæmonem, [b] biduo Philippidem, magnum erat: donec [6] Aniſtis curſor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri Magni, à Sicyone Elin, uno die [7] MCC. ſtad. cucurrerunt. Nunc quidem in circo quoſdam CLX. M. paſſ. tolerare non ignoramus. Nuperque Fonteio & [8] Vipſano coss. [c] annos [9] IX. genitum puerum à meridie ad veſperam LXXV. mill. paſſ. cucurriſſe. Cujus rei admiratio ita demum ſolida [10] perveniat, ſi quis cogitet [11] nocte ac die longiſſimum iter vehiculis tribus [d] Tiberium Neronem emenſum, feſtinantem ad Druſum fratrem [12] ægrotantem in Germania; in eo fuerunt CC. M. paſſ.

1 quinquagenario.
2 quingentum. *Cb.*
3 C. Milonem. *M.* & *Cb.*
4 digito corripiebat. *M.*
5 MCCLX. *V.*
6 Caniſtius. *V.*
7 MCCC.V. *Cb.*
8 Vipſanio. *V.* Vipſtano. *Fulv. Urſin. Rom. famil.* Upitano. *M.*
9 VIII. *M.* & *Cb.*
10 perveniet. *M.* & *Cb.*
11 nocte ad diem. *Cb.*
12 ægrotum. *M.* ægrotum in Germaniam: ea fuerunt CC. paſſ. *Cb.*

CAP.

a *Crotoniatam Milonem.*] Pugnum ſic manu compreſſa tenebat, ut nemo extorqueret, & id tamen non elideret. Uncto diſco conſiſtentem nemo detrudebat. Nervum quo caput præcingeretur, intercluſo ſpiritu labiis adductis rumpebat: cubito dextro lateri admoto, exporrecta manu, & ſublato pollice, cum reliquos digitos junctos intendiſſet, minimum nemo à cæteris ſejungebat. Pauſan. in Eliacis. Hieron. Mercurial. de arte gymnaſt. lib. 3. c. 3. & 5. & lib. 6. c. 3. Eo tamen robuſtiorem ac tanquam ἕτερον ἡρακλῆ deſcribit ex Athenæo Rhodigin. Titormum Ætolum, bubulcum cap. 36. 21. cap. vero 36. 13. Polydamanta, editis virium ſuarum incredibilibus fere documentis. *Dalec.*

b *Biduo Philippidem.*] Herodotus l. 6. eum memorat. Rhodig. cap. 8. 18. Alex. ab Alex. cap. 21. 2. Plutarcho in Ariſtide Euclydes uno die ſtadia mille emenſus eſt. Æmilius Probus curſores eos in Miltiade ἡμεροδρόμους vocat. ſic & Philippidem Herodot. loco citato *Idem.*

c *Annos ix. genitum puerum, à meridie ad veſperum, lxxv. M. paſſ. cucurriſſe.*] Vetus utrunque exemplar & Solinus, *octo annos* non *ix.* & *xlv.* M. *paſſ.* non *lxxv.* Pintian.

d *Tiberium Neronem.*] Vide Valer. Max. cap. 5. lib. 5. *Dalec.*

CAP. XXI. *De viſu.*

[1] OCulorum acies vel maxime fidem excedentia invenit exempla.[a] In nuce incluſam [2] Iliada Homeri carmen, in membrana ſcriptum, tradidit Cicero. [b] Idem, fuiſſe qui pervideret cxxxv. M. paſſuum. Huic & nomen M. Varro [3] reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, à Lilybæo Siciliæ promontorio, exeunte [4] claſſe Carthaginis portu, [c] etiam numerum navium dicere. [d] Callicrates ex ebore formicas & alia tam parva fecit animalia, ut partes [5] earum à cæteris [6] cerni non poſſent. Myrmecides [7] quidam in eodem genere inclaruit, [8] [e] à quo quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam, & navem, quam apicula pinnis abſconderet.

1 Viſu deinde plurimum potuit Strabo nomine, quem ſuperſpexiſſe per cxxxv. p. Varro ſignificat, ſolitumque exeuntem à Carthagine claſſem Punicam ſpecula notare. *M. nec quicquam aliud ex hoc capite.*
2 Iliadem. *Ch.*
3 reddit. *Ch.* huuc *Lynceum* vocat Val. Max. tit. ult. lib. 1.
4 claſſe è Carth. *Ch.*
5 eorum.
6 Secerni *ex Solin.*
7 quidem. *Ch.*
8 quadriga, &c. fabricata. *Ch.*

CAP. XXII. *De auditu.*

AUditus unum exemplum habet mirabile, prælium, quo Sybaris deleta eſt, eo die quo geſtum erat, auditum Olympiæ. [f] Nam Cimbricæ victoriæ,

a *In nuce incluſam Iliada, &c.*] Hadrian. Jun. cap 7. 1. refert Franciſcum Alumnum in denariolo ſine notis perſcripſiſſe ſymbolum Apoſtolorum, & principium Euang. D. Joannis: item ſe vidiſſe ceraſi nucleum in modum quaſilli exſculptum, quo continerentur quindecim paria teſſerarum, ſuis punctis affabre diſtincta. Vide Solin. c. 6. *Dalec.*

b *Idem, fuiſſe, qui pervideret, &c.*] Cic. 4. Acad. *At ille neſcio quis, qui in ſcholis nominari ſolet, mille & octingenta ſtadia quod abeſſet videbat.* Idem.

c *Etiam numerum navium dicere.*] Valer. Max. lib. 4. cap. ult. *Idem.*

d *Callicrates ex ebore formicas, &c.*] Lege: *Callicrates, &c. ut partes eorum à cæteris cerni non poſſent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, quadriga ex eadem materia quam muſca integeret alis, fabricata: & nave quam apicula pinnis abſconderet.* Senſus eſt: eorum animalium partes tam ſubtiles, ac tam parvas fuiſſe, ut à cæteris non poſſent cerni, ſed à ſolo artifice, qui ea fecerat. *Salmaſ.*

e *A quo quadrigam ex eadem materia.*] Cum agitatore, infra lib. 36. cap. 6. ultimo. Ælianus lib. 1. de Var. Hiſtor. Varro VI. de ling. Lat. *Etenim facilius obſcuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, ſi extrinſecus admoveant nigras ſetas, &c.* Et auctor noſter infra lib. 34. cap. 36. de conſimilibus quadrigis Theodori. *Dalec.*

f *Nam Cimbrica victoria Caſtoreſque Romani.*] Didacus Covarruvias legendum putat addita negatione, hoc pacto: *Nam Cimbrica victoria Caſtores Romani, quique Perſei victoriam eo die quo contigit nunciavere, non viſus aut auditus ſed numinum fuere præſagia.* Pintian. *Nam Cimbrica victoria.*] De hac Cicero lib. de nat. Deor. *Dal.*

a *Nuncia-*

victoriæ, Caſtoreſque Romani, qui Perſicam victoriam ipſo die, quo contigit, [a] nunciavere, viſus, & numinum fuere præſagia.

Cap. XXIII. *Exempla patientiæ.*

Patientia corporis, ut eſt crebra ſors [1] calamitatum, innumera documenta peperit. Clariſſimum in fœminis, Leænæ [2] meretricis, quæ torta non indicavit Harmodium & [b] Ariſtogitonem tyrannicidas: in viris [3] [c] Anaxarchi, qui ſimili de cauſa cum torqueretur, prærosam dentibus linguam, [4] unamque ſpem indicii, in tyranni os expuit.

1 calamitatium. *Ch.*

2 meretricis exemplum quæ. *M.*

3 Anaxarchidis. *V.*

4 vanaque ſpe. *V. lege,* vanamque ſpem.

Cap. XXIV. *Memoriæ exempla.*

Memoria neceſſarium maxime vitæ bonum, cui præcipua fuerit haud facile dictu eſt, tam multis gloriam ejus adeptis. Cyrus rex [d] omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit, L. Scipio populo Romano, Cineas Pyrrhi regis legatus ſenatui & equeſtri ordini Romæ poſtero die quam advenerat. Mithridates duarum & viginti gentium rex, totidem linguis jura dixit, pro concione ſingulas ſine interprete affatus. [5] Charmidas [6] quidam in Græ-

5 Carmandas. *M.* Caremadas. *Turn. c.* 16. 10. Carneades. *Cic.* 1. *Tuſc. &* 2. *de Orat. & Quintil. lib.* 11. *cap. de memor.*

6 quidem. *Tol.*

a *Nunciavere.*] Narrat Pauſanias in Eliacis, quo die Tauroſthenes Ægineta, Olympiæ coronatus eſt, ſpectrum ei ſimile Æginæ victoriam illius nuntiaſſe. *Dalecamp.*

b *Ariſtogitonem.*] Alius fuit Ariſtogiton ſycophanta, quem Phocion claudum, improbum, mendacem dixit. Eum in vincula conjectum rogatus ab illo Phocion, cum vellet inviſere, amicis ſuadentibus ne ad virum tam ſceleſtum accederet, καὶ ποῦ τις ἄν, εἶπεν, ἢ οἷον Ἀριστογείτονι λαλήσειεν. Rhodig. cap. 10. 25. Vide Pauſaniam in Atticis: Thucyd. lib. 6. *Idem.*

c *Anaxarchi,*] Valer. Maxim. lib. 3. cap. 48. de Patientia. *Idem.*

d *Omnibus in exercitu ſuo militibus, &c.*] Τοῖς ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόσι. Xenophon 5. περὶ τῆς παιδείας Κύρου. *Omnibus qui ſub ejus imperio ducebant ordines: omnibus militum præfectis.* Vide Valer. Max. c. 7. lib. 8. Eam ut & Simonidis & Hippiæ medicaminibus adjutam, ait Ammian. Marcellin. lib. 16. Cujuſmodi hodierna quoque die circumferuntur: ſed magno cum incautorum vitæ periculo. Seneca lib. 1. Declam. admirabilem ſuam memoriam prædicat. Refertque Lud. Cæl. Rhod. Var. 15. 6. ut & contrarium exemplum 10. 11. Muretus Corſici hominis memoriam multis laudibus effert. cap. 13. De Themiſtoclis, Luculli & Hortenſii inſignibus memoriis, earundemque diſcrimine Cic. Acad. quæſt. lib. 2. *Idem.*

e *A Simo-*

1 Exigeret. V. exegerit. *M.* in Græcia, quæ quis [1] exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræſentavit. Ars poſtremo ejus rei facta, & inventa eſt [a] à Simonide
2 medico. *M.* [2] Melico, conſummata Metrodoro Scepſio, ut nihil non iisdem verbis redderetur auditum. Nec a-
3 facile. *M. Ch. vero,* fragile *in ordine, ſed ſpatio interlineari,* facile. liud eſt æque [3] fragile in homine, morborum & caſus injurias atque etiam metus [4] ſentiens, alias particulatim, alias univerſa. [b] Ictus lapide oblitus eſt literas tantum. Ex prææalto tecto lapſus, matris &
4 ſentit. affinium, propinquorumque cepit oblivionem: Alius ægrotus, ſervorum etiam: ſui vero nominis
5 ſæpe ſe reficere. Meſſala Corvinus orator. [c] Itaque [5] ſæpe deficere tentat, ac meditatur, vel quieto corpore & valido.
6 amputatur. *M. & Tol. & Ch.* Somno quoque ſerpente [6] computat, ut inanis mens quærat, ubi ſit loci.

Cap. XXV. *Laus C. Julii Cæſaris.*

[d] Animi vigore præſtantiſſimum arbitror [e] C. Cæſarem dictatorem. Nec virtutem conſtantiamque nunc commemoro, nec ſublimitatem omnium capacem, quæ cœlo continentur: ſed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere & legere ſimul, dictare & audire

a *A Simonide.*] Τοῦ μελοποιοῦ. De Simonide jactatum hoc diſtichon:

Μνήμῃ δ' ὔ τινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
Ὀγδωηκονταέτει παιδὶ λεωπρεπίως.

De eo vide Strabon. lib. 13. Geograph. *Dalec.*

b *Ictus lapide oblitus eſt.*] Valer. Max. lib. 1. cap. de Miraculis. Sic Georg. Trapezunt. Latinæ & Græcæ linguæ doctiſſimus in ſenectute memoriam utriuſque amiſiſſe dicitur. *Idem.*

c *Itaque ſæpe deficere tentat, ac meditatur, &c.*] Legend. *Itaque ſe reficere tentata meditatur, vel quieto corpore & valido. Somno quoque ſerpente amputatur, ut, &c.* Salmaſ. p. 50.

d *Animi vigore præſtantiſſimum arbitror Cajum Cæſarem dictatorem.*] Exemplaria ambo non *Cajum* præferunt, ſed *genitum*, quod fortaſſe aptius, ne videatur Romanis tantum eum anteferre, ſed univerſo humano generi. Quod videtur ſentire Solinus cap. v. *Quantum*, inquit, *inter milites Sicinius aut Sergius, tantum inter duces, imo vero ut verius dicam, inter omnes homines, Cæſar dictator enituit.* Pintian.

e *C. Cæſarem dictatorem.*] Laudem Cæſaris vide apud Ciceronem Orat. pro M. Marcello. *Dalec.*

dire ſolitum accepimus. [a] Epiſtolas vero tantarum rerum [1] quaternas pariter librariis dictare: aut ſi [2] nihil aliud ageret, [3] ſeptenas. Idem ſignis collatis [4] quinquagies dimicavit: [5] ſolus M. Marcellum tranſgreſſus, qui undequadragies [6] dimicaverat. [b] Nam præter civiles victorias, undecies C. & XCII. M. hominum occiſa præliis ab eo, non equidem in gloria poſuerim, tantam, etiam coactam, humani generis injuriam: quod ita eſſe confeſſus eſt ipſe, bellorum civilium ſtragem non [7] prodendo. Juſtius Pompejo Magno tribuatur DCCCXLVI. naves piratis ademiſſe. Cæſari proprium & peculiare ſit, præter ſupra dicta, clementiæ inſigne: qua uſque ad pœnitentiam omnes ſuperavit. Idem magnanimitatis [8] perhibuit exemplum, cui comparari non poſſit aliud. Spectacula enim edita effuſaſque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, [c] luxuriæ faventis eſt. Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi ſublimitas: captis apud Pharſaliam Pompeii Magni ſcriniis epiſtolarum, iterumque apud Thapſum Scipionis, concremaſſe ea optima fide, atque non legiſſe.

1 quaternis. V.
2 nil. *Ch.*
3 ſeptenis. *V. & Ch.*
4 quinquagies & bis. V.
5 *hæc ad* Nam præter *uſque non leguntur in M.*
6 dimicavit. *Ch.*
7 prodendo ut juſtius. *V.* prodendo juſtius. *Ch.*
8 præbuit. *M.*

CAP.

a *Epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut etiam ſi nihil aliud ageret, ſeptenas.*] Verba illa, *librariis dictare, aut etiam ſi nihil ageret, ſeptenas*, in optimo Rigaltii codice ad marginem, extra textum habentur ſcripta & alia quidem manu, ut inde non parva ſit ſuſpicio ſuppoſititia eſſe. *Salm.*

b *Nam præter civiles vict. &c.*] Lege: *Nam præter civiles victorias, undecies centena & octoginta duo millia hominum occiſa præliis ab eo, non equidem in gloria poſuerim, tanta etiam coacta, in humani generis injuria.* Si tantam, inquit, hominum multitudinem coëgiſſet, ac ex diverſis orbis partibus in unum conduxiſſet, quantam variis præliis occidit, hoc tamen ſine injuria & incommoditate generis humani non feciſſet, quid dicendum de occiſa? *Idem.*

c *Luxuria faventis eſt.*] In exemplari Murbacenſi legitur duntaxat, *luxuria faventis*, abſque *eſt*. Unde mihi nata ſuſpicio, ſcriptum fuiſſe non *faventis*, ſed *fuerit*: ſic videlicet, *ſpectacula edita effuſaſque opes aut operum magnificentiam in hac parte enumerare luxuria fuerit.* Nam ſequitur, *Illa ſit vera & incomparabilis.* Ubi perperam in vulgatis editionibus, *fuit*, legitur pro *ſit*. Quanquam ſi etiam receptam lectionem ſequaris, quæ mihi in primis placet, nempe *luxuria faventis*, ut *luxuria* dandi caſus ſit, non minus eleganter ſubauditur *eſt*, quam exprimitur. *Rhenanus.*

a *Verum*

CAP. XXVI. *Laus Pompeji Magni.*

[a] VErum ad decus Imperii. R. non ſolum ad viri unius pertinet victoriam, Pompeji Magni titulos omnes, triumphoſque hoc in loco nuncupari: [b] æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, ſed etiam Herculis prope ac Liberi patris. Igitur Sicilia recuperata, unde primum Syllanus in Reip. cauſa exoriens auſpicatus eſt. Africa vero tota ſubacta, & in ditionem redacta, [b] Magnique nomine ſpolio inde capto, eques Rom. (id quod antea nemo) curru triumphali [1] revectus eſt, & ſtatim ad ſolis Occaſum tranſgreſſus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida DCCCLXXVI. ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionem redacta victoriæ ſuæ adſcripſit, & majore animo Sertorium [2] tacuit: belloque civili ([d] quod omnia externa [3] conciebat) extincto, iterum triumphales currus eques Rom. induxit, toties Imperator, antequam miles. Poſtea ad tota maria, & deinde Solis ortus miſſus, [4] hos retulit patriæ titulos, more [e] ſacris certaminibus vincentium. Neque enim [f] ipſi coronantur, ſed

1 evectus, & ſtatim. *M.*

2 domuit. *V.*

3 concutiebat. M.

4 inſulſtos. V.

a *Verum ad decus imperii Romani, non ſolum ad viri unius pertinet victoriam Pompeji Magni titulos omnes.*] Lego aliter & alia diſtinctione, *Verum ad decus imperii Romani non ſolum ad viri unius pertinet victorias magni Pompeii*, & reliqua. *Pintian.*

b *Æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore.*] Alexandro Magno futurum ſe ſimilem ſperaſſe Pompejum ab hiſtoricis proditur, Magnique cognomen à multis oblatum ideo non rejeciſſe, ridentibus ac contemnentibus æmulis, ac inimicis, ipſumque per jocum Alexandrum vocantibus. Sylla certe Dictator ob ſummam virtutem, & quod ejus partes ſtrenue juviſſet, ipſi obvio de equo deſcendere, ſurgere de ſella, caput aperire ſolebat. Victorius ex Nonio & Plut. c. 2. lib. 5. *Dalec.*

c *Magnique nomine ſpolio inde capto.*] Apographon Tolet. *Magnique nomine in ſpolium inde capto.* Quid ſi legas, *Magni cognomine?* quamvis refragentur exemplaria. *Pint. Magnique nomine.*] Valer. Max. cap. ult. lib. 7. Car. Sigon. ad Faſt. an. 672. *Dalec.*

d *Quod omnia externa conciebat.*] Quid opus erat, *conciebat* mutare in *concutiebat*. Quaſi non recte dictum eſſet, externos hoſtes Mithridatem, alioſque inteſtinis Romanorum bellis excitos fuiſſe; ratos invicto alioqui populo inferendi bellum nullum aliud tempus opportunius fore. *Gelen.*

e *Sacris certaminibus vincentium.*] Quatuor: Olympiis, Nemæis, Pythiis, Iſthmiis. *Dalec.*

f *Ipſi coronantur.*] Infra cap. 4. lib. 16. *Idem.*

a *In de-*

ſed patrias ſuas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit [a] in delubro Minervæ, quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompejus Magnus Imp. bello xxx. annorum confecto, fuſis, fugatis, occiſis, in deditionem acceptis hominum [1] vicies ſemel centenis [2] LXXXIII. M. depreſſis aut captis navibus [3] DCCCXLVI. oppidis, caſtellis [4] MDXXXVIII. in fidem receptis: terris [5] à Mæotis lacu ad Rubrum mare ſubactis, votum merito Minervæ. Hoc eſt breviarium ejus ab Oriente. Triumphi vero, quem duxit ad tertium Calendas Octobres [6] M. Meſſala, M. Piſone Conſulibus, præfatio hæc fuit: CUM ORAM maritimam [7] à prædonibus liberaſſet, & [b] imperium maris populo Romano reſtituiſſet; ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Judæis, Albanis, Iberia, inſula Creta, Baſternis, & ſuper hæc de [8] regibus Mithridate atque Tigrane triumphavit. [c] Summa ſummarum in [9] illo gloria fuit (ut ipſe in concione dixit, cum de rebus ſuis differeret) Aſiam ultimam provinciarum [10] accepiſſe, eandemque mediam patriæ reddidiſſe. Si quis è contrario ſimili modo velit [11] percenſere Cæſaris res, qui major illo apparuit, totum profecto terrarum orbem enumeret: quod infinitum eſſe [12] conveniet.

1 centies vicies ſemel. *M.* & *Cb.*
2 LXXX. *Cb.*
3 DCCXLVI. *Cb.*
4 clxxxviii. *Cb.*
5 à Mæoti ad. *M.*
6 M. Piſone, M. Meſſala coss. *Cb.*
7 *in M. deeſt.*
8 rege.
9 illa. *Cb.*
10 excepiſſe. *M.*
11 percenſere. *Cb.*
12 convenit. *V.*

CAP.

a *In delubro Minervæ quod ex Manubiis dicabat.*] A. Gellius libro x. cap. 1. delubrum hoc non Minervæ fuiſſe, ſed Victoriæ, videtur aſſerere. Cujus verba, ut cum Plinianis conferas, ſubnectere libuit: *Cum Pompejus ædem victoriæ dedicaturus foret, cujus gradus vice theatri eſſent, nomenque ejus & honores inſcriberentur, quæri captum eſt, utrum conſul tertio ſcribendum eſſet, an tertium.* Pint.

b *Imperium maris populo Romano reſtituiſſet.*] Hoc indicat Romani denarii pars altera, in qua Delphin ſpectatur cum aquila, intermedio ſceptro, ſubſcriptis literis, MAGN. PROCOS. Urſin. 258. *Dal.*

c *Summa ſummarum in illo gloria fuit.*] Conſuevit quidem Plinius dictiones iterare, ſed non hoc modo. Item apographon Tolet. *illa*, legit, non *illo*. Quare exactius penſitato loco, opinor ſcribendum: *Summa, ſumma res, in illa gloria fuit.* ut infra cap. XXVIII. *Capitolium & in eo ſummam rem.* Pint.

a *Odio.*]

CAP. XXVII. *Laus Catonis primi.*

CÆteris virtutum generibus varie & multi fuere præſtantes. Cato primus Porciæ gentis tres ſummas in homine res præſtitiſſe [1] exiſtimatus eſt, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator: quæ mihi omnia, etiamſi non prius, attamen clarius [2] fulſiſſe in Scipione Æmiliano videntur, dempto præterea plurimorum [a] odio, quo Cato laboravit. Itaque ſit proprium Catonis, [b] quater & quadragies cauſam dixiſſe, nec quemquam ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutum.

1 exiſtimatur, ut eſſet opt. *Ch.*
2 fuiſſe. V.

CAP. XXVIII. *Item de fortitudine.*

FOrtitudo in quo [3] maxime extiterit, immenſæ quæſtionis eſt, utique ſi recipiatur poëtica fabuloſitas, [4] Q. Ennius T. Cæcilium Teucrum, fratremque ejus præcipue miratus, propter eos [5] ſextum adjecit annalem. [c] L. [6] Siccius Dentatus, qui Tribunus plebis fuit, [d] Sp. Tarpejo, A. [7] Æternio Conſu-

3 maxima. V.
4 qua. *Ch.*
5 ſextumdecimum. *M. & Ch.*
6 Sicinius.
7 Aternio. *Ch.*

a *Odio.*] Tam vehementi, ut aliquando ſit objectum in auctione regia Cantharidas ſeu venenum vendidiſſe. Infra cap. 4. lib. 29. Id eſt, quod apud Chariſium in oratione de ſuo conſulatu inimicos ſuos multa miracula feciſſe ait, ſe tamen non deſinere mirari eorum audaciam atque confidentiam. *Dalec.*

b *Quater & quadragies cauſam dixiſſe.*] Valer. Max. cap. 7. lib. 3. *Ariſtophon quinquagies Athenis accuſatus & abſolutus eſt.* Æſchines in Demoſthenem. *Idem.*

c *L. Siccius Dentatus.*] Infra lib. 22. cap. 25. Hic propter fortitudinem Achilles Romanus dictus. Valer. Max. l. 3. cap. de Fortitudine. In denariorum, quos Sicinia gens percuſſit altera parte quorundam, expreſſa ſunt indicia fortitudinis hujus Sicinii, Herculis clava, operta leonis pelle cum arcu & ſagittis, ut fortaſſis apud Valerium pro *Achilles Romanus*, legendum ſit *Hercules:* in aliorum vero, caduceus cum palma, & laurea corona, ſignatumque altera parte virginis caput cum bis literis, FORT. P. R. Fortitudo populi Romani. Urſin. 245. *Dalec.*

d *Sp. Tarpeio, A. Æternio conſulibus.*] Livius tertio libro, *A. Æternio* legit: apographon Toletanum, *A. Thermo:* quæ nomenclatura frequens eſt apud Latinos ſcriptores, cum Suetonium in Cæſare dictatore, *Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi prætoris contubernio.* Solinus quoque, *A. Thermo*, capite v. Cæterum quoniam Livii mentionem incurrimus, & Conſulum Sp. Tarpeji, & A. Æternii, propellamus ex finibus præſtantiſſimi ſcriptoris monſtrum horrendum, informe, ingens, à nullo, quod legerim, hactenus debellatum. Ejus verba ſunt libro tertio: *Itaque ergo ut magiſtratu abiere;, Sp. Tarpeio & A. Æternio conſulibus, dies dicta eſt Romulio ab Claud. Cicerone tribuno plebis: Veturio ab L. Halieno Ædilis plebis. Uterque magna patrum indignatione damnatus; Romulius x. M. æris: Veturius, xv. M.* Hæc Livius: apud

Conſulibus, haud multo poſt exactos reges, vel [1] numeroſiſſima ſuffragia habet, centies vicies præliatus, octies ex provocatione victor, quadraginta quinque cicatricibus adverſo corpore inſignis, nulla in tergo. [a] [2] Item ſpolia cepit XXXIV. donatus [b] haſtis duodeviginti, phaleris XXV. [c] torquibus tribus, & LXXX. [d] armillis [3] CLX. coronis [4] XXVI. civicis XIV. aureis VIII. muralibus III. obſidionali una, [e] fiſco æris X. [5] captivis & XX. ſimul bubus, Imperatores novem ipſius maxime opera triumphantes ſecutus:

1 in eo numeroſiſſima. V.
2 Idem. Cb.
3 plus CLX. Longol. ex Gell.
4 XXXVI. Cb.
5 captivis XX. millibus. M. alii captivorum.

apud quem ſcribendum non *C. Claudio Cicerone*, ſed *Lucio Siccio*: pro *Lucio* enim *C. Claudio* ſcripſerunt: pro *Siccio*, *Cicerone*. Ab hoc enim Siccio accuſatus convictuſque eſt male acti imperii T. Romulius, ut hic tibi oſtendit Plinius. Item tribunum eum plebis fuiſſe Livius tradit, conſulibus Sp. Tarpeio & A. Æternio, quod hic etiam legis. Ut cum Livius ſcribat, accuſatione L. Siccii damnatum fuiſſe T. Romulium à populo X. M æris, & Plinius donatum fiſco, X. M æris, veriſimile fiat, illa X. M. quibus damnatus fuit Romulius, donaſſe populum tribuno ſuo L. Siccio accuſatori. *Pint.*

a *Item ſpolia cepit XXXIV.*] Sic vetus & Romana lectio. item Solinus cap. 5. Exemplaria tamen quædam XXXV. Valer. Maxim. lib. III. capite de fortitudine, XXXVI. *Idem.*

b *Haſtis duodeviginti.*] Haſta pura, ſine ferro. Virgil. Æneid. lib. 6.

Ille, vides, juvenis, pura qui nititur haſta.

Hæc olim præmium ejus fuit qui tum primum in prælio viciſſet: quoniam, ut Feſtus explicat, haſta ſummum imperium armorum ſignificabat, quamobrem δορυάλωτοι, ſive δορυάλωτοι, id eſt, captivi, ſub ea vænibant. Exiſtimarunt quidam veteres, haſtam, perinde ac diadema faſtigii regii ſignum fuiſſe. Itaque Deorum Dearumque ſimulacris addidere, uti & in Vet. infinitis propemodum numis videre eſt, unde & *Curitis Juno* vocata eſt ab haſta, quam *Curin* Sabini dicunt. Legitur apud Livium, inter prodigia, quæ nuntiabant Pontifices, nunc Lanuinæ Junonis haſtam, nunc Prænestini Martis ſponte motam fuiſſe. Rhodig. cap. 16. 21. *Militem de gradu dejicere, exauctorare, vite aut virgis cadere, equum adimere, haſtam dare jubere, tanquam ſpe merendi ſtipendia prorſus amiſſa, turpiſſimi facinoris graviſſimum ſupplicium fuit*, Alex. ab. Alex. c. 13. 2. *Daiec.*

c *Torquibus tribus & LXXX.*] Addit Valer. Maximus huic numero *centum*, volumine citato. Solinus cum Plinio LXXXIII. cap. V. mendoſa cujus verba, ut caſtigentur, ſubjeci, *In phaleris, haſtis puris, armillis, coronis, CCCXII. meruit.* Adde dictionem, *torquibus*: *In phaleris, torquibus, haſtis puris*, &c. Confer Plinium cum Solino, & ſupputa. *Pint.*

d *Armillis.*] Ornamenta erant circulorum modo, quæ milites imperatorum dono, in brachiis ſiniſtris geſtabant. Veteres hos *Calbeos* appellaſſe, auctor eſt Feſtus. *Daiec.*

e *Fiſco æris X. captivis & XX. ſimul bubus.*] Puto ſcribendum: *è fiſco æris X. capti æris XX. millibus.* ut dicat è fiſco, id eſt, ærario, donatum eſſe Siccium decem æris. æris autem capti ſive captivi, è præda nimirum viginti millibus quod prædaticium æs militibus ante triumphum ſolebant elargiri imperatores pro dignitate cujuſque & meritis. *Salm.* *Una, fiſco æris X. captivis, &c.*] V. C. *una: ex fiſco, æris decem millibus, captivis, & ſimul bubus viginti.* priorem hujus lectionis partem agnoſcit Rhodig. c. 6. 29. Similis eſt locutio in XII. Tab. *Si quis injuriam alteri faxit, vigintiquinque æris pœnæ ſunto*, quod apud Gellium Phavorinus interpretatur.

cutus: præterea (quod optimum in operibus ejus reor) uno ex ducibus [1] T. Romulio ex Conſulatu ad populum [2] [a] convicto male acti imperii [3] rei militaris. Haud minora forent Manlii Capitolini decora, ni perdidiſſet illa [b] exitu vitæ. Ante [4] decimum ſeptimum annum bina ceperat ſpolia. Primus omnium eques coronam muralem acceperat, VI. civicas, XXXVII. dona, [5] XXXIII. cicatrices adverſo corpore exceperat: P. Servilium Magiſtrum equitum ſervaverat, ipſe vulneratus humerum ac femur. Super omnia, Capitolium ſummamque rem in eo ſolus à Gallis ſervaverat, ſi non regno ſuo ſervaſſet. Verum ſunt in his quidem virtutis opera magna; ſed majora fortunæ. [c] M. Sergio, ut quidem arbitror, nemo quenquam hominum jure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini [6] derogет. Secundo ſtipendio [7] dexteram manum perdidit: ſtipendiis duobus ter & vicies vulneratus eſt: ob id neutra manu, neutro pede ſatis utilis: uno tantum ſervo, plurimis poſtea ſtipendiis debilis miles. Bis ab Annibale captus (neque enim cum quolibet hoſte res fuit) bis vinculorum ejus profugus, XX. menſibus nullo non die in catenis aut compedibus cuſtoditus. Siniſtra manu ſola quater pugnavit, duobus equis inſidente eo ſuffoſſis. Dexteram ſibi ferream fecit, eaque religata præliatus. Cremonam obſidione exemit, Placentiam tutatus eſt: duodena caſtra hoſtium in Gallia cepit: quæ omnia ex oratione ejus apparent, habita cum in prætu-

1 T. Tiberio Romilio. M.
2 convincto. M.
3 ejus. M.
4 decem ſeptem annos. Ch.
5 XXIII. Ch.
6 derogarit V.
7 dexteram. Ch.

a *Convicto male acti imperii militaris.*] Quid vocat, *male actum imperium militare*. Lege: *male in imperio actæ rei militaris*. Vide Salmaſ. in Plin. pag. 48.

b *Exitu vitæ.*] Livius lib. 6. Decad. 1. Val. Max. lib. 6. c. de Severitate. *Dalec.*

c *M. Sergio.*] Vocabatur is *M. Sergius Silus*. In Romani vetuſti denarii altera parte Romæ galeatæ caput expreſſum eſt cum denarii nota, & his literis, ROMA EX S. C. altera vero facie equo procurrenti inſidens, ſiniſtra manu caput hoſtis præciſum tenet, cum his literis, Q. M. SERGI. SILVS. Fulv. Urſ. p. 239. *Idem.*

a *Sacris*

prætura [a] ſacris arceretur à collegis ut debilis. Quos hic coronarum acervos conſtructurus hoſte mutato? Etenim plurimum refert, in quæ cujuſque virtus tempora inciderit. Quas Trebia [1] Ticinuſque aut Traſymenus civicas dedere? Quæ Cannis corona merita? [2] unde fugiſſe virtutis ſummum opus fuit. Cæteri profecto victores hominum fuere, Sergius vicit etiam fortunam.

1 Ticinuſve. *Tol.*

2 *in Ch. vulgata lectio in ordine ſervata, ita ſuperne emendatur,* Indefeſſæ virtutis, &c.

CAP. XXIX.

De ingeniis, ſive laudibus quorundam ab ingeniis.

INgeniorum gloriæ quis poſſit agere delectum, per tot diſciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? niſi forte [b] Homero vate Græco, nullum [3] felicius extitiſſe convenit, ſive operis fortuna, ſive materia æſtimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim inſignibus judiciis optime citraque invidiam tam ſuperba cenſura peragetur) inter ſpolia [4] Darii Perſarum regis unguentorum [c] ſcrinio capto, quod erat auro [5] gemmiſque ac margaritis pretioſum, varios ejus uſus amicis demonſtrantibus (quando tædebat unguenti bellatorem & militia ſordidum) imo Hercule, inquit, liberorum Homeri cuſtodiæ detur: ut [d] pretioſiſſimum humani

3 felicioꝛem *quidam malunt.*

4 Darii. *Ch.*

5 Margaritis gemmiſque.

a *Sacris arceretur à collegis ut debilis.*] Veteribus cautum, ne corpore mutilati ſacris admoverentur, oſtendit Seneca Declam. 4. contra Metellum petentem Sacerdotium. *Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vocanda eſt. Hoc in victimis notatur, quanto magis in ſacerdotibus?* Rhodig. c. 2. 12. *Dal.*

b *Homero vate Græco.*] Ambigitur multum inter doctos, cujas fuerit Homerus, & qua ætate vixerit: Chium fuiſſe, monſtrat verſus ex ejus hymno in Apollinem:

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

De ſeculo non conſtat in ſcriptorum maxima diverſitate, probabilior tamen viſa eſt Ariſtachi, Philochori, & Apollodori ſententia, qui centum quadraginta annis floruiſſe poſt Trojanum bellum aſſeruerunt. *Idem.*

c *Scrinio capto.*] Ferula ſcrinium id compactum fuiſſe prodiderunt. Itaque cum exemplar illud diligentiſſime correctum cura & opera Ariſtotelis, Calliſthenis, Anaxarchi, poſt Alexandri mortem evulgatum eſſet, editionem ἐκ τοῦ νάρθηκος vocarunt, hoc cognomine ab aliis non paucis eo ſeculo celebribus diſtinguentes. Victor. c. 19. 31. *Idem.*

d *Pretioſiſſimum humani animi opus.*] Homeri poëmata tanti fecerunt Athe-

 nienſes,

humani animi opus quam maxime diviti [1] opere ſervaretur. Item [a] Pindari vatis familiæ penatibuſque juſſit parci, cum Thebas caperet. [b] Ariſtotelis Philoſophi [2] patriam condidit: tantæque rerum claritati tam benignum teſtimonium miſcuit. [c] Archilochi Poëtæ interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctum [3] ſepeliri Liber pater juſſit, obſidentibus mœnia Lacedæmoniis: Lyſandro eorum rege in quiete ſæpius admonito, ut pateretur humari delicias ſuas. Requiſivit rex, qui ſupremum diem Athenis obiiſſet: nec difficulter [4] ex iis, quem Deus ſignificaſſet, intellexit: pacemque funeri dedit.

1 operi. *Ch.*

2 patriam ſuam credidit. *M.* Ariſtotelis Philippus patriam condidit. *Longol.*

3 ſepelire. *Ch.*

4 rex idem. *Tol.*

CAP. XXX.

De Platone, Ennio, Virgilio, M. Varrone, & M. Cicerone.

[d] PLatoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius tyrannus, alias ſævitiæ ſuperbiæque natus, vittatam

nienſes, ut lege ſanxerint, quinto quoque anno in Panathenæis ejus unius carmina publice decantari: ſicut ex tragicis poetis Æſchyli ſolius fabulas eo mortuo doceri. Muret. in Var. cap. 6. lib. 6. Homerum natura cæcum fuiſſe quidam & tradunt & putant: at Herodotus antea ſanum Colophone excæcatum fuiſſe tradit. Pauſanias id morbo contigiſſe, ut & Tamyridi Tzetzes inopem ac ſenectute cæcum obiiſſe. Brod. cap. 9 lib. 5. Plato in Phædro oculis captum, quod in Helenam invectus eſſet. *Dal.*

a *Pindari vatis familiæ, &c.*] Cum Pindarus in quodam aſmate his verbis Athenas laudaſſet, αἴτε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθᾶναι, à ſuis civibus pecunia multatus eſt, quod alienis potius, quam ſuis, tantum laudis dediſſet. Hoc ubi reſciviſſent Athenienſes, & duplum pecuniæ miſerunt, quæ exigebatur, & ante regiam porticum æneam ſtatuam poſuerunt, ſedentis figura cum pallio, & diademate lyram tenentis, librumque apertum ſuper genua. Pauſanias. Muret. in Var. cap. 14. *Idem.*

b *Ariſtotelis Philoſophi patriam condidit.*] Val. Max. cap. 6 lib. 5. Plutarchus in Alexandro. Laërtius in Ariſtotele, *Idem.*

c *Archilochi poëtæ interfectores Apollo arguit Delphis.*] Scribo, numero unitatis *Interfectorem:* neque enim multi Archilochum interfecerunt, ſed unus duntaxat, Calondas nomine, Corax cognomine, quo ſcelere pollutus, cum ad oraculum Apollinis veniſſet Delphos, à Pythia tanquam nefarius ſacrileguſque repulſus eſt, auctore Suida in ea dictione. Meminit & Euſebius Pamphili, volumine Euangelicæ præparationis v. cap. XII. qui tamen, quod animadverſione dignum eſt, non Calondam Archilochi interfectorem, ut Suidas appellat, ſed Archiam. *Quare*, inquit, *qui eum occidit Archias a templo quaſi ſceleſtus exire abs te juſſus eſt: Muſarum enim occidit amicum.* Pintian.

d *Platoni ſapientiæ.*] Platoni quod natali ſuo deceſſiſſet & unum & octogeſimum ſine ulla deductione annum impleviſſet, Athenis Magos ſacrum feciſſe, tanquam

tam navem miſit obviam: [a] ipſe quadrigis albis ęgredientem in litore excepit. Viginti talentis unam orationem [b] Iſocrates vendidit. Æſchines Athenienſis ſummus Orator, cum accuſationem, qua fuerat uſus, [1] Rhodi legiſſet, legit & [c] defen- *1 Rhodis. Ch. forte Rhodiis, ſic certe. Tol.*
ſionem Demoſthenis, [2] ob quam in illud [3] depulſus *2 qua. M. & Ch*
fuerat exilium: mirantibuſque, tum magis fuiſſe *3 pulſus. Ch.*
miraturos, dixit, ſi ipſum orantem audiviſſent: [4] in calamitate teſtis ingens factus inimici. Thucy- *4 in calamitate, deeſt in M*
didem Imperatorem Athenienſes in exilium egere, [5] rerum conditorem revocavere, eloquentiam mi- *5 tragœdiarum M. haud recte.*
rati, cujus virtutem damnaverant. Magnum & Menandro in comico ſocco teſtimonium regum Ægypti & Macedoniæ contigit, claſſe & per legatos petito: majus ex ipſo, regiæ fortunæ prælata literarum conſcientia. Perhibuere & Romani proceres etiam exteris teſtimonia. Cn. Pompejus confecto Mithridatico bello intraturus Poſidonii ſapientiæ profeſſione clari domum, [d] fores percuti de more à lictore vetuit: & faſces lictorios januæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidenſque ſubmiſerat. Cato Cenſorius, in illa nobili trium ſapientiæ procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quam primum legatos eos cenſuit dimittendos, quoniam illo viro argumentante, quid veri eſſet haud

tanquam viro amplioris ſortis quam humanæ, vide apud Senecam Epiſt. 55. *Dal.*

a *Ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit.*] Exemplar utrunque, *Ipſe à gradibus egredientes in litore excipit.* Scribendum opinor, *ipſe Achradine egrediens in litore excepit.* Achradinen partem eſſe urbis Syracuſanæ, Livius multis locis auctor eſt. Meminit & Stephanus, & Plutarchus in Dione. *Pint.*

b *Iſocrates.*] Platonis & Socratis æqualis, in Phædro magnopere laudatus. Nam & alii duo fuerunt: alter Apolloniates, ſuperioris auditor, memoratus à Suida, cui Harpocration λόγον παραινετικὸν ad Dæmonicum Hipponici filium tribuit: alter Ciceroni συνήγορον, familiaris & ſodalis Halicarnaſſæi, quem is ſupradictæ orationis auctorem fuiſſe tradit. Muret. in Var. c. 1. lib 1. *Dal.*

c *Defenſionem Demoſthenis.*] Valer. Max. c. 10. lib. 8. *Dal.*

d *Fores percuti de more.*] Legend. *forem percuti de more à lictore vetuit: & faſces literarum januæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidenſque ſubmiſerat.* Salmaſ. pag. 53.

haud facile diſcerni poſſet. Quanta morum commutatio? Ille ſemper alioquin univerſos [1] ex Italia pellendos cenſuit Græcos: at pronepos ejus Uticenſis Cato, unum [2] ex tribunatu militum philoſophum, alterum ex Cypria legatione deportavit. [3] [a] Eandemque linguam ex duobus Catonibus, [b] in [4] illo [5] abjeciſſe, [c] in hoc importaſſe, memorabile eſt. Sed & noſtrorum gloriam percenſeamus. Prior [d] Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulcro ſuo imponi juſſit: clarumque illud numen, imo vero ſpolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere ſupremo cum Poëtæ titulo [6] legi. Divus Auguſtus carmina Virgilii cremari contra teſtamenti ejus verecundiam vetuit: majuſque ita [7] vati teſtimonium contigit, quam ſi ipſe ſua carmina probaviſſet. M. Varronis in Bibliotheca, quæ prima in [8] orbe ab Aſinio Pollione [9] ex manubiis publicata Romæ eſt, unius viventis poſita imago eſt: haud minore (ut equidem reor) gloria, principe oratore & cive, ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine, uni hanc coronam dante, quam cum eidem Magnus Pompejus piratico ex bello navalem dedit. Innumerabilia deinde ſunt [e] exempla Romana, ſi perſequi libeat: cum plures una gens in quocunque genere eximios tulerit, quam [10] cæteræ terræ. Sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem inſigni prædicem? quo potius, quam univerſi [11] populi illius gentis ampliſſimo teſtimonio, [12] [f] & tota vita tua Conſulatus tantum

1 exitiali nomine appellandos. *M.* ex Italia appellandos. *Ch.*
2 in. *D.*
3 Eandem itaque. *D.*
4 illum & hunc *D.*
5 abegiſſe. *Alii* ambigiſſe, in hoc imperitaſſe. *Ch.*
6 regi. *M.*
7 τὸ vati, *&* carmina, *quod mox ſequitur, in* M. *deeſt, &* carmina in *Ch.*
8 urbe Roma ab, &c. publicata eſt, unius. *D.*
9 de. *V.*
10 cæteræ omnes terræ. Sed quo & te. M.
11 populi & illius. M.
12 & è tota. *V.*

a *Eandemque linguam.*] Leg. *eam denique linguam ex duobus Catonibus, in illo abegiſſe, in hoc importaſſe memorabile eſt.* Salmaſ.

b *In illo.*] Cenſorio. *Dal.*

c *In hoc.*] Uticenſi. *Idem.*

d *Africanus.*] Cicero pro Archia poëta. Val. Max. c. 15. lib. 8. *Idem.*

e *Exempla Romana.*] Multa vide apud Valer. Max. cap. 15. lib. 8. *Idem.*

f *Et tota vita tua conſulatus tantum operibus electu.*] Scribo, contra omnia exemplaria: *Et tota vita tua conſulatus tanti operibus electum:* hoc ſenſu: *Nullo magis excellentem inſigni poſſe Ciceronem prædicari, quam ſi palam cunctis fiat, teſtimonio ampliſſimo totius populi Romani & tota ejus vita, evectum eſſe ad Conſulatum,*

tum operibus electis? Te dicente legem agrariam, hoc eſt, alimenta ſua, [1] abdicaverunt tribus: [a] te ſuadente, Roſcio theatralis auctori legis ignoverunt, [2] notataſque ſe diſcrimine ſedis æquo animo tulerunt: te orante, [b] proſcriptorum liberos honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Salve primus omnium [c] parens patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ [3] Latiarumque literarum parens: atque (ut dictator Cæſar hoſtis quondam tuus, de te ſcripſit) [4] omnium triumphorum lauream [5] adepte majorem, quanto plus eſt, ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe quam imperii.

1 abdicarunt. M.

2 notaſque ſedes ignominiæ diſcrimine, æquo. V.

3 Latinarum. M.

4 omnibus triumphis. V. D.

5 adepte tanto majorem. D.

CAP.

Latum, potius quam prepotentum civium ſtudio ac factione. Ita eſſe hunc locum intelligendum, argumento eſt ipſe Cicero oratione ſecunda contra P. Rullum tribunum plebis, his verbis: *Neque enim ullo modo facere poſſum, ut cum me intelligam non hominum potentium ſtudio, non excellentibus gratiis paucorum, ſed univerſi populi Romani judicio me Conſulem ita factum ut nobiliſſimis hominibus longe præponerer; non & in hoc magiſtratu & in omni vita eſſem popularis.* Cæterum libentius in Cicerone legerem, *ut in omni vita*, quam *& in omni vita*, ut uterque, Plinius & Cicero, ſignificent, popularem fuiſſe in omni vita Ciceronem, & propter hoc in populum perpetuum ſtudium creatum eſſe Conſulem. *Pint.*

a *Te ſuadente, Roſcio Theatralis auctori legis ignoverunt, notataſque ſe diſcrimine ſedis æquo animo tulerunt.*] Exemplar Salmant. *Notaſque ſe ignominia diſcrimine æquo animo tulerunt.* Toletanum paucioribus verbis: *Notaſque ſedes æquo animo tulerunt.* De reliquo, deſidero hoc loco Hermolai doctrinam, tantamque illam antiquitatis cognitionem, qui in hac Roſcii hiſtoria nos ad Macrobium delegat, ſeu vero Roſcius ille, de quo Macrobius tertio Saturnalium loquitur, idem ſit cum eo, de quo nunc Plinius: cum ille Macrobianus Roſcius hiſtrio fuerit Syllæ dictatori acceptiſſimus, à Valerio Maximo, Plutarcho & Plinio memoratus. Hic vero, de quo in præſens agitur, appellatus ſit L. Roſcius Otho, qui in tribunatu plebis, legem tulit de XIV. ordinibus. Cujus Plutarchus in Cicerone, Tacitus lib. XV. Aſconius Pedianus, Juvenalis, Horatius, ejuſque interpretes, Livii item abbreviator, & plerique meminere. De proſcriptorum item liberis præter Quintilianum, Plutarchus in Sylla, Suetonius in Cæſare dictatore, Seneca in lib. de ira, Vellejus Paterculus lib. II. nec ſemel. *Idem.*

b *Proſcriptorum liberos.*] Hac de re vide Plutarchum in Sylla, Suetonium in Julio, Vellejum Paterculum lib. 2. *Dal.*

c *Parens patriæ appellate.*] In Senatu à Q. Catulo ejus ordinis principe, quod teſtatur & ipſe Cicero oratione in Piſonem, & pro Sextio: ut autem Plutarchus & Appianus literis mandarunt, à Catone. Lipſius cap. 20. 4. *Idem.*

Cap. XXXI. *De morum majeſtate.*

1 animis. V.

2 præſtitere & apud cæteros. *V.* præſtitere & cæteros. M.

Reliquis [1] animi bonis, [2] præſtitere cæteros mortales ſapientia, ob id [a] Cati, [b] Corculi, apud Romanos cognominati. [c] Apud Græcos Socrates, oraculo Apollinis Pythii prælatus cunctis.

Cap. XXXII. *De auctoritate.*

3 ſponſionem. V. *Quidam*, comitemque miſeram eſſe æris alieni atque litis (*nempe ſponſorem*) eſſe miſerum. *Ch.*

Rurſus mortales oraculorum ſocietatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta ejus Delphis conſecrando, aureis literis, quæ ſunt hæc; [d] Noſſe ſe quemque [e] & nihil nimium cupere; Comitemque æris alieni atque litis, eſſe [3] miſeriam. Quin & funus ejus, cum victore filio Olympiæ [f] expiraſſet gaudio, tota Græcia proſecuta eſt.

Cap. XXXIII. *De divinitate.*

4 nobiliſſimæ. *ex V.*

Divinitas & quædam cœlitum ſocietas [4] nobiliſſima, ex fœminis in Sibylla fuit: ex viris in Me-

a *Cati.*] Id Æliorum cognomen fuit. Qua de re ſcriptores genealogici Reich. Strein. Fulv. Urſ. Ant. Aug. *Dalec.*

b *Corculi.*] Ita cognominatus eſt P. Cornel. P. F. C. N. Scipio Naſica, de quo item dicti ſcriptores. *Idem.*

c *Apud Græcos Socrates*] Valer. Max. cap. 2. lib. 7. *Idem.*

d *Noſſe ſe quemque.*] Plautus in Pſeud.

Ecquem in angiportu hoc hominem tu noviſti, te rogo?

Bal. *Egomet me.* Sic. *Pauci iſtuc faciunt homines, quod tu prædicas:*

Nam in foro vix decumus quiſque eſt qui ipſus ſe noverit.

Dalec.

e *Et nihil nimium cupere, comitemque æris alieni atque litis eſſe miſeriam.*] Multa hic verba ab ineptis expoſitoribus temere addita quis non videt? fremant licet critici, ſpument, ſibilent, non ideo minus aperiam ſententiam meam. Lego igitur contra omnes homines & omnia exemplaria, *Et nihil nimis, comitemque ſponſionis eſſe miſeriam.* Cætera omnia adulterina verba & falſo adjecta ſunt. Confirmare ſuperſedi, quia Hermolaus multis auctoritatibus allatis, laborem nobis ademit. *Pint.* *Et nihil nimium cupere.*] Hanc ſententiam Chiloni tribuunt Pindarus quidem & Critias: Siſypho Theophraſtus: quidam, Thaleti. Sodamo vetuſtum hoc diſtichon, τοῦτ' ἔλεγε Σώδαμος Ἐπηρέτου· ὅς μ' ἀνέθηκεν, Μηδὲν ἄγαν καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. Varro apud Nonium in dictione Medioximum, *Quid aliud eſt quod Delphica canat columna literis ſuis, μηδὲν ἄγαν, quam nos facere ad mortalium modum medioxume, ut quondam patres noſtri loquebantur?* Had. Jun. c. 24. 6. Plautus in Pœnulo:

Modus omnibus in rebus ſoror optimus'ſt habitus:

Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.

Dalec.

f *Expiraſſet gaudio*] Simile exemplum apud Valer. Max. de muliere in filii occurſu cap. 12. lib. 9. *Idem.*

a *In Me-*

[a] in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.

CAP. XXXIV. *De Naſica.*

VIr optimus ſemel à condito ævo judicatus eſt [b] Scipio Naſica, [1] à jurato Senatu. Idem in toga candida [c] bis repulſa notatus à populo. In ſumma, ei in patria mori non licuit: non hercule magis, quam extra vincula illi ſapientiſſimo ab Apolline judicato Socrati.

1 adjurato. *M.*

CAP. XXXV. *De pudicitia.*

PUdiciſſima fœmina ſemel matronarum ſententia judicata eſt Sulpitia Paterculi filia, uxor Fulvii [2] Flacci: [d] electa ex centum præcipuis, quæ ſimulacrum [e] Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. [3] Iterum religionis experimento [f] Claudia, inducta Romam Deûm matre.

2 Flaminii. *Val. l.* 8. *c.* 16. *in meo vero exemplari* Flacci *item legitur.* S. M.

3 Item. *V.*

CAP. XXXVI. *De pietate.*

PIetatis exempla infinita quidem toto orbe extitere, ſed Romæ unum, cui comparari cuncta non

a *In Melampode.*] Auditu Melampodem præſtitiſſe oſtendit quod Galenus ait, imbecillum eſſe nobis viſum, ſi conferamur cum lyncibus & aquilis: auditum ſi conferamur cum Melampode: invalidos nobis eſſe pedes ſi Iphicli pernicitatem ſpectemus: languidas manus ſi Milonis robur. De Melampode Amythaonis Pylii & Idomenes F. late Apollodor. Bibliothec. lib. 1. *Dal.*

b *Scipio Naſica*] Val. Max. cap. 16. lib. 8. Graviter hoc in loco Plinium lapſum notat vir nobiliſſ. Reich. Strein. famil Rom. Cornel. *Idem.*

c *Bis repulſa notatus à populo.*] Livius lib. 7. belli Macedonici. *Idem.*

d *Electa ex centum præcipuis.*] Libri ſcripti legunt: *electa ex centum præceptis.* an ſcribendum, *receptis?* ut probatiſſimas intelligat. *Salmaſ.* pag. 54.

e *Veneris.*] Verticordiæ, quæ virginum & mulierum mentes à libidine vertebat ad pudicitiam: quoniam tunc Veſtales tres nobiliſſimæ cum aliquot Romanis equitibus inceſti damnatæ fuerant. Val. Max. cap. 16. lib. 8. Julius Obſequens, Solinus, Lilius Gyraldus, Ovidius 4 Faſt.

Roma pudicitia proavorum tempore lapſa.
Cumæam veteres conſuluiſtis anum.
Templa jubet fieri Veneri, quibus ordine factis,
Inde Venus verſo nomine corda tenet.

Fabric. Rom. c. 10. pag. 126. *Dalec.*

f *Claudia.*] Livius lib. 9. Decad. 3. Herodian. lib. 1. Feneſtel. c. 12. Lactantius c. 8. lib. 2. *Idem.*

non [1] queant. [a] Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera ſupplicii cauſa carcere [2] incluſa matre, cum impetraſſet aditum, à janitore ſemper [3] excuſſa ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt uberibus ſuis alens eam. Quo miraculo, [4] matris ſalus [5] donata pietati eſt, ambæque perpetuis alimentis, & locus ille eidem [6] conſecratus Deæ, [7] C. Quintio, [8] M. [9] Acilio coss. templo Pietatis extructo in illius carceris ſede, ubi nunc Marcelli theatrum eſt. [b] Gracchorum pater anguibus prehenſis in domo, cum reſponderetur, ipſum victurum alterius [10] ſexus interempto: imo vero, inquit, [11] meum necate: Cornelia [12] enim juvenis eſt, & parere adhuc poteſt. Hoc erat uxori parcere, & reipublicæ conſulere. Idque mox [13] conſecutum eſt. M. Lepidus [c] Apuleiæ uxoris charitate poſt repudium obiit. P. Rutilius morbo levi impeditus, nuntiata fratris repulſa in Conſulatus petitione, illico expiravit. [14] P. Catienus Philotimus [d] patronum adeo dilexit, ut hæres omnibus bonis inſtitutus, in rogum ejus ſe jaceret.

CAP. XXXVII. *De artium plurimarum excellentia, Aſtrologia, Grammatica, Geometria.*

VAriarum artium ſcientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par ſit florem hominum libantibus: Aſtrologia Beroſus, cui ob divinas prædictiones Athenienſes publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere. Grammatica Apollodorus, [e] cui Amphictyones Græciæ honorem

1 poſſunt. *M.* poſſint. *B. Æg. teſte Giraldo ſynt. p.* 29.
2 incluſam matrem. *Girald. ibid.*
3 curante. *M.* excutiente. *Tol.*
4 matri ſalus donata filiæ pietate eſt. *Girald. d. l.*
5 Donata filiæ pietati. *ſic quidam.* donata filiæ pietate, ambæque. *M.*
6 conſ. eſt Deæ. *M.*
7 H. *Gir. d. l.*
8 M' *hoc eſt*, Manio. *Gir. d. l.*
9 Attilio, *ut ſupra.*
10 ſexu. M.
11 meo. *Tol.*
12 nimirum. *Tol.*
13 conſecuta. *Ch.*
14 Apuleius Catienus Plotinus. *Ch.*

a *Humilis in plebe*] Sanguinis ingenui matrem fuiſſe tradit Valer. Max. lib. 5. c. 4. de pietate. *Dal.*

b *Gracchorum pater.*] Cicero de Divinat. Val. Max. lib. 4. de Amore conjugal. Alex. ab Alex. cap. 18. lib. 1. *Idem.*

c *Apuleia uxoris.*] Vide cap. 53. hujus libri. *Idem.*

d *Patronum adeo dilexit.*] Multa quoque exempla fidelitatis ſervorum apud Valer. Max. c. 8. lib. 6. & c. 4. lib. 8. *Idem.*

e *Cui Amphictyones Græciæ honorem habuere.*] Sanctiſſimum Græciæ concilium ab Amphictyone Heleni filio inſtitutum, ad Thermopylas haberi ſolitum, ac ideo vocatum Pylaicum, eo convenientibus Græciæ populis duodecim, videlicet,

rem habuere. Hippocrates [1] medicina: qui venientem ab Illyriis peſtilentiam [2] prædixit, [3] & diſcipulos ad auxiliandum circa urbes diuiſit: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decrevit Græcia. Eandem ſcientiam in Cleombroto [4] Ceo Ptolemæus rex Megalenſibus ſacris donavit c. talentis, ſervato Antiocho rege. Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris [5] curata orbitate luminis. Summa autem [6] Aſclepiadi Pruſienſi, condita nova ſecta, ſpretis legatis & [7] pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua vinum ægris medetur, [a] relato [8] è funere homine & [9] ſervato: ſed maxime ſponſione facta cum fortuna, [10] ne medicus crederetur, [b] ſi unquam invalidus ullo modo fuiſſet ipſe: [11] & victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Grande & [c] Archimedi Geometricæ ac machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit, [12] interdicto, cum Syracuſæ caperentur, ne violaretur unus, niſi feſelliſſet imperium militaris imprudentia. [d] Laudatus eſt & [13] Cteſiphon Gnoſſius, [14] æde Epheſiæ Dianæ admirabiliter fabricata: Philon, Athenis armamentario mille navium, [e] Cteſibius pneumatica ratione & hydrau-

1 medicina pollent: qui. *V.*
2 prædixit diſcipulis, quos ad. *Tol.*
3 diſcipuloſque. *Ch.*
4 Ceo. *in M. deeſt.*
5 eurato orbe. *V.*
6 Aſclepiades Pruſienſis. *M. & V. alii* Aſclepiadis.
7 pollucitationibus, *id eſt*, lautis, opiparis, ſplendidis conviviis ac epulis.
8 ex. *Ch.*
9 conſervato. *Ch.*
10 n. in c. *tria hæc verba ſuppoſititia eſſe judicat Pet. Pith. adverſ. 1. c. 18.*
11 *Alii* & vicit, ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus.
12 interdictu. *Tol. & Ch.*
13 Cerſiphron. *infra c. 14. lib. 39. atque ita vocat Strabo.* Chriſippon. *Ch.*
14 æde Epheſi Dianæ admirabili. *Ch.*

delicet, Iones, Æoles, Dores, Perrhœbi, Bœotii, Magneſii, Achæi, Pthiotæ, Melienſes, Ænianes, Delphi, Phocenſes, veris & autumni principio, ut de maximis rebus & ad univerſæ Græciæ ſtatum pertinentibus decernerent. Alex. ab Alex. cap. 7. 5. Concilium id commune, alii publicum Græciæ vocant. Suidas Amphictyonem Deucallonis filium fuiſſe tradit. *Dalec.*

a *Relato è funere homine.*] Hanc hiſtoriam narrat copioſe Apulejus Floridor. 4. vide locum. *Dal.*

b *Si unquam invalidus ullo modo fuiſſet ipſe.*] Sponſionum hæ fuerunt olim formulæ, *Si bona ex edicto Prætoris dies triginta poſſeſſa non eſſent*, Cicero pro Quinctio. *Ni juſte appellatum ſit.* Paulus l. 5. Vide Pithœum lib. 1. adverſ. cap. 18. *Idem.*

c *Archimedi.*] Valer. Max. c. 7. lib. 8. *Idem.*

d *Laudatus eſt & Cteſiphon Gnoſſius, &c.*] Lege: *Laudatus eſt & Criſiphon Gnoſius æde Epheſi Dianæ admirabili fabricata.* Salmaſ. 812. b.

e *Cteſibius.*] Apud Athenæum pag. 245. verſ. 13. Cteſibius Alexandriæ in templo

1 Dinochares. Ch. & ſupra lib. 5. c. 10. Chirocrates Strabo & Ælianus. [a]hydraulicis organis repertis: [1]Dinocrates metatus Alexandro condente in Ægypto Alexandriam. Idem hic Imperator edixit, ne quis ipſum alius, [b]quam Apelles, pingeret: quam Pyrgoteles, [2]ſculperet: quam Lyſippus, ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

2 ſculperet. V. & Ch.

Cap.

templo Zephyri potorium vas τὸ κέρας, ſive τὸ ῥυτὸν fabricatus eſt, quod appulſu aquarum eliſo ſpiritu, & bellicum canebat, & hilares feſtivoſque modos perſonabat. Hedylus in Elegis:

Ζωροπόται, καὶ τοῦτο φίλον ζεφύρου κατὰ νηὸν,
Θρεπτὸν μὲν βασιλῆος εἰσίδετον τὸ κέρας.
Σαλπίζον λιγέας δὲ χρόνω πρὸς ῥύσιν ἤχους,
Δεινοῦ καὶ πολέμου σύνθεμα, ἢ θαλίης.

Dalec. Quod de pneumaticis ſeu ſpiritualibus Cteſibio repertis ait, apud Vitruv. extat lib. 9. cap. 9. libri autem ab eo his de rebus ſcripti interierunt. Cæterum ejuſdem materiei à diſcipulo ipſius exarati haud ita dudum à Frid. Gummandino nunquam ſatis laudato, ſummaque ævi noſtri mathematico Latinitate donati in vulgus editi ſunt: in bibliothecis vero doctorum exſtant Græci ſub πνευματικῶν καὶ κλασματικῶν titulis.

a *Hydraulicis organis repertis.*] Hydraulica vel deducendis hauriendiſve aquis excogitata Græcis ἀρυτῆρας & ἀντλητήρια, Lucretio hauſtra, nempe aquarias machinas, rotas, tympana, de quibus vide lib. 10. Vitruvii cap. 9. 10. 11. 12. 13. & Diod. Sic. lib. 1. c. 21. & lib. 6. pag. 432. vel muſica organa, in quibus aquæ motus & agitatio tubulos animat. De iis Claudianus ad Manlium:

Et qui magna levi detrudens murmura tactu
Innumeras voces lebetis moderatur aheni.
Intonat (forte, *inſonat*) *erranti digito, penituſque trabali*
Vecte laborantes (recte *adlabantes*) *in carmina concitat undas.*

Ejus fuit generis apud Corn. Severum in Ætna, Triton, qui aquarum aſſultu auram conciperet, ac per buccinam ori admotam vocem ederet, ſive ut ait poëta, irriguum carmen. Alia ſunt Pneuſtica noſtra ventum follibus accipientia, de quibus παραβάτης: Ἀλλοίην δονάκων ὁρόω φύσιν, &c. quod ejus Atticæ elegantiæ hexametrum Epigramma Elegiaco æmulatus eſt Ang. Politianus, εἰς ὄργανον, ſcribens, Χαλκείων δονάκων ὁρόω στίχον, &c. libro Græcorum Epigrammatum. Fuit & pneuſticon πίθος, unde πιθαύλης. cadus ligneus aut eburneus, impactis tibiis plenus, quæ cum ex parte quadam ſpiritu animabantur, cantum, modulationes, &, ut ait Gellius, frequentamenta edebant, foraminum varietate diſtincta, abſque regularum motu. Seneca, *Quo modo in doito cantantis vox per totum cum quadam diſcuſſione percurrit & reſonat, & tam leviter mota circuit tamen, non ſine tactu ejus ac tumultu, quo incluſa eſt.* Varro apud Noninm:

Inflet priuſque tibias in orcheſtra,
Domi ſua pithaula ramices rumpit.

Propert.

Tibia Myglonii cantat eburna cadis.

Alius eſt utricularius, ὁ ἀσκαύλης, qui utre ventum conceptum inſtigans, cubito exprimit, ac utrem exânimat. In Copa: *Ad cubitum raucos excutiens calamos.* Scalig.

b *Quam Apelles pingeret.*] Val. Max. cap. 11. lib. 8. *Dalec.*

a *Unam*

CAP. XXXVIII. *Item mira opera artificis.*

ARiſtidis Thebani pictoris [a] unam tabulam, centum talentis rex Attalus [1] licitatus eſt. Octoginta emit duas [b] Cæſar Dictator, Medeam & Ajacem Timomachi, in templo Veneris Genitricis dicaturus. [c] Candaules rex, Bularchi picturam Magnetum [2] exitii, mediocris ſpatii pari rependit auro. Rhodum non incendit rex Demetrius, [d] Expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, à parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus eſt, [e] Gnidiaque Venere, præcipue veſano amore cujuſdam juvenis inſigni: & Nicomedis æſtimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Phidiæ [f] Jupiter Olympius quotidie teſtimonium perhibet, Mentori Capitolinus & [g] Diana [3] Epheſia, quibus fuere conſecrata artis ejus vaſa.

1 licitus eſt. *Cb.*

2 exilii haud mediocris, pari. *Budæus lib.* 2. *de Aſſe.*

3 Epheſi. *Cb.*

CAP. XXXIX. *De ſervitiis.*

[h] PRetium hominis in ſervitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit Grammaticæ artis [4] Daphnidis, Cn. Piſaurenſi vendente, [5] & M. Scauro principe civitatis [6] [i] III. M. DCC. ſeſtertiis licente. Exceſſere hoc in noſtro ævo

4 Daphni natio Piſaurenſe.

5 *expendit hunc locum Budæus l.* 2. *de Aſſe circa fin tandemque in eam diſcedis ſententiam, ut hic legendum cenſeat* CCC. M. DCC. ſeſtertiis. *At Hotom. de re num. p.*229. tricies ſeptingentis numis.

6 DCCC. M.

a *Unam tabulam.*] De hac infra capite quarto & decimo, libri trigeſimi quinti. *Dalec.*

b *Cæſar dictator.*] Eod. c. 4. lib. eod. *Idem.*

c *Candaules rex.*] Lib. eod. c. 8. *Idem.*

d *Expugnator.*] Πολιορκητης, vocem Græcam exprimere voluit. Vitruv. l. 10. *Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes eſt appellatus*: intellige, in obſidendis & oppugnandis urbibus. Vide & caput 10. libri trigeſimi quinti hujus operis. *Idem.*

e *Gnidiaque Venere.*] Eadem refert lib. 36. c. 5. *Idem.*

f *Jupiter Olympius.*] Infra c. 5. l. 56. *Id.*

g *Diana Epheſia.*] Dianam Epheſiam ab artifice Canetia factam memorat auctor cap. 40. lib. 16. *Idem.*

h *Pretium hominis in ſervitio, &c.*] Leg. *Pretium hom. &c. fuit Grammaticæ artis Daphnis, Natio Piſaurenſe vendente, & M. Scauro Principe civitatis* H-S. DCC. *licente.* Natius nomen proprium illius, qui Daphnidem vendidit, qui & Piſaurenſis fuit, ſumma pretii H-S. DCC. hoc eſt, *ſeſtertiis quingentis licente.* Nota porro illa H-S. pro ſeſtertiis, plus mille locis in Plinio corrupta invenitur. *Salmaſ.*

i III. M. DCC. *ſeſtertiis licente.*] Suetonius libro de illuſtribus Grammaticis, De Lælio Præconino, ducentis millibus nummum, idque, [illegible] ſine notis numerorum. *Mitalerius.*

a *Reſcius*

ævo nec modice hiſtriones, ſed libertatem ſuam mercati. Quippe cum jam apud majores [a] Roſcius [1] hiſtrio H-S. quingenta annua meritaſſe prodatur: [2] niſi ſi quis in hoc loco deſiderat Armeniaci belli, paulo ante propter Tyridatem geſti, diſpenſatorem, [b] quem Nero [3] H-S. CXX. M. manumiſit. Sed hoc pretium belli, non hominis fuit, [c] tam hercule, quam libidinis, non formæ, [4] Pæzontem [d] è ſpadonibus Sejani III. M. D. mercante [5] [e] Sutorio Priſco. Quam quidem injuriam lucrifecit ille mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat.

1 hiſtrio III. D. *Ch.* hiſtrioni M. *D.* annua mercaſſe. V. tercentum L. annua meritaſſe. *Budæus.* hiſtrio III. M. D. Anniam mercaſſe. *V. Parmenſe.*

2 niſi quis. *Ch.*

3 III. CXXX. M. Nero ſeſtertium centies vicies manumiſit. V.

4 Paronetemi ſpadonis. *V. Parmenſe.* Patontemes ſpadonis Seiano. *M.*

5 Cajo Lutorio Priſco. *Vide Annot.*

Cap. XL. [f] *De præſtantia gentium.*

Gentium in toto orbe præſtantiſſima una [6] omni virtute haud dubie [g] Romana extitit. Felicitas cui præcipua fuerit homini, non eſt humani judicii: cum proſperitatem ipſam alius alio modo, [7] & ſuopte ingenio quiſque [8] terminet. Si verum facere judicium volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, [h] mortalium nemo eſt felix.

6 omnium. *M. & Ch.*

7 & pro ſuopte. *M. T.*

8 determinat. *Ch.*

a *Roſcius hiſtrio.*] De illo plurima Rhodiginus cap. 17. lib. 14. *Dalec.*

b *Quem Nero* H-S. CXX. M.] Corrige & ſcribe: *quem Nero* H-S. CXXX. hoc eſt, ſeſtertiis centum & triginta. *Salmaſ.*

c *Tam Hercule quam libidinis, &c.*] Nomen convenit homini probroſo, quale eſt Camazon, quem Heliogabalus Imperator in deliciis habitum ad conſulatum uſque evexit. Porro participia interdum verti in propria nomina novum videri non debet, cum etiam paſſiva forma quædam in hoc genere reperiantur, ut Sozomenus. is fuit Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor. *Gelen.*

d *E ſpadonibus Sejani* III. M. D. *mercante Sutorio Priſco.*] Scribe H-S. D. hoc eſt, ſeſtertiis quingentis. vel quod eſt idem, ſeſtertiûm quingentis millibus. *Salmaſ.*

e *Sutorio Priſco.*] Eques Romanus is fuit, majeſtatis damnatus imperante Tiberio, & exanimatus in carcere ob quoddam poëma. Tacitus lib. 3. apud quem in quibuſdam exemplaribus legitur & male, *Clutorius*, pro *C. Lutorius. Dalec.*

f *De præſtantia gentium.*] Præſtantiam gentium Plin. metiri videtur potentia, & imperii magnitudine: oblitus diſcriminis boni & magni. Unde rectius Cepheſias:

Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.

Athenæus dipnoſophiſtarum 14. Cæterum de diſcrimine gentium quoad inſigniores virtutes, aut vitia, legatur Plutarchus præceptor. politic. & Dicæarch. Geograph. *Dalec.*

g *Romana extitit.*] Vide Plutarch. περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τύχης. *Idem.*

h *Mortalium nemo eſt felix.*] Homerus Odyſſ. ζ.

Τοῖος

felix. Abunde [1] igitur atque indulgenter fortuna [2] decidit cum eo, qui jure dici non infelix poteſt. Quippe ut alia non ſint, certe ne laſſeſcat fortuna metus eſt: quo ſemel recepto, ſolida felicitas non eſt. Quid, quod nemo mortalium omnibus horis ſapit? utinamque falſum hoc, & [3] non à vate dictum quamplurimi judicent! Vana mortalitas, & ad [4] circumſcribendum ſeipſam ingenioſa, computat more Thraciæ gentis: quæ calculos colore diſtinctos, pro experimento cujuſque diei in urnam condit, ac ſupremo die [5] ſeparatos dinumerat, atque ita de quoque pronuntiat. Quid quod iſte calculi candore illo [6] laudatus dies, originem mali habuit? Quam multos accepta afflixere imperia? quam multos bona perdidere, & ultimis merſere ſuppliciis? iſta nimirum bona, [7] ſi cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita eſt profecto, alius de alio judicat dies, & tamen ſupremus de omnibus: ideoque nullis credendum eſt. Quid, quod bona malis paria non ſunt, etiam [a] pari numero, nec lætitia [8] ullo minimo mœrore penſanda? Heu vana & imprudens diligentia! [b] numerus dierum [9] comparatur: ubi quæritur pondus.

1 agitur. *M. & Cb.*
2 decidi- tur. *M. Tol. & Cb.*
3 non ut à vate. *Tol.*
4 circum- ſcribendam. *V. & Cb.*
5 ſepara- tim. *V.*
6 laudato die. *M. & Cb.*
7 cum in- terim illa. *Cb.*
8 ulla. *V.*
9 compu- tatur. *V.*

CAP. XLI. [c] *De felicitate ſumma.*

UNa fœminarum [d] in omni ævo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis uxor,

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Cæterum haud parum durior rigidiorque eſt hæc ſententia Soloniana illa vulgo eruditorum nota, neminem ante mortem beatum dicendum. De qua Herod. lib. 1. Ariſtot. Eth. Nicom. 1. c. 10. & ibi interpp. diſcrimen facientes inter εὐδαιμονίαν & εὐτυχίαν. *Dal.*

a *Pari numero.*] Nunquam tamen pari numero eſſe conqueritur Ovid. de arte. Pluraque ſunt ſemper deteriora bonis. Et Plutarch. conſol. Apol. p. 101. *Idem.*

b *Numerus dierum comparatur.*] Hoc eſt, numeri dierum felicium infeliciumque inter ſe conferuntur uter major ſit. *Gelen.*

c *De felicitate ſumma.*] Titulus in membranis ita concipitur: *Raritas continuationis in familiis.* Salmaſ. p. 52.

d *In omni ævo Lampido.*] In regum noſtrorum progenie Blancha regis Hiſpaniæ filia fuit regis uxor; regis mater: itidem

uxor, regis mater [1] fuit. Una [2] [a] Pherenice, quæ filia, ſoror, mater Olympionicarum. Una familia Curionum, in qua tres continua ſerie oratores [3] extiterunt. [b] Una Fabiorum, in qua tres continui principes Senatus, M. Fabius Ambuſtus, Fabius [4] Rullianus filius, Q. Fabius Gurges [c] nepos.

1 fuerit. Ch.
2 Berenice. M. & Ch.
3 extiterint. Ch.
4 Rutilianus. Valer. lib 5. Rulliani. Ch.

CAP. XLII. *Varia exempla fortunæ.*

CÆtera exempla fortunæ variantis innumera ſunt. Etenim quæ [5] fecit magna gaudia, niſi [6] ex malis? aut quæ mala immenſa, niſi ex ingentibus gaudiis?

5 facit. Ch.
6 ex inſignibus malis. D.

CAP. XLIII.
De bis proſcripto L. Sylla, Q. Metello.

[d] SErvavit proſcriptum à [e] Sylla M. Fiduſtium Senatorem, annis [7] XXXVI. ſed iterum proſcriptus,

7 XXXIII. M.

itidem Claudia regis Ludovici filia, regis Franciſci uxor, regis Henrici II. mater. *Dalecamp.*

a *Pherenice.*] Callipateram quoque Pauſanias vocat lib. 5. & de virili ejus animo hiſtoriam narrat ſcitu dignam. Vide & Ælianum cap. 1. lib. 10. Hiſtoriæ Var. *Idem.*

b *Una Fabiorum.*] Ex ea familia treceriti perierunt ad Cremeram fluviolum Hetruriæ, vicinum Romæ, naſcentem ex parvo lacu in ſilva Baccana, & Tiberim ſubeunte ad Valcam. Ovid.

Una dies Fabios ad bellum miſerat omnes:
Ad bellum miſſos abſtulit una dies.

Idem.

c *Nepos.*] Florus cap. 21. lib. 1. *Idem.*

d *Servavit proſcriptum à Sylla M. Fiduſtium ſenatorem annis xxxvi. Sed iterum proſcriptus, ſuperſtes Syllæ vixit uſque ad M. Antonium. Conſtatque nulla alia de cauſa proſcriptum, quam quia proſcriptus eſſet.*] Si bis proſcriptum accipiamus à Sylla M. Fiduſtium, nulla fuit ratio Plinio, cur notaret ſecundam proſcriptionem tanquam raram & cauſa carentem. Nam qua ratione primo proſcriptus fuit, eadem proſcribi potuit & ſecundo & tertio & ſæpius, ſine ulla rei admiratione. Item raras hic, memoratuque dignas hominum fortunas Plinius exequitur. Ecquid rogo miraculi fuit, ſervari hominem bis proſcriptum ab eodem Sylla? Nunquam igitur in animum inducere potui, verba hæc ſincera eſſe, ſed hæſit ſemper ſcrupulus, luxato ordine ſcripta eſſe. Nam, niſi opinio mea me fallit, Marcus hic Fiduſtius bis proſcriptus à duobus Romanis principibus, utriuſque ſævitiam evaſit, & utrique ſupervixit; primo à Sylla, & eo mortuo, iterum à M. Antonio: quem ſucceſſum, magnæ fuiſſe felicitatis, negari non poteſt. Notat autem nec immerito Plinius non alia cauſa proſcriptum fuiſſe à M. Antonio, quam quia prius proſcriptus fuiſſet à Sylla. Scribendum igitur hunc locum reor ad hunc modum: *Servavit proſcriptum à Sylla, M. Fiduſtium ſenatorem annis xxxiij. uſque ad Antonium. Sed iterum proſcriptus, ſuperſtes illi vixit. Conſtatque, &c.* Pint.

e *Sylla.*] Syllam quidam dictum volunt una litera mutata à *ſillo naſo.* Sigonius vero quaſi *Sibyllam*, quod Decemvir aut Prætor, ex libris Sibyllinis ludos Apollinares inſtituerit. *Dal.*

a P. Ven-

ſcriptus. Superſtes Syllæ vixit [1] uſque ad Antonium: conſtatque nullâ alia de cauſſa ab eo proſcriptum, quam quia proſcriptus fuiſſet. Triumphare [a] P. Ventidium de Parthis voluit quidem ſolum, ſed eundem in Triumpho Aſculano Cn. Pompeji [2] Strabonis duxit puerum: quanquam Maſſurius auctor eſt bis in triumpho ductum: Cicero, muliones [3] [b] caſtrenſem ſuffaraneum fuiſſe: plurimi, juventam inopem [4] in caliga militari toleraſſe. [c] Fuit & Balbus Cornelius major Conſul, ſed accuſatus, atque [d] de jure virgarum [5] in eum, judicum in conſilium miſſus; primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum uſus illo honore, quem majores Latio quoque [6] negaverunt. Eſt & L. Fulvius inter inſignia exempla, Tuſculanorum rebellantium Conſul: eodemque honore, [7] cum tranſiſſet, exornatus confeſtim à populo Romano: qui ſolus eodem anno, quo fuerat hoſtis, Romæ triumphavit ex iis, quorum Conſul fuerat. Unus hominum ad hoc ævi, [e] felicis ſibi cognomen aſſeruit [f] L. Sylla,

civili

1 ſed uſque. Ch.
2 Strabonis non legitur in M.
3 Caſtrenſis ſuffranium. M. ſuffora-neum. V. caſtrenſis ferraniam fuiſſe. V. Alii caſtrenſis ſuſinariæ. Turn. c. 8. 29. caſtrenſis furnariæ; vel, ut alii malunt, farinariæ. Caſtrenſis ſuſinariæ. Ch.
4 in, d. in M.
5 in eum judicem. Ch.
6 negaverint. Ch.
7 transfuga exornatus. Salm. perfuga. Romanum. transfuga & exornatus. V.

a P. Ventidium.] Val. Max. c. 10. l. 6. & infra cap. 22. lib. 22. *Idem.*

b *Caſtrenſem ſuffaraneum.*] Vide Scalig. Append. Virgil. ad Catulli Phaſelli παρῳδίαν, Sabinus ille, &c. quæ tota eſt in Ventidium. Vide & Turn. cap. 18. lib. 29. Adverſ. *Idem.*

c *Fuit & Balbus Cornelius major Conſul, &c.*] Corn. Balbus major cognominabatur, ad differentiam alterius Balbi ex fratre filii qui triumphavit. jus civitatis ſimul acceperunt, & diſcriminis gratia patruus, Balbus major dictus. Legendum itaque: *Balbus Cornelius major, conſul fuit: ſed accuſatus atque de jure virgarum in eo judicio in conſilium miſſus.* Eo judicio quo accuſatus eſt Balbus, de jure Virgarum etiam deliberatum eſt, an competeret in eum, quod civis Romanus non eſſet. *Salmaſ.* p. 383. b.

d *De jure Virgarum.*] Legem M. Porcius Cato tulit. Unde & Porcia dicta eſt, ne civis Roman. aut verberaretur aut necaretur. Eam ille *pro ſcapulis*, vocabat, ut auctor eſt Feſtus. Livius lib. 10. *pro tergo:* auctor hoc loco de jure virgarum. *Dalec.*

e *Felicis ſibi cognomen aſſeruit.*] Felicem Syllam dictum putant, quod feliciter in hoſtes pugnaſſet, quod amicus fuiſſet Metelli Pii, quod Athenas vi captas non deleviſſet. Scribit Appianus equeſtrem imaginem Syllæ auream ante roſtra poſitam cum inſcriptione: CORNEL. SYLLAE IMPERAT. FORTVNATO. Venuſtum quoque Sylla cognominari ſe voluit. Rhodig. cap. 6. 24. Syllæ immolanti jecur extrema fibra coronæ laureæ imaginem oſtendit, oſtento mirabili felicitatis. Alex. ab Alex. cap. 25. lib. 5. Vide Val. Max. c. 9. lib. 6. & c. 2. lib. 9. *Idem.*

f *L. Sylla civili nempe ſanguine, &c.*] Ita legend. *L. Sulla, civili nempe ſanguine, ac patria obpugnatione adoptatum: ſed quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere, &c.* Salmaſ. p. 54.

 a *Et qui-*

1 Et quibuſdam. *M.* & *Cb.*
2 Nam. *D.*
3 cum te Sylla. *V.*
4 Syllam nemo adorat. *M.*
5 eius *in M. d.*
6 tibi. *Tol.* ibi. V.
7 diſſimulaveris. V.
8 ejus. *in M. d.*
9 cujus vi mortuus. *D.* cum mortuus quodam modo eſt creditus, *M*

civili nempe ſanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatum. [1] [a] Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium ac trucidare potuiſſet. O prava interpretatio, & futuro tempore infelix! [2] Non melioris ſortis tunc fuere pereuntes, quorum miſeremur hodie, [3] cum [4] Syllam memo non oderit? Age, non [b] exitus vitæ [5] ejus omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente ſe ipſo corpore, & ſupplicia [6] ſibi gignente? Quod ut [7] diſſimulaverit [c] & ſupremo ſomnio [8] ejus ([9] cui immortuus quodammodo eſt)

a *Et quibus felicitatis inductus argumentis*] Verior, ut mihi videtur, lectio, *En quibus felicitatis*, &c. ſine ulla interrogatione, cum deriſu & ſuggillatione talis felicitatis. *Pint.*

b *Exitus vitæ.*] Φθειριάσας ſive pediculari morbo interiit. Val Max. cap. 4. lib. 9 & infra lib 11. c. 33 *Dal*

c *Et ſupremo ſomnio ejus, cui immortuus quodammodo eſt.*] In intellectu horum verborum longe diſſentimus tum ab aliis, tum vero ab Hermolao, qui nos ad illum Juvenalis verſum remittit:

---- *& nos*
Conſilium dedimus Syllæ, privatus ut altum Dormiret.

Quaſi Plinius hoc loco de ſomno illo declamatorio Syllæ loquatur, quem Romani adoleſcentes ut altiſſimum caperet in ſcholaſticis controverſiis ſuadebant, rejecta omni reipublicæ cura Nos ſecus hunc locum accipientes, non *ſomno* cum Hermolao legimus, ſed *ſomnio*, ut alii emendarunt, & apogr. habet Tolet. de quo antequam loquamur, illud legentes noſſe oportet, Syllam commentarios rerum ſuarum conſcripſiſſe, ac Lucullo Græcarum juxta Latinarumque literarum peritiſſimo nuncupaſſe, quorum vigeſimum ſecundum librum abſolvit, biduo antequam è vita diſcederet. Cujus rei auctor eſt Plutarchus in vita Luculli, & in vita Syllæ Deinde illud quoque noſcendum, Syllam ſummam habuiſſe fidem ſomniorum viſis, ut ex eodem liquet Plutarcho in Sylla his verbis: *Lucullum etiam in commentariis quos ad illum inſcripſit, commonefacit, nihil tam ſtabile duceret, quam quod noctu ſibi numen imperaret.* Et aliquanto poſt: *Ferunt & dormienti Syllæ viſam eſſe deam, quam Romani eximia veneratione colunt, accepta ex Cappadocibus diſciplina, ſive Luna ſit, ſive Minerva, ſive Bellona. Hanc ſibi aſtitiſſe Sylla exiſtimavit, & poſito manibus fulmine nominatim ut ſuos feriret inimicos imperaſſe, eoſque percuſſos collabi atque deleri. Eo ex inſomnio ſpe plenus cunctis collega expoſitis, Romam ductabat exercitum.* Hæc Plutarchus: qui eodem quoque loco non longe à fine ſomnium quod Sylla vidit, paulò antequam è vita migraret, his verbis exequitur: *Sylla non modo ſuum prævidit interitum, verum etiam quodam modo ſcriptis eum commendavit. nam vigeſimum ſecundum commentariorum librum biduo antequam mortuus eſt, ſcribendi finem fecit: ubi Chaldæos ſibi prædixiſſe affirmat, quod ei cum beate vixiſſet, in ipſo felicitatis vigore moriendum eſſet. Scribit etiam filium, qui paulo ante Metellam expiraverat, per quietem ſibi aſſiſtentem patrem ſuppliciter obſecrantem, ut ab his ſe curis abſolveret, euntem cum eo ad matrem Metellam quiete & omni negociorum abjecta cura cum illa vitam duxiſſe.* Appianus etiam Alexandrinus bellorum civilium lib 1 de ſomnio Syllæ paulo ante mortem, ſic narrat: *Ferunt Syllam cum in agris eſſet, dæmonem quendam per ſomnium aſpexiſſe, ſeque ab illo vocari exiſtimaviſſe: quod ſomnium cum amicis mane retuliſſet, ſumma celeritate teſtamentum conſcripſiſſe, inſequentique nocte obſignato*

eo, cum

[1] eſt) credamus, [2] ab uno illo invidiam gloria vi- 1 es. V. 2 abs te
ctam: hoc tamen nempe felicitati [3] ſuæ defuiſſe uno. V.
confeſſus [4] eſt, quod Capitolium non [5] dedicaviſ- 3 tuæ. M. 4 es. V.
ſet. Quintus Metellus in ea oratione, quam habuit 5 dedicaviſſes. V.
ſupremis laudibus patris ſui L. Metelli, Pontificis,
bis Conſulis, Dictatoris, Magiſtri equitum, [6] Quin- 6 XII. viri. M.
decimviri agris [7] dandis, [a] qui primus Elephantos 7 dividendis. V.
[8] primo Punico bello duxit in triumpho, ſcriptum 8 Ex primo. M. & Cb.
reliquit: decem maximas res optimaſque, in quibus
[9] quærendis ſapientes ætatem exigerent, conſum- 9 reddendis. M.
maſſe eum. [b] Voluiſſe enim primarium bellatorem

eo, cum febris acceſſiſſet ſexageſimo exacto anno è vita diſceſſiſſe. hactenus Appianus. In hoc igitur inſomnio, ſive idem ſit cum eo quod Plutarchus narrat, ſeu aliud ab eo, Syllæ dictum fuiſſe exiſtimamus, vel à filio, vel à dæmone quem vidit, vel ab aliquo qui ei per quietem apparuerit, invidiam ab eo uno gloria ſuperatam. Nam quod Appianus ait, expoſito amicis ſomnio ſumma celeritate teſtamentum conſcripſiſſe, inſequentique nocte deceſſiſſe, mire quadrat cum his Plinianis & ſupremo ſomnio eius, cui immortuus quodammodo eſt. Hæc annotaſſe quamvis nulla inerat Plinianis verbis menda, non fuerit alienum, ut doctis minime neceſſaria, ita cæteris non magno opere pœnitenda *Pintian.*

a *Qui primus Elephantos primo Punico bello duxit in triumpho.*] L. Metellum pontificem, duxiſſe primum elephantos in triumpho primo Punico bello, longe à veritate abhorret. Idque ne longe exempla petantur, Plinius docet lib. 8. c. 6. Cujus verba ad roborandam ſententiam noſtram neceſſarium erit apponere, *Elephantes*, inquit, *Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit, in Lucanis viſos anno urbis* CCCCLXXII. *Romæ autem in triumpho ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis.* Triumphus autem hic, ſi quis hoc deſideret, Manii Curii fuit de Pyrrho rege, qui ſuperiorum omnium ſpecioſiſſimus fuit. De quo L. Florus libro primo, capite de bello Tarentino ita loquitur: *Neque ullus pulchrior in urbem aut ſpecioſior triumphus intravit, cum ante hunc diem nil niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidiſſet. Tunc ſi captivos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Apulus atque Lucanus. Si pompas, Aurum, Purpura, Signa, Tabulæ, Tarentinaque deliciæ. Sed nihil libentius populus Romanus aſpexit, quam illas quas timuerat cum turribus ſuis feras, quæ non ſine ſenſu captivitatis ſubmiſſis cervicibus victores equos ſequebantur.* Hæc Florus: quæ & Livii epitome confirmat, itemque Polybius primo volumine, & plerique alii hiſtorici. Patet ergo elephantos in triumpho non primum duxiſſe L. Metellum Pontificem, ſed Manium Curium, pulſo ex Italia Pyrrho rege annos ante circiter XXV. Quid igitur eſt? Nimirum legendum hic eſſe, non *primus elephantos*, ſed *plurimos elephantos*, cujus caſtigationis Plinius ipſe duobus locis eſt auctor; tum libro 8. capite ſexto his verbis: *Eadem plurimos anno* DII. *victoria L. Metelli pontificis in Sicilia de Pœnis captos*, CXLII. *fuere.* tum libro 8. capite 3. *M.* inquit, *Varro auctor eſt, cum L. Metellus triumpho plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe.* Patet igitur Manium Curium elephantos primum aliquot triumpho duxiſſe. Poſt eum plurimos, primo bello Punico, L. Metellum pontificem. Sic & fides hiſtoriæ conſtabit, & Plinius non diſſentiet à ſeipſo. *Pint.*

b *Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe.*] Exemplar. Salmant. *Valuiſſe enim, &c.* Poſ-

rem eſſe, optimum oratorem, fortiſſimum Imperatorem, auſpicio ſuo maximas res geri, maximo honore uti, ſumma ſapientia eſſe, ſummum Senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere, & clariſſimum in civitate eſſe. Hæc contigiſſe ei, nec ulli alii poſt Romam conditam: longum eſt refellere & ſupervacuum, abunde uno caſu refutante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit ſenectam, amiſſis incendio, cum Palladium raperet ex æde Veſtæ, memorabili cauſa, ſed eventu miſero. Quo fit, ut infelix quidem dici non debeat; felix tamen non poſſit. Tribuit ei populus Romanus [1] quod nunquam ulli alii ab condito ævo, ut quoties in Senatum iret, curru veheretur ad curiam. Magnum & ſublime, ſed pro oculis datum.

1 quod nulli alii condito ævo. *Ch.*

Cap. XLIV. *De altero Metello.*

HUjus quoque Q. Metelli, qui illa de patre [2] dixerat, filius, [3] inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores ampliſſimos, cognomenque è Macedonia, [a] quatuor filiis illatus

2 dixit. *Ch.*
3 intra felicitatis. *M.*

&c Poſſet etiam non abſurde totus hic locus aliter legi: *In quibus quærendis ſapientes ætatem exigerent, conſummaſſe ævo. Fuiſſe enim primarium bellatorem, optimum oratorem, &c.* Pint.

a *Quatuor filiis illatus rogo, uno prætore, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio*] Scribendum *uno prætorio*, non *uno prætore*, ex Valerio Maximo lib. 7. cap. 1. de felicitate. Præterea ſi unus erat prætorius, tres conſulares, duo triumphales, unus cenſorius, ſeptem fuerunt, non quatuor. Reſpondendum arbitror, quatuor fuiſſe, ut Plinius ait, *Unum prætorium, tres conſulares.* Sed ex his tribus, qui fuerunt conſulares, duos præter conſularem dignitatem triumphales etiam fuiſſe, tertium etiam cenſorium. Alioqui de numero filiorum hujus Metelli magna eſt inter auctores diſſenſio. Plinius ſupra cap. 13. ſex liberos reliquiſſe tradit, undecim nepotes, nurus vero generoſque qui ſe patris appellatione ſalutarent, XXII. Unde non abs re hic Plinius, *Convolante*, ait, *tam numeroſa illa cohorte quæ eum patrem appellabat.* Valer. Max. lib. & cap. ante citatis, ſeptem liberos habuiſſe tradit, viros quatuor, fœminas tres. Auguſtinus ſecundo de civitate Dei cap. 23. quinque ſcribit, conſulares omnes. Plutarchus in lib. qui inſcribitur De fortuna Romanorum, ſenem inquit Cæcilium Metellum Macedonicum elatum à quatuor filiis Conſularibus, qui nominati fuerint Q. Balearicus, L. Diadematus, M. Metellus, C. Caprarius. Nepos de viris illuſtribus: *Hic*, ait, *quatuor filiorum pater ſupremo tempore humeris eorum ad ſepulchrum latus eſt.* Vellejus Paterculus priore volumine:

Quatuor

illatus rogo, uno Prætore, tribus Conſularibus, duobus Triumphalibus, uno Cenſorio: quæ ſingula quoque paucis contigere: in ipſo tamen flore [1] di- 1 dignitatis, *Alii.*
gnationis ſuæ [2] ab [a] Catinio Labeone, cui cogno- 2 à C. Atilio. *Longol.*
men fuit [3] Macerioni, Tribuno plebis, quem è Se- 3 Macerionis.
natu cenſor ejecerat, revertens è Campo meridiano tempore, vacuo foro & Capitolio, [b] ad Tarpejum raptus, ut præcipitaretur, convolante quidem tam numeroſa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat, ſed (ut neceſſe erat in ſubito) tarde & tanquam in exequias cum reſiſtendi ſacroque ſan-
ctum [4] repellendi jus non eſſet, [c] virtutis ſuæ opera 4 collegium repel. *M.*
& Cenſuræ periturus, ægre Tribuno, qui interce-
deret, [5] reperto, à limine ipſo mortis revocatus: 5 recepto. *V.* referente. *M.*
alieno beneficio poſtea vixit, bonis inde etiam con-
ſecratis [6] à damnatu ſuo: tanquam parum eſſet, 6 damnato. *M* & *Ch.*
[d] faucium certe intortarum, expreſſique per aures
ſanguinis [7] pœnam exactam eſſe. Equidem & [8] A- 7 pœna exacta eſt. *Ch.*
fricani ſequentis inimicum fuiſſe, inter calamitates
duxerim, ipſo teſte Macedonico. Siquidem [9] libe- 8 Africani Æmiliani inimicum. *M.*
ris dixit: Ite filii, celebrate exequias, nunquam
civis majoris funus videbitis. Et hoc dicebat jam 9 liberis, *non legitur in Tol.* & M.
Balea-

Quatuor filios ſuſtulit: omnes adulta ætatis vidit: omnes reliquit ſuperſtites & honoratiſſimos. Mortui ejus lectum pro roſtris ſuſtulerunt quatuor filii, unus Conſularis & Cenſorius, alter Conſularis, tertius Conſul, quartus candidatus conſulatus: quem honorem adeptus eſt. Pint.

a *Catinio Labeone.*] Quod de Labeone hic auctor narrat, & de M. Druſo legimus, qui Trib. pleb. Philippum conſulem, quia concionantem interpellaſſet, tam præcipitem in carcerem egit, ut multa vis ſanguinis è naribus flueret. Alex. ab Alex. cap. 3. 1. Idem exemplum narrat Idem ſcriptor cap. 13. 3. de P. Sempronio Tribuno plebis, qui niſi collega obſtitiſſet, Appium Claudium Cenſorem in vincula duci juſſerat. *Dalec.*

b *Ad Tarpejum raptus.*] Vide Turn. c. 9. lib. 4. Adverſ. *Idem.*

c *Virtutis ſuæ opera & cenſura periturus.*] Erratum hic etiam in ordine verborum. Nam hæc verba poſt illa haud dubie ſequi debent, quæ paulo ante præceſſerunt, *Ad Tarpeium raptus ut præcipitaretur.* Subjice ſtatim, *Virtutis ſuæ opera & cenſura periturus.* Pint.

d *Faucium certe intortarum.*] Magiſtratus, ſi quis imperio ſuo parum obediret, ipſi manu injecta in collum invadebat, ac torquebat, tanquam eo genere pœnæ coërcens, Turn. cap. 34. lib. 28. Cicero 6. in Verrem: *Quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi juſſit.* Plaut. in Rud.

---- opta ocyus,
Rapi an obtorto collo mavis, aut trahi?

Dalec.

 a *Diade-*

Balearicis, [1] & Creticis, & [2] [a] Diadematis, jam Macedonicus ipſe. Verum ut illa ſola injuria æſtimetur, quis hunc jure felicem dixerit, periclitatum ad libidinem inimici, nec [3] Africani ſaltem, perire? quos hoſtes viciſſe tanti fuit? aut quos non honores [4] curruſque illa ſua violentia, fortuna retroëgit, per mediam urbem Cenſore tracto, (etenim ſola hæc [5] moriendi ratio fuerat) tracto in Capitolium [6] illud, in quod triumphans ipſe de eorum exuviis, ne captivos quidem ſic traxerat? Majus hoc ſcelus felicitate conſecuta factum eſt, periclitato Macedonico vel funus tantum ac tale perdere, in quo à triumphalibus liberis portaretur in rogum, velut exequiis quoque triumphans. Nulla eſt profecto ſolida felicitas, quam contumelia ulla vitæ [7] rumpit, nedum tanta. Quod ſupereſt [b] neſcio [8] morum gloriæ an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam ſceleratam Catinii audaciam ſemper fuiſſe inultam.

1 & Creticis, *T. non habet nec M.*
2 Dalmaticis. *V.*
3 Africano ſaltem paris. V. nec Africanum ſaltem perire, nec hoſtis. *Lego*, nec ab Africano.
4 rurſuſque. *M.*
5 morandi.
6 illo. *Ch.*
7 rupit. *M. & Ch.*
8 majorum. M. neſcio major gloriæ an indignationis dolor accedat. *V.* *Lego*, an dignationi dolor.

Cap. XLV. *De Divo Auguſto.*

[c] IN Divo quoque Auguſto, quem univerſa mortalitas in hac Cenſura nuncupat, ſi diligenter æſtimentur cuncta, [9] magna ſortis humanæ reperiantur volumina. Repulſa in Magiſterio equitum apud

9 nunquam tam magna ſ. h. repientur. M. reperientur. *V.*

a *Diadematis.*] In Metellorum familia quoſdam fuiſſe Diadematos Cicero tradit. Beroaldus legit, *Dalmaticos*, quoniam L. Metellus Dalmatas vicerit. Plutarchus lib. de Fort. Rom. tradit, Cæcilium Metellum Macedonicum elatum à quatuor filiis conſularibus, Q. Balearico, L. Diademato, M Metello, C. Caprario. Rhod. c. 22. 17. Diadematum vocatum fuiſſe, quod ulceratam frontem diademate, id eſt, faſcia diu ligaverit, auctor eſt Plutarchus in Coriolano. Sigonius, *Cum Pompejus ulceratum crus faſcia vinctum circumferret, Favonius quidam amare dixit, nihil referre qua in parte diadema geſtaret.* Rhodig. c. 6. 24. Vide Val. Max. c. 1. lib. 4. *Dal.*

b *Neſcio morum gloria, an, &c.*] Subindicat Plinius, majorem ulciſcendi libidinem ætate ſua regnaſſe, quam Metellorum, de quibus loquitur, tempore, cum mores P. R. adhuc minus corrupti eſſent. *Gelen.*

c *In divo quoque Auguſto.*] Ita leg. *In divo quoque Auguſto quem univerſa mortalitas in hac cenſura nuncupat, ſi diligenter æſtimetur quam magna ſortis humanæ reperiuntur volumina.* Per *ſortis humanæ volumina* intelligit auctor, variantes & volubiles fortunæ vices. *Salmaſ.*

a *Contra*

apud avunculum, & [a] contra [1] petitionem ejus prælatus Lepidus: [2] proſcriptionis invidia, collegium in Triumviratu peſſimorum civium, [b] nec æqua ſaltem portione, ſed prægravi Antonio: [c] Philippenſi prælio [3] morbus, fuga, [4] & triduo in palude latebræ ægroti: & (ut fatentur Agrippa & Mecœnas) aquâ ſubter cutem fuſâ turgida latera: naufragia Sicula, & alia ibi quoque in ſpelunca occultatio. Jam in navali fuga urgente hoſtium manu, preces [5] Proculeio mortis [6] admotæ: cura Peruſinæ contentionis: [7] ſolicitudo Martis Actiaci: Pannonici belli ruina è turri: tot ſeditiones militum, tot ancipites morbi corporis: ſuſpecta Marcelli [8] vota, pudenda Agrippæ ablegatio, [d] toties petita inſidiis vita, incuſatæ liberorum mortes, [e] luctuſque non tantum orbitate triſtes: adulterium filiæ, & conſilia parricidæ palam facta: contumelioſus privigni Neronis ſeceſſus: aliud [9] neptis adulterium: juncta deinde tot mala: inopia ſtipendii, rebellio Illyrici, ſervitiorum delectus, juventutis penuria, [f] peſtilentia urbis, fames [10] ſitiſque Italiæ, deſtinatio expirandi, & quatridui inedia major pars mortis in corpus recepta,

1 volurtatem. V. 2 proſcriptionis invidia incollegam: collegium *Pa.* 3 morbi. *Ch.* 4 *vetus lectio*, & tridui in palude ægroti, & ut fatentur Agrippa & Mecœnas) aqua ſubter cutem fuſa turgidi latebra, *ſic & Ch niſi quod*, triduo, *ſervat Man.* *vero*, & triduo in palude ægrotantis *cætera eadem.* 5 pro periculo. *M.* 6 admotæ curas Peruſinæ contentiones. 7 ſolicitudo Martis Actiaci, Pannonicique belli: ruinæ pontis: *Parmenſ.* Pannonicis bellis ruinæ in cutru. *M.* ruinæ pontis. V. ruinæ turrium. 8 vita. V. 9 in nepte. *Ch.* 10 ſitiſque, *in M. deeſt, & Ch.*

a *Contra petitionem ejus, &c.*] Lege: *contra petitionem ejus prælatus Lepidus, ad proſcriptionis invidiam, collegium in Triumviratu peſſimorum civium.* Id eſt, præter proſcriptionis invidiam inita ſocietas cum peſſimis civibus. *Salmaſ.*

b *Nec æqua ſaltem portione, ſed prægravi Antonio.*] Ubi quidam codices, *prægravante.* metaphora à lancibus ponderariis, in quibus pars quæ præponderat leviorem prægravat, καθέλκει. *Idem.*

c *Philippenſi prælio morbus, fuga & triduo in palude ægroti, & ut fatentur Agrippa & Mecenas, aqua ſubter cutem fuſa, turgida latera.*] Sic legend. *Salmaſ.* cenſet.

d *Toties petita inſidiis vita.*] Præſertim à L. Cecinna, Seneca lib. 1. de Clementia. Illum à Valerio ſignificari, c. 11. 9. cenſet Brod cap. 27. quem apud inferos, ſi illic receptus eſſet, quæ mereretur, ſupplicia pendere Valerius ſcribit. Sueton. Aug c. 19. & ibi Læv. Torrent. *Dal.*

e *Luctuſque non tantum orbitate triſtes.*] Legend. *Luctuſque non tantum orbitate triſtiu.* Luctus Auguſti non tantum triſtis orbitate, ſed etiam ob incuſatas mortes liberorum. *Salmaſ.*

f *Peſtilentia urbis, fames ſitiſque Italiæ.*] Dele *ſitiſque*, & lege: *urbis peſtilentia, fames Italiæ, rebellio Illyrica.* Et ſane ridiculum de ſiti; quaſi inter publica mala etiam ſitis timenda ſit, tot ſalientibus in propatulo aquis, tot è cœlo deſcendentibus. *Salmaſ.*

cepta, juxta hæc Variana clades, & majeſtatis ejus fœda ſugillatio, abdicatio Poſtumi Agrippæ poſt adoptionem, deſiderium poſt relegationem, [a] inde
1 prodito. V. proditorem. Ch. ſuſpicio in [b] Fabium, arcanorumque [1] proditionem: hinc [c] uxoris & Tiberii cogitationes ſuprema ejus cura. In ſumma, Deus ille, cœlumque, neſcio
2 non ſuo filio. M. adeptus magis, an meritus, hærede [2] [d] hoſtis ſui filio exceſſit.

CAP. XLVI. *Quos beatiſſimos dii judicaverint.*

SUbeunt in hac reputatione Delphica oracula,
3 ab. M. & Ch. velut ad caſtigandam hominum vanitatem [3] à Deo emiſſa. Duo ſunt hæc: [e] Phedium feliciſſimum, qui pro patria proxime occubuiſſet. [f] Iterum à Gyge rege tunc ampliſſimo terrarum [4] con-
4 conſulti. Ch. ſultum, Aglaum Pſophidium eſſe feliciorem. Senior hic in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo parvum, ſed

a *Inde ſuſpicio in Fabium, &c.*] Leg. *Inde ſuſpicio in Fabium arcanorum proditorem.* Et ſic ſequentia interpunge: *hinc uxoris & Tiberii cogitationes: ſuprema ejus cura.* ita Plinius loqui amat ἀσυνδέτως. *Salmaſ. Inde ſuſpicio in Fabium, &c.*] Lege: *inde ſuſpicio in Fabium arcanorumque proditio. Num hinc uxoris & Tiberii, &c.* Vide *Dorleans* in Tacit. p. 22.

b *Fabium.*] Fabium Maximum, quo ſolo comite Auguſtus Planaſiam ad inviſendum Agrippam vectus fuerat. Id Fabius, cum uxori Martiæ aperuiſſet, eaque Liviæ, ac tandem C. Navius Auguſto, paulo poſt extinctus eſt, Martia ſe in funere accuſante quod exitii cauſa marito fuiſſet. Tacitus. *Dalecamp.*

c *Uxoris & Tiberii cogitationes.*] Dion Auguſtum periiſſe ſcribit veneno à Livia dato in fico. *Idem.*

d *Hoſtis ſui filio exceſſit.*] Nam Tiberii pater, Antonii partes civili bello ſecutus erat. *Idem.*

e *Phedium feliciſſimum qui pro patria proximè occubuiſſet.*] Exemplar Tolet. *Pedium* legit, non *Phedium*. De Phedio porro ſeu Pedio qui pro patria occubuerit, nihil comperi, ſed de Tello Athenienſi, qui auctore Herodoto libro primo, & apud noſtros Auſonio poëta, in prælio quod apud Eleuſinem inter Athenienſes & finitimos commiſſum eſt, cum hoſtes in fugam vertiſſet, pro patria fortiter dimicans mortem oppetiit. Quam ob rem interrogatus Solon à rege Crœſo, quem ex mortalibus fortunatiſſimum judicaret, Tellum reſpondit. Iterum rogatus, quem poſt Tellum putaret, Cleobin & Bitonem reſpondit. Etſi Auſonius ab Herodoto diſcrepans, ſecundas non Cleobi & Bitoni datas à Solone dicat, ſed Aglao. Notandum autem Auſonium non *Tellum* vocare, ſed *Telena*, quaſi Telen quintæ ſit apud Græcos inflexionis. *Pint.*

f *Iterum à Gyge rege tunc ampliſſimo, &c.*] Lydorum, qui poſt Midam Gordii filium primus Delphos pretioſiſſima dona miſit, quæ Πύθωνοι γυγάδα vocaverunt. Ejus annulus multorum ſcriptis celebratus eſt, præſertim à Cicerone, & Platone lib. 2. de Juſto. Rhodig, c. 11. 6. Vide c. 1. lib. 33. Val. c. 10. 7. Solinum quoque. *Dal.*

a *Nun-*

ſed annuis victibus large ſufficiens, prædium c olebat, [a] nunquam ex eo egreſſus: atque [1] (ut è vitæ genere manifeſtum eſt) minima cupidine minimum in vita mali expertus. [1] utique à vitæ. M.

CAP. XLVII.

Quem viventem, ut Deum, coli juſſerint.

CONſecratus eſt vivus ſentienſque oraculi ejuſdem juſſu & Jovis deorum ſummi aſtipulatu, [b] Euthymus [2] pycta, ſemper Olympiæ victor, & [c] ſemel victus. Patria ei Locri in Italia: [3] ibi imaginem ejus & Olympiæ alteram eadem die tactam fulmine, Callimachum, ut nihil aliud, miratum video, [4] Deumque juſſiſſe ſacrificari: quod & [d] vivo factitatum & mortuo: nihilque adeo mirum aliud, quam hoc placuiſſe Diis. [2] poëta. V. [3] ubi. M. [4] ad eumque juſſiſſe ſacrificare. Ch.

CAP. XLVIII. [e] *De ſpatiis vitæ longiſſimis.*

[f] DE ſpatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo ſitus, verum exempla, ac ſua cuique ſors naſcendi incertum fecere. Heſiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabuloſe (ut reor) multa de hominum ævo referens,

a *Nunquam ex eo egreſſus.*] Sic Ælianus ſophiſta nunquam extra Italiam pervagatus eſt, navem nunquam aſcendit, mare ne movit quidem. Apud Platonem in Phæd. Socrates potius hoſpiti, quam incolæ ſimilis extra mœnia non egrediebatur, civitatis fines non tranſibat. Rhodig. cap. 32. 21. *Dal.*

b *Euthymus pycta, ſemper Olympiæ victor, & ſemel victus.*] Quo pacto, quæſo, ſemper victor ille dicetur, qui ſemel victus? Emendaverim, *Euthymus picta, ſed ter Olympiæ victor, &c.* Quater decertavit Euthymus: ac ſemel victus, ter victoriam reportavit. *Meurſ.* Att. lect. pag. 301.

c *Semel victus.*] A Theagene, non juſto quidem bello, ſed dolo, unde nec Theageni honos decretus, ſed mulctæ nomine talentum Euthymo coactus eſt repræſentare. Pauſanias in Eliacis. *Dalecamp.*

d *Vivo factitatum & mortuo.*] Mortuum non eſſe, ſed alio quodam modo hominem eſſe deſiiſſe narrat Pauſanias. *Idem.*

e *De ſpatiis vitæ longiſſimis.*] Lucian. μακροβίοις, Phlegon Trall. de mirac. & longæv. Jac. Panton Tyrocin. poët. lib. 2. el. 19. *Dal.*

f *De ſpatio atque longinquitate.*] Qua ratione brevior ætas longiorve nobis contingat, vide luculenter diſputatum à Rhod. c. 21. 19. In antiquis inſcriptionibus Romæ, *L. Clodius Hirpanus vixit annos 155. dies 5. puerorum halitu refocillatus ac educatus.* Cujacius in Novellam 5. *Idem.*

ferens, cornici novem noſtras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis. Et reliqua fabuloſius in phœnice ac Nymphis. [a] Anacreon Poëta Arganthonio Tarteſſiorum regi CL. tribuit annos, Cinyræ Cypriorum x. annis amplius. Ægimio CC. [b] Theopompus Epimenidi Gnoſſio [1] CLVII. Hellanicus quoſdam in Ætolia [2] Epiorum gentis CC. explere. Cui adſtipulatur [3] Damaſtes, memorans [4] Pictoreum ex iis præcipuum corpore viribuſque, etiam CCC. vixiſſe. [5] Ephorus Arcadum reges [6] CCC. annis. Alexander Cornelius, [7] Dandonem quendam in Illyrico D. vixiſſe. [c] Xenophon in Periplo, [d] maritimorum regem DC. atque ut parce menti-

1 CLVI. *Ch.* CIV. *M.*
2 Ephyrorum. V.
3 Damiades. *Ch.* M.
4 Lictoreum. V. Litorium. *Val. Max.* Pictorium ex his. *Ch.*
5 Teophorus. *M.*
6 tricenis. *Ch.*
7 Candonem. *Ch.*

a *Anacreon poëta Arganthonio Tarteſſiorum regi* CL. *tribuit annos.*] Legendum videtur CLII. ſi credimus divo Auguſtino citanti hunc Plinii locum, lib. de civitate Dei 15. cap. 12. his verbis: *Plinius Secundus cum commemoraſſet relatum fuiſſe in literas quendam vixiſſe* CLII. *annos, alium decem amplius, &c.* Hæc Auguſtinus; puto tamen eum in mendoſum Plinii exemplar incidiſſe. Fidelior enim mihi videtur noſtrorum exemplarium & item excuſorum lectio, in qua ſemper CL. nunquam CLII. legitur. Lucianus in libro de Macrobiis, CL. annos Arganthonium vixiſſe aſſerit. Idem Strabo ſummus auctor libro tertio, adductis etiam verbis Anacreontis poëtæ, quem advocat hic Plinius. Ea ſunt;

Ἐγώτ' ἂν ὔτ' Ἀμαλθείης βυλοίμην κέρας,
Οὔτ' ἔτεσι πεντήκοντα δὲ ἑκατὸν Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι.

Equidem Amalthea cornu nolim, neque annorum CL. *imperium tenuiſſe Tarteſſi.* Valer. Maximus libro octavo, capite de ſenectute CL. annos vixiſſe ſcribit: octoginta namque annos patriam ſuam rexiſſe ait, cum ad imperium quadrageſimo acceſſiſſet. Quod & Herodotus primo volumine, & Cicero in Catone Majore aſſerunt. Secundum autem Pollionem Aſinium, CXXX. vixit: illud non diſſimulaverim, neſcire me, qua ratione inductus Hermolaus, *Argathonius* dicendum eſſe aſſeveret, non *Arganthonius*, contra vetera omnia & nova exemplaria, contraque auctores cunctos, tam Græcos quam Latinos, apud quos *Arganthonius* ſemper cum *n*, in ſecunda, nunquam ſecus legis. *Pint.*

b *Theopompus.*] Val. cap. 14. lib. 8 *Dal.*

c *Xenophon in Periplo maritimorum regem.*] Quis ille rex maritimorum? libri ſcripti habent: *in Periplu Lutmiorum, &c.* lege. Xenophon *in Periplu Latmiorum inſula regem.* Latmus vel urbs vel inſula, unde *ſinus Latmicus.* Salmaſ.

d *Maritimorum regem.*] Vetuſti codices, *Latiniorum inſula regem.* Valer. Maximus libro octavo, capite de ſenectute, *Latinorum regem.* Sequitur ſtatim: DC. *atque ut parce mentitus filium ejus* DCCC. Valerius Maximus loco nuper allegato, DCCC. ſcribit, non DC. regem hunc vixiſſe. Et paulo poſt ubi DC. ſcriptum eſt, Valerius Maximus DCCC. ponit, nimirum ordine verborum commutato. Item magna librariorum allucinatione (nam Plinii inhumanum eſſet dicere) ubi ſcribi *patrem*, debuit, *filium*, poſitum eſt. Valer. Maximus: *Sed multo*, inquit, *liberalius Xenophon, cujus Perigeros legitur. Is enim Latinorum regem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque* DC. *aſſignavit annos.* Pint.

a Inſci-

mentitus, filium ejus DCCC. quæ omnia [a] inſcitia temporum acciderunt. Annum enim alii æſtate unum determinabant, & alterum hieme: alii quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere: quidam Lunæ ſenio, ut Ægyptii: itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe produntur. Sed ut ad confeſſa tranſeamus, Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnaſſe prope certum eſt: putant quadrageſimo cœpiſſe. Maſiniſſam ſexaginta annis regnaſſe indubitatum eſt: [b] Gorgiam Siculum centum & octo vixiſſe. [c] Q. Fabius Maximus [1] ſexaginta tribus annis Augur fuit. M. Perpenna, & nuper L. Voluſius Saturninus, omnium quos in Conſulatu ſententiam rogaverant, ſuperſtites fuere. Perpenna VII. reliquit ex iis, quos cenſor legerat: vixit annos [2] XCVII. Qua in re & illud annotare ſuccurrit, unum omnino quinquennium fuiſſe, quo Senator nullus moreretur: cum Flaccus & Albinus Cenſores luſtrum condidere uſque ad proximos cenſores, ab anno urbis quingenteſimo [3] ſeptuageſimo nono. M. Valerius [4] Corvinus C. annos implevit: cujus inter primum & ſextum Conſulatum XLVI. anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, [5] quoties nemo alius. Æquavit ejus vitæ [6] ſpatium Metellus Pontifex. Et ex fœminis Livia [7] Rutilii XCVII. annos exceſſit: [8] [d] Statilia, Claudio Principe, ex nobili domo, nonaginta

1 LXVI. *Ch.* XLII. *Liv.*
2 LXXXVIII. *Ch.* XCVII. *M.*
3 ſeptuageſimo octavo. *M.*
4 Cornelius. *Ch.*
5 quoties nemo alius. Ita quantum ſpatium ætatis majores noſtri eſſe volunt ad ſenectutis initium tantus illi curſus honorum fuit. Adamavit eius. *Conſtantinus è Val. nullius exemplaris fide.*
6 ſpatia. *Ch.*
7 Rutilia. *M. & Ch.*
8 Stratilia. *M.* Statilia. *Ch.*

a *Inſcitia temporum acciderunt.*] De ſtatuendi anni ſpatio per quam multa Alex. ab Alexand. c. 23. 3. Solin. Polyhiſt. c. 3. Cenſorin. de die nat. ſeu ut alius, Pictorius Philol. lib. 1. c. 2. Diod. Sicul. lib. 1. *Dalec.*

b *Gorgiam Siculum* CVIII. *vixiſſe.*] Cicero in Catone majore: & Valerius Maximus, CVII. Lucianus in Macrobiis cum Plinio CVIII. Pauſanias CV. Quintilianus in tertio, CIX. *Pintian.*

c *Q. Fabius Maximus* LXIII. *annis augur fuit.*] Valerius Maximus loco toties allegato LXII. ſcribit, uno minus. Q. inquit, *Fabius Maximus & LX. annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta jam ætate id adeptus.* Idem.

d *Statilia Claudio principe.*] Seneca epiſtola 78. *Nulla vita eſt non brevis. Nam ſi ad naturam rerum inſpexeris, etiam Neſtoris & Statiliæ brevis eſt, quæ inſcribi monumento ſuo juſſit, annis ſe nonaginta novem vixiſſe. Vides aliquem gloriari ſenectute longa. Quis illam ferre potuiſſet, ſi con-*

1 cvi. *Ch.* 2 Ofelli. *Ch.* Ofelii. *Val. Max.* Auli filia. *Longol.* 3 C. Poppæo. *Sigon.*

ginta novem: Terentia Ciceronis [1] ciii. Clodia [2] Ofilii cxv. hæc quidem etiam enixa quindecies. Luceia mima centum annis in ſcena pronunciavit. Galeria Copiola [a] Emboliaria reducta eſt in ſcenam, [3] Cn. Pompejo, Q. Sulpitio coss. ludis pro ſalute Divi Auguſti votivis, annum centeſimum quartum agens: quæ producta fuerat tyrocinio à

4 ædile. *Ch.* 5 xv. *Ch.* 6 producta. *M.* 7 Summullam. *Ch.*

M. Pomponio [4] Ædili plebis, C. Mario, Cn. Carbone Conſulibus, ante annos [5] nonaginta novem, & à Magno Pompejo magni theatri dedicatione, anus pro miraculo [6] reducta. [7] Samulam quoque centum decem annis vixiſſe, auctor eſt Aſconius Pedianus. Minus miror Stephanionem (qui primus

8 togatus. *Sabell.* 9 ſaltaviſſe, divi. *Ch.* 10 vixerit. *V.Parm.*

[8] togatus [b] ſaltare inſtituit) utriſque ſecularibus ludis [9] ſaltaſſe, & divi Auguſti, & quos Claudius Cæſar conſulatu ſuo quarto fecit, quando lxiii. non amplius anni interfuere, quanquam & poſtea diu [10] vixit. In Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempſin, cl. annis vivere, Mutianus auctor eſt.

11 Totidem annos, id eſt, cl. cenſum. *M.* 12 item cenſum. *V.*

[11] Totidem annos [12] cenſum Claudii Cæſaris Cenſura T. Fullonium Bononienſem: idque collatis cenſibus quos ante detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.

Cap. XLIX. *De varietate naſcendi.*

13 cxxv. *Ch.*

Poſcere videtur locus ipſe ſideralis ſcientiæ ſententiam. Epigenes [13] cxxii. annos impleri nega-

ſi contigiſſet centeſimum implere? &c. Dalec.

a *Emboliaria.*] *Τὰ εἰσόδια* jocularia, quæ ante mimos & Attellanas vel alta voce recitabantur, vel canebantur ad citharam, aut pſalterium, à ſcurris mimicis, urbicis, urbicariis. Eadem mediæ fabulæ interpoſita, τὰ ἐμβόλια dicebantur, unde fit *Embolaria mulier*, id eſt, Scenica, θυμελικὴ: ad finem vero fabulæ, Exodia, Juvenalis Satyr. 6.

Urbicus exodio riſum movet Attellana.

Sunt autem Mimi, ut ait Claudianus, qui lætis ſalibus faceti riſum movent: Pantomimi vero, ut idem ait,

--- nutu manibuſque loquaces.

Scalig. in Manilium. *Idem.*

b *Saltare inſtituit.*] De ſaltationis, ac muſices ſtudio & exercitatione vide plura apud Alex. ab Alex. c. 25. lib. 2. *Idem.*

a *Tetar-*

negavit poſſe: Beroſus [1] excedi CXVII. Durat & 1 exeedit. Ch.
ea ratio, quam Petoſiris ac Necepſos [2] tradiderunt, 2 tradiderit. Ch.
& [3] [a] tetartemorion [4] appellant, à trium ſignorum 3 tetarmorion. V.
portione, qua poſſe in Italiæ tractu [5] CXXVI. annos 4 appellat. Ch.
vitæ contingere apparet. Negavere illi quenquam 5 CXXIV. M. CXXVII. Ch.
XC. partium exortivam menſuram ([b] quod anaphoras
vocant) transgredi, & has ipſas incidi occurſu maleficorum
ſiderum aut etiam radiis eorum, Soliſque. [6] [c] Rurſus Æſculapii ſecta [7] quæ ſtata vitæ ſpa- 6 Rurſus. in M. deeſt.
tia à ſtellis accipi dicit, ſed quantum plurimum 7 qui. M.
tribuat, incertum eſt. Rara autem eſſe dicunt longiora
tempora, quandoquidem momentis horarum
inſignibus Lunæ dierumve ſeptem atque [8] IX. (quæ 8 quindecim. M. XXIV. Parm. dierum, ut VII. atque XV. Ch.
nocte ac die obſervantur) ingens turba naſcatur,
[d] ſcanſili annorum lege occidua, quam climacteras
appellant, non fere ita genitis LIV. annum excedentibus.
Primum ergo artis ipſius inconſtantia declarat,
quam incerta res ſit. Accedunt experimenta
& exempla recentiſſimi [e] cenſus, quem intra quadriennium
Imperatores Cæſares Veſpaſiani, pater
filiuſque Cenſores egerunt. Nec ſunt omnia [9] va- 9 varia. Ch.
ſaria

a *Tetartemorion.*] Eſt *Tetartemorion* Græce, qui *Quadrans* Latine dicitur, conſtans ex quatuor partibus ſigniferi circuli, hoc eſt ſignis tribus, ut annotavit Budæus lib. 1. de Aſſe. *Dal.*

b *Quod anaphoras vocant.*] Eam cœli partem intelligit, quæ 30. partibus, hoc eſt, duobus ſignis ab horoſcopo diſtat. *Idem.*

c *Rurſus Æſculapii ſecta quæ ſtata vitæ ſpacia.*] Exemplar Salmanticenſe, *Æſculapii ſententiam ſecuti qui vitæ ſpacia, &c.* Verbum enim *rurſus*, in eo non legitur. Item non *Æſculapii*, ſed *Aſclepiadæ.* fortaſſe legendum ex Indice, in quo duo hujus nominis auctores referuntur: alter Medicus, Philoſophus alter, qui ſcripſit tragodumena. Medici Aſclepiadis & Plinius ſupra & Galenus frequenter & omnes meminere. *Tint.*

d *Scanſili annorum lege occidua.*] Gellius cap. 7. lib. 15. annum vitæ 63. cum periculo & clade aliqua venire tradit, quod ſepties novem contineat. De hac re fuſius Firmicus cap. 14. 4. & Cenſor. de die nat. c. 14. Cæl. Rhod. 36. *Dalecamp.*

e *Cenſus.*] Cenſus ea fuit ratio. Cives omnes bona æſtimabant, & jurejurando obſtricti æſtimationem deferebant: præterea nomen & ætatem uxoris, liberorum, libertorum, ſervorum: ac cum Romæ id fiebat, qua regione urbis habitarent. Qui ſecus feciſſet, bona publicabantur: verberatus ipſe vænibat, & civitatem amittebat. Inſtitutum hoc à Servio Tullio. Sigonius de ant. jur. Civ. Rom. cap. 14. lib. 1. Onuph. Panvin. ſuper faſt. pag. 53. & 87. De cenſu vero in coloniis peracto, ſingulatim Juſtus Lipſius de milit. Rom. 1. dial. 7. pag. 49. *Idem.*

a *Home-*

ſaria excutienda: mediæ tantum partis, inter Apenninum Padumque, ponemus exempla. Centum viginti annos Parmæ tres edidere, [1] Brixelli unus cxxv. Parmæ duo cxxx. Placentiæ unus cxxxi. Faventiæ una mulier [2] cxxxii. Bononiæ L. Terentius Marci filius, Arimini vero [3] M. Aponius c. & L. Tertulla, cxxxvii. [4] Circa Placentiam in collibus oppidum eſt [5] Velleiacium, in quo cx. annos ſex detulere, [6] quatuor centenos vicenos, unus [7] cxl. M. Mutius M. filius, [8] Galerius Felix. Ac ne pluribus moremur in re confeſſa, in regione Italiæ octava centenûm annorum cenſi ſunt homines liv. centenûm denûm homines [9] lvii. [10] centenûm vicenûm quinûm homines duo, centenûm tricenûm homines quatuor, centenûm tricenûm quinûm aut ſeptenûm totidem, centenûm quadragenûm homines tres. Alia mortalitatis inconſtantia: [a] Homerus eadem nocte natos Hectorem & [b] Polydamanta [11] tradit, tam diverſæ ſortis viros. C. Mario, Cn. Carbone iii. Coss. ad quintum Kalend. Junias, M. Cæcilius Rufus [12] & C. Licinius Calvus eadem die geniti ſunt, oratores quidem ambo, ſed tam diſpari eventu. Hoc etiam iiſdem horis naſcentibus in toto mundo quotidie evenit, pariterque domini ac ſervi gignuntur, reges & inopes.

1 Brixili, &c. *Cb.* Brulixi unus. cxxv. cxxx. Placentiæ unus. *M.*
2 cxxv. *Cb.*
3 Maponia. *Cb.* Maponias. M.
4 Citra. M.
5 Veleiacium. M.
6 quatuor vero. *Cb.*
7 c. quinquaginta.
8 Galeria. M.
9 xiv. M. & *Cb.*
10 centenûm vicenûm homines iv. M.
11 tradit. *Cb.*
12 & Cornelius Licinius Calvus.

CAP.

a *Homerus eadem nocte, &c.*] Homer.
Τοῖσι δὲ Πȣλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν
Πανθοΐδης· ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω·
Ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.
Idem.

b *Polydamanta.*] Alius Polydamas fuit, corporis prodigioſi, viribus Miloni vel æquandus, vel etiam anteponendus, de quo Rhod. cap. 36. 29 *Idem.*

a P. Cor-

CAP. L. *In morbis varia exempla.*

[a] PUblius Cornelius Rufus, qui Conſul cum [1] M. Curio fuit, dormiens oculorum viſum amiſit, cum id ſibi accidere ſomniaret. [b] E diverſo Phalereus [2] tum deploratus à medicis vomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoſte. [c] Q. Fabius Maximus Conſul apud flumen Iſaram prælio commiſſo adverſus [3] Allobrogum Avernorumque gentes, ad VI. Idus Auguſtas CXXX. M. perduellium cæſis, febri quartana liberatus eſt in acie. Incertum ac fragile [4] nimirum eſt hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: malignum vero & breve etiam in [5] iis, quibus [6] largiſſime [7] contingit, univerſum utique ævi tempus intuentibus. [d] Quid, quod æſtimatione

1 Manio. V.
2 jam tum. V.
3 Allobrogum regem. V.
4 nimium. V.
5 his. Ch.
6 longiſſime. V.
7 contigit. Ch.

a *P. Cornelius Rufus qui conſul.*] In Epitome Livii, volumine 14. *P. Cornelius Rufinus* nominatur hic, non *Rufus* Valerius item Maximus libro ſecundo, capite de cenſoria nota: *Quid de Fabricii Licinii cenſura loquar? Narravit enim omnis ætas & deinceps narrabit: ab eo Cornelium Rufinum duobus conſulatibus & dictatura ſpecioſiſſime functum, quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe.* Aſtipulantur Florus libro primo, Eutropius ſecundo, Gellius 17. capite 21. *Pintian*

b *E diverſo Phalereus tum deploratus a medicis.*]. Romana & omnis impreſſa lectio, *Phalereus jam tum deploratus, &c.* Duo noſtra exemplaria, *Phareus jam tum.* Scribo, *Phereus Iaſon*, ex Valerio Maximo libro primo, capite de miraculis: *Divina fortuna vulnus Phereo Iaſoni quidam exitii ejus cupidus intulit, &c.* Magna Hermolai memoriæ hæſitatione, & aliorum qui poſt eum in Plinium aliquid annotaverunt, in reſtitutione loci qui maxime omnium ad manus & in expedito erat. *Idem. Phalereus dum, &c.*] Phereus Jaſon, Cicero de Natura Deor. Prometheus Theſſalus. Plutarch. lib. Quid interſit inter amicum & adulatorem. Τύραννος Πεγμενθάς. Simplicius in 2. φυσικῆς ἀκροάσεως. Victorius cap. 9. 7. Idem & Proclus. Brodæus cap. 21. 1. *Dalec.*

c *Q. Fabius Maximus.*] Æmilianus is fuit, adverſus quem ad confluentem Iſaræ & Rhodani, deinde qua Sulgas Rhodano miſcetur, adverſus Domitium Ænobarbum, Bittus Zuarii filius Avernus, ſummus & fortiſſimus Imperator, CC. M hominum generoſe, quamvis infœliciter conflixit. Strabo lib. 4. *Idem.*

d *Quid quod æſtimatione nocturna, &c.*] Id nimirum eſt quod ſcripſit Plato 7. de Leg. καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Et Ariſtot. 1. Ethicorum, οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου, τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων. Scopelianus tamen apud Philoſtratum lucubratam noctem inter Deos, πλεῖστον σοφίας μέρος ἔχειν dicebat. Rhodig. cap. 11. 25. Mneſimachus comicus ſcite dixit, *Somnium eſſe parva mortis myſteria.* Idem auctor c 6 30 ex Plutarch. conſolat. ad Apollon Inſigne eſt & Ariſtonis dictum, *Vivendi breve tempus homini datum, quoniam ſomnus veluti publicanus dimidium aufert.* Gorgiam ſenio feſſum & dor-

matione nocturnæ quietis, dimidio quiſque ſpatio
[1] ſuæ tantum vivit. *V.* vitæ [1] ſuæ vivit? pars æqua morti ſimilis exigitur,
[2] contigit. *M. & Cb.* aut pœnæ, niſi [2] contingit quies. Nec reputantur
3 nec. *M.* infantiæ anni, qui ſenſu carent, [3] [a] non ſenectæ in
pœnam vivacis. Tot periculorum genera, tot
4 mors. *M.* morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata [4] morte, ut nullum frequentius ſit votum. Natura vero nihil hominibus brevitate vitæ præſtitit melius.
5 torquentur, *M.* [b] Hebeſcunt ſenſus, membra [5] torpent, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam ac ciborum inſtrumenta: & tamen vitæ hoc tempus [6] an-
6 adnumerant. *Cb.* numeratur.
7 Eſt ergo pro. *M.* [7] Ergo pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplum, [c] Xenophilum Muſicum [8] cen-
8 ducentum. *Cb.* ducentis. *M.* prave. tum & quinque annis vixiſſe ſine ullo corporis incommodo. At Hercule reliquis omnibus per ſingulas membrorum partes, [d] qualiter nullis aliis animalibus, certis peſtifer calor remeat horis, aut rigor, neque horis modo, ſed & diebus noctibuſque trinis quadriniſve, etiam anno toto. Atque etiam mor-
9 Mortis quoque enim. *Tol.* bus eſt aliquis, [e] per ſapientiam mori. [9] Morbis
10 impoſuit. *M.* enim quoque quaſdam leges natura [10] poſuit. Quadri-

& dormientem cum familiaris quidam excitaſſet & ecquid valeret ſciſcitaretur, reſpondit is, *ἤδη μὲ ὕπνος ἄρχεται παρακαταθίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ.* Præclarum & illud Ovid.

Stulte quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago.

De ſomno ænigma lepidiſſimum apud Athenæum legitur ex Alexi comico, quod recitat Hadr. Jun. cap. 26. 6. Ejus ultimus verſus eſt, *ὕπνος βροτείων οἱ νόσων παυστὴρ πόνων.* Hygino è nocte & Erebo lethum & ſomnus nati ſunt: unde Virg.

Tum conſanguineus lethi ſopor.

Infra lib. 36. cap. 1. *Dalec.*

a *Non ſenectæ in pœnam vivacis.*] Apud Ciceronem in Catone Majore, ſenibus quibuſdam ita odioſa eſt senectus, ut ſe onus Ætna gravius dicant ſuſtinere: quod & ſenum chorus apud Euripidem in Hercul. furente queritur, *ἁ νεότας μοὶ φίλον· τὸ δὲ γῆρας ἄχθος ἀεὶ βαρύτερον αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κεῖ.* Callimachus Priamum ſæpius quam Troilum ploraſſe ſcripſit, nempe quod diutius vixerit. *Idem.*

b *Hebeſcunt ſenſus.*] De ſenibus præclare Plaut. in Merc.

Senex cum extemplo eſt, jam nec ſentit, nec ſapit:
Ajunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

Idem.

c *Xenophilum Muſicum.*] Valerius c. 14. lib. 8. Xenophilus is fuit Chalcidenſis & Pythagoricus. *Idem.*

d *Qualiter nullis aliis animalibus, &c.*] Leones tamen & capræ febre vexantur. *Idem.*

e *Per ſapientiam mori.*] Deſipientem *Φρενιτίζοντας* male hoc Plinius. *Idem.*

a *Qua-*

[a] Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hibernis menſibus incipere: quoſdam poſt ſexageſimum vitæ ſpatium non [1] accidere: alios pubertate deponi, [2] à fœminis præcipue. Senes minime ſentire peſtilentiam. Namque & [b] univerſis gentibus ingruunt morbi, & generatim modo ſervitiis, modo procerum ordini, alioſque per gradus. Qua in re obſervatum, [3] à meridianis partibus [4] ad occaſum Solis peſtilentiam ſemper ire: [5] nec unquam fere aliter [6] niſi hieme, nec ut ternos excedat menſes.

CAP. LI. *De ſignis mortis.*

JAm ſigna letalia: in [c] furoris morbo [d] riſum: [e] ſapientiæ vero ægritudine, [7] fimbriarum curam & ſtragulæ veſtis plicaturas, [f] à ſomno moventium [g] neglectum [8] [h] præfandi humoris è corpore effluvium: in oculorum quidem & narium adſpectu indubitata maxime, atque etiam ſupino [9] aſſidue cubitu: [i] venarum inæquabili aut formicante percuſſu: quæque

1 accedere. *Ch.*
2 à fœminis. Præcipue ſenes. *V.*
3 in Mer.
4 & occaſu. *Tol.*
5 nec unquam aliter fere, non hieme. *Ch.*
6 niſi hieme ſedari, & ut ternos non excedat *V.*
7 fimbriarum oram & ſtrag. veſt. plicaturas in omnes movere neglectum præfandi. *V.*
8 profundi humoris effluvium.
9 aſſiduo. *V.* ac venanarum inæqualium, & alia quoque. *M.*

a *Quadrini circuitus febrem.*] Quartanam Octavius Horatianus medicus vetuſtate commendabilis, Saturni filiam eſſe tradit, ob tarditatem & malignam contumaciam. In ejus curatione Democritus flagitium aliquot inſigne committere putavit neceſſarium, ut hominem jugulare aut ſauciare, ſanguinem bibere, menſtruum adlinire, ſacras aves, & animalia religione prohibita comeſſe. Hadrian. Jun. cap. 1. lib. 3. *Dal.*

b *Univerſis gentibus.*] Ἐνδημικῶς. *Idem.*

c *Furoris morbo.*] Maniæ. *Idem.*

d *Riſum.*] Hippocrates Aphoriſ. 63. 6. deſipientiam quæ cum riſu fit, tutiorem eſſe vult, quæ cum ſtudio periculoſiorem. At hic riſum intelligo, non quidem hilaritatis indicium, ſed Sardonium riſum, nempe convulſionem faciei, riſui ſimilem. *Idem.*

e *Sapientiæ vero ægritudine.*] Sapientiæ morbum vocat, non in quo ægri ſapiunt, & mente conſtant, ſed in quo læditur & offenditur eorum ſapientia: in quo deſipiunt. *Φρενῖτιν*, Celſus cap. 6. lib. 2. Hippoc. lib. Progn. *Idem.*

f *A ſomno moventium.*] Scribe, *à ſomno morientium.* Sic utrumque præfert exemplar. Eſt autem periphraſis lethargi. *Pintian.*

g *Neglectum.*] Vide infra c. 39. lib. 9. *Dalec.*

h *Præfandi humoris.*] Urinæ. *Idem.* *Præfandi humoris.*] Sic Plinius more ſuo verecunde genitale ſemen circumloquitur; ac ſi dicat, cum præfatione honoris aurium nominandi. *Gelen.*

i *Venarum inæquabili aut formicante percuſſu.*] Hippocratis more ſic arterias appellat, quod & annotavit Rhodigin. cap. 14. lib. 3. Priſcis enim duplices venæ fuerunt, *ἄσφυκτοι*, priores, quæ citra motum ſanguinem diſpergunt: aliæ micantes & pulſatiles, *σφύζουσαι*, quas arterias vocavit poſteritas, *ὅτι ἀείρονται*, quoniam dilatantes ſeſe attolluntur. *Dalecamp.*

quæquę alia Hippocrati principi Medicinæ obſervata ſunt. Et cum [1][a] innumerabilia ſint mortis ſigna, ſalutis ſecuritatiſque nulla ſunt. Quippe cum Cenſorius Cato ad filium de [2] validis quoque obſervationem, ut ex oraculo aliquo, prodiderit, ſenilem juventam prææmaturæ mortis eſſe ſignum. Morborum vero tam infinita eſt multitudo, [b] ut Pherecydes [3][c] Syrius [4] copia ſerpentium ex corpore ejus erumpente expiraverit. Quibuſdam perpetua febris eſt, [5] ut C. Mecœnati. Eidem triennio ſupremo, nullo horæ momento contigit ſomnus. [d] Antipater Sidonius

1 innumerabilia. Ch.

2 valetudinis quoque obſervatione. M.

3 Syrus. V.

4 ſerpentium multitudine ex corp. Ch.

5 ſicut. Ch.

a *Innumerabilia ſunt mortis ſigna.*] Celſus cap. 6. lib. 2. *Dalec.*

b *Ut Pherecydes Syrius copia ſerpentium, &c.*] Ὑπὸ δὲ τῶν φθειρῶν πλήθους τελευτῆσαι. Suidas ſcribit, quos *animalia tetra* vocavit Serenus Laërtius verſibus de illo editis, ad hunc modum ſcripſit: εἰς φθεῖρας ἐστὶν ἀλλάξαι τὸ πρὶν εἶδος. Idem ſua ad Thaletum epiſtola totum ſe pediculis opertum queritur: quæ cum ita ſint, mirum cur hic Plinius ſerpentum copia tradat expiraſſe, quaſi τῶν ἑρπετῶν nomine pediculi ſignificari poſſint. Hæc cum attentius conſiderarem, occurrit apud Ælianum ſub finem lib. 4. Var. Pherecydis hiſtoria, ex Laërtio ut videtur ſumpta: Deinde mox c. 2. lib. 5. alia narratio petita ex alio quodam auctore qua refert: ἐμπεσόντα εἰς ἀῤῥωστίαν πυρετὸν μὲν ἱδρῶσαι ἱδρῶτα θερμὸν, ἰξώδη ὅμοιον μύξῃ, ὕστερον δὲ θηριώδη, μετὰ δὲ φθειριάσαι, καὶ διαλυομένων τῶν σαρκῶν ἐς φθεῖρας τῆξιν ἐπιγενέσθαι, καὶ οὕτως τὸν βίον καταλλάξαι. Hæc cum fortaſſis Plinius legiſſet, ſuſpicor eum vocem θηριώδη ad ſerpentes retuliſſe, cum potius eo loco ſignificet ſudorem noxiorum animalium fœcundum, genitorem ac effectorem, quæ ſtatim pediculos fuiſſe declarat, quamvis Geſnerus fœtidum & viroſum interpretatus ſit. Aurelianus cap. de phthiriaſi, pediculos, in eo morbo, infeſtiſſimos, non conſuetos, aut ſimplicis formæ, ſed ignotos, latiores, duros magis, vehementer morſu ſævientes, qui ſæpe corpora ſub capillo penetrant. Ferales vocari tradit, eos fortaſſis, quos hic Plinius ſerpentes vocat. Nec iis aſſentior qui ſerpentes hinc ſignificari putant medicorum dracunculos, morbum Arabibus, Æthiopibus, & corporibus in eo tractu melancholicis familiarem. Pediculos & vermes olim vocaverunt. Theoph. lib. 1. de ſignis pluviarum, inter earum præſagia numerat, ἰούλους, id eſt, τοὺς ὀνίσκους πρὸς τοῖχον ἕρποντας: cum tamen ii non ſerpant anguium modo, ſed inſtar pediculorum multis pedibus ambulent. *Idem.*

c *Syrius.*] Syrius non à Syria provincia, ſed à Syro inſula una ex Cycladibus. Illum cum viſeret Pythagoras, ac, πῶς διάγεις. rogaret, digito per januam immiſſo, ἐν χροῒ δῆλα, reſpondit. Hunc etiam fato defunctum humi religioſe ut magiſtrum mandavit. Narrarunt Delii peſtiferum eum morbum ab Apolline immiſſum, quod in ejus templo ſedens in frequenti corona circumſtantium arroganter & ſuperbe gloriatus fuiſſet, nulli Deo ſe unquam ſacrificaſſe, nec ideo minus ſanum degere, quam qui Ecatombas immolant: offenſum ergo Deum illam hominis κουφολογίαν tam diro morbo vindicaſſe. Quidam ſcribunt *Scyrium* à Scyro, Suidas tamen σύρον & σύριον ſcripſit. Rhod. ex Æliano cap. 13. 14. & cap. 30. 19. *Idem.*

d *Antipater Sidonius Poëta.*] Valer. cap. ult. lib. 1. *Idem.*

a *Aviola*

Sidonius Poëta omnibus annis, uno die tantum natali, corripiebatur [1] febri, [2] & eo conſumptus eſt ſatis longa ſenecta. 1 febre. Al. & Cb. 2 & ex. V.

CAP. LII. *De his qui elati revixerunt.*

[a] AViola Conſularis in rogo revixit: & quoniam ſubveniri non potuerat prævalente flamma, vivus crematus eſt. Similis cauſa in L. Lamia Prætorio viro traditur. [b] Nam C. Ælium Tuberonem Prætura functum à rogo relatum, Meſſala Rufus, & plerique tradunt. Hæc eſt conditio mortalium, ad has & ejuſmodi occaſiones fortunæ gignimur, uti de homine [3] ne morti quidem debeat credi. Reperimus inter exempla, [4] [c] Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare ſolitam, [d] vagamque è longinquo multa annuntiare, 3 ne forte morti quidem. V. 4 Hermotimi. V.

quæ

a *Aviola Conſularis in rogo revixit.*] Val. Max. cap. 8. lib. 1. Vide & Celſum cap. 6. lib. 2. *Dalec.*

b *Nam C. Ælium Tuberonem.*] Cicero de claris oratoribus. *Q. Ælium Tuberonem* celebrat, L. Pauli nepotem, diſciplina Stoicum, Gracchorum aliorumque clariſſimorum oratorum tempore. *Pint.*

c *Hermotimi Clazomenii, &c.*] Sic eum Ariſtoteles primo Metaphyſicorum appellat: item Lucianus in laudatione muſcæ, & communis Græciæ nominatio. Verum Plutarchus maximæ auctoritatis ſcriptor, *Hermodorum*, non *Hermotimum* nuncupat in libro de dæmonio Socratis verbis: *De Hermodori autem Clazomenii anima, accepiſti quo pacto è corpore egreſſa, vagabatur per loca complura; deinde regrediebatur, cum & audiſſet & interfuiſſet multis quæ longe inde acciderant, quo ad uxoris proditione, inimici corpus illius, dum anima abeſſet, in ſuam poteſtatem redactum, domi exuſſerunt.* Idem.

d *Vagamque è longinquo multa annuntiare.*] Plato in Phædone pollutas & impuras animas, cum è corpore diſceſſerint, circa monumenta & ſepulchra vagari tradit. Quidam ejus auctoritate freti putant, eorum qui mortem ſibi conſciverunt, poſt fatum animas cadaveri magis vinciri & adhæreſcere, illincque nata lemurum & Umbrarum terriculamenta. Virg. 4. Æneid.

Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero.

Brod. cap. 11: 5. Magius cap. 5. 3. de animarum poſt obitum recurſu, & in percuſſorem corporis odio, multa refert, quæſtionem obſcuram explicans & arduam. Quid cauſæ ſit, cur præſente eo qui interfecerit ex ejus vulneribus qui occiſus eſt ſanguis manet? Homer. Iliad. 9. animam quæ è corpore exceſſit, non amplius reverti his verſibus docet:

Α'νδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν ὔτε λῃιςὴ, (ὀδόντων,
Οὔθ' ἑλετὴ ἐπεὶ ἄρκεν ἀμείψε᾽) ἕρκος

Apud Plin. Jun lib. 7. Epiſtolarum mirabilis eſt & terribilis hiſtoria domus peſtilentis & infamis, Athenis ob vagantem noctu ſenis umbram. Vide Magium cap. 12. 4. Huc pertinet Miltiadis ſepulchrum apud Pauſan. & aliud in Lipara Æolica apud Ariſt. lib. περὶ θαυμαϛίων ἀκυσμ. Ovid. 2. Faſtorum:

Vix equidem credo, buſtis exiſſe feruntur,
Et tacita queſti tempore noctis avi. Dal.

1 præſente. *Ch.*

2 quæ magna quæritur. *Parm.* quæ magna quæritur hic fabul. *Ch.*

quæ niſi à [1] præſenti noſci non poſſent, corpore interim ſemianimi: donec cremato eo inimici (qui Cantharidæ vocabantur) remeanti animæ velut vaginam ademerint. [a] Ariſtæi etiam viſam evolantem ex ore in Proconneſo, corvi effigie, [2] magna quæ ſequitur fabuloſitate: quam equidem & in Gnoſſio [b] Epimenide ſimili modo accipio. Puerum æſtu & itinere feſſum in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiſſe annis: [c] rerum faciem mutationemque mirantem, velut poſtero experrectum die; hinc pari numero dierum ſenio ingruente, ut tamen in ſeptimum & quinquageſimum atque centeſimum vitæ duraret annum. Fœminarum ſexus [d] huic malo videtur maxime opportunus, [e] converſione vulvæ: quæ ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur. Huc pertinet nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis, ſeptem diebus fœminæ exanimis ad vitam revocatæ. Varro quoque auctor eſt, [3] xx. viris agros dividentibus Capuæ, quendam qui efferretur [4] feretro, domum remeaſſe pedibus. Hoc idem Aquini accidiſſe. Romæ quoque [5] Corfidium materteræ ſuæ maritum funere locato revixiſſe, & locatorem funeris ab eo elatum. Adjicit miracula, quæ tota indicaſſe conveniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis Corfidio majori accidiſſe, ut videretur expiraſſe, apertoque teſtamento recitatum hæredem minorem funeri

3 è xx. viris agros dividentem Capuæ quendam. *M.* xx. viro ſe agros dividente. *Pint.* & *Ch.* & *Fulv. Urſin. not. ad Var. pag.* 17.

4 foro. V. & *Ch.*

5 Corfidiis. V. Corfidis. *Ch.*

a *Ariſtæi etiam viſam, &c.*] Scribe, *Ariſteæ*, non *Ariſtæi*. ex Herodoto & Plutarcho in Romulo & Suida, & gregatim omnibus qui Proconneſium hunc ſcriptorem *Ariſteam* appellant, non *Ariſtæum*: ut erravit Plutarchi interpres, qui monſtrato loco pro *Ariſteam*, *Ariſtæum* vertit. *Pint.*

b *Epimenide.*] De illo quidem Victorius, c. 1. lib. 24. Varro & Plutarchus quinquaginta tantum obdormiſſe tradunt. *Dalec.*

c *Rerum faciem mutationemque mirantem, velut poſtero experrectum die.*] Puto vitiatum eſſe ordinem verborum, ſcribendumque, *Experrectum velut poſtero die, rerum faciem mutationemque mirantem.* Pint.

d *Huic malo.*] Ἄπνοια, ſpiritus & animæ interceptioni ac privationi. *Dal.*

e *Converſione vulvæ.*] Sic vocat ὑστερικὴν πνῖγα Græcorum. Eo morbo vexatas fœminas ὑστερικῶς πνιγομένας Græci vocant. *Idem,*

a *Juſſu*

[1] funeri inſtitiſſe: interim eum, qui videbatur extinctus, plaudendo [2] conciviſſe miniſteria, & narraſſe à fratre ſe veniſſe, commendatam ſibi filiam ab eo. Demonſtratum præterea, quo in loco defodiſſet aurum nullo conſcio, & rogaſſe ut iis funebribus, quæ comparaſſet, efferretur. Hoc eo narrante, fratres domeſtici propere annuntiavere exanimatum illum: & aurum, ubi dixerat, repertum eſt. Plena præterea vita eſt his vaticiniis, ſed non [3] conferenda, cum ſæpius falſa ſint, ſicut ingenti exemplo docebimus. Bello Siculo Gabienus Cæſaris [4] claſſiarius fortiſſimus captus à Sext. Pompejo, [a] juſſu ejus inciſa cervice, & vix cohærente, jacuit in litore [5] tota die. Deinde cum adveſperaviſſet, [6] cum gemitu precibuſque congregata multitudine petiit, uti Pompejus ad ſe veniret, aut aliquem ex [7] charis mitteret: [8] ſe enim ab inferis remiſſum, habere quæ nunciaret. Miſit plures Pompejus ex amicis, quibus [9] Gabienus: Inferis diis placere Pompeji cauſas & partes pias: proinde eventum futurum, quem optaret: hoc ſe nuntiare juſſum: argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus expiraturus eſſet. [10] Idque ita evenit. Poſt ſepulturam quoque viſorum exempla ſunt: niſi quod naturæ opera, non [11] prodigia conſectamur.

1 fratrem inſtituiſſe. *Sabellicus. male ut indicant ſequentia.*
2 concinniſſe. *M.* concinuiſſe myſteria. V.
3 referendia.
4 claſſium. *M. & Ch.*
5 toto. *Ch.*
6 cum, *in M. deſideratur.*
7 arcanis. *M. & Ch.*
8 ſe autem. a. i. r. habereque quod. *Parm.*
9 Gabienus dixit. *M. & Ch.*
10 Itaque ita venit. *Ch.*
11 prodigioſa. V.

CAP. LIII. *De mortibus repentinis.*

IN primis [12] autem miraculo ſunt atque [13] frequenti mortes repentinæ, hoc eſt, ſumma vitæ felici-

12 autem viſa miraculo ſunt, atque frequentia mortis, &c, quam eſſe naturalem. *Parm.*
13 frequenter *M.* frequentia mortis. *Ch.*

a *Juſſu ejus inciſa cervice.*] Averrhoës 7. Phyſicôn tradit arietem ſe vidiſſe amputato capite huc illuc ambulantem. In Caria Jovis Hoploſimi ſacerdos occiſus, cum percuſſor ignoraretur, capite præciſo Cereidam accuſavit. Rhodig. cap. 23. 3. apud Platonem in Politicis. Val. Max. lib. 1. Clement. Alexand. lib. 5. Stromaton. Eris Armenii filius natione Pamphylius, multis acceptis vulneribus, inter mortuos ad decimum uſque diem relictus, deinde duodecimo ad ſepulturam ſublatus, in rogo revixit, ac mira quædam ſibi viſa, dum exanimis jaceret, narravit. Leopard. cap. 2. lib. 9. *Dalecampius.*

felicitas, quas eſſe naturales docebimus. Pluri mas prodidit Verrius; nos cum delectu modum [1] ſervabimus. Gaudio obiere, præter Chilonem, [a] de quo diximus, Sophocles & Dionyſius Siciliæ tyrannus, uterque accepto tragicæ victoriæ nuntio. [b] Mater pugna illa Cannenſi, filio incolumi [2] viſo contra [3] falſum nuntium. Pudore Diodorus ſapientiæ [4] Dialecticæ profeſſor, [5] luſoria quæſtione non protinus ad interrogationes Stilbonis diſſoluta. Nullis evidentibus cauſis obiere, dum calciantur matutino duo Cæſares, Prætor & Prætura [6] perfunctus Dictatoris Cæſaris pater: hic Piſis [7] exanimatus, ille Romæ. Q. Fabius Maximus in conſulatu ſuo pridie [c] Kalend. Januarias: in cujus locum [8] [d] Rebilus pauciſſimarum horarum Conſulatum petiit: Item C. Vulcatius Gurges Senator: omnes adeo ſani atque [9] tempeſtivi, ut de progrediendo cogitarent. Q. Æmilius Lepidus jam egrediens incuſſo pollice limini cubiculi. [10] C. Aufidius egreſſus cum in Senatum iret, offenſo pede in comitio. Legatus quoque, qui Rhodiorum cauſam in Senatu magna cum admiratione [11] oraverat; in limine Curiæ

1 ſervamus. M.
2 reviſo. Ch.
3 nuntium falſum. M.
4 delectæ. M.
5 luxuriæ. M.
6 P. R. functus. M.
7 exanimatus eſt ille. Ch. & M.
8 M. Orellius. Par. Caninius Rebelius. Turn. Orabilius M. Orbilius. Ch.
9 feſtivi. V.
10 Cauſtiſtius. M. Aufuſtius. Ch.
11 concionaverat. M.

a *De quo diximus.*] Cap. 32. hujus libri. *Dal.*

b *Mater pugna illa Cannenſi.*] Vide Valer. Max. cap. 12. lib. 5. *Idem.*

c *Kalend. Januarias.*] Quibus fiebant comitia conſularia. Statum ea tempus non habuiſſe, ſed ab eo Magiſtratu penes quem tempore quovis ea conſtitit poteſtas, edicto ſignificatum notat Cl. Prævot. de magiſtr. Rom. pag. 94. & 101. Sed cum hoc tempore Kal. Jan. coss. anno præced. deſignati magiſtratum inirent, Quinctuſque ad pridie Kal. Jan. ejus anni qui conſulatum ipſius ſequebatur fato conceſſiſſet, paucas tantum in horas ei ſuffici cupiebat Rebelius, non autem ſequentem in annum coss. deſignari. *Idem.*

d *Rebilus pauciſſimarum horarum, &c.*] Macrob. lib. 2. Satur. de illo Ciceronis jocos refert: *Uno die conſulem fuiſſe. roſtra cum aſcendiſſet, honorem conſulatus iniiſſe pariter, & expiraſſe: ἀνυπεύθυνον fuiſſe, tanquam paucarum horarum: ſomnum toto ſuo conſulatu non vidiſſe: hoc conſecutum, ut quæreretur quibus conſulibus conſul fuiſſet: eo conſule nihil mali factum. Sed ad eum conſulem venientem, à nocte comprehenſum: cum multi ad eum prehenſandum & deducendum irent, properandum, priuſquam ille occuparet ſibi magiſtratum abrogare: eo conſule neminem prandiſſe.* Sed & feſtive M. Oracilium Pitholaum olim Flamines diales fuiſſe, nunc conſules diales fieri. Leop. 17. 3. Macrobius idem & ſimile dictum de Vatinio refert, magnum oſtentum ejus anno factum, quod nec ver, nec æſtas, nec autumnus, nec hiems fuerit. Idem cap. 18. ejuſdem libri. *Idem.*

a Corne-

riæ protinus expiravit progredi volens. Cn. Bebius Tamphilus, Prætura & ipſe functus, cum à puero quæſiſſet horas, [1] A. Pompejus in Capitolio, cum Deos ſalutaſſet, M. Juventius [2] Talva Coss. cum ſacrificaret, C. Servilius Panſa, cum ſtaret in foro ad tabernam hora diei [3] ſecunda, in P. Panſam fratrem innixus. Bebius judex, [4] cum vadimonium differri jubet. M. Terentius Corax, dum tabellas [5] ſcribit in foro. Nec non & proximo anno, dum Conſulari viro in aurem dicit, eques Romanus, ante Apollinem eboreum, qui eſt in foro Auguſti. Super omnes C. Julius medicus dum inungit, ſpecillum per oculum [6] trahens. [7] Jam L. Manlius Torquatus Conſularis, cum in cœna placentam appeteret. L. [8] Durius Valla medicus, dum mulſi potionem haurit. Ap. Saufeius, [9] cum à balineo reverſus mulſum bibiſſet, ovumque ſorberet. P. Quintius Scapula, cum apud Aquilium Gallum cœnaret. Decimus Saufeius Scriba, cum domi ſuæ pranderet. [a] Cornelius Gallus Prætorius, [10] & T. Ætherius eques Rom. in Venere obiere. Et quos noſtra adnotavit ætas, duo equeſtris ordinis in eodem Pantomimo Mythico, tum [11] forma præcellente. Operoſiſſima tamen ſecuritas mortis in M. [12] Ofilio Hilaro ab antiquis [13] traditur, Comœdiarum hiſtrione. Is cum populo admodum placuiſſet natali die ſuo, conviviumque haberet, edita cœna calidam [14] potionem in pultario popoſcit, ſimulque perſonam ejus diei acceptam intuens, coronam è capite ſuo in eam tranſtulit, tali habitu rigens nullo ſentiente, donec accubantium proximus tepeſcere potionem admoneret. Hæc felicia exempla: at contra miſeriarum innumera. L. Domitius clariſſimæ gentis apud Maſſiliam victus, Corfinii captus

1 Aulus Pompejus. *M. & Ch.*
2 Thalna, M. & *Ch.*
3 ad ſecundam. M. & *Ch.*
4 cum Babilium *Pint*, *ex Tol.* dum Babylonium vadimonium differre jubet. *Ch.*
5 ſcriberet. M
6 trahens jam Manlius. *Ch.*
7 Aulus Manlius Torq. M.
8 Ductius. Dictius. V. Tulcius. *Tol.* Tunctius. M. L. Tuntius medicus Valla. *Ch.*
9 è balineo reverſus cum mulſum, &c. M. & *Ch.*
10 & vethrius. M. & *V.* æthorius. *Ch.*
11 tum *in* M. *deeſt.*
12 O filo. M.
13 traditur Comœdiarum hiſtrius cum populo. M. traditur. Comœdiarum hiſtrio is cum. *Ch.*
14 *gloſſema hoc ac proinde inducendum judicat Lipſius elect.* 1. c. 14.

a *Cornelius Gallus.*] Valer. cap. 12. lib. 5. *Dalec.*

a *Felici*

1 potato poſt. M.
2 opere ut viveret annisus eſt. M. adnisus quoque legis Ch.
3 Fœlicis Ruſſei aurigæ, jam igne illato in rogum ejus. Parm.
4 ſe. Ch.
5 à diverſis. M.
6 correptum. V.
7 ingenii. V.
8 Flamminiæ viæ. M.

captus ab eodem Cæſare, veneno [1] poto propter tædium vitæ, poſtquam biberat, omni [2] ope ut viveret, annixus eſt. Invenitur in actis, [3] [a] Felice ruſſato auriga elato, in rogum ejus unum è faventibus [b] jeciſſe [4] ſeſe [c] frivolum dictu, ne hoc gloriæ artificis daretur, [5] [d] adverſis ſtudiis copia odorum [6] [e] corruptum criminantibus. Cum ante non multo M. Lepidus nobiliſſimæ ſtirpis, [f] quem [7] eventi anxietate diximus mortuum, [8] flammæ vi è rogo ejectus, recondi propter ardorem non potuiſſet, juxta ſarmentis aliis nudus crematus eſt.

CAP. LIV. *De ſepultura.*

IPſum cremare apud Romanos [g] non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. At poſtquam longinquis

a *Felice ruſſato auriga elato.*] Is Ruſſatorum factionis fuerat. Aurigarum factiones veſtis colore potiſſimum diſtinguebantur c. 5. lib. 33. Nero publicis ſpectaculis arenam circi chryſocolla ſtravit, concolori panno aurigaturus. Ruſſatus color, Ruſceus Catonis, è viridi rutilus aut flavus. Turn. cap. 8. lib. 17. Adverſ. Caſſiodor. Var. 3. Epiſt. 51. Xyland. ad M. Antonini Vit. pag. 325. Fulv. Urſin. in append. ad Ciacon. de triclin. pag. 113. Fabr. Rom. cap. 12. pag 155. *Idem.*

b *Jeciſſe ſeſe, &c.*] Lego: *Jeciſſe ſe, ſed frivolum dictu.* Vide *Dorleans* in Tacitum. p. 26. 2.

c *Frivolum dictu.*] Sic parvum dictu uſurpat c. 7. lib. 2. *Dalec.*

d *Adverſis ſtudiis, &c*] Aurigis qui adverſæ factionis ſeu adverſarum partium erant, quidam legunt, *adverſis ludiis.* Idem.

e *Corruptum criminantibus.*] Mente alienatum. *Idem.*

f *Quem eventi anxietate diximus mortuum.*] Ambo noſtri codices, non *eventi*, ſed *deverti* agnoſcunt. Scribo *diverti*, ſeu *divortii*. Nam ſuperius cap. 36. oſtenſum fuit, M. Lepidum Apuleiæ uxoris charitate poſt repudium obiiſſe. *Pint.*

g *Non fuit veteris inſtituti.*] Cicero 2. de legib. *Hominem mortuum*, inquit, *lex in XII. Tabulis, in urbe ne ſepelito, neve urito.* Credo propter ignis periculum. Quod autem addit, *neve urito*, indicat non ſepeliri eum qui uritur, ſed humari. Tabulæ quidem earum legum, anno 300. ab urbe condita ſcriptæ fuerunt, teſte Gellio c. 1. 20. Apud Plut. Numa corpus ſuum uri vetat, itemque rogum vino aſpergi cap. 13. 14. hujus operis. Ovid. 4. Faſtor. de Remi funere.

Arſuroſque artus unxit, fecere quod ille
Fauſtulus, & mæſtas Acca ſoluta comas, &c.
Tunc juvenes nondum facti flevere Quirites:
Ultima plorato ſubdita flamma rogo eſt.

Hæc omnia oſtendunt antiquiorem cremandi corpora morem fuiſſe, quam Plinius cenſet. Quanquam à poëtis id per πρόληψιν ſcribi quidam volunt. Magius cap. 10. 3. Locum Romæ in quo plebeiorum & vulgarium hominum corpora comburebantur, Puticulos & Culinas appellabant. Cremandi morem ſub Antoninorum imperio relictum & antiquatum fuiſſe tradit Alex. ab Alex. c. 2. 3. magna diligentia omnia perſecutus, quæ ad funerandi & ſepeliendi cadavera leges pertinent. Vide Valer. Max. cap. 2. 9. Rhodig. capitibus 19. 20. 21. lib. 17. *Dalecamp.*

a *Sepultus*

ginquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſervavere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idque voluiſſe, veritum talionem, [1] eruto C. Marii cadavere. [2] [a] Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: [b] humatus vero humo contectus.

1 obruto. Ch. obrutum C. Marii cadav. F.
2 Sepultus vero. F. & Ch.

Cap. LV. *De Anima, vel de Manibus.*

Poſt ſepulturam [3] aliæ atque aliæ [c] Manium ambages. Omnibus à ſuprema die eadem, quæ ante primum: [d] nec magis à morte ſenſus ullus aut corpori aut animæ, quam ante natalem. Eadem enim

3 variæ Manium. Tol. & Salm. poſt ſepulturam Manium, &c. Ch.

a *Sepultus intelligitur quoquo modo conditus.*] Apud Juriſconſultos, de relig. & ſumpt. fun. ex edicto divorum fratrum cavetur, ne inquietetur corpus ſepulturæ traditum, hoc eſt, terra conditum, viderique terra conditum, etſi in arcula conditum ſit, eo animo, ut non aliò transferatur. Arcularum ſepulchralium lapidearum mentio eſt apud Caſſiodorum in epiſtola quadam regis Theodorici ad Danielem marmorarium lapidicidam. Seneca lib. 1. epiſt. *In ipſa Scipionis Africani villa jacens hæc tibi ſcribo, adoratis manibus ejus & area, quam ſepulchrum tanti viri eſſe ſuſpicor.* In Epitaphio An. Creſtinæ, Ne. qvis. Nos. Inqvietet. Ex. Arca. Neqve. Ab. Ante. Aliam. Ponat. Avt. Commvtet. Rævard. cap. 4. 2. Varior. *Dal.* *Sepultus intelligitur quoquomodo conditus, humatus vero humo contectus.*] Hæc verba ſubdubito an ſint Plinii, an vero alicujus grammatici, qui differentiam inter ea duo verba in margine libri, ut fieri ſolet, notare voluerit. *Pintian.*

b *Humatus vero humo contectus.*] In uſtrina mortui comburebantur: humabantur cum juſta perſoluta fuiſſent poſt Denicale ſacrum, ſepulchro (τῷ τύμβῳ) invecti: Siti vocabantur, impoſito ſepulchri titulo. Inferiarum & funerandi morem vide copioſe à Vertranio explicatum commentario in lib. 4. Varronis de ling. Lat. *Dalec.*

c *Manium ambages.*] Manibus Diti & Proſerpinæ ſacros dies eſſe putavit antiquitas, quibus mundus paret, quod illis abdita & occulta religionis eorum numinum patefierent, & in lucem proferrentur, orcique fores alias clauſæ, iis aperirentur. Varroni autem mundus patet ter in anno: pridie Vulcanalia: tertio Nonas Octobris: ſexto Idus Novembris. Gyrald. ex Varr. Alex. ab Alex. capite 20. 4. *Dalec.*

d *Nec magis à morte ſenſus ullus.*] Homer. Iliad. ψ.

Ὢ πόποι ἦ ῥά τις ἐστὶ καὶ εἰς ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ, καὶ εἴδωλον.

Sic Cn. Matius lib. 23. ſuæ Iliadis.

An maneat ſpecii ſimulachrum in morte ſilentum.

Scaliger. Plautus in Capt.

Poſt mortem in morte nihil eſt quod metuam mali.

Dal. Doctrina hæc ſeu ſentina potius ex fœtulenta Epicuri ſchola hauſta. Lucret. lib. 3.

Nunc age, nativos animantibus & mortalis
Eſſe animos, animaſque levis ut noſcere poſſis, &c.

Primum autem Pythagoram apud Ethnicos animæ immortalitatem aſſeruiſſe notat Carrio emend. 14. 2. Aliter tamen Pauſan. cenſente Meſſen p. 142. Videatur & Plutarchus conſolat. Apollon. pag. 188. & ſympoſ. pag. 278. &c.

[1] enim vanitas in futurum etiam ſe propagat, & in mortis quoque [2] tempora ipſa ſibi [3] vitam mentitur: alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſum inferis dando, & [a] Manes colendo, Deumque faciendo, qui jam etiam homo eſſe deſierit: ſeu vero ullo modo [4] ſpirandi ratio homini à cæteris animalibus diſtet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo ſimilem divinat immortalitatem. [5] Quod autem corpus animæ perſequitur materiam? ubi cogitatio illi? quomodo viſus, auditus, aut [6] quid agit, qui uſus ejus? aut quod ſine his bonum? Quæ deinde ſedes, quantave multitudo tot ſeculis animarum velut umbrarum? puerilium iſta [7] deliramentorum, avidæque nunquam deſinere mortalitatis commenta ſunt. Similis & de aſſervandis corporibus hominum, ac reviviſcendi promiſſa Democrito [8] vanitas, qui non revixit ipſe. Quæ (malum) iſta dementia eſt, iterari [9] vitam morte? quæve genitis quies unquam, ſi in [10] ſublimi ſenſus animæ manet, inter inferos umbræ? Perdit profecto iſta dulcedo credulitaſque præcipuum naturæ bonum, mortem; ac duplicat [11] obitus, ſi dolere etiam poſt futuri æſtimatione evenit. Etenim ſi dulce [12] vivere, cui poteſt eſſe vixiſſe? At quanto facilius certiuſque, ſibi quemque [13] credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento.

CAP.

1 etiam vanitas in futura re.
2 tempore ſibi vita. *M.*
3 vita. *Ch.*
4 ſpirandi ratio cæteris. *M.*
5 Quæ autem corporis animam proſequitur materia. V. Quod autem corpus animæ per ſe, quæ materia? *P.*
6 qui tangit? quis. *M. V.*
7 delinimentorum.
8 vanitas revixit: ipſoque malo iſta *M.* revixit ipſe: maliſque ipſa dementia eſt iterari vitam mortemque. Quæ genitis. *Parm.*
9 vitam mortemque. Interea quies nunquam, ſi ſublime. *M.*
10 ſublime. *Ch.*
11 ac duplicat obituri dolorem etiam poſt futuri æſtimatione. *Sic alias*, obitu, ſi dolorem etiam poſt futura æſtimatione invenit, obitu, ſi dolorem. *Ch.* 12 Vivere eſt. *Ch.* 13 credere ſpecimen ſecuritatis antegenitali experimento. *Pint.* τὸ ac, *certe in Ch. non leg.*

a *Manes colendo.*] Plinio Nepoti lib. 7. Epiſtolarum, manes condere, parentare, juſta perſolvere, quod Virg. 3. Æneid. animam condere:

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.
Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Ovidio condere umbras 5. Faſtor.

Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras,
Et male veloci juſta ſoluta Remo.

Dalec.

a *Diade-*

CAP. LVI. *Quæ quis invenerit in vita.*

CONſentaneum videtur, priuſquam digrediamur à natura hominum, indicare quæ [1] cujuſque inventa [2] ſunt. Emere ac vendere inſtituit Liber pater. Idem [a] diadema, [3] regum inſigne, & triumphum invenit. [b] Ceres frumenta, cum antea [c] glande veſcerentur. Eadem [d] molere [4] & conficere in Attica, Italia, & Sicilia: ob id Dea judicata. Eadem prima leges dedit: ut alii putavere, Rhadamanthus. Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe; ſed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius: alii apud Syros repertas volunt. Utique in Græciam [5] intuliſſe [e] è Phœnice Cadmum ſedecim numero. Quibus Trojano bello [f] Palamedem adjeciſſe quatuor

1 cujuſque ſcientia inventa ſint. M. ſcientia à quocunque Parm.
2 ſint. Ch.
3 regium. Ch.
4 & panem conficere. F.
5 attuliſſe. M. & Ch.

a *Diadema.*] Quale diadema fuerit, & quæ inſignia regum: corona, chlamys, & crepidæ, ſceptrum, ſtola, cidaris, tiara, mitra, prolixe exponit Alex. ab Alex. cap. 28. lib. 1. *Idem.*

b *Ceres frumenta.*] Quamobrem in ejus ſacris placentæ, ſeſama, papaverum capita, & id genus alia myſticis ciſtis incluſa contrectabantur & offerebantur, nulla animalium cæde. Sacris iis qui initiabantur, hac formula religionem profiteri ſolebant, ἐνήστευσα, ἔπιον τ̃ κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην: quod fuit occulti & arcani ejus myſterii σύμβολον. Had. Jun. ex Arnobio & Euſebio, cap. 23. 6. apud Pauſaniam ea ficum arborem Pythalo prima oſtendit.

Ἔνθα δὲ ἄναξ ἥρως Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν
Δήμητρα, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
Ἣν ἱερὰν συκῆν θνητῶν γένος ἐξονομάζει,
Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως.

Idem.

c *Glande veſcerentur.*] Arcadas Pelaſgus rex docuit glande veſci, tuguria, καλιάδας ædificare, pellibus veſtiri. Inde, βαλανηφάγοι Arcades in oraculo Pythiæ dato Lacedæmoniis. Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν οἵ σ' ἀποκωλύσουσ(ι, ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω. Arcas humaniorem vitæ rationem monſtravit, nimirum panis uſum, lanificiique: & texendæ veſtis ſolertiam. Rhod. c. 3. 16. *Idem.*

d *Molere.*] Pauſanias in Laconicis Myletam Lelegis filium, tradit in Aleſia vico molam primo reperiſſe, & ejus uſum in molendis frugibus docuiſſe: indeque dictum vicum eum Aleſiam, quaſi piſtrinam aut piſtorium. *Idem.*

e *E Phœnice.*] Tyrios primos literas aut docuiſſe aut didiciſſe, tradit Q. Curt. lib. 4. *Idem.*

f *Palamedem adjeciſſe.*] Palamedem ajunt Y, literam inveniſſe ex ordine gruum volantium. Martialis:

Turbabis verſus, nec littera tota manebit,
Unam ſi tollas, hinc Palamedis avem.

Φ, vero à figura crucis, quæ in inferiore parte ejus literæ ſpectatur.

Hæc crucis effigies Palamedica porrigitur φ.

Scaliger in Auſon.

a *Simo-*

tuor hac figura ΘΞΦΧ. Totidem poſt eum [a] Simonidem [1] Melicum, ΖΗΨΩ. quarum omnium vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles x. & VIII. priſcas fuiſſe: ΑΒΓΔΕΖΙΚΛΜΝΟΠΡΣΤΥΦ: & duas ab Epicharmo additas ΘΧ, quam à Palamede mavult. Anticlides in Ægypto inveniſſe quendam nomine Menona tradit [2] xv. annis ante Phoroneum antiquiſſimum Græciæ regem: idque monumentis approbare conatur. E diverſo Epigenes, apud Babylonios DCCXX. annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimum, Beroſus & Critodemus, CCCC [3] LXXX. annorum. Ex quo [4] apparet æternus literarum uſus. In Latium eas attulerunt Pelaſgi. [5] [b] Laterarias, ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius [6] fratres Athenis: antea ſpecus erant pro domibus. Gellio [7] Doxius [8] Cæli filius, lutei ædificii inventor placet, exemplo ſumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops à ſe appellavit Cecropiam, quæ nunc eſt [9] arx Athenis. Aliqui Argos à Phoroneo rege ante conditum volunt: quidam & Sicyonem. [10] Ægyptii multo ante apud ipſos Dioſpolin. [11] Tegulas invenit Cinyra [12] Agriopæ filius, & metalla æris, utrunque in inſula Cypro: Item forcipem, [13] marculum, vectem, incudem. Puteos Danaus, ex Ægypto advectus in Græciam, quæ vocabatur [14] Argos Dipſion. [15] Lapicidinas Cadmus Thebis, [16] aut, ut Theophraſtus, in Phœnice. Thraſon muros. Turres, ut Ariſtoteles,

1 Medicum. *M.*
2 xv. annorum ante Phoronea. *Ch.*
3 nonaginta. *M.* & *Ch.*
4 appareret, æternum literarum uſum. *Ch.*
5 Laterarias. Domum. *M.* Lateritias domos. V.
6 fratres. Athenis antea. *M.*
7 Toxius. *Ch.*
8 Cælii. *V.*
9 Athenæ. *M.*
10 Ægyptii vero. *Ch.*
11 Regulas. *M.*
12 agricolæ. *M.*
13 martulum. *M. Ch.* *Turn. ex Capro.* ſarculum. V. martellum. *Tol.*
14 Argidipſion. *Parm.*
15 Lapidicinas. *Ch.*
16 Archeophraſius. *M. V.*

a *Simonidem Melicum.*] E Cæo inſula fuit Simonides, Melicus vero ἀπὸ τῶν μελῶν. *Dalec.*

b *Laterarias ac domos conſtituerunt, &c.*] Legend. *Lateritias domos conſtituerunt primi Euryalus ac Hyperbius fratres Athenis, &c.* Agrolas ac Hyperbius homines Pelaſgi, qui ſub arce Athenarum habitarunt, muro eam cinxere. Pauſan. Attic. accepta in extructi ejus mercede regione ſub Hymetto quam colerent. Herodot. lib. 5. Hos οἰκοδομικῆς auctores indicare voluit Plin. mutandum igitur alterutrius nomen. *Reineſ.* Var. lect. lib. 2. c. 7. pag. 169.

a *Cyclopes.*]

teles, [a] Cyclopes: Tirynthii, ut Theophraſtus. Ægyptii textilia: [1] inficere lanas Sardibus Lydi. Fuſos in lanificio Cloſter filius [2] Arachnes: linum & retia Arachne. Fulloniam artem Nicias Megarenſis. Sutrinam [3] Boëthius. Medicinam Ægyptii apud ipſos volunt repertam: alii per Arabum, Babylonis & Apollinis filium: Herbariam & medicamentariam à Chirone, Saturni & Phylliræ filio. [b] Æs conflare & temperare, Ariſtoteles Lydum [4] Scythen monſtraſſe, Theophraſtus [5] Delam Phrygem [6] putat. [c] Ærariam fabricam alii Chalybas, alii [d] Cyclopas. [e] Ferrum Heſiodus in Creta eos, qui vocati ſunt Dactyli Idæi. Argentum invenit Erichthonius Athenienſis, ut alii, [7] Æacus. Auri metalla & [8] conflaturam, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem: ut alii, Thoas & [9] Eaclis in Panchaia: aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinæ quoque inventionem [10] & mellis [11] aſſignat. Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportavit Midacritus. Fabricam [12] ferrariam invenere Cyclopes. Figlinas Corœbus Athenienſis. In iis orbem Anacharſis Scythes, ut alii, [13] Hyperbios Corinthius. [14] Fabricam materiariam Dædalus,

1 infecere. *M. & Cb.*
2 Arachnæ. *Cb.*
3 Tibus Bœotius. *Tol. & Cb.*
4 Scytin. *Tol.*
5 Deltam. *V.*
6 putant.
7 Cæacus. *Turn. ex Hygin. & V.*
8 flaturam. *Cb.*
9 Æolis. *Cb.*
10 ex melle. *M. V.*
11 ſignat. *Cb.*
12 ferream. *Cb.*
13 Hyperbius. *Cb.*
14 Fabricæ materiam Dædalus. *Tol.* Fabricam materiarum. *V.*

a *Cyclopes.*] Virg. in 6. Æneid. *Cyclopum educta caminis Mœnia conſpicio.* Nam ii fabricam ferrariam invenerunt & munitiones oppidorum, ut Tyrinthes Pauſaniæ, & quod quidam putant, Mycenarum. Turn. c. 46. 82. *Dalec.*

b *Æs conflare & temperare.*] Pauſan. in Arcadicis Rhæcum Philæi & Theodorum Teleclis filium, ambos Samios, æs conflare & cudere primos docuiſſe tradit, à Theodoroque cælatum ſmaragdum, quo Polycrates Samius maxime delectabatur. *Idem.*

c *Ærariam fabricam.*] Ferri fundendi modum Theodorum Samium inveniſſe ex Pauſania conſtat, & Rhod. ſcribit cap. 5. 18. *Idem.*

d *Cyclopas.*] Cyclopas fulminis Jovis fabros Virgil. & Heſiodus Aſteropen, Bronten, Argen, nominant. Hos cum Apollo ſagittis occidiſſet, quod Jovi fulmen cudiſſent, quo Æſculapium necaverat, cœlo depulſus Admeto famulari coactus eſt. Panyaſis apud Clementem Alexandrinum, τλῆ δ' Ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.

Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν εἰς ἐνιαυτόν.

Leopard. c. 9. 2. *Idem.*

e *Ferrum Heſiodus.*] Ferri ferruminandi rationem primum inveniſſe Glaucum Chium, Pauſanias in Phocicis tradit. Strab. lib. 20. Idæi dactyli ferrum primum fabricati ſunt. Eidem lib. 14. Telchines primi ex ære & ferro varia opera fecerunt. *Idem.*

a *Prome-*

lus, & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, [1] ichthyocollam: [2] normam autem, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius. Menſuras & pondera, Phidon Archivus: aut Palamedes, ut maluit Gellius. Ignem è ſilice Pyrodes Cilicis filius: eundem aſſervare in ferula, [a] Prometheus. Vehiculum cum quatuor rotis Phryges. Mercaturas Pœni. [3] Culturas vitium & arborum Eumolpus Athenienſis. Vinum aqua miſceri Staphylus [4] Sileni filius. [b] Oleum & trapetas Ariſtæus Athenienſis. Idem mella. Bovem & aratrum [5] Buzyges Athenienſis, ut alii, Triptolemus. Regiam civitatem Ægyptii, popularem Attici. Poſt Theſeum tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti. Servitium invenere Lacedæmonii. Judicium capitis in [6] Ariopago primum actum eſt. Prælium Afri contra Ægyptios [7] primum fecere fuſtibus, quos vocant phalangas. Clypeos invenerunt Prœtus & Acriſius inter ſe bellantes, ſive Chalcus Athamantis filius. Loricam Midias Meſſenius. Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonii. Ocreas & criſtas Cares. Arcum & ſagittam Scythen Jovis filium, alii ſagittas Perſen Perſei filium invehiſſe dicunt: lanceas Ætolos, jaculum cum amento Ætolum Martis filium. Haſtas velitares Tyrrhenum, pilumque: Pentheſileam Amazonem ſecurim. Piſcum venabula, & in tormentis ſcor-

1 Lithocollam. *Alii. ſic & M.*

2 normam, fornicem autem. *V. lege* forpicem.

3 Culturam. *Cb.*

4 Silethi. V.

5 Briges. V. Bytyges. *Cb. cui ſuperne adſcript.* vel Buziges.

6 Areopago. *M. & Cb.*

7 primi. *Cb.*

a *Prometheus.*] Pauſanias non à Prometheo, ſed à Phoroneo ex Argivorum ſententia, repertum ignem, & cum mortalibus communicatum ſcribit. Vide Rhod. cap. 14. & 15. lib. 15. *Dalec.*

b *Oleum & trapetas Ariſtæus Athenienſis.*] Diodorus quinto, docet nos, *Cyrenenſis* hic legendum eſſe, non *Athenienſis*, his verbis: *Nunc Ariſtæi acta ſequentur. Hic ex Apolline ac Cyrene Hipſei filia genitus eſt. De cujus genere quidam ita tradunt. Cum Cyrene apud Pelium virgo educaretur, Apollo ejus forma captus raptam virginem in Libyam detulit ad ea loca, in quibus poſtmodum civitas condita eſt ab ejus nomine Cyrene. Ex ea filium ſuſcepit Ariſtæum, quem infantem tradidit Nymphis nutriendum, à quibus triplici nomine eſt appellatus Nomius, Ariſtæus, Agræus. Ab his nymphis cum lac coagulare, mel atque oleum conficere didiciſſet, primus ea in uſum hominum traduxit.* Pint.

a *Cretæ*

ſcorpionem [a] Cretas, catapultam [1] [b] Syros, Phœnicas baliſtam & [c] fundam. Æneam tubam, Piſeum Tyrrhenum. Teſtudines Arthemonem Clazomenium. Equum (qui nunc aries appellatur) in muralibus machinis [2] [d] Epeum ad Trojam. Equo vehi Bellerophontem. Frœnos & ſtrata equorum [e] Pelethronium. Pugnare ex equo Theſſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem. Bigas [3] primum junxit Phrygûm natio, [f] quadrigas Erichthonius. Ordinem exercitus, ſigni dationem, [g] teſſeras, vigilias Palamedes invenit Trojano bello. [4] Specularem ſignificationem eodem Sinon. Inducias [5] Lycanor. Fœdera Theſeus. Auguria ex avibus Car: à quo Caria appellata. Adjecit ex cæteris animalibus Orpheus. [6] Aruſpicium Delphus, [h] igniſpicia Amphiaraus, auſpicia

1 Sicilios, Phœnicas. *Turn.* Syrophœnicas. *Cb.*

2 primum Epeum. *M.*

3 prima. *Cb.*

4 Specularum. *M.*

5 Lycaon. *V.*

6 Aruſpicam *Tol.* Ariſpicam. *Cb.*

a *Cretas catapultam.*] Ælianus inventam ſcribit in Sicilia à Dionyſio tyranno: ideoque allata è Sicilia catapulta, Græcum quemdam dixiſſe αἰλέτρ δρετή. Siculos Machinalis ſcientiæ peritiſſimos fuiſſe oſtendit Archimedes. Turn. c. 18. 29. *Dalec.*

b *Syros, Phœnicas baliſtam & fundam.*] Scribe conjunctim *Syrophœnicas*, tum ex vetuſto utroque codice tum ex geographis. Mentio & in ſacris literis mulieris Syrophœniſſæ. *Pint.*

c *Fundam.*] Ætolos Strabo inveniſſe ſcribit. Pollux fundam Acarnanum, qui Ætolis vicini ſunt, laudat. Had. Jun. c. 2. lib. 1. *Dalec.*

d *Epeum ad Trojam.*] Septimius Florens inventum fuiſſe à Carthaginenſibus ait, Vitruvius in oppugnatione Gadium id factum fuiſſe ſcribit. Vide Turn. c. 20. lib. 8. Adverſar. *Idem.*

e *Pelethronium*] Virgil.

Frena Pelethronii Lapithæ gyroſque dedere,
Impoſiti dorſo, &c.

Contra quam Plinius ſcribit, Lapithas Pelethronios Virgilius nominat, à Pelethronio Theſſaliæ monte, quem incolebant, ubi primum domitos equos fuiſſe tradunt. Turn. cap. 9. lib. 21. adverſ. *Idem.*

f *Quadrigas Erychthonius.*] Cicero de Natur. Deor. lib. 3. quadrigarum inventricem fuiſſe tradit quartam Minervam Jove natam, ex Coryphe Oceani filia, quam Arcades à matre Coriphaſiam vocaverunt. Victorius cap. 15. lib. 21. *Idem.*

g *Teſſeras.*] Idem ſcribunt & Philoſtratus in Heroicis, & Nazianzenus in 1. στηλιτευτικῇ, Pauſanias in Argolicis, cuboſque abs ſe inventos conſecraſſe illum in Fortunæ templo. Sophocles in Palamede, Οὐ λιμὸν οὗτος τῶνδ' ἀπῶσε, σὺν θεῷ εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας πεσσοὺς, κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος. Polemonis ætate apud Ilium ſaxum monſtrabatur, ſuper quo Græci teſſeras jacebant. Celebratur & ab auctoribus ἀβάκιον παλαμήδειον Plato tamen in Phædro Ægyptios inveniſſe ait numerandi ac calculos ſubducendi rationem, tum etiam πεττείαν atque κυβείαν. Hadrian. Jun. cap. 4. 2. *Idem.*

h *Igniſpicia Amphiaraus, auſpicia avium Tireſias Thebanus.*] Verbum *auſpicia*, deſideratur in utroque exemplari. Reliqua ſic lego. *igniſpicia Amphiaraus* ant

auſpicia avium Tireſias Thebanus. Interpretationem oſtentorum & [a] ſomniorum Amphictyon. Aſtrologiam Atlas Libyæ filius, ut alii, Ægyptii: ut alii, Aſſyrii, [1] Sphæram in ea Mileſius Anaximander. Ventorum rationem Æolus Hellenis filius. Muſicam Amphion. [2] Fiſtulam & monaulum Pan Mercurii: obliquam [b] tibiam Midas in Phrygia: geminas tibias [3] Marſias in eadem gente, Lydios modulos Amphion: Dorios Thamyras Thrax: [c] Phrygios Marſias Phryx: Citharam Amphion: ut alii, Orpheus, ut alii, Linus. [4] Septem chordis additis Terpander. Octavam Simonides addidit: nonam Timotheus. Cithara ſine voce cecinit [5] Thamyras primus: cum cantu Amphion: ut alii, Linus. [6] Citharœdica carmina compoſuit Terpander. Cum tibiis canere voce Trœzenius Dardanus inſtituit. Saltationem armatam Curetes docuere, [d] Pyrrichen Pyrrhus, utramque in Creta. Verſum heroicum

1 Spiramina. *M. prave.*

2 Fiſtulam Pan: & Monaulon Mercurius. *M.*

3 Marſias. In eadem. *Ch.*

4 Septem chordis primum cecinit III. ad IV. primas additis. *Ch.*

5 Thamyris. *Ch.*

6 Cithara edita. V.

aut Tireſias. Nam ſi auſpicia tribuas Tireſiæ, diſcordabit Plinius à ſeipſo: ſupra enim auſpicia aſſignaverat Cari. *Pint.*

a *Somniorum.*] Quorum alia ſunt ἀλληγορικὰ, alia θεωρηματικά. Ὀνειροκριτικοὺς libros de his præſcitis ſcriptos vocant, ut οἰωνιστικοὺς augurales, & θυτικοὺς, de aruſpicina. Clemens Alex. ἐν Στρώμασι, Telmiſſeos narrat primos excogitaſſe, τὴν δι' ὀνείρων μαντικήν. Cicero quidem in Telmeſſo oppidulo Lyciæ excelluiſſe teſtatur aruſpicum diſciplinam, ut & Arrianus lib. 2. de geſt. Alex. Hadr. Jun. cap. 18. eos recenſet, qui ſuis ſcriptis eam artem illuſtrarunt. *Dalec.*

b *Tibiam Midas in Phrygia.*] Vide notata infra ad cap. 8. lib. 35. Tibias porro funebres, quibus Næniæ, Leſſi, Mortualia θρηνῳδὴ, ſive θρηνητικὰ αὐλήματα canebantur à præficis, quæ, ut ait Papinius, ficta pietate alienos dolores colunt, nec ſua plorant funera, Phryges invenerant: nempe θρηνητικοὺς αὐλούς. Quamobrem apud Nonium Varro Pergameam præficam requirit. in voce Nænia. Cares à Phryg. id didicerunt, unde καρικὸν μέλος Polluci, & καρῖναι Heſych. θρηνῳδοὶ μουσικαὶ, αἳ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παρεπέμπουσι πρὸς τὰς ταφάς. *Scaliger.*

c *Phrygios.*] Auditis illis ſemiviri Galli matris Deûm ſacerdotes, in furorem quaſi ex imperio agebantur, non item reliqui homines. Seneca epiſt. 109. Lucianus in Nigrino, Philoſtratus, Brodæus cap. 13. 5. *Dalec.*

d *Pyrrichen Pyrrhus.*] Ariſtoteli Achilles. Quidam ab ardore, id eſt, velocitate dictam volunt. Ardere enim feſtinare eſt. Poëta, *Inſtant ardentes Tyrii*: ac rurſum, *Ardet abire fuga.* Nicolaus apud Stobæum, οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ καὶ τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. Pyrricha luſus & ſaltatio cum ſimulachro pugnæ, vel equeſtris, Dioni πεζικὰς & ἱππι-

[1] heroicum Pythio oraculo [2] debemus. De poëmatum origine magna quæſtio [3] eſt. Ante Trojanum bellum probantur fuiſſe. [a] Proſam orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit, [4] Cyri regis ætate. Hiſtoriam Cadmus Mileſius. Ludos Gymnicos in Arcadia Lycaon: [b] funebres [5] Acaſtus in Iolco: [c] poſt eum Theſeus in Iſthmo. Hercules Olympiæ athleticam: [6] Pythus [d] pilam luſoriam: [7] [e] Gyges Lydius picturam in Ægypto: in Græcia vero Euchir Dædali cognatus, ut Ariſtoteli placet: ut Theophraſto, Polygnotus Athenienſis. [8] Nave primus in Græciam ex Ægypto Danaus advenit: [9] ante ratibus navigabatur, [f] inventis in mari rubro inter inſulas à rege Erythra. Reperiuntur, qui Myſos & Trojanos priores excogitaſſe in Helleſponto putent, cum tranſirent adverſus Thracas. Etiam nunc in Britannico Oceano vitiles corio circumſutæ fiunt: in Nilo ex papyro, & ſcirpo, & arundine. Longa nave [g] Jaſonem primum navigaſſe, Philoſtephanus auctor eſt: Egeſias Paralum: [10] Ctesias Samy-

1 heroum. Ch.
2 habemus M.
3 Eſt, in M. deeſt.
4 tempore Cyri regis. M.
5 Acaſtus Iolco. Ch.
6 Picus. Ch.
7 Gyges Lydus picturam Ægypti, & in Græcia Euchiraræ.
8 Navem primus in Græcia ex Ægypto Danaus advenit. M. Græciam, &c. advexit. V.
9 anted. M. & Ch.
10 Cteſias Semiramin. Ch.

& ἰν πεζῷ: vel pedeſtris. Cujacius c. 10. l. 13. Obſerv. Apud Apulejum l. 10 Aſini, pueri & puellæ Pyrrhicham ſaliant, depoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrantes, nunc in orbe rotarum flexuoſi, &c. Vide locum. *Dalec.*

a *Proſam orationem, &c.*] *Proſam orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit, &c.* Et lib. 5. cap. 29. *Nec fraudanda cive Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit:* iiſdem verbis eandem rem diverſis locis, diverſis auctoribus attribuit in eodem opere. Vide *Salmaſ.* pag. 840. b. 841. a.

b *Funebres Acaſtus.*] Romanis duplex funus fuit; alterum in quo adhibebantur ludi & deſultores, indictivum: alterum, in quo ludi tantum, Simpludearium, quaſi ſimplex. *Scaliger in Auſonium.*

c *Poſt eum Theſeus in Iſthmo*] Legendum opinor; *Siſyphus in Iſthmo:* non *Theſeus*; auctore Pindari enarratore in argumento Iſthmiorum. *Pint.*

d *Pilam luſoriam.*] Lydos omnium primos pilæ, teſſerarum, aleæ luſum, inſtitoriam, cauponariamque artem inveniſſe, aureum item & argenteum nummum primos cudiſſe; ſcribit Rhod. cap. 14. lib. 24. *Dalec.*

e *Gyges Lydius.*] Archetypum Toletanum, *Cynges, iuctus*, ut forte ſcribi poſſet, *Cynges Lyctius*, ab urbe Lycto. *Pint.*

f *Inventis in mari rubro.*] Navem primum à ſe inventam gloriatur apud Æſchylum Prometheus: *θαλασσόπλαγκτα δ' ἔτις ἄλλος ἀντ' ἐμῦ λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.* Muret. Var. cap. 11. lib. 1. *Dal.*

g *Jaſonem.*] Jaſonem pro quovis ditiſſimo rege dixit Plautus in Pſeud.

---- *atque adeo ut frumento affluam,*
Ut civitas mihi nomen commutet, meque ut prædicet,
Lenone ex Ballione regem Iaſonem.

Idem.

1 Antimachus. V. Archeachus. *Ch.* Samyram: Saphanus Semiramin: [1] Archimachus Ægæonem: Biremem [2] Damaſtes Erythræos feciſſe: triremem [a] Thucydides Aminoclem Corinthium: quadriremem Ariſtoteles Carthaginienſes.

2 Demaſthenes, V.

Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminius: ſex ordinum Xenachoras Syracuſius: ab ea ad decemremem [3] Mneſigeton. Alexandrum Magnum ferunt inſtituiſſe ad XII. ordines. Philoſtephanus Ptolemæum Soterem ad quindecim: Demetrium Antigoni ad XXX. Ptolemæum Philadelphum ad XL. Ptolemæum Philopatorem, qui Triphon cognominatus eſt ad L. Onerariam Hippus Tyrius invenit, lembum Cyrenenſes, cymbam Phœnices, [4] celocem Rhodii, cercuron [5] [b] Cyprii. Siderum obſervatione in navigando Phœnices, remum Copæ, latitudinem [6] ejus Plateæ, [c] vela Icarus, malum & antennam Dædalus: [d] Hippagum [7] Samii, aut Pericles Athenienſis: tectas longas Thaſii: antea ex prora tantum & puppi pugnabatur. [e] Roſtra addidit Piſeus: Tyrrheni anchoram: Eupalamus eandem bidentem: Anacharſis [f] harpagonas: & manus

3 Neſigiton. *Ch.*

4 celetem. *M. Turn. & Ch.*

5. Corcyræos. *Turn.*

6 navium. *V.*

7 Damias. *Tol. Salm.*

a *Thucydides.*] Φαίνε(ται) δὲ, inquit, καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. *Dal.*

b *Cyprii*] Corcyræi interpreti Thucydidis; cujus opinionem utcumque aſſerit, τῶν κερκούρων appellatio. Turn. cap. 18. 29. *Idem*

c *Vela Icarus.*] Hoc Dædalo tribuit Pauſanias in Bœoticis. *Idem.*

d *Hippagum Samii aut Pericles Athenienſis*] Ambo exemplaria, *Hippagum Damias, aut Pericles Athenienſis.* Hippagines has vocat Feſtus, quibus equi vehantur, quas inquit, Græci *Hippagus* vocant. *Hippagogus* appellat Ariſtophanes ejuſque expoſitores in comœdia Hippis. Suidas quoque *Hippagogus.* Quid vero in hoc loco ſibi velit Hermolaus, minime intelligo. *Pint.*

e *Roſtra addidit Piſeus. Tyrrheni anchoram. Eupalamus eandem bidentem: Anacharſis Hippagonas, &c.*] Præpoſtera punctorum interlocatio & lectionem, & ſenſum & rerum fidem depravavit, nonnulloſque noſtræ ætatis doctos alioqui viros in errorem invexit. Scribendum igitur ſic, *Roſtra addidit Piſeus Tyrrhenus, Anchoram Eupalamus. Eandem bidentem Anacharſis.* De Piſeo enim Tyrrheno hoc ipſo capite ſupra Plinius. Bicipitem autem anchoram ab Anacharſi inventam, auctor eſt Strabo libro ſeptimo. *Pintian.* Vide Rhodig. c. 24. 18.

f *Harpagonas & manus Pericles Athenienſis.*] Si ſic legatur, duas res eſſe quiſpiam putabit, cum una tantum ſit. Curtius libro 4. *Omnia belli apparatu ſtrepunt. Ferreæ quoque manus harpagonas vocant, quas operibus hoſtium injicerent, corvique & alia tuendis urbibus excogitata præparabantur.* Proinde lego hic, *Harpagonas aut manus.* Pint.

a *Claſſe*

nus Pericles Athenienſis, adminicula gubernandi Typhis. [a] Claſſe princeps depugnavit Minos. Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus bovem.

CAP. LVII. *In quo primùm gentium conſenſus.*

GEntium conſenſus tacitus primus omnium conſpiravit, [1] ut Ionum literis uterentur. 1 ut literis uterentur. *Hot.*

CAP. LVIII. *De literis antiquis.*

VEteres Græcas fuiſſe eaſdem pene, quæ nunc [2] ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula 2 ſunt. *Ch.* antiqui æris, quæ eſt hodie in Palatio, dono principum Minervæ dicata in bibliotheca, cum inſcriptione tali, *Ναυσικράτης ποιμένης Ἀθηναῖος* [3] *κόρῃ καὶ Ἀθηνᾷ ἀνέθηκεν.* 3 *Hæc poſtrema in V. non leguntur.*

CAP. LIX. *Quando primùm tonſores Romæ.*

SEquens gentium conſenſus in tonſoribus fuit, ſed Romanis tardior. [b] In Italiam ex Sicilia venere poſt Romam conditam anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto, adducente P. [4] Ticinio 4 Tinnio. *Ch.* Mena, ut auctor eſt [c] Varro; [5] ante intonſi fuere. 5 antea. *Ch.* [d] Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus [6] ſequens: Divus Auguſtus cultris ſemper uſus eſt. 6 *i. e.* minor. *vid. ſupra cap.* 44.

CAP.

a *Claſſe princeps depugnavit Minos.*] His viribus, auctore Ariſt. lib. 2. de Repub. inſulas partim ſubegit, partim oppidis conditis, populoſas & frequentes reddidit: ad extremumque cum Siciliæ bellum intuliſſet, ad Camicum oppidum, cui imperabat Cocalus Dædali filius, dolo interfectus eſt, *ἐδόκει δοκεῖν*. Victorius ex Strabone & Stephano c. 18. 16. *Dalec.*

b *In Italiam ex Sicilia*] Antea, ut apud Nonium Siſennas ait, immiſſa barba, id eſt, demiſſa, populus fuit. Vide Gell. lib. 3. c. 4. An. Hot. *πώγωνα*. *Dalec.*

c *Varro.*] Cap. 11. lib. 11. *Idem.*

d *Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus.*] Eum, qui primus Athenis radi ſe paſſus eſt, per ludibrium *κόρσην* vocatum fuiſſe Chryſippus ſcripſit. Hadrian. Jun. lib. de Coma Alexis, *τί γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ὑμᾶς πρὸς θεῶν δι᾽ ἃς ἀνὴρ ἕκαστος ὑμῶν φαίνεται*). Adductis ante Romam è Sicilia tonſoribus, juvenibus mos fuit barbam radere, & comam tondere; ad annum uſque 40. poſtea vero minime. Alex. ab Alex. c. 18. lib. 5. *Idem.*

1 diximus ſecundo. *M.*
2 *Vet. lect.* Cum à Curia inter Roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet Solem. *ſic & Turn. continuans ita ſententia*, Solem à columna Menia ad carcerem.
3 proſpexiſſet Solem. *M.*

CAP. LX. *Quando primum horologia.*

TErtius conſenſus fuit in horarum obſervatione, jam hic rationi accedens. Quando & à quo in Græcia reperta, [1] diximus in ſecundo volumine. Serius etiam hoc Romæ contigit. Duodecim tabulis Ortus tantum & Occaſus nominantur: [a] poſt aliquot annos adjectus eſt & Meridies, Accenſo Conſulum id pronunciante, [2] [b] cum Curio inter Roſtra & Græcoſtaſin [3] proſpexiſſet talem Solem.

A co-

a *Poſt aliquot annos adjectus eſt & meridies accenſo conſulum id pronunciante, cum Curio, &c.*] Florianus Senticenſis, vir eruditiſſimus & antiquitatum Hiſpaniæ illuſtrator, alio modo legendum cenſet. Subjiciam autem ejus verba ex epiſtola quam ad me miſit nono ferme ab hinc anno. Mitto, inquit, ad te pro hoc beneficio vicem, ultimi capitis ſeptimi libri hiſtoriæ naturalis emendationem, ubi cum de horologiis Romanis Plinius agat, ſtatim à principio ſic legitur: *Poſt aliquot annos adjectus eſt & meridies accenſo conſulum id pronunciante & cum Curio, &c.* In Gottico meo codice particulæ illæ *id pronunciante*, non reperiuntur, ſed tota dictio ſic legitur: *Poſt aliquot annos adjectus eſt meridies à Caſo conſule, dum ad curiam inter roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet talem ſolis umbram è columna area qualem carcerem inclinato ſidere ſupremum medontavit.* Hactenus Gottica lectio. in ultimis voculis duntaxat mendoſa, ſed ex qua veram facile elicias, ſic videlicet: *Poſt aliquot annos adjectus eſt & meridies à Caſone conſule, dum ad curiam inter roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet talem ſolis umbram columna area; qualem ad carcerem inclinato ſidere ſupremum medio notavit*, hoc eſt, in puncto medio quod eſſet inter umbras ad ortum & ad occaſum ſupremum notavit ſolis ſidus, id eſt, altiſſimum, & maxime ſublime, quo tempore eſt meridies ubique Cæterum Cæſo Conſul, de quo nunc agitur, is videtur eſſe, qui & T. Quintius Cæſo dictus ſit, C. Sulpitii Potiti collega, quorum magiſtratus in annum incidit Urbis conditæ, CCCCIV. non CCCCLXXVII. ut Plinii habet corruptus calculus, qui fuerit ante Chriſtum natum annus CCCXLIV. Nam Cæſones alii conſules fuerunt perplures: ſed is primus Cæſo poſt leges XII. tabulis ſcriptas. Infra etiam: *Nec congruebant ad horas ejus lineæ, paruerunt tamen ei annis undecim, &c.* Tu ex codice Gottico *annis undecentum* ſcribe. Quæ lectio vel hoc uno verior eſt, quod à Meſſalæ conſulatu, quando horologium deportatum eſt, adusque conſulatum Q. Martii Philippi, anni interfuere ſeptem & ſeptuaginta. Id quod in Caſſiodori libello de Conſulibus liquida computatione reperias. Geſſit autem Philippus cenſuram annos aliquot poſt conſulatum, ut jam tanto annorum interſtitio hiatus eſſe non potuerit Valerio Meſſala conſule: quod oportebat ſi non plus annis undecim cenſor fuit poſt Meſſalæ conſulatum, ut habet impreſſa lectio Pliniana. Quæ tu omnia in Annotationibus tuis repones cum honorifica noſtri mentione, qui tuus eſt candor, ut dum te noverit poſteritas, noſcant & juvenes amicos quibus cum vixeris, non omnino indiligentes. Quod ſi hæc forte placuerint, habebis & alia plurima & docta pariter & jucunda. Vale. *Pint.*

b *Cum Curia inter Roſtra & Græcoſtaſin, &c.*] Legend. *quum ab Curia inter Roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet talem Solem.* Accenſus Conſulum quum ab Curia Solem proſpiciebat inter Roſtra & Græcoſtaſin, meridiem pronunciabat, *Salmaſ.*

a A co-

[a] A columna [1] ænea ad carcerem inclinato ſidere, ſupremam pronuntiabat. Sed hoc ſerenis tantum diebus uſque ad primum Punicum bellum. [2] [b] Princeps Romanis ſolarium horologium ſtatuiſſe ante [3] duodecim annos, quam cum Pyrrho bellatum eſt, ad ædem Quirini L. Papirius Curſor, cum [4] eandem dedicaret, à patre ſuo votam, à Fabio [5] Veſtali proditur. Sed neque facti horologii rationem vel [6] artificem ſignificat, nec unde tranſlatum ſit, aut apud quem ſcriptum id invenerit. M. Varro primum [7] ſtatutum in publico ſecundum Roſtra in columna tradit, bello Punico primo, à M. Valerio Meſſala Conſule, [8] Catana capta in Sicilia: deportatum inde poſt xxx. annos, quam de Papiriano horologio traditur, anno urbis [9] CCCCLXXVII. nec congruebant [10] ad horas ejus lineæ: paruerunt tamen [11] eis annis undecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Cenſor, diligentius ordinatum juxta poſuit: idque munus inter Cenſoria opera gratiſſime acceptum eſt. [12] Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ uſque ad proximum luſtrum. Tunc Scipio Naſica collega [13] Lænatis, primus [c] aqua diviſit horas æque noctium [14] ac dierum. Idque horologium ſub tecto dicavit, anno urbis DXCV. Tamdiu [15] populi Romani indiſcreta lux fuit. Nunc [16] revertamur ad reliqua animalia, primumque terreſtria.

1 Menia. *M. Ch. & V.*
2 Princeps ſolárium. *Ch. & M.*
3 undecim. M. & *Ch.*
4 eam. *Ch.*
5 Veſtale. *Ch.*
6 Artiſicis. *V.*
7 factum. *Ch.*
8 Catina. *Ch.* Cathina. M.
9 CCCLXXXII. *Ch.* trecenteſimo quinquageſimo vigeſimo ſeptimo. M.
10 ad lineas ejus horæ & paruerunt. M.
11 ei annis undecima. *V. &* M.
12 Etiamnum tamen numero incerto fuere. *Ch. emend.*
13 Lænati. *Ch.*
14 &. M.
15 populo Romano. M. & *Ch.*
16 revertemur. M. & *Ch.*

a *A columna anea ad carcerem, &c.*] Sic legend. *à columna Mania ad carcerem inclinato ſidere ſupremam pronuntiavit*, ita quum eundem Solem proſpexerat à columna Mænia ad carcerem radios mittentem, quod fiebat inclinato ſidere, tum *Supremam* pronuntiabat. *Suprema* igitur dicebatur ante Solis occaſum. *Idem* pag. 649. a, b.

b *Princeps Romanis ſolarium, &c.*] Sic lege: *Princeps ſolarium horologium ſtatuiſſe ante* III *decim annos*. id eſt, ante tredecim. L. Papirius Curſor conſul fuit, & ædem Quirini dedicavit anno urbis quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto. *Idem* ibid.

c *Aqua.*] Per Clepſydram ſtillantem: de cujus verbi notione vide Victorium cap. 1. lib. 22. *Dal.*

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER OCTAVUS.

Cap. I.

De animalibus terreſtribus, elephantorum commendatio, & de ſenſu eorum.

AD reliqua tranſeamus animalia, & primum terreſtria. Maximum eſt elephas, proximumque humanis ſenſibus:[a] quippe intellectus illis ſermonis patrii, & [1]imperiorum [2]obedientia, officiorumque, quæ didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas: imo vero (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoque ſiderum, Soliſque ac Lunæ veneratio. Auctores ſunt, in Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen eſt [b] Amilo, niteſcente Luna nova, greges eorum deſcendere: ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi, [c] atque ita ſalutato ſidere in ſilvas reverti, vitu-

1 imperiis. M.
2 obedientiæ. Cb.

a *Quippe intellectus illis ſermonis, &c.*] Legend. *Quippe intellectus illis ſermonis patrii, & in priorum obedientia officii, eorum quæ didicere memoria, amoris & gloriæ voluptas.* intellectus, inquit, illis ſermonis patrii & officii in priorum obedientia, τοῦ καθήκοντος ἐν τῇ ὑπακοῇ τοῖς πρεσβυτέροις. Priores ætate elephantos intelligit, quibus minores obedientiam præſtant, officii intelligentes ſunt in priorum obedientia. *Salm* 305.b

b *Amilo.*] Dion ait pergere πρὸς ὕδωρ ἀέναον perennem aquam. Vetuſti codices habent *Annulo*, quæ vox à Græca ἀέναος fortaſſis depravata eſt. Rhodig. cap. 18. lib. 10. Primus ex Europæ regibus Indis dictis elephantos Alexander habuit: plurimos Antigonus: multos Pyrrhus in prœlio captos ſuperato Demetrio, quos Romanis objecit. Idem Rhod. cap. 20. lib. 22. *Dalec.*

c *Atque ita ſalutato ſidere in ſilvas reverti.*] Id eſt, ſalutata luna. *Salmaſ.* p. 306. a.

a *Arma*

vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Alienæ quoque [1] religionis intellectu, creduntur maria tranſituri non ante naves conſcendere, quam invitati rectoris jurejurando de reditu. Viſique ſunt feſſi ægritudine (quando & illas moles infeſtant morbi) [2] herbas ſupini in cœlum jacientes, veluti tellure precibus [3] allegata. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua ſubmitttunt, coronas porrigunt. [4] Indis arant minores, quos appellant nothos.

CAP. II. *Quando primum juncti.*

ROmæ juncti primum ſubiere currum Pompeji Magni Africano triumpho: quod prius India victa triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuiſſe Pompeji triumpho junctos [5] ingredi portam. Germanici Cæſaris munere gladiatorio, [6] quoſdam inconditos motus edidere, ſaltantium modo. Vulgare erat, per auras [a] arma jacere non auferentibus ventis, atque inter ſe gladiatorios congreſſus edere, [b] aut laſciviente [7] pyrrhiche [8] colludere: poſtea & per funes inceſſere, [9] lecticis etiam ferentes quaterni ſingulos puerperas imitantes: [10] pleniſque [11] hominum tricliniis [12] accubitu, iere per lectos ita libratis veſtigiis, ne quis [13] potantium attingeretur.

CAP. III. *De docilitate eorum.*

CErtum eſt, unum tardioris ingenii in accipiendis quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum

1 regionis. *V.*

2 per herbas ſupini in cœlum jacentes. *V.* jacentes *habet & Ch.*

3 alligata. *M.* ablegata. *V Sabellicus.*

4 Indi arant minoribus, quos. Indicis Arabici minores, quos. *Parmenſe.*

5 egredi porta. *M. & Ch.* ingredi porta. *V.*

6 quoſdam etiam inconditos. *Sal. & Ch.*

7 pernicitate. *M. V.*

8 collidere. *Tol.*

9 lecticas e. ſ. q. ſingulas. *M.* *modo*, lecticis e. ſ. q. ſingulas, *ut intelligantur elephantes feminas.*

10 plerisque. *M.*

11 homine. *Ch.*

12 accubitum. *M. & Ch.*

13 portantium. *M.* ſtructorum, miniſtrorum fercula & epulas ferentium.

a *Arma jacere non auferentibus ventis.*] Velut quadam præluſione, more pilariorum & ventilatorum ea quæ emiſerant, ut ſcribit Quintilianus lib. 10. ita librantium, ut venire in manus viderentur, & qua juberent, decurrere. Rhodig. cap. 8. Vide quæ adnotata ſunt infra ad finem libri 36. *Daiec.*

b *Aut laſciviente pyrrhiche colludere.*] Eſt autem πυῤῥίχη ſaltationis genus Cretenſibus imprimis familiare. *Gelenius.*

a *Funi-*

Mirum maxime, & adverſis quidem [a] funibus ſubire, ſed regredi magis utique pronis. Mutianus ter Conſul auctor eſt, aliquem ex his & literarum ductus Græcarum didiciſſe, ſolitumque præſcribere ejus linguæ verbis: ipſe ego hæc ſcripſi, & ſpolia Celtica dicavi. Itemque ſe vidente Puteolis, cum [1] advecti [2] è nave egredi cogerentur, territos ſpatio pontis procul [3] à continente porrecti, [4] ut ſeſe longinquitatis æſtimatione fallerent, averſos retrorſus iſſe. Prædam ipſi in ſe [5] expetendam, ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis, quæ Juba [b] cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, & conſuetudo melius, [c] dentes. Quamobrem deciduos caſu aliquo vel ſenecta defodiunt. [6] Hoc ſolum ebur eſt, cætero, & in his quoque, qua corpus intexit, [7] vilitas oſſea. [8] Quanquam nuper oſſa etiam in laminas ſecari cœpere penuria. Etenim rara amplitudo jam [9] dentium, præterquam ex India, reperitur: cætera in noſtro orbe ceſſere luxuriæ. Dentium candore intelligitur juventa. Circa hos [10] belluis ſumma cura; alterius mucroni parcunt, ne ſit præliis hebes: alterius operario uſu fodiunt radices, impellunt moles: circumventique à venantibus, primos conſtituunt, quibus ſunt minimi, ne tanti prælium putetur: poſtea feſſi, impactos arbori frangunt, prædaque ſe redimunt.

1 advecti nave. *M.*
2 de. *Vet.*
3 in continentem.
4 ut ſeſe in long. *Vet.*
5 expectandam, *V.*
6 Hoc ſolum ebur eſt. Cæterum iis quibus corpus intexitur vilitas oſſea. *V. Alii*, cæteris quibus quoque corpus. *Alii.* Cæterum in iis quibus corpus.
7 vilitas oſſe. *Ch.*
8 aliquaque nuper. M.
9 dentibus. M.
10 belli. M.V. Circa alios belli. *Ch.*

Cap.

a *Funibus ſubire.*] Apud Labeonem Juriſconſultum his verbis: *Si per catadromum ſervus curreret*, funis protenſus intelligitur, per quem hiſtriones ac etiam elephanti ingrederentur ac currerent. Apud Suetonium in Nerone, notiſſimus eques Romanus, elephanto ſuperſedens per catadromum decurrit. Brod. cap. 6. 3. *Dalec.*

b *Cornua.*] Varro quoque lib. 6. de ling. Lat. eſſe cornua putavit. Qua de re infra ad cap. 10. *Idem.*

c *Dentes.*] Juvenalis Sat. 11.

Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus,
Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu,
Jam nimios, capitique graves.

Idem.

a Mirum

CAP. IV.

De clementia eorum, & quod pericula ſua intelligant, & de tigridis truculentia.

[a] MIrum in pleriſque [1] animalium, ſcire quare petantur: ſed & per cuncta quid caveant. Elephas homine obvio forte in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens placiduſque etiam demonſtrare viam traditur. Idem veſtigio hominis animadverſo priuſquam homine, intremiſcere inſidiarum metu, ſubſiſtere ab olfactu, circumſpectare, [b] iras proflare, nec calcare, ſed erutum proximo tradere, illum ſequenti, nuntio ſimili uſque ad extremum: & tunc agmen circumagi, & reverti, aciemque dirigi: adeo omnium odori durare virus illud, majore ex parte ne [c] nudorum quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta, [2] atque ipſa elephanti quoque ſpernens veſtigia, [3] homine viſo transferre dicitur protinus catulos. Quonam modo agnito, [4] ubi ante conſpecto illo, quem timet? Etenim tales ſilvas minime frequentari certum eſt. Sane mirentur ipſam veſtigii raritatem: ſed unde ſciunt [5] timendum eſſe? Imo vero cur vel ipſius

1 animalia.

2 *Alii*, atque ipſa elephantum quoque ſpernens, veſtigio hominis viſo transferre dicitur protinus catulos. *V Codices & ipſe Plinius meus*, Sane mirentur ipſam veſtigii raritatem, &c.

3 hominis viſo *Ch.*

4 aut ubi. V. ubi autem. M.

5 timendi. *Tol.* lego, timendi cauſam eſſe.

a *Mirum in pleriſque animalium, &c.*] Lege: *Mirum in pleriſque animalium ſcire quare petantur, ſed & fere cuncta quid caveant.* Vide *Salmaſ.* p. 306. b.

b *Iras proflare, nec calcare, ſed erutum proximo tradere.*] Conſtantius Fanenſis non *erutum* hic, ſed *cretum* ſcribit, ſenſum Plinianis verbis accommodans parum, ut ſentio, congruentem, cum tamen & Romana & cætera impreſſa exemplaria, Salmanticenſis item codex *erutum* habeant. Hermolaus quoque *erutum*: propius veram lectionem, ſed ſenſu inepto & falſo. Apogr. Tolet. eximie hic ut in pleriſque omnibus, *derutum*, agnoſcit. Petenduſque eſt ſenſus horum verborum ab Æliano, libro de natura animalium primo, ubi de Elephantis ad hunc modum diſſerit: *Tum etiam ſagaciſſime odorantur, tum acerrimis ſenſibus exiſtunt, tum vero ex his partim antegredientes, partim ſubſequentes ordinatim eunt. Atque horum primus narium ſagacitate herbam ante pedes ſuos poſitam, ſentiens humanis veſtigiis eſſe tranſitam, eam evellit, & ei qui a tergo proximus odorandam tradit. Is rurſus alteri qui poſt eum ſtat, ac deinceps per omnium quaſi manus ſagaciter contrectatur, quoad ad illum ipſum qui extremum agmen ducit, perventum fuerit. Is ſimul ac olfecerit, barritum vaſtum edens, quaſi ſignum ad fugam dat.* Pintian.

c *Nudorum quidem pedum.*] Sed calceis tectorum, qui efflatum humani corporis impediunt. *Dalec.*

1 ipſum. *Vel.* ſæpius. *V.*

2 quæ nunquam vidiſſent quod debeant timere ſtatim *V.*

3 cum. *Ch.*

[1] ipſius conſpectum paveant, tanto viribus, magnitudine, velocitate præſtantiores? Nimirum hæc eſt natura rerum, hæc potentia ejus ſæviſſimas ferarum maximaſque[2] nunquam vidiſſe quod debeant timere, & ſtatim intelligere [3] cur ſit timendum.

CAP. V. *De intellectu & memoria eorum.*

4 donatum. *D.*

5 perniciosa. *M.*

Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit ætate proximus. Amnem tranſituri minimos præmittunt, ne majorum ingreſſu atterente alveum, creſcat gurgitis altitudo. Antipater auctor eſt, duos Antiocho regi in bellicis uſibus, celebres etiam cognominibus, fuiſſe: etenim [a] novere ea. Certe Cato, cum imperatorum nomina Annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſime præliatus eſſet in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Ajax, alioquin dux agminis ſemper. Tum pronuntiatum, ejus fore principatum qui tranſiſſet: auſumque Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maxime gaudent, & reliquo omni primatu [4] donavit. Ille, qui notabatur, inedia mortem ignominiæ prætulit. Mirus nanque pudor eſt, victuſque vocem fugit victoris: terram ac verbenas porrigit. Pudore nunquam niſi in abdito coëunt: [b] mas quinquennis, fœmina decennis. [c] Initur autem biennio, quinis (ut ferunt) cujuſque anni diebus, nec amplius: ſexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. Nec adulteria novere: nullave propter fœminas inter ſe prælia, cæteris animalibus [5] pernicialia: non quia deſit

a *Novere ea.*] Cognomina. *Dal.*

b *Mas quinquennis.*] Ariſtot. c. 27. lib. 6. Hiſtor. non niſi poſt vigeſimum annum coire, aut gignere tradit. *Idem.*

c *Initur autem biennio.*] Scribendum videtur, *Initur à triennio*, hoc eſt poſt triennium exactum, ex Ariſtotele, volumine de hiſtoria animalium quinto, cap. XIII. *Coitum*, inquit, *triennio interpoſito repetit.* Nec me fugit in Solino bienniotiam legi. *Pint.*

a Cum

deſit illis amoris vis: nanque traditur unus amaſſe quandam in Ægypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter [1] dilectam putet, [2] miretur gratam [3] Ariſtophani, celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracuſanum incipientis juventæ in exercitu Ptolemæi, deſiderium ejus, quotiens non videret, inedia teſtatus. Et unguentariam quandam dilectam Juba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium à conſpectu, blanditiæque inconditæ, ſtipeſque, quas populus dediſſet, ſervatæ, & in ſinum effuſæ. Nec mirum eſſe, amorem, quibus ſit memoria. Idem nanque tradit, agnitum in ſenecta, multos poſt annos, qui rector in juventa fuiſſet. Item divinationem quandam juſtitiæ. [a] Cum Bocchus rex triginta elephantis, totidem, in quos [4] ſævire inſtituerat, ſtipitibus alligatos objeciſſet, procurſantibus inter eos qui laceſſerent, [5] non potuiſſe effici, ut crudelitatis alienæ miniſterio fungerentur.

1 electam. M. & Cb. 2 mire gratam. Cb. mire tum gratam. Alii. 3 Ariſtophanico. V. 4 ſævirent ſtipitibus. M. 5 nec. Cb.

Cap. VI. *Quando primum in Italia.*

[b] Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit, [c] in Lucanis viſos, anno Urbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: Roma autem in triumpho, ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingenteſimo ſecundo, [d] victoria L. Metelli Pontificis [6] in Sicilia de Pœnis captos. Centum

6 in Sicilia, in M. non leg.

a *Cum Bocchus rex.*] Seneca cap. 13. lib. de brevit. vitæ. *Dalec.*

b *Elephantos Italia primum vidit*] Manium Curium Dentatum victis Pyrrho, Sabinis, Samnitibus primum in triumpho elephantos duxiſſe ſcribit Seneca cap. 13. lib. de brevit. vitæ. *Idem.*

c *In Lucanis viſos.*] Varro lib. 6. de ling. Lat. nec à Libya, nec à Lucania dictos putat, ſed à luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quib. turres eorum ornatæ fuerunt. *Idem.*

d *Victoria L. Metelli Pontificis.*] Hanc ob cauſam in multis denariis antiquis, Metellorum geſtas res indicantibus, nunc elephas unicus impreſſus fuit, nunc ad currum juncti duo, cum Imperatore ſtante, quem coronat victoria, nunc ſub biga, cui inſidet Imperator, Elephanti caput. Urſinus 38. *Idem.*

a Centum

[a] Centum quadraginta duo fuere tranſvecti ratibus, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. Verrius eos pugnaſſe in Circo, interfectoſque jaculis tradit penuria [1] conſilii: quoniam neque ali placuiſſet, neque donari regibus. L. Piſo inductos duntaxat in Circum, atque ut contemptus eorum increſceret, [2] ab operariis haſtas præpilatas habentibus, per Circum totum actos. [3] Nec quid deinde iis factum ſit, auctores explicant, [4] qui non putant interfectos.

CAP. VII. *Pugna eorum.*

Clara eſt unius è Romanis dimicatio adverſus elephantum, cum Annibal captivos noſtros [b] dimicare inter [5] ſe coëgiſſet. Namque unum qui ſupererat, objecit elephanto; [6] & ille, dimitti pactus ſi interemiſſet, ſolus in harena congreſſus, magno Pœnorum dolore, confecit. Annibal, cum famam ejus dimicationis contemptum allaturam belluis intelligeret, equites miſit, qui abeuntem interficerent. [7] Proboſcidem eorum facillime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Romæ pugnaſſe Feneſtella tradit primum omnium in Circo Claudii Pulchri [c] Ædilitate curuli, M. Antonio, A. Poſthumio Coſſ. anno urbis [8] ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Item poſt annos xx. Lucullorum Ædilitate curuli adverſus tauros. Pompeji quoque altero Conſulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, [d] pugnavere in Circo viginti, aut ut quidam

1 conſuſum. M.

2 ab operis. *Lipſ. in Tac. pag.* 32.

3 Nec quid dein his. *Ch.* Nec dein quid de iis factum ſit, auctoris explicat, qui non putat interf. *Tol.*

4 *Quatuor hæc poſtrema verba hic aliunde irrepſiſſe putat Pint.*

5 ſeſe. *Ch.*

6 & illum dimitti pactus ſi interemiſſet. Solus ergo in. *M.*

7 Promuſcidem. M. V.

8 a.v. *Ch.*

a *Centum quadraginta duo fuere.*] Adde ex utroque exemplari: *Aut ut quidam, centum quadraginta.* Sic capite ſequenti: *Pugnavere in circo xx. aut ut quidam tradunt, xvij.* Verum de numero horum elephantorum parum ſibi auctores conſtant. Livius in epitome libri decimi noni, cxx. fuiſſe tradit; L. Florus libro ſecundo, centum circiter aſſerit. Paulus Oroſius libro quarto, civ. Eutropius cxxx. Seneca in libro de brevitate vitæ cxx. cum Livio. *Pint.*

b *Dimicare inter ſe coëgiſſet.*] Val. c. 2. lib. 9. *Dalec.*

c *Ædilitate curuli.*] Scenam in iis ludis magnam picturæ admirationem habuiſſe traditur infra c. 4. lib. 35. *Idem.*

d *Pugnavere in circo xx. aut ut quidam tradunt,*

dam tradunt, [1] XVII. Gætulis ex adverſo jaculantibus, mirabili unius dimicatione, qui pedibus confoſſis repſit genibus [2] in catervas, [3] arrepta ſcuta jaciens in ſublime, quæ decidentia [4] voluptati ſpectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore belluæ jacerentur. Magnum & in altero miraculum fuit, uno ictu occiſo. [5] Pilum ſub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. Univerſi eruptionem tentavere. Non ſine vexatione populi, [6] circundati clathris ferreis. Qua de cauſa Cæſar Dictator, poſtea ſimile ſpectaculum editurus, [7] euripis harenam circumdedit: quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca [8] addens. Sed Pompejani amiſſa fugæ ſpe miſericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes ſupplicavere, quadam ſeſe lamentatione complorantes: tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris, ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, flens univerſus conſurgeret, diraſque Pompejo, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. [a] Pugnavere & Cæſari Dictatori tertio Conſulatu ejus, viginti contra pedites [9] quingentos: [10] iterum totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus, eodem, quo [11] priores numero peditum, & pari equitum ex adverſo dimicante: poſtea [12] ſinguli, principibus Claudio & Neroni, [b] in conſummatione gladiatorum.

Ipſius

1 XVIII. *Seneca de br. vita.*
2 in catervas, *in M. non legitur.*
3 abrepta. *Ch.*
4 volubilitate. *M.* volubilitate ſpectantib. voluptati erant. *V.*
5 Pilum autem ſub. *Ch.*
6 circumdatis claſtris. *Ch.*
7 euripos harenæ. *V.*
8 accommodans. *V.*
9 quinquagenos. *Sueton. Julio.* quinquaginta. *V.*
10 iterumque. *Ch.*
11 priore. *Tol & Ch.*
12 ſingulis. *M. V. & Ch.*

tradunt, xvij.] Scribo, *Aut ut quidam tradunt, xviij.* Seneca in libro de brevitate vitæ: *Num & Pompejum primum in circo elephantorum duodeviginti pugnam edidiſſe, commiſſis more prælii noxiis hominibus, ad ullam rem bonam pertinet?* Pint.

a *Pugnavere & Cæſari dictatori.*] In denarii antiqui altera parte cuſa ſunt flaminis dialis inſignia, albogalerus, ſeu ceſpita, aſpergillum, ſympulum, in altera elephantus ſerpentem obterens cum his literis: CAESAR. nempe ad oſtendendum & celebrandum ſpectaculum id elephantorum. *Dal.*

b *In conſummatione gladiatorum.*] Abſoluto & conſummato gladiatorio munere: ſine gladiatorii ſpectaculi, velut corollarium ad concludendos finiendoſque ludos. Rhodigin. tamen c 11. lib. 11. exponit adverſus gladiatores jam conſummatos, emeritos, rude donatos, manumiſſos, longa digladiandi conſuetudine confirmatos, & animoſiores, qui præmiorum magnitudine interdum in harenam & ludorum certamina revocabantur. Ego vero intelligendum arbitror ſimplicius, ſingulos elephantos dimicaſſe, cum gladiatores pugnare deſiiſſent. Vide Turn. cap. 33. lib. 30. Lipſ. cap. 16. lib. 2. Saturn. *Idem.*

a *Occur-*

1 iſter *M.* 2 validos. *Ch* 3 quid. *V.* 4 nocent. i. g. ſ. ambulant. 5 Hique congregatim ſemper. *Tol.* Itaque cum gregatim ſemper. *Salmant.* rectius. atque ita *Ch.* 6 aut. *V.* 7 Et capti *Ch.* 8 Verberat. *Ch.* 9 congregantur, ramos, moles. *Tol.* 10 omneſque vi. *Tol.* omneſque virum. *V.* 11 Ante. *Ch.* 12 regis. *V.* reges. *M.*

Ipſius animalis [1] tanta narratur clementia contra minus [2] valida, ut in grege pecudum [a] occurrentia manu dimoveat, [3] ne quod obterat imprudens: nec niſi laceſſiti [4] noceant, [5] ideoque gregatim ſemper ambulent, minime ex omnibus ſolivagi. Equitatu circumventi, infirmos aut feſſos vulneratoſve in medium agmen recipiunt: [b] ac velut imperio [6] ac ratione, per vices ſubeunt. [7] Capti celerrime mitificantur [c] hordei ſucco.

Cap. VIII. *Quomodo capiantur.*

[d] Capiuntur autem in India unum ex domitis agente rectore: qui deprehenſum ſolitarium, abactumve à grege, [8] verberat ferum: quo fatigato, tranſcendit in eum nec ſecus ac priorem regit. Africa foveis capit, in quas deerrante aliquo, protinus cæteri [9] congerunt ramos, moles devolvunt, aggeres conſtruunt, [10] omnique vi conantur extrahere. [e] [11] Antea domitandi gratia [12] greges equitatu cogebant in convallem manu factam, & longo tractu fallacem: [f] cujus incluſos ripis foſſiſque, fame domabant. Argumentum erat ramus, homine porrigente

a *Occurrentia manu dimoveat.*] Turbam dimovere dicitur, qui viam ſibi in turba manu facit. Malo legere: *in grege pecudum occurrentium, manu dimovet*: id eſt, cum grex pecudum occurrit, & conferta pecorum multitudo, manu dimovet, gregem ſcilicet: dimovetur grex aut turba cum in duas partes finditur viæ faciendæ. *Salmaſ.* pag. 307. a.

b *Ac velut imperio ac ratione per vices ſubeunt.*] Ambo exemplaria ſcripta, & Romana, ac reliqua omnia excuſa, non *ac ratione*, habent, ſed *aut ratione*. neutra mihi lectio ſatisfacit. Perſpecto itaque diligentius loco, legendum arbitror, *Ac velut imperio auctorati, bini per vices ſubeunt.* Toletanum tamen Archetypum non *ſubeunt*, ſed *ſubeuntes* præfert. *Pint.*

c *Hordei ſucco.*] Ptiſſana. πτιϲάνην πραΰνων. *Dalec.*

d *Capiuntur autem in India.*] Aliam capiendi domandique rationem vide apud Strabonem lib. 15. *Dalec.*

e *Antea domitandi gratia greges equitatu cogebant in convallem.*] Scribo contra omnia exemplaria, *Antea militandi gratia, reges equitatu cogebant in convallem.* Probant fere hanc correctionem verba, quæ infra habentur cap. x. *Domiti militant, & turres armatorum in hoſtes ferunt.* Eſt igitur increpatio morum: antea militandi gratia, nunc dentium, ad delicias. *Pintian.*

f *Cujus incluſos ripis foſſiſque fame domabant.*] Lego, *euripis*, non *ripis*, ut capite præcedente: *Qua de cauſa Cæſar dictator poſtea ſimile ſpectaculum editurus, euripis arenam circumdedit.* Idem.

a *Doman-*

rigente clementer acceptus. Nunc dentium cauſa, pedes eorum jaculantur alioquin molliſſimos. Tro[1]glodytæ conterminini Æthiopiæ, qui hoc ſolo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conſcendunt. Inde totius agminis noviſſimum ſpeculati, extremas in clunes deſiliunt. Læva [2] apprehenditur cauda: pedes ſtipantur in ſiniſtro [3] femine. Ita pendens alterum poplitem dextra [4] cædit præacuta bipenni: hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit, cuncta præceleri pernicitate peragens. Alii tutiore genere, ſed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui viribus juvenes continent: alii connixi pari conatu [5] tendunt, ac prætereuntibus ſagittarum venabula infigunt, mox ſanguinis [6] veſtigiis ſequuntur. Elephantorum generis fœminæ multo pavidiores.

1 Trogydytæ. M.

2 deprehenditur. M

3 femore. V.

4 cædit, ac præacuta bipenni hoc crure. M. & Ch.

5 contendunt. To. & Ch.

6 veſtigia. V. & Ch. emend.

CAP. IX. *Quomodo domentur.*

[a] DOmantur autem [7] rabidi fame & verberibus, [b] elephantis aliis admotis, qui tumultuantem catenis coërceant: [8] & alias circa coitus maxime efferantur, & ſtabula Indorum dentibus ſternunt. Quapropter arcent eos coitu, fœminarumque pecuaria ſeparant, quæ haud alio modo, quam armentorum,

7 capti, &c admotis & rectoribus, qui tumultuantes *Ex Strabone.*

8 &, in M. non leg.

a *Domantur autem rabidi fame & verberibus, elephantis aliis admotis.*] Iterum mihi cum Conſtantio Fanenſi negocium eſt. Is in ſua centuria, non *elephantis aliis*, legendum in Plinio affirmat; ſed *elephantarchis*. Cui, ut non aſſentiar, ſunt cauſæ, tum quod omnis vetus & recens refragatur lectio, quod in ſuperioribus bis mentione facta rectoris non elephantarcham, ſed rectorem appellavit. Deinde quod, ſicut in captura manſueti adhibentur ad verberandos feros, ut proximo capite relatum eſt, & confirmant Ariſtoteles, Strabo, Ælianus: ſic rationi conſentaneum videtur, ut in domitura eadem utantur arte, qui illos manſuefaciunt. Accedit noviſſime Ariſtotelis auctoritas, qui eos ita domari prodit lib. VI. cap. XIX *Elephanti*, inquit, *ad coitum efferari ſolent; quam ob rem apud Indos his haudquaquam initum permitti ajunt. Libidinis enim rabie agitati caſas proſternunt male conditas, pluraque alia incommoda faciunt. Mitigari pabuli copia narrantur. Plagis etiam temperant, adductis aliis quibus ferire præcipiunt.* Pint.

b *Elephantis aliis admotis.*] Ariſt. c. 19. lib. 6. Hiſtor. Dalec.

a *Decem*

torum, habent. Domiti militant, & turres armatorum [1] in hoſtes ferunt, magnaque ex parte Orientis bella conficiunt. Proſternunt acies, proterunt armatos. Iidem minimo ſuis ſtridore terrentur, vulneratique & territi retro ſemper cedunt, haud minore partium ſuarum pernicie. Indicum Afri pavent, nec contueri audent: nam & major Indicis magnitudo eſt.

1 in dorſis. M.

CAP. X. *De partu eorum & reliqua natura.*

DEcem annis [a] [2] geſtare in utero vulgus exiſtimat: Ariſtoteles biennio, [3] nec amplius quam ſemel gignere, [4] pluresve [5] quam ſingulos: vivere ducenis annis, & quoſdam trecenis. Juventa eorum à ſexageſimo incipit. Gaudent amnibus maxime, & circa fluvios vagantur, cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non poſſint. Iidem frigoris impatientes, maximum hoc malum; inflationemque & profluvium alvi, nec alia morborum genera ſentiunt. Olei potu tela, quæ corpori eorum [6] inhæreant, decidere invenio: à ſudore autem facilius adhæreſcere. Et terram ediſſe [7] iis tabificum eſt, niſi ſæpius mandant. Devorant autem & lapides. Truncos quidem gratiſſimo in cibatu habent. Palmas excelſiores fronte proſternunt, ac ita jacentium [8] abſumunt [9] fructum. Mandunt ore: ſpirant & bibunt, odoranturque haud improprie [10] appellata manu. Animalium [b] maxime odere murem:

2 geſtari. M.
3 nec amplius quam ſingulos. juventa eorum. Tol.
4 pluresque. Ch.
5 quam ſingulos ſemel gignere: pluresque vivere ducentis annis, & quoſdam trecentis. CM.
6 inhæſerant. M. inhæſerunt. V. inhærebant. Ch.
7 his. Ch.
8 aſſumunt. V.
9 fractu. Tol. frictu. V.
10 dicta. M.

a *Decem annis geſtare in utero vulgus exiſtimat*]. Plautus in Sticho.
Audivi ſæpe vulgo à multu dicier,
Solere elephantum gravidam perpetuos decem
Eſſe annos: ejus ex ſemine hæc certo eſt fames.
Dalec.

b *Maxime odere murem.*] Suem odiſſe, non murem, ſcribit Ælianus cap. 31. lib. 7. Hiſt. & c. 36. lib. 16. Plutarchus εἰρηκὼς δὲ ὁ τὴν λέοντα περὶ τὸν ἀλεκτρυόνα, καὶ τὸν ἐλέφαντα περὶ τὸν μῦν ἰσχυρὸν γεγονέναι, καὶ τὸν φόβον Deceptus eſt Plinius affinitate vocum ὗς & μῦς. *Conſtantinus Robertus.* Cæterum auctor ſub finem præcedentis capitis ſuis quoque minimo ſtridore terreri ſcribit. *Dal.*

a *Duriſſi-*

murem: & ſi pabulum in præſepio poſitum attingi ab eo videre, faſtidiunt. Cruciatum in potu maximum ſentiunt hauſta hirudine, quam ſanguiſugam vulgo cœpiſſe appellari adverto. Hæc ubi in ipſo [1] animæ canali ſe fixit, intolerando afficit dolore. [a] Duriſſimum dorſo tergus, [2] ventri molle, ſetarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (nanque id & tanta vaſtitas ſentit) ſed cancellata cutis, & invitans id genus animalium odore. Ergo [3] cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. [4] Hoc iis pro cauda, [5] juba, villo eſt. [b] Dentibus ingens pretium, & Deorum ſimulacris [6] laudatiſſima ex iis materia. Invenit luxuria [7] commendationem & aliam: [8] expedit in callo manus vim ſaporis, haud alia de cauſa credo, quam quia ipſum ebur ſibi mandere videtur. Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, qua confinis Æthiopiæ eſt, poſtium vicem in domiciliis præbere: [9] ſepeſque in iis & pecorum ſtabulis, [10] pro palis elephantorum dentibus fieri, Polybius [11] tradit, auctore [12] Guluſſa regulo.

CAP. XI.

Ubi naſcantur, & de diſcordia eorum, & draconum.

[13] ELephantes fert Africa ultra Syrticas ſolitudines, & in Mauritania: ferunt Æthiopes & Troglo-

1 amne canalis. *Cb.*
2 ventrea molles. *M.*
3 cum exire cœpere examina, artatis.
4 Hoc illis pro cauda juvamen eſt. Dentibus. *Tol.*
5 pro juba, pro villo. *V.*
6 lautiſſima *M. Salm. & Cb.*
7 commendationem: & aliam expedit. *V & M.*
8 expetiti in callo manus ſaporis. *Tol. & Cb.*
9 ſedeſque iis & pecorum ſtabulis palos. V.
10 propalam. M.
11 tradidit. *Cb.*
12 Gauluſſa. *V.*
13 Elephantos. *Cb.*

a *Duriſſimum dorſo tergus.*] Hinc Plauti jocus in milite:

Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo:
Neque habet plus ſapientiæ, quam lapis.

Dalec.

b *Dentibus ingens pretium*] Cornua eſſe, quos dentes vocant, multis rationibus probare conatur Pauſanias, quas Rhodiginus repetit c. 18. 13. Et Jubam ejuſdem fuiſſe ſententiæ ſupra c. 3 attigit auctor. *Dal.* Contrarium ſentit Ovid. 4. de Ponto:

Et totum Numida ſculptile dentis opus.

Vide ſis Jacobi Palmerii Exercitationes nuper editas ad Pauſaniæ Heliaca. p. 395. ubi prolixe hanc quæſtionem tractat.

Troglodytæ, ut dictum eſt: ſed maximos India, bellanteſque cum iis perpetua diſcordia dracones, [a] tantæ magnitudinis, ut & ipſos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi præſtringant. [b] Commoritur ea dimicatio; victuſque [1] corruens, complexum [2] elidit pondere.

1 corruens complexus. *M.*
2 decidit. *M.*

Cap. XII. *De ſolertia animalium.*

[c] Mira animalium pro ſe cuique ſolertia eſt, [d] ut iis una ſcandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco [e] itaque iter ad pabula ſpeculatus, ab excelſa ſe arbore injicit. Scit ille [3] imparem ſibi luctatum contra nexus. [f] Itaque arborum aut rupium attritum quærit. Cavent hoc dracones, ob idque greſſus primum alligant cauda. Reſolvunt illi nodos manu. At hi [4] in ipſa nare caput condunt, pariterque ſpiritum præcludunt, & molliſſimas

3 luctari contra. Nexus itaque. *M. lego*, imparem ſe luctari contra nexus. Itaque.
4 ipſas nares. *Ch.*

a *Tanta magnitudinis, ut & ipſos circumflexu facili ambiant.*] Converte verba, *Tanta magnitudinis & ipſos, ut circumplexu facili ambiant. Circumplexu* enim legunt, non *circumflexu* ambo exemplaria: & ſic eſſe legendum Plinius ipſe paulo poſt oſtendit, cum dicit, *Victuſque corruens complexum elidit pondere.* Item pro verbo illo *facili*, in eiſdem *faciunt* habetur, ut non abſurde *faſceatim* pro *faciunt* ſubſtituere poſſes. *Pint.*

b *Commoritur ea dimicatio, &c.*] Leg. *Commoriturus dimicatio vict. &c.* Salm.

c *Mira animalium pro ſe cuique, &c.*] Lege: *Mira animalium pro ſe cuique ſolertia, ut hic una laceſſendi tantam altitudinem difficultas draconi: itaque iter ad pabula ſpeculatus, &c.* Mira, inquit, animalibus ſollertia in vitandis ac declinandis quæ contraria ſunt, & ſectandis quæ utilia: ut heic in pugna elephantis & draconis, una difficultas draconi adoriendi ac laceſſendi tantam altitudinem, quum animal ſit per humum repens. Quid igitur facit ut hanc difficultatem evincat? ſpeculatur iter quo ad pabula eunt elephantes, ex alta arbore ſe injicit. *Salmaſ.* 307. b. 308. a. *Mira animalium pro ſe cuique præcipua ſolertia eſt.*] Adde particulam *quæ præcipuaque ſolertia eſt*, ex eiſdem: in Toletanis tamen verba illa *pro ſe cuique*, non leguntur. *Pint.*

d *Ut iis una ſcandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque.*] Idem exemplar non *Draco* præfert, ſed *Draconi.* Totum ergo hoc cæſum aliter lego & interpungo, *Ut his una, ſcandendi in tantam altitudinem draconi.* Nam verbum *difficultas*, adjectivum, ut puto ſenſum alioqui perſpicuum conturbat, difficilemque reddit: poſſet etiam non abſurde legi, *Ut ex imo ſcandendi, &c* Idem.

e *Itaque iter ad pabula ſpeculatus.*] Exemplar Salmant. *Itaque ut tritum iter ad pabula ſpeculatur.* Commodior forraſſe lectio ſit, *Itaque ut itantem ad pabula ſpeculatur.* ut lib. 9. de delphinis: *Divo autem Auguſto principe Lucrinum lacum invectus, pauperis ejuſdem puerum ex Bajano Puteolos in ludum literarum itantem.* Idem.

f *Itaque arborum aut rupium attritum, &c.*] Lege: *arborem aut rupem adfrictui quærunt.* arborem quærunt aut rupem cui ſe adfricare poſſint, ad dracones atterendos. *Salmaſ.* 308. a.

a *Quam*

liſſimas [1] lancinant partes: iidem obvii deprehenſi, in adverſos erigunt ſe, oculoſque maxime petunt. Ita fit ut plerunque cæci ac fame & mœroris tabe confecti reperiantur. [a] Quam quis aliam tantæ diſcordiæ cauſam attulerit, [2] niſi naturæ ſpectaculum, ſibi [b] paria componentis? Eſt & alia dimicationis hujus fama. Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem: ob id æſtu torrente præcipue à draconibus expeti. [c] Quamobrem in amnes merſos inſidiari bibentibus: [3] arctatiſque illigata manu in aurem morſum defigere: quoniam is tantum locus defendi non poſſit manu. Dracones eſſe tantos, ut [4] totum ſanguinem capiant. Itaque elephantos ab iis ebibi, ſiccatoſque concidere: & dracones inebriatos opprimi, commorique.

[1] laniant. *M.*

[2] niſi natura ſpect. ſibi ac paria componens? *M.* niſi naturam ſpect. ſibi ac paria componentem. *Lipſ. & ante eum, qui in hunc auctorem margin. adnotat. ſcripſerat, ſic & Ch. niſi quod, natura, habet.*

[3] arctatoſque. *M.* attractiſque. *Alii*, contractoſque. *Ch.*

[4] tantum. *M.*

CAP. XIII. *De draconibus.*

GEnerat [5] eos & Æthiopia Indicis pares, vicenûm cubitorum. Id modo mirum, unde criſtatos Juba crediderit. Aſachæi vocantur Æthiopes, apud quos maxime naſcuntur. [6] Narratur in maritimis eorum quaternos quinoſque inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus.

[5] dracones Æthiopia. *M.*

[6] narrantque. *Ch.*

CAP. XIV. *De ſerpentibus maximis & bois.*

[d] MEgaſthenes ſcribit, in India ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos

a *Quam quis aliam tanta diſcerdia cauſam, &c.*] Leg. *Qua quis aliam tanta diſcordia cauſam attulerit, niſi naturam ſpectaculum ſibi ac paria cemponentem? eſt & alia dimicationis hujus fama elephantis frigidiſſimum, &c.* Natura, inquit, cauſa eſt tantæ diſcordiæ, quæ ſpectaculum ſibi parat & paria componit. quam quis aliam cauſam attulerit? eſt alia tamen dimicationis hujus: ajunt elephantis frigidum eſſe ſanguinem qui expetitur à draconibus. *Salmaſ.*

b *Paria componentis.*] Apogr. Tolet. *Componentem* non *cemponentis.* Quod ſi admittimus: *naturam* ſcribendum habebimus, non *natura.* Nam & Salmant. codex *natura* legit non *natura.* Et in eodem ac Romana impreſſione, *ſpectaculum ſibi ac paria*, habetur. *Pint.*

c *Quamobrem in amnes merſos, &c.*] Lege: *Quamobrem in amnes merſos inſidiari bibentibus, arctiuſque illigata manu morſus in aurem defigere.* Salm p 308 a, b.

d *Megaſthenes ſcribit.*] Apud Strabonem

dos hauriant cervos tauroſque. Metrodorus, circà Rhyndacum amnem in Ponto, ut ſupervolantes quamvis alte perniciterque alites hauſtu raptas abſorbeant. Nota eſt, in Punicis bellis ad flumen [a] Bagradam à Regulo Imperatore baliſtis tormentiſque ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens cxx. pedum longitudinis. Pellis ejus maxillæque uſque ad bellum Numantinum duravere Romæ in templo. Faciunt his fidem in Italia [b] appellatæ [1] boæ: in tantam amplitudinem exeuntes, ut Divo Claudio principe, occiſæ in Vaticano ſolidus in alvo ſpectatus ſit infans. [c] Aluntur primo bubuli lactis ſucco, unde nomen traxere. Cæterorum animalium, quæ modo convecta undique, Italiæ [2] contigere ſæpius, formas nihil attinet ſcrupuloſe referre.

1 bovæ. Co.

2 contigit videre.

CAP. XV.

De Scythicis animalibus, & Septentrionalibus.

3 fructuum.

PAuciſſima Scythia gignit, inopia [3] fruticum: pauca contermina illi Germania, inſignia tamen boum ferorum genera, [d] jubatos biſontes, excellentique vi & velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli

nem lib. 15. Oneſicritus refert apud Abiſarum Indiæ regem duos fuiſſe dracones, alterum pedum 140. alterum 80. Nearchus autem viſam viperam fœminam cubitorum ſedecim. *Dal.*

a *Bagradam.*] Nunc *Megarada.* Vide Val. Max. cap. ult. lib. 1. Livium 29. Decad. primi belli Punici. Nam Senecam non dubito huc ſpectaſſe lib. 1. de clement. cap. 25. his verbis: *Lenis & privata pernicies non ſolas urbes movet. Quod late furere cœpit, & omnes appetit, undique configitur. Serpentes parvula fallunt, nec publice conſequuntur ubi aliqua ſolitam menſuram tranſit, & in monſtrum excrevit, ubi fontes potu infecit, & ſi afflavit, deurit, obteritque quacunque inceſſit, baliſtis petitur.* Dalec.

b *Appellata boa.*] Talis draco fuit, qui Lanuvii colebatur & alebatur à virgine, memoratus à Plutarcho in Parallelis, & à Propertio Elegia 8. lib. 4. ſignatus in vetuſti denarii Romani altera parte, cum virgine cibum oblatura, caniſtro ad cingulum ſuſpenſo. *Idem.*

c *Aluntur primo bubuli lactis ſucco.*] Apogr. Tol. & Salm. non *primo*, ſed *trimo* agnoſcit, hoc eſt triennio. quam recte, libera ſit æſtimatio. *Pint.*

d *Jubatos biſontes.*] Ælianus cap. 44. lib. 4. Biſontem deſcribit, eumque unico tantum cornu armatum eſſe tradit. De iiſdem eorumque venatione Pauſanias in Phocicis. *Dalec.*

a *Vitnii*

[1] [a] vituli potius [2] cervive quadam ſimilitudine. [b] Septentrio fert & equorum greges ferorum, ſicut aſinorum Aſia, & Africa: præterea alcem, ni proceritas aurium & cervicis diſtinguat jumento ſimilem. [c] Item [3] notam in Scandinavia inſula, nec unquam viſam in hoc orbe, multis tamen narratam, [4] machlin, haud diſſimilem [5] illi, ſed nullo ſuffraginum flexu: ideoque non cubantem, [6] ſed acclivem arbori in ſomno, eaque inciſa ad inſidias, capi, alias velocitatis [7] memoratæ. [d] Labrum ei ſuperius prægrande: ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens involvatur. Tradunt in Pæonia feram, [e] quæ bonaſus vocetur, equina juba, cætera tauro ſimilem, cornibus ita [8] in ſe flexis, ut non ſint utilia pugnæ, quapropter fuga ſibi auxiliari, [f] reddentem in ea fimum, interdum & trium jugerum

1 *Lego*, vituli potius manſuetudine. Septentrio cervi quadam ſimilitudine fert & equorum.
2 cervice quam. *M.*
3 natam in Scandinavia. *Ch.*
4 Achlin. *Tol. & Ch. emend. fortaſſis*, Aclin, *quod non cubet.*
5 illis. *M. V.*
6 & adclivem. *Ch.*
7 memorandæ, *quidam legunt. Solinus c. 22. hoc.*
8 inflexis. *M.*

a *Vituli potius cervive.*] Rangiferos his deſcribit: cornutos equos ex antiquis ſcriptoribus nonnulli vocarunt. Strabo lib. 15. equos in India unicornes eſſe tradit ex Megaſthene, & cervi capite. *Dal.*

b *Septentrio fert & equorum greges ferorum.*] Naſcuntur & in Africæ vaſtis ſolitudinibus equi feri, quorum hiſtoriam, mores, naturam, venationem, capturam Joannes Leo ſuis de Africa libris diligenter expoſuit. Medicinam ex iis vide infra cap. 13. 28. Fert & India Æliano cap. 9. lib. 16 de animal. *Idem.*

c *Item notam in Scandinavia, &c.*] Lege: *Item natam in Scandinavia inſula, nec unquam viſam in hac urbe, multis, &c.* Salmaſ. 232. b.

d *Labrum ei ſuperius pregrande. Ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens involvatur.*] Hæc verba non ad Machlin attinent, ſed ad Alcem, ſi Solino credimus cap. 22. Itaque illuc transferri debent, ubi paulo ante de Alce agebatur. Legendum itaque hoc pacto, *Preterea Alcem, ni proceritas aurium & cervicis diſtinguat, jumento ſimilem. Labrum ei ſuperius pregrande, &c.* Pint.

e *Qua bonaſus vocetur.*] Ariſt. c. 1. lib. 2. hiſt. vocat *βόνασον*: libro vero *περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμ.* eam vocat *βόλινθον*. item c. 35. lib. 9. hiſt. vocat & *βόνασον*, & *μόνωπον*, quæ ultima vox eſt Pæoniæ incolarum. *Dal.*

f *Reddentem in ea fimum, interdum & trium jugerum longitudine.*] Ariſtotelis, à quo locus hic tralatus eſt, verba ſunt ex libro nono, cap. 45. de bonaſo: *Cum percuſſus eſt, fugit: niſi defatigatus, nunquam conſiſtit. repugnat calcitrans, & proluviem alvi vel ad quatuor paſſus projiciens; quo præſidio facile utitur, & plerunque ita adurit, ut pili inſectantium canum abſumantur.* Ex his Ariſtotelis verbis planum fit, non *trium* apud Plinium legendum eſſe, ſed *quatuor.* De cætero diſcrimen tralationis inter Plinium Theodorumque attulit ambiguitas verbi Græci, *orgyla:* quod tum jugerum ſignificat, tum etiam paſſum ulnamque. Plinio prior ſignificatio magis placuit, Theodoro poſterior. Cui ſubſcribunt, modo non ſit mihi fraudi inconditos & barbaros ſcriptores interdum citare, Albertus Magnus libro de animalibus octavo, capite primo tractatus v. & Avicenna libro etiam etiam octavo, capite ſeptimo.

rum longitudine : cujus contactus ſequentes ut ignis aliquis amburat. Mirum pardos, pantheras, leones & ſimilia, condito in [1] corporis [2] vaginas unguium mucrone, ne [3] refringatur hebeteturve, ingredi : averſiſque falculis currere, nec niſi appetendo [4] protendere.

1 pedum. d.
2 vagina. Ch.
3 refringantur, hebetenturque. M. V. hebetenturve. Ch.
4 prætendere. V.

Cap. XVI. *De leonibus.*

[a] Leoni præcipua generoſitas, tunc cum colla armoſque veſtiunt jubæ. Id enim ætate contingit [5] è leone conceptis. Quos vero pardi generavere, ſemper inſigni hoc carent : ſimili modo fœminæ. Magna iis libido coitus, & ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animalium partus : varie fœminis cujuſque generis [6] mares aut vi aut voluptate miſcente. Unde etiam vulgare Græciæ dictum : Semper aliquid novi Africam afferre. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totaque vi conſurgit in pœnam. Idcirco [7] aut culpa flumine abluitur, [b] aut longius comitatur. [c] Semel autem edi partum, lacerato unguium acie utero in enixu, vulgum credidiſſe video. Ariſtoteles diverſa tradit, vir quem in iis magna [8] ſecuturus ex parte, præfandum reor. Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium

5 è Ch. non leg.
6 mare ſe aut vi. M.
7 ea. Ch.
8 ſecutus. M.

mo. A quibus in hac parte, quod cum bona Plinii venia dictum ſit, magis ſto, quam ab ipſo Plinio, tanto alioqui inter illos Pliniumque interſtitio, aut potius chao. *Pint.*

a *Leoni præcipua generoſitas.*] Leones Porphyrius dictos vult παρὰ τὸ λάω, vel λεύσσω, quod acerrimo ſint viſu: σμερδαλέους vocat Homerus ab oculis radiantibus. Nam μίρδειν, μαίρειν, ſignificat, lucere, ſplendere. *Dal.*

b *Aut longius comitatur.*] Ne propius accedens, odore crimen ſuum prodat. *Idem.*

c *Semel autem edi partum*] In Æſopi fabulis, leæna vulpi glorianti multos ſe fœtus edere, unum reſpondit ſe tantum parere, ſed leonem. Herod. lib. 3. & Gellius hanc fabulam in vulgus ſparſerunt. Apud Philoſtratum, ingens leæna octo catulos in utero geſtare comperta. Idem auctor ſcribit, leænam ſex menſibus uterum ferre, parere ter, primum tres, poſt duos, ac unum poſtremo. Rhodigin. cap. 9. 29. *Idem.*

a At

inalium naturas noſcendi, delegataque hac commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni [1] doctrina viro, aliquot millia hominum [2] in totius Aſiæ Græciæque tractu parêre juſſa, omnium quos venatus, aucupia, piſcatuſque alebant: quibuſque [3] vivaria, armenta, alvearia, piſcinæ, aviaria in cura erant: ne quid uſquam [4] gentium ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit: quæ à me collecta in arctum, cum iis quæ ignoraverat, quæſo ut legentes boni conſulant, in univerſis rerum naturæ operibus medioque clariſſimi regum omnium deſiderio, cura noſtra breviter peregrinantes. Is ergo tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, [a] ac per annos [5] ſingulos uno minus: ab uno ſterileſcere. Informes minimaſque carnes magnitudine muſtelarum eſſe initio, ſemeſtres vix ingredi poſſe, nec niſi [6] bimeſtrem moveri. In Europa autem inter Acheloum tantum Neſtumque amnes leones eſſe, ſed longe viribus præſtantiores iis, quos Africa aut Syria gignant. Leonum duo generâ, [7] compactile & breve criſpioribus jubis. Hos pavidiores eſſe, quam [8] longo ſimplicique villo, eos contemptores vulnerum. Urinam mares crure [9] ſublato reddere, ut canes, gravem [10] odorem, [b] nec minus halitum: raros in potu, veſci alternis diebus: à ſaturitate interim triduo cibis carere. Quæ poſſint, in mandendo ſolida devorare: [11] nec capiente avidi-

1 ſcientia. *V.*
2 in, *in M. deeſt.*
3 varia armenta. *M.*
4 genitum. *Ch.*
5 ſingulis minus. *Tol.* ſingulos minus. *M.*
6 bimeſtres. *Ch.*
7 compactum.
8 longos.
9 ſullato. *M.*
10 odore. *M.*
11 nec capiente alvo, conjectis &c. *M.*

a *Ac per annos ſingulos uno minus, &c.*] Legend. *ac per annos ſingulos minus ab uno ſterileſcere.* Salmaſ. p. 325. b.

b *Nec minus halitum.*] Hinc putant quidam vetulæ pudendum mucidum jam ac fœtens à Martiale dici leonem, hoc verſu:

---- noli, noli,
Barbam vellere mortuo leoni.

Ob hanc cauſam Catullo Cæſſius *leo* dicitur hoc verſu:

Caſſio veniam obvius leoni.

Non, ut vulgo legunt, *Caſio*. Nam Græcis χέζειν, cacare eſt. Inde *Ceſſale*, privara & familiaris ſella, Italis *Ceſſo*. Apud Plautum in Menæch. Leoninum cavum, domus eſt in qua mulier habitat gravem halitum & viroſum ſpirans:

Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo. Dalec.

aviditatem alvo, conjectis in fauces unguibus extrahere, [a] ut (ſi fugiendum ſit) non in ſatietatem abeant. Vitam iis longam docet argumento, [b] quod plerique dentibus defecti reperiantur. Polybius Æmiliani comes, in ſenecta hominem appeti ab iis refert, quoniam ad perſequendas feras vires non [1] ſuperant. Tunc obſidere Africæ urbes: eaque de cauſſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione, quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadem noxa. Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit: & ubi ſævit, in viros [2] prius, quam in [3] fœminas fremit, in infantes non niſi magna fame. [c] Credit Libya intellectum pervenire ad eos precum. Captivam certe Getuliæ reducem audivi, multorum in ſilvis impetum à ſe mitigatum alloquio, [4] auſam dicere ſe fœminam, profugam, infirmam, ſupplicem animalis omnium generoſiſſimi, [d] cæteriſque imperantis, indignam ejus gloria prædam. Varia circa [5] hæc opinio ex ingenio cujuſque vel caſu, mulceri alloquiis feras: [6] [e] quippe ubi etiam ſerpen-

1 ſuppetant. *M.*

2 potius. *Tol.* & *Ch.*

3 fœminas. Perimit infantes. *Sabellicus.*

4 auſa In. *V.* auſæ. *Ch.*

5 hoc. *M.* & *Ch.*

6 quippe cum jam, &c. vita decreverit. *M.* quippe cum etiam. *Alii.* quippe obviam. *M.*

a *Ut ſi fugiendum ſit, non in ſatietatem abeant.*] Cod. Tol. *Aut ſi fugiendum in ſatietate habeant*, eximie. Quidam ſcribunt, *Ut ſi fugiendum ſit, non ſatietate habeant.* Quæ lectio, etſi non diſplicet, non tamen perinde atque ſuperior, placet, quam & Solinus confirmare videtur cap. 29. his verbis: *Tum quod carnes juſto amplius devoratas cum gravant, inſertis in ora unguibus ſponte protrahunt. Sane & cum fugiendum eſt in ſatietate, idem faciunt.* Pintian.

b *Quod plerique dentibus defecti reperiantur.*] Ariſtoteles libro 9. cap. 44. de leonibus loquens, *Vivere*, ait, *annos multos putantur: & quidem qui captus eſt claudus, dentes complures fractos habebat. Quo argumento quidam leonum vitam longam eſſe exiſtimarunt: haud enim hoc accidere, niſi longo tempore potuiſſe.* Ex his Ariſtotelis verbis cenſeo hic ſcribendum, non *plerique*, ſed *pleriſque*: nec *defecti*, ſed *defractis*. Idem.

c *Credit Libya intellectum pervenire ad eos precum.*] Locutio quidem hæc uſitata Plinio, ut hoc ipſo volumine, cap. 36. *Cerebro veneficium ineſſe Hiſpania credunt.* & alias ſæpe. Nihilominus ſubdubito num hoc loco non *Libya* ſcribi debeat, ſed *Juba*: ut ſupra cap. 13. *Id mirum unde criſtatos Juba crediderit.* Idem Solinus cap. 29. *Juba* in Plinio videtur legiſſe, non *Libya*. Sic enim ait, *Getula etiam mulieris nomen Juba libris comprehenſum eſt, qua obteſtata occurſantis feras, impune rediit.* Hoc ſi recipimus, legendum erit paulo poſt, *audivit*, non *audivi*, ut ad eundem Jubam referatur. *Idem.*

d *Cæteriſque imperantis.*] Scribe, *Ac cæteris imperitantis*, ex utroque exemplari. ut infra cap. 38. *Quo guſtato tanta illis vis eſt, ut cæteris quadrupedum imperitans illico ſpiret.* Idem.

e *Quippe ubi etiam ſerpentes, &c.*] Legend. *quippe ubi jam ſerpentes extrahi cantu, cogique in pœnam verum falſumne ſit, vi-*

ſerpentes [a] extrahi cantu, cogique in pœnam, verum [1] falſumve ſit, vita non decreverit. Leonum animi index cauda, ſicut & equorum aures. [b] Namque & has notas generoſiſſimo cuique natura tribuit: [c] immota ergo [2] placidus, clemens blandientique ſimilis, quod rarum eſt: crebrior enim iracundia ejus. In principio terra verberatur: incremento terga, ſeu quodam incitamento flagellantur. Vis ſumma in pectore. Ex omni vulnere, ſive ungue impreſſo ſive dente, ater profluit ſanguis. Iidem ſatiati, innoxii ſunt. Generoſitas in periculis maxime deprehenditur: non in illo tantummodo, quod [d] ſpernens tela diu ſe terrore ſolo tuetur, ac [3] velut cogi teſtatur: [4] cooriturque non tanquam periculo coactus, ſed tanquam [e] amentiæ iratus. [f] Illa nobilior animi ſignificatio, quamlibet magna canum & venantium urgente vi, contemptim reſtitanſque cedit in campis, & ubi ſpectari poteſt: idem

1 falſumne. *Ch.*

2 placido, clementi, blandi. uti, quod. *M.* placido clemens blandienti, quod rarum eſt. Crebrior enim iracundia, cujus in principio. *Tol.*

3 velle. *Lengol.*

4 cogiturque, &c. amentia. *M.* *Spuria hac Pintian. cenſet.*

ſit, vita decreverit. an feræ mulceantur alloquiis variam opinionem eſſe dicit, ex cujuſque ingenio vel caſu: præſertim cum jam vita decreverit, verum falſumne ſit, ſerpentes protrahi cantu & cogi in pœnam. *Vita decrevit, ὁ βίος κέκρικεν*, communis ſcilicet hominum conſenſus ſanxit. *Salm.*

a *Extrahi cantu.*] Atque adeo rumpi. Virg.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Ovidius:

Vipereas rumpo & verbis & carmine fauces.

Horatius:

Caputque Marſa diſſilire nania.

Turn. cap. 39. 30. *Dalec.*

b *Namque & has notas generoſiſſimo cuique natura tribuit*] Dicit generoſiſſimo cuique animalium hujuſmodi notas inſitas à natura, quales leoni & equo. *Salmaſ.*

c *Immota ergo placidus, &c.*] Lege: *immota ergo placido, clemens blandienti.* dicit immotam eſſe caudam leoni placido, clementem autem blandienti, *clemens cauda* quæ in leni & blando motu eſt, ἡ σαίνουσα. Et ſic lege ſequentia: *clemens blandienti quod rarum eſt, crebrior enim iracundia, cujus in principio terra verberatur, incremento terga ſeu quodam incitamento flagellantur.* Idem.

d *Spernens tela diu ſe terrore ſolo, &c.*] Lege: *Quod ſpernens tela diu ſe terrore ſolo tuetur, ac velut cogitat ſtatum.* tantum abeſt à timore, ut diu terrore ſe tueatur, ac terreat potius quam timeat: tantum vero abeſt à fugiendi voluntate, ut ſtatum velut cogitet, ut de reſiſtendo potius cogitet, quam de fugiendo. *Status* verbum pugnatorum. hinc *ſtatu dimovere, ſtatum componere.* ſic & *cogitare ſeceſſum, &c.* Quod ſequitur, ſic lege: *Velut abſcondens rem turpem loco. Dum ſequitur, inſilit: ſaltu in fuga non utitur.* Idem.

e *Amentia.*] Illorum, qui invadentes laceſſunt. *Dalec.*

f *Illa nobilior animi ſignificatio.*] De leonum moribus & ingenio perquam multa Rhod. c. 8. & 19. lib. 13. *Idem.*

idem ubi virgulta ſilvaſque penetravit, acerrimo
1 velut deputans abſconſam turpidinem. Dum. M.
curſu fertur, [1] velut abſcondente [2] turpitudinem
2 turpitudinem. Cb.
loco. Dum ſequitur, [a] inſilit ſaltu, quo in fuga non utitur. Vulneratus obſervatione mira percuſſorem novit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui telum quidem miſerit, ſed ta-
3 rotatumque. M. & Cb.
men non vulneraverit, correptum [3] raptatumque ſternit, nec vulnerat. Cum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram,
4 cætero. Cb.
ne venabula expaveſcat. [4] Cæterum dolis carent & ſuſpicione: nec limis intuentur oculis, aſpicique ſimili modo nolunt. Creditum eſt, à moriente humum morderi, lacrymamque leto dari. Atque hoc
5 tanquam ſævum. M.
tale [5] tam ſævum animal, rotarum orbes circumacti, curruſque inanes, & gallinaceorum criſtæ, cantuſque etiam magis terrent, ſed maxime ignes. Ægritudinem faſtidii tantum ſentit, in qua medetur ei contumelia in rabiem agente annexarum laſcivia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis in remedio eſt. Leonum ſimul plurium pugnam, Romæ
6 dedit Scævola præfectus in. M.
princeps dedit Q. Scævola [6] P. filius in curuli Ædilitate. Centum autem jubatorum primus omnium [b] L. Sylla, qui poſtea dictator fuit, in Prætura. Poſt
7 ac in iis. M.
eum Pompejus Magnus in Circo DC. [7] in iis jubatorum CCCXV. Cæſar Dictator CCCC. Capere eos, ardui erat quondam operis, foveiſque maxime. Principatu Claudii caſus rationem docuit, pudendam pæne talis feræ nomine, paſtoris Gætuli ſago contra ingruentis impetum objecto: quod ſpectaculum in harenam protinus tranſlatum eſt, vix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate, quamvis levi injectu operto capite, ita ut devinciatur non

repu-

a *Inſilit ſaltu.*] Theocritus in Hercule leonis interfectore, Eidyli. 25. τηλοῦ δὲ μιῇ πήδησεν ἐφ' ὁρμῇ. *Dal.*

b *L. Sylla.*] Seneca lib. de brevit. vitæ cap. 13. auctor eſt Syllam in Circo leones ſolutos dediſſe, cum alioqui alligati darentur ad conficiendos eos miſſis à Boccho rege jaculatoribus. *Idem.*

a *Cum*

repugnans: videlicet omnis vis conſtat in oculis.
Quo minus mirum [1] fit, à Lyſimacho Alexandri 1 ſit. M.V.
juſſu ſimul incluſo ſtrangulatum leonem. Jugo ſub-
didit eos, primuſque Romæ ad currum junxit M.
Antonius, & quidem civili bello, [a] cum dimicatum
eſſet in [2] Pharſalicis campis, non ſine [3] quodam 2 Pharſaliis. Ch.
oſtento temporum, generoſos ſpiritus jugum ſubire 3 oſtento
illo [b] prodigio ſignificante: nam quod ita vectus quodam tempore il-
eſt cum mima Cytheride, [4] ſupra monſtra etiam illa- lo generoſos jugum
rum calamitatum fuit. Primus autem hominum ſubire prodigio. M.
leonem manu tractare auſus, [c] & oſtendere manſue- habet & tempore.
factum, Hanno [5] è clariſſimis Pœnorum traditur: Ch.
damnatuſque illo argumento, quoniam nihil non 4 ſuper. Ch.
perſuaſurus vir tam artificis ingenii videbatur: & 5 clariſſimus. M.
male credi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet etiam
feritas. Sunt vero & fortuita eorum quoque cle-
mentiæ exempla. [d] Mentor Syracuſanus in Syria
leone obvio ſuppliciter volutante, attonitus pavo-
re, cum refugienti undique fera opponeret ſeſe, &
veſtigia lamberet adulanti ſimilis animadvertit in
pede ejus tumorem vulnuſque, & extracto ſurculo
liberavit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Sy-
racuſis. Simili modo Elpis Samius natione, in Afri-
cam delatus nave, juxta litus conſpecto leone hiatu
minaci, arborem fuga peti, Libero patre invocato:
quoniam tum [e] præcipuus votorum locus eſt, cum
ſpei nullus [6] eſt. Neque profugienti, cum potuiſſet, 6 Eſt. Sed neque. M.
fera

a *Cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis.*] An id verum ſit, exquirit & penſitat Victorius c. 3. 16. qui & legendum putat apud Ciceronem Philippica 2. *Sequebatur rheda cum leonibus*, comites nequiſſimi, non, *leonibus*. Dalec.

b *Prodigio ſignificante.*] Elegans graveque dictum Senecæ, *magnu telu magna portenta feriri, fabula leonem non excipi.* Idem.

c *Et oſtendere manſuefactum.*] Plutarchus ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλμασι tradit, eum leonem in caſtris habuiſſe σκευοφόρον, ideoque ſolum vertere coactum, quod ad tyrannidem adſpirare id argumento foret. *Idem.*

d *Mentor Syracuſanus in Syria leone obvio.*] Gellius c. 14. lib. 5. *Idem.*

e *Præcipuus votorum locus eſt.*] Sic vetuſtus Homeri ſcholiaſtes δυστυχίας ἐπιπόνοις, καὶ σωτηρίας ἀπόγνωσις, εὐχὴ θεῶν. Victor. c. 14. 28. *Idem.*

a Servа-

fera inſtiterat: & procumbens ad arborem, hiatu, quo terruerat, miſerationem quærebat. Os morſu avidiore inhæſerat dentibus, cruciabatque inedia, [1] tum pene in ipſis ejus telis ſuſpectantem, ac velut mutis precibus orantem: [2] dum fortuitu fidens non eſt contra feram, multo diutius miraculo, quam metu, ceſſatum eſt. Degreſſus tandem evellit præbenti, & quam maxime opus eſſet, accommodanti. Traduntque, quandiu navis ea litore ſteterit, retuliſſe gratiam venatus aggerendo. Qua de cauſa Libero patri templum in Samo Elpis ſacravit, quod ab eo [3] facto Græci [4] κεχηνότος Διονύσου appellavere. [5] Miremur poſtea veſtigia hominum intelligi à feris, cum etiam auxilia ab uno animalium ſperent. Cur enim non ad alia iere? aut unde medicas manus hominis ſciunt? niſi forte vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit.

CAP. XVII. *De pantheris.*

ÆQue memorandum & de panthera tradit Demetrius Phyſicus, jacentem in media via hominis deſiderio, repente apparuiſſe patri cujuſdam Philini, affectatoris ſapientiæ: illum pavore cœpiſſe regredi, feram vero circumvolutari non dubie blandientem, ſeſeque conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi poſſet. Fœta erat, catulis procul in foveam delapſis. Primum ergo [6] miſerationis fuit non expaveſcere, proximum ei curam intendere: ſequutuſque, qua trahebat veſtem unguium levi injectu, ut cauſam doloris intellexit, ſimulque ſalutis ſuæ mercedem, exemit [7] catulos: eaque cum iis proſequente, uſque extra ſolitudines deductus, læta atque geſtiente: ut facile appareret gratiam referre, & nihil invicem imputare: quod etiam in homine rarum eſt. Hæc fidem etiam

1 tum pœna. *Ch.* tum pœnam, &c. ſuſpectante, &c. orante. *M.* tum pœnæ vim immenſis ejulatib. teſtantem ac velut, &c. orantem diu contuitus, videns os id contra feram (*vel*, diu contuitus fidentior it contra feram) &c. ceſſatum eſt. Ægre tandem os evellit præbenti. *Pint.*

2 Contra vero dum feræ fidere non eſt auſus fortuitu multo, &c. ceſſatum. Degreſſus tandem, &c. *Alii.* at dum forte intuitus eſt confidentius contra feram, multo, &c. *Alii* at dum forte contra feram jam fidens intuitus eſt, multo, &c. metu ceſſavit, aggerendo. *V.*

3 Effectu. *Pint.*

4 σωτῆρος νάον Διονύσου. *V.* ἀρχηνίτου, *Pint.* *ut ſic Bacchum vocarit reditus ſui principem & auctorem.*

5 Ne miremur. *Ch.*

6 mirationis. *M.*

7 catulos eam proſequentes. *Ch.*

[1] etiam Democrito afferunt, qui [2] Thoantem in 1 & M. & Ch.
[3] Arcadia [a] ſervatum à dracone narrat. Nutrierat 2 Dathen. M.
eum puer dilectum admodum: [4] pavenſque ſerpen- 3 Achaia. V.
tis naturam, & magnitudinem metuens, in ſolitu- 4 parenſque. Ch. & V.
dines tulerat, in quibus circumvento latronum inſi-
diis, agnitoque voce, ſubvenit. Nam quæ de in-
fantibus ferarum lacte nutritis, [b] cum eſſent expo-
ſiti, produntur, ſicut de conditoribus noſtris à lupa,
[5] magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quam 4 magnitudine f. a.
ferarum naturæ arbitror. [c] Panthera & tigris ma- fieri. Ch.
cularum varietate prope ſolæ beſtiarum ſpectantur,
cæteris unus ac ſuus [6] cujuſque [7] generis color eſt. 6 unicuique. Tol. cuique. M.
Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in can- 7 generi. Ch.
dido breves macularum oculi. Ferunt [8] [d] odore ea- 8 colore. M. prave: ſic tamen & Ch.
rum mire ſolicitari quadrupedes cunctas, ſed capi-
tis torvitate terreri. Quamobrem occultato eo, re-
liqua dulcedine invitatas corripiunt. Sunt qui [9] tra- 9 tradant. V. & Ch.
dunt in armo iis ſimilem Lunæ eſſe maculam, cre-
ſcentem in orbes, & cavantem pari modo cornua.
Nunc varias, & pardos, [10] qui mares ſunt, appel- 10 qua. Ch.
lant in eo omni genere, [11] creberrimo in Africa 11 creberrimo, in M. deeſt.
Syriaque. Quidam ab [12] iis pantheras candore ſolo
diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inveni.
[e] Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas
in Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum
[f] Cn. Aufidius Tribunus plebis, permiſitque Cir-
cenſium

a *Servatum à dracone narrat.*] Ælianus id prolixe narrat, cap. 63. libro 6. de animalibus. *Daiec.*

b *Cum eſſent expoſiti.*] Χαμαιῤῥιφεῖς χαμαιθρεπτοι: qui hos tollit & educat, inventor eſt, ac nûtricius Inventienim proprie dicuntur. *Idem.*

c *Panthera & tigris.*] Inde tigrinæ & pantherinæ menſæ, cap. 15 lib 13. Apud Plautum in Epidico, cum Epidicus dixiſſet varie ſe valuiſſe, feſtive reſpondit Theſprio,

---- qui varie valent:
Caprigenum hominum non placet mihi,
neque pantherinum genus. Idem.

d *Odore earum mire ſolicitari.*] Vide Theophr. cap. 5. & 26. Cauſſ. *Idem.*

e *Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere.*] Ibi enim per Africanas ſolas, pantheras intelligit *Salmaſ.* Hiſt. Aug. 371. b.

f *Cn. Aufidius Tribunus plebis.*] Cnei Aufidii civis Romani, oculis capti, qui cum eorum ſenſu careret, ne atrum ab albo poſſet diſcernere, videbat tamen in literis, & Græcam hiſtoriam ſcribebat, meminit Cicero 4. Tuſcul. Victorius cap. 20. lib. 3. *Daiec.*

a *Veloci-*

cenſium gratia importare. Primus autem Scaurus Ædilitate ſua varias centum quinquaginta univerſas miſit: dein Pompejus Magnus quadringentas decem: Divus Auguſtus quadringentas viginti. Idem Q. Tuberone, Fabio Max. Coss. IV. Nonas Majas, Theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romæ oſtendit in cavea manſuefactum: Divus vero Claudius ſimul quatuor.

Cap. XVIII.

De tigridis natura, & camelis, & camelopardali, & quando primum viſa Romæ.

Tigrin Hircani & Indi ferunt, animal [a] velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ, dum ca-
1 ejus. M. & Ch. pitur. Totus [1] enim fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quam maxime
2 recentes. M. pernici, atque in [2] recentem ſubinde transfertur. At ubi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim
3 ocyus. V. cura non eſt ſobolis) fertur præceps, odore veſti-
4 navim. M. & V. gans. Raptor appropinquante fremitu, abjicit unum
5 irritata. V. è catulis. Tollit illa morſu, & pondere etiam [3] [b] ocyor acta remeat, iterumque conſequitur, ac
6 quarum. Tol. ſubinde donec in [4] navem regreſſo [5] irrita feritas
7 Bactriæ & Arabiæ. V. & M. & Ch. ſævit in litore. [c] Camelos inter armenta paſcit Oriens, [6] quorum duo genera: [7] Bactriani & Ara-
8 illæ, & mox hæ. Tol. & Ch. bici differunt, [d] quod [8] illi bina habent tubera in dorſo,

a *Velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ, &c.*] Sic interpunge: *velocitatis tremenda & maxime cognita dum capitur totus ejus fœtus qui ſemper numeroſus eſt. Ab inſidiante rapitur equo quam maxime pernici atque in recentes ſubinde transfertur.* Salmaſ. *De tigri loquitur.* p. 210. b.

b *Ocyor acta remeat.*] *Remittit*, non *remeat*, præfert exemplar Toletanum: hoc eſt, reſtituit, reponitque catulum in cubili. *Pintian.*

c *Camelos inter armenta paſcit Oriens.*] Artemidorus primo Onirocriticon ex Euæni ſententia in Eroticis, Camelos dictos vult, quaſi κεκαμμένους, ὅτι βαδίζοντες μέσους τοὺς μηροὺς κάμπτουσι. Rhodig. cap. 18. 7. *Dalec. Camelos inter armenta paſcit Oriens, &c.*] Lege: *Camelos inter armenta paſcit Oriens, quarum duo genera, Bactriana & Arabica.* Et mox, *illæ bina habent tubera in dorſo, hæ ſingula.* Salmaſ. 986. a.

d *Quod illi bina habent tubera in dorſo.*] Διτύλους & διχύρτους Græci vocant. Heſychio, τύλοι, ὀχθώδεις, ἐπαναστάσεις,

dorſo, hi ſingula & [1] in pectore alterum, cui incumbant. Dentium ſuperiore ordine, ut boves, carent in utroque genere. [a] Omnes autem jumentorum in iis terris dorſo funguntur, atque etiam [2] equitantur in præliis. Velocitas [3] inter equos, ſed [4] ſua cuique menſura, ſicuti vires. Nec ultra aſſuetum [5] procedit ſpatium, nec plus inſtituto onere recipit. Odium adverſus equos gerunt naturale. Sitim & quatriduo tolerant: implenturque cum bibendi occaſio eſt, & in præteritum & in futurum, obturbata proculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. Vivunt quinquagenis annis, [6] quidam & centenis. [b] Utcunque rabiem & ipſi ſentiunt. Caſtrandi genus, etiam fœminas, quæ bello præparentur, inventum eſt: fortiores ita fiunt coitu negato. [7] Horum aliqua ſimilitudo [8] in duo transfertur animalia: [9] Nabin Æthiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, unde appellata [c] Camelopardalis, Dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primum viſa Romæ. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis, quam feritate, conſpicua: quare etiam [10] ovis feræ nomen invenit.

1 ſub p. a. c. incubant. *M.* incumbunt. V.
2 equitatu. *M.* equitatus. *Cb.*
3 Niſæorum equorum. *ex Ariſt. c. u. l. 9. hiſt.*
4 ſuæ cuique menturæ *Tol.*
5 procedunt. *Tol & mox* recipiunt.
6 quædam, *moxque*, & ipſæ. *Tol. & Cb.*
7 Harum. *Tol. & Cb.*
8 in aliud transfertur animal
9 Nabunæ. *M. & Cb.*
10 oviferæ. *Tol. & Cb.*

CAP.

σὰς, καὶ τὰ τῶν ἀχθοφόρων ἐπὶ τῶν ὤμων τυλώματα. De iis Diodor. 3. Biblioth. πλεῖστα δὲ καὶ διαφορώτατα γένη καμήλων τρέφει, τῶν δὲ ψιλῶν, καὶ δασέων, καὶ διπλοῦν ἀνατεταχότων τὸ κατὰ τὴν ῥάχιν κύρτωμα. καὶ διὰ τοῦτο διτύλων ὀνομαζομένων. *Dalec.*

a *Omnes autem jumentorum in iis terris, &c*] Legend *Omnes aut jumentorum miniſteriis dorſo funguntur, aut vicem equitatus in præliis. his velocitas ut equis, ſed ſua cuique menſura, ſicut vires.* Vide Salmaſ. pag. 987 a.

b *Utcunque rabiem & ipſi ſentiunt.*] Lege: *Utcunque rabiem & ipſæ ſentiunt.* Plinius genere fœminino *Camelos* ubique vocavit, ut teſtantur libri veteres. Sic etiam Græci τὰς Καμήλους dicunt. *Salmaſ.* 986. a.

c *Camelopardalis*] Varro de ling. Lat. *Camelus ſuo nomine Syriaco in Latinum venit: ut Alexandria camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut camelus, maculis, ut panthera* (*vulgo Giraffe.*) Eam Dion accuratiſſime deſcripſit l. 43. περὶ δὲ τῆς καμηλοπαρδάλεως ὀνομαζομένης λέγω), ὅτι τότε πρῶτον εἰς δὲ ῥώμην εἰσελθῃ, καὶ πᾶσιν ὑπεδείχθη. Heliodorus Æthiopicān 10. Solin. c 33 Horat.
Diverſum confuſa genus panthera camelo.
Politianus cap. 3. Miſcellan. *Dalec.*

a *Chanm.*]

Cap. XIX. *De chao, & cepho.*

1 Chama. *Ch. & in emend.* vel, chaum. 2 rufium. *Ch.* 3 cephus. *Ch.*

Pompeji Magni primum ludi oſtenderunt [1] [a] Chaum, quem Galli [2] rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Iidem ex Æthiopia, quas vocant [3] [b] cephos, quarum pedes poſteriores, pedibus humanis & cruribus, priores manibus fuere ſimiles. Hoc animal poſtea Roma non vidit.

Cap. XX. *De rhinocerote.*

4 cornus. *M. Ch.*

Iiſdem ludis & [c] rhinoceros, unius in nare [4] cornu, qualis ſæpe viſus. Alter hic genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione alvum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus.

Cap. XXI.

De lyncibus, & ſphingibus, & crocutis, cercopithecis, Indicis bubus, leucrocutis, eale, tauris Æthiopiæ, mantichora, monocerote, catoblepa, baſiliſco.

5 monſtra. *M. V.* monſtri. *Ch.* 6 pinnatos. *Ch.* 7 conceptas. *Ch.*

Lyncas vulgo frequentes & ſphingas, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaque alia [5] monſtro ſimilia: [6] pennatos equos, & cornibus armatos, quos Pegaſos vocant: [d] Crocutas, velut ex cane lupoque [7] conceptos,

a *Chaum.*] Fortaſſis Thoën: vulgo lupum cervarium: qui Gennettam noſtram eſſe putant veriſimiliora loqui videntur. Alii ſic dictas putant zibetas, ſive catos zibetas. *Dal.*

b *Cephos.*] Strabo lib. 15. κεῖπον vocat, eſſeque tradit facie Satyro ſimilem, cætera inter urſum & canem, & in Æthiopia naſci, ſemivulpem nunc appellant. *Idem.*

c *Rhinoceros.*] Pauſanias Æthiopicum taurum eſſe putat, ac ſuper cornu quod in nare prominet, alterum habere, ſed exiguum. Rhinocerota & Hippopotamum Romæ primum viſos Dion ſcribit, Auguſto triumphante de Cleopatra. Martial. 22. 3.

Namque gravem cornu gemino ſic extulit urſum,
Jactat ut impoſitas taurus ad aſtra pilas.

Vide Politian. cap. 56. Miſcell. *Dalec.*

d *Crocutas, velut ex cane, &c.*] Leg. *Crocottas velut ex cane lupoque conceptas, &c.* Mens Plinii eſt, *crocottas* mixtam ex lupo & cane formam habere, quaſi horum duorum animalium mixto ſemine conceptæ eſſent. *Salmaſ.* pag. 337. a.

a *Indicos*

ceptos, omnia dentibus frangentes, protinuſque devorata conficientes ventre: Cercopithecos nigris capitibus, pilo [1] aſinino, & diſſimiles cæteris voce: [a] Indicos boves unicornes, tricorneſque. [2] [b] Leucrocutam [3] perniciſſimam feram, aſini fere magnitudine, [c] cruribus cervinis: collo, cauda, pectore leonis, capite [4] melium, biſulca ungula, ore ad aures uſque reſciſſo, dentium loco oſſe perpetuo. Hanc feram humanas voces tradunt imitari. Apud [5] eoſdem & quæ vocatur eale, magnitudine equi [6] fluviatilis, cauda elephanti, colore nigra [7] vel fulva: maxillas apri, majora cubitalibus cornua habens, mobilia, quæ alterna in pugna ſiſtit, variatque infeſta aut obliqua, utcunque ratio monſtravit. Sed atrociſſimos habet [d] tauros ſilveſtres majores agreſtibus, [e] velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis cæruleis, pilo in contrarium verſo, rictu ad aures dehiſcente, juxta cornua mobilia, tergori duritia ſilicis, omne reſpuens vulnus. [8] Feras omnes venantur: ipſi non aliter, quam foveis capti, feritate ſemper intereunt. Apud eoſdem naſci Cteſias ſcribit, quam [f] mantichoram [9] appellat, triplici dentium ordine pectinatim [10] coëuntium,

1 aſini. *Ch.*

2 *Alii legunt*, Leocrocutam, *sum ex eo quod ſequitur, collo, cauda, pectore leonis: tum quia infra c.* 30. *crocutæ quoddam genus facit ex leæna conceptum. Quam eorum conjecturam adjuvat Ch. in quo* leucocrotam, *legitur.*

3 perniciofiſſimam. *V. M. & Ch.*

4 Camelino, *ex Solino.*

5 eos. *M.*

6 fluvialis. V.

7 fulva abundare videtur. *ex Solino:* maxillis. *M. & Ch.*

8 feri. *D.*

9 appellant. V.

10 coëunti. V.

a *Indicos boves unicornes tricorneſque.*] Scribendum puto, *Indi equos unicornes, tricorneſque.* Nam dictionem, *boves*, adjectitiam putamus. paulo enim poſt, boves Indicos reddit. De equis autem Indicis, Strabo libro xv. *Equos ubi unicornes eſſe, cervinis capitibus, &c.* Pint.

b *Leucrocutam perniciſſimam feram.*] Quid ſi legas *Leocrocutam*, quaſi compactam ex leone & crocuta. Sequitur enim, *collo, cauda, pectore leonis.* Idem.

c *Cruribus cervinis.*] Scribo, *Clunibus cervinis*, ex utroque exemplari, & item Solino capite 53. aſtipulante etiam Romana impreſſione. *Idem.*

d *Tauros ſilveſtres majores agreſtibus*] Potiorem lectionem ducimus, *Aggregibus:* aut ſi mavis, *congregibus*, quam *agreſtibus.* Nam differentiam inter ſilveſtres & agreſtes tauros, non ſatis intelligo. *Idem.*

e *Velocitate ante omnes.*] *Ante aves*, non *ante omnes*, legendum colligitur ex Solino cap. 53. ſi caſtigatiora ipſe, quam nos, nactus eſt exemplaria. Alioqui quantum fidei homini habeamus, ſupra teſtati ſumus. *Idem.*

f *Manticheram.*] Pauſanias in Bœoticis vocat Martioram: Philoſtratus in Apollonio, Martichoram. Idem Cteſias, è quo Plinius hanc fabulam ad verbum ſumpſit, vaniſſimus homo Pygmæos, Steganopodas, Pegaſos, Sphinges impudenti mendacio poſteritati tradidit. Brod. cap 24 lib. 5. *Dalec.*

tium, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda, ſcorpionis modo ſpicula infigentem: vocis, ut ſi miſceatur fiſtulæ & tubæ, concentus: velocitatis magnæ, humani corporis vel præcipue appetentem. In India & boves ſolidis ungulis, [a] unicornes: & feram nomine [b] axin, [1] hinnuli pelle, pluribus [2] candidioribuſque maculis, [3] ſacram Liberi patris. [4] Orſei Indi ſimias candentes toto corpore venantur. Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duûm eminente. Hanc feram vivam negant capi. Apud Heſperios Æthiopas fons eſt Nigris, ut plerique exiſtimavere, Nili caput, [5] ut argumenta, quæ diximus, perſuadent: juxta hunc fera appellatur [c] catoblepas, modica [6] alioquin, cæteriſque membris iners, [7] caput tantum prægrave ægre ferens: id dejectum ſemper in terram, alias internecio humani generis, omnibus qui oculos ejus videre confeſtim expirantibus. Eadem & baſiliſci ſerpentis eſt vis. Cyrenaica hunc generat provincia, [d] XII. non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam [8] diademate inſignem. [e] Sibilo omnes fugat ſerpentes: nec flexu multiplici, ut [9] reliquæ, corpus impellit, [f] ſed celſus & erectus [10] in medio incedens. Necat

1 inulei. *Ch.*
2 candidiorib. mac. M.
3 ſacrorum. *Ch.*
4 Orſoi. *Ch.*
5 ut, *in M. del.*
6 alioqui. *Ch.*
7 caput ejus tantum. V.
8 diademate inſigne. *M.* inſigni. *V.* diadematis inſigni.
9 reliqua. *Ch.*
10 à medio, *ex Solin.*

a *Unicornes.*] Unicornes & Aſini Indici & Oryges, infra cap. 46. lib. 11. ad quem locum ſeptem animalium genera unico armata cornu adnotavimus. *Idem.*

b *Axin*] Quidam eam eſſe volunt è qua fit moſchus, ſuaviſſimum & pretioſiſſimum odoramentum: vulgo *Chat de Muſc.* Idem.

c *Catoblepas.*] Eadem de Gorgone animante prodit Athenæus ſub finem lib. 5. *Idem.*

d *XII. non amplius digitorum.*] Aëtio πηλουσιῶν τελῶν quod cum Plinio convenit. *Idem.*

e *Sibilo omnes fugat ſerpentes.*] Similis ἱερὸς ὄφις in Aſia, cujus meminit Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vide infra cap. 4. lib. 23. *Idem.*

f *Sed celſus & erectus in medio incedens*] Legend *Sed celſus & erectus medio incedens.* id eſt, media parte. Scribit enim Plinius baſiliſcum media parte corporis ſerpere,

Necat [1] frutices, non contactos modo, verum & afflatos: exurit herbas, rumpit ſaxa. Talis vis malo eſt. Creditum quondam ex equo [2] occiſo haſta, & per [3] eam ſubeunte vi, non equitem modo, ſed equum quoque abſumptum. [4] Atque huic tali monſtro (ſæpe enim [5] enectum concupivere reges videre) muſtelarum virus exitio eſt: adeo naturæ nihil placuit eſſe ſine [6] pari. [7] [a] Injiciunt eas cavernis facile cognitis [8] ſola tabe: necant [9] illæ [10] ſimul odore, moriunturque, & naturæ pugna conficitur.

CAP. XXII. *De lupis.*

SEd in Italia quoque creditur luporum viſus eſſe noxius: [b] vocemque homini, quem priores [11] contemplentur, adimere ad præſens. Inertes hos parvoſque Africa & Ægyptus gignunt, aſperos truceſque frigidior plaga. [c] Homines in lupos verti, [12] rurſumque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus, aut credere omnia, quæ fabuloſa tot ſæculis comperimus. Unde tamen iſta vulgo infixa [13] ſit fama in tantum, [14] ut in maledictis [d] verſipelles [15] habeat, indicabitur. Euanthes inter aucto-

1 frutices: non contactas. *M. V.* & afflatus exurit herbas. *M.* 2 occiſum. *V. & Ch.* 3 ſubeuntem. *Ch.* 4 Atque, & Enectum, *in M. deſideratur.* Atque *tantum in Ch.* 5 erectum. M. enectum. *V.* erutum. *Quidam*, 6 pare. *Ch.* 7 Interficiunt eas. M. interficiunt has. *Ch.* 8 ſoli tabe. *V. Ch.* 9 illi. V. 10 ſimul naturali odore, morituræque. (*Alii*, & perituræ naturæ. M.) pugnam conficiunt, moriunturque, & interituræ pugnam conficiunt. *in V.* 11 contemplantur. V. 12 rurſuſque. *Ch.* 13 ſunt. *Ch.* 14 ut maledictis in verſipelles abeat. *Ch.* ut in maledicta verſipellis abeat. *Quidam.* 15 habeant. V.

ſerpere, media erectum & celſum incedere. *Salmaſ.* pag. 371. b. Et circa finem lege: *inferciunt eas cavernis.* per vim ſcilicet eas infulciunt intrare nolentes. vulgo legitur *injiciunt. Salmaſ.* pag. 372. a.

a *Injiciunt eas cavernis, facile cognitis ſola tabe.*] Apogr. Tolet. *Facile cognitis ſoli tabe.* eximie. Solinus capite 29. *Nec hominum tantum aliorumve animalium exitio datum, ſed terra quoque ipſius, quam polluit, & exurit, ubicunque ferale ſortitus receptaculum.* Pint. *Injiciunt eas cavernis, facile cog.*] Injiciunt eas, muſtelas ſcil. regiæ cupiditatis mercenarii miniſtri. Alioqui mihi non fit veriſimile, muſtelam eſſe adeo nocendi avidam, ut ultro latebras baſiliſci perveſtiget, & vel cum certa ſua pernicie tam dirum monſtrum laceſſere non dubitet. *Gelen.*

b *Vocemque homini.*] Virgil. Bucolicis:

---- vox quoque Marim
Jam fugit ipſa: lupi Marim videre priores.

Vide proverbium, Lupus in fabula. *Dal.*

c *Homines in Lupos verti.*] Animi is morbus eſt, ac melancholiæ genus, quod λυκανθρωπίαν medici vocant. Aët. 11.6. Arabes Charab. Avicen. 3. 1. *Idem.*

d *Verſipelles.*] Plautus in Amphitr. de Jove in Amphitruonem mutato:

Ita verſipellem ſe facit, quando lubet.

Idem.

[a] auctores Græciæ non ſpretus, [b] tradit Arcadas ſcribere, ex gente [1] Antæi [2] cujuſdam ſorte familiæ lectum ad ſtagnum quoddam regionis ejus duci, veſtituque in quercu ſuſpenſo [3] tranare, atque abire in deſerta, transfigurarique in lupum & cum cæteris ejuſdem generis congregari per annos IX. Quo in tempore ſi homine ſe abſtinuerit, reverti ad idem ſtagnum: & cum [4] tranaverit, effigiem [5] recipere, ad priſtinum habitum addito novem annorum ſenio. Id quoque Fabius eandem recipere veſtem. Mirum eſt [6] quo procedat Græca credulitas! Nullum tam impudens mendacium eſt, ut teſte careat. [7] Itaque Agriopas, qui Olympionicas ſcripſit, narrat [c] Demænetum Parrhaſium in ſacrificio, quod Arcades Jovi Lyceo humana [8] etiam tum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe, & [9] in lupum convertiſſe: eundem decimo anno [d] reſtitutum athleticæ, [10] certaſſe in pugilatu, victoremque Olympia reverſum. Quin & caudæ hujus animalis creditur vulgo ineſſe amatorium virus exiguo in villo, eumque, [11] cum capiatur, abjici, nec idem pollere, niſi viventi direptum. Dies, quibus coëat, toto anno non amplius XII. Eundem in fame veſci terra. [e] Inter auguria ad dexteram commeantium

præciſo

1 Anthi. *Ch.*
2 cujuſdam familiaque alectum. V.
3 transnatare. *Tol.*
4 transnataverit. *Tol.*
5 recuperare. *M.*
6 quam. V.
7 Iſa Copas qui Olympianicas. M. Itaque Copas qui Olympionica ſcripſit, narrat. V.
8 etiam cum. V.
9 *in* lupum ſe con. M. *&* *Ch.*
10 reſtitiſſe i. p. victoremque victoria Olympica. M. V. *ſic & Ch. niſi quod habet*, reſtituiſſet. *Lego*, reſtitutum, athletico certamine in pugilatu, victorem Olympiis reverſum.
11 qui capiantur abjicere. M.

a *Auctores Græciæ*] Vide Pauſaniam initio lib. 9. *Dal.*

b *Tradit Arcadas ſcribere.*] Plautus in Amphitruone:

Nam verum eſt, quod olim eſt auditum
Fabularier, mutatos Anticos in Arcadia
homines:
Et ſævas belluas manſitaſſe, nec unquam
denuo parentibus
Cognitos.

Videatur & Pollet. hiſt. for. Rom. lib. 2. in fine. *Idem.*

c *Demænetum Parrhaſium.*] Demarchum vocat Pauſanias in Eliacis, narratque Olympiæ ſtatuam ei poſitam cum hac inſcriptione:

Dinytta genitus Demarchus dedicat hancce
Effigiem, Arcadico Parrhaſius genere.

Idem.

d *Reſtitutum Athletica, &c. victoremque Olympia, &c.*] Sic Horatius: *Magna coronari quis victor Olympia.* & Athleticæ, eſt τῇ Ἀθλητικῇ. *Galen.*

e *Inter auguria ad dexteram commeantium.*] Lupum ad dexteram euntem ore pleno, fœliciſſima promittere ajunt. Prodigioſum fuit Lupos in Capitolio vidiſſe. Lupus ingreſſus caſtra, & obviis laceratis egreſſus incolumis, exitium Romanis portendit inſigne. Lupi in foro viſi incolumes evaſerunt. Id ſignificavit

armis

præciſo itinere, ſi pleno [1] id ore fecerit, [2] nullum omnium præſtantius. Sunt in eo genere, qui cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeji Magni harena ſpectatum diximus. Huic quamvis in fame mandenti, ſi [3] reſpexit, oblivionem cibi [4] ſurripere ajunt, digreſſumque quærere [5] aliud.

1 odore. *M.* 2 nullum homini. *Tol. V.* nullum hominum. *Ch.* *Alii* nullum omnino. 3 reſpexerit. *Ch.* 4 ſubrepere. *M. & Ch.* 5 alium. *D.*

CAP. XXIII. *De ſerpentibus.*

[a] QUod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem [6] [b] pleroſque terræ habere, qua occultentur. Innumera eſſe genera. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore [7] occultato, ſolicitent ad ſe aves. Geminum caput amphiſbænæ, [8] hoc eſt ad caput & ad caudam, tanquam parum eſſet uno ore fundi venenum. Aliis [9] ſquamas eſſe, aliis picturas: omnibus exitiale virus. Jaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tantum [10] cavendas ſerpentes, ſed & miſſili volare tormento. Colla aſpidum intumeſcere [c] nullo ictus remedio, præterquam ſi confeſtim partes contactæ amputentur. Unus huic tam peſtifero animali ſenſus, vel potius affectus eſt.

6 ejus pleraſque t. h. in qua occult. *M. & Ch.* earum pleraſque terrarum, in quas. *V.* 7 occulto. *Ch.* 8 hoc eſt & à cauda, tanquam. *Tol. & Ch.* 9 ſquamam. *M.* 10 pavendas. *M. & Ch.*

Conjuga

armis oppreſſam iri patriam. In Africa lupi metas, quibus ager deſignabatur, diſſipantes, ne colonia deduceretur effecere, Alex. ab Alex. cap. 13. lib. 5. & Jul. Obſeq. de prodig. *Dalec.*

a *Quod ad ſerpentes attinet, &c.*] Leg. *Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem ejus pleraſque terra habere in qua occultentur.* pleræque ſerpentium ejus terræ in qua deliteſcunt colorem præferunt, inter eas maxime hammodytes. *Salmaſ.* 343. b. *Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem pleroſque terra habere, qua occultentur.*] Ambo codices ad veram lectionem propius accedentes, ſic habent, *Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt colorem ejus pleraſque terras habere in qua occultentur.* Unam tantum literam ſi mutaveris, & *terra* pro *terras* ſcribas, veriſſimam elicies ſcripturam: docente id Nicandro in Theriacis, tradente accidere, quod hic prodit Plinius, ſerpentibus ſepedoni & ſepi. Scribit hoc ipſum & Oppianus de leporibus, lib. Cynegeticon quarto. *Pint.*

b *Pleroſque terræ, &c.*] Præſertim Sepa & Sepedona. Nicander in Theriacis. *Dalec.*

c *Nullo ictus remedio.*] Eadem de cauſa imagine aſpidis reges Ægyptii diademа ornabant, vim principatus invictam ſignificantes. Gignuntur interdum quinûm cubitorum aſpides, atri ut plurimum coloris, nonnunquam cinerei, aliquando fulvi. Rhodig. cap. 31. lib. 25. Somniculoſam aſpidem Siſenna vocat, quoniam lethalem ſomnum morſu affert, & ut inquit Plutarch. ἠρέμα ὑπνώδη, καὶ [illegible]. Idem auctor cap. 14. lib. 27. *Idem.*

 a *Eoſque*

1 pari. *Ch.* compari, *M.*

Conjuga ferme vagantur: nec niſi cum [1] compare, vita eſt, itaque alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura. Perſequitur interfectorem, unumque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infeſtat, perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Non eſt fateri, rerum natura largius mala, an remedia genuerit. Jam primum hebetes oculos huic malo dedit: [a] eoſque non in fronte [2] ex adverſo cernere, ſed in temporibus: [b] itaque excitatur [3] ſæpius auditu quam viſu.

2 aut ex. *V.*

3 ſed ſæpius. *M.* ſed ſæpius quam viſu. *Ch.*

CAP. XXIV. *De ichneumone.*

[c] HAbet deinde internecinum bellum cum ichneumone. Notum eſt animal hac gloria maxime, in eadem natum Ægypto. Mergit ſe limo ſæpius, ſiccatque ſole. Mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricavit, in dimicationem pergit. In ea [4] caudam attollens, ictus irritos averſus excipit, donec obliquo capite ſpeculatus invadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.

4 cauda ſe attollens. *M.*

CAP. XXV.

De crocodilo, & ſcinco, & hippopotamo.

[d] CRocodilum habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter ac flumine infeſtum. [e] Unum hoc

a *Eoſque non in fronte ex adverſo cernere, &c.*] Lege: *Eoſque non in fronte, ne adverſo cernere, ſed in temporibus. adverſo* pro *adverſum.* Salmaſ. p. 344. a.

b *Itaque excitatur ſæpius auditu quam viſu.*] Lege: *Itaque ex auditu ſentit citius quam viſu.* Solinus ait: *citius audire quam aſpicere.* Salmaſ. 344. a,b. priora ſequentis capitis cum præcedenti conjungit.

c *Habet deinde internecinum bellum.*] Verbum *habet* ſupervacaneum eſt, ex utroque exemplari: repetendum enim verbum *dedit*, quod paulo ante præceſſit: ut ſit, dedit deinde internecinum bellum, &c. *Pint.*

d *Crocodilum.*] Crocodili ἀπὸ τῦ δειλαίνειν omnes dicuntur, marini quidem, τὰς κρόκας, nempe litorum, vel lapides, vel teſtas, nam ad terræ contactum expaveſcunt: terreſtres vero τὸ κρόκον: nam quamvis mel valde appetant, alvearia tamen illita croco non attingunt. Rhodig. cap. 21. 15. *Dalec.*

e *Unum hoc animal terreſtre, &c.*]Leg. *Unum hoc animal terreſtre linguæ uſu caret:*

hoc animal terreſtre linguæ uſu caret. Unum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum, alias terribile pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie. Magnitudine excedit plerunque duodeviginti cubita. [a] Parit ova quanta anſeres: eaque extra [1] cum locum ſemper incubat, prædivinatione quadam, ad quem [2] ſummo auctu eo anno acceſſurus eſt Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in majorem creſcit magnitudinem. Et unguibus hic armatus eſt, contra omnes ictus cute invicta. Dies in terra agit, [b] noctes in aqua, [3] [b] teporis utrunque ratione. [c] Hunc ſaturum cibo piſcium, & ſemper eſculento ore, in litore ſomno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat [4] ad hiandum pabuli ſui gratia os primum ejus [5] aſſultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc ſcabendi dulcedinem quam maxime hiantes: in qua voluptate ſomno preſſum conſpicatus ichneumon, per eaſdem fauces, ut telum [6] aliquod, immiſſus, erodit alvum. Similis crocodilo, ſed minor etiam ichneumone, eſt in Nilo natus ſcincos, contra venena [7] præcipuus antidotis: [8] item ad inflammandam virorum Venerem. Verum in crocodilo major erat peſtis, quam ut uno eſſet ejus hoſte natura contenta. Itaque & delphini immeantes Nilo, quorum dorſo tanquam ad hunc uſum cultellata ineſt [9] pinna, abigentes eos præda, ac velut in ſuo tantum amne regnantes, alioquin impares viribus ipſi, aſtu interimunt: callent enim in hoc cuncta animalia, ſciuntque non ſua modo commoda, verum & hoſtium adverſa: norunt ſua tela, norunt

1 aquarum locum. Quid?udum locum. *Alii*, eum locum transferens ſemp. *V.*
2 ſummo actu eo anno. *M.* egreſſurus.
3 temporis. *M.* id eſt, opportunæ ſtationis & moræ.
4 ad hiatum. *Tol.*
5 ad ſaltum. *M.*
6 aliquod immiſſum. *M. prave.*
7 præcipuum antidotum. V.
8 & idem. *M.*
9 penna. V. ſpina. *Longol.*

ret: unum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum alias horribilem pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie Salm. p. 442. a, b.

a *Parit ova, quanta anſeres.*] Lege: *Parit ova quanta anſeris.* Idem 442. b.

b *Noctes in aqua teporis utrunque ratione.*] Lege: *Noctes in aqua teporis utrique ratione.* Idem. 443. a.

c *Hunc ſaturum cibo piſcium.*] Ariſtot. cap. 6. lib. 9. Hiſtor. & lib. *περὶ ζωω-μορίων. ἀκυσμ.* *Dalec.*

runt occaſiones, parteſque diſſidentium [1] imbelles. In ventre mollis eſt tenuiſque cutis crocodilo: ideo ſe, ut territi mergunt delphini, ſubeunteſque alvum [2] illa ſecant ſpina.[a] Quin & [3] gens hominum eſt huic belluæ adverſa in ipſo Nilo [4] [b] Tentyritæ, ab inſula, in qua habitat, appellata. [c] Menſura eorum parva, ſed [5] præſentia [6] animi in hoc tantum uſu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax contra [7] inſequentes: ſed adverſum ire ſoli hi audent. Quin [8] etiam flumini innatant: dorſoque equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum, addita in os clava, [9] dextra ac læva tenentes extrema ejus utrinque, ut frænis in terram agunt captivos: [10] ac voce etiam ſola territos, cogunt evomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaque uni ei inſulæ crocodili non [11] adnatant: olfactuque ejus generis hominum, ut Pſyllorum ſerpentes fugantur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi viſus: quatuorque menſes hiemis inedia ſemper tranſmittere in ſpecu. Quidam hoc unum quamdiu vivat, creſcere arbitrantur: vivit autem longo tempore. Major altitudine in eodem Nilo bellua hippopotamus editur: ungulis [12] bifidis, quales bubus, dorſo equi, & juba, & hinnitu, roſtro reſimo, [13] cauda & dentibus aprorum aduncis, ſed minus [14] noxiis: [15] tergoris

1 in bellis. V. & Cb.

2 mollem. V.

3 *Alias*, genus hominum huic belluæ adverſum. *Sic paulo poſt*: olfactuque ejus generis hominum fugantur.

4 & à Tentyra inſula. M. à Tintyri inſula, in qua habitant, appel. Cb.

5 præſentia. *Cb.*

6 hominum. *M.*

7 ſerpentes. *M. prave. Lego*, ſequentes.

8 &c. *M.*

9 à dextra. *M. & Cb.*

10 à voce. *M.*

11 adnant. *Cb.*

12 binis. *M. & Cb.*

13 cauda torta &c. V.

14 noxius. *Cb.*

15 tergore, &c. impenetrabili, *M.*

a *Quin & gens hominum eſt huic belue adverſa.*] Scribendum reor, *Quin & genus hominum eſt huic belua adverſum.* Nec ſum oblitus Virgiliani carminis in VIII.

Gensque virûm truncis & duro robore nata.

Permiſſum illud poëtis fuerit, qui muſcarum etiam & apum gentem appellant: non ideo & oratoribus. Denique Plinius ipſe paulo poſt oſtendit, quomodo hic locus ſit legendus, cum dicit, *Olfactuque ejus generis hominum, ut Pſyllorum, ſerpentes fugantur.* Pint. *Quin & gens hominum eſt huic, &c.*] Lege: *Quin & gens hominum eſt huic bellua adverſa in ipſo Nilo à Tentyris inſula in qua habitat appellata.* Salm. 147. b.

b *Tentyritæ.*] Vide Senecam Quæſt. Natur. lib. 4. cap. 2. & infr. cap. 3. lib. 28. ubi ſcriptum *Tentyri*, ſed perperam. Vide Strabonem Geograph. lib. ultimo, & Ælianum hiſtor. animal. lib. 10. cap. 21. *Dalec.*

c *Menſura eorum parva, &c.*] Sic legend. *Menſura eorum parva, ſed præſentia animi in hoc tanto auſu mira.* Salmaſ. pag. 453. a.

a *Impe-*

goris ad ſcuta galeaſque [a] impenetrabilis, præterquam ſi humore madeat. [b] Depaſcitur ſegetes, deſtinatione ante (ut ferunt) determinatas in diem, & ex agro [1] ferentibus veſtigiis, ne [2] quæ revertenti inſidiæ comparentur.

1 fallentibus. Nam aſtuto dolo averſi pabulatum exeunt. *ex Solino.*

2 aliquæ. *Ch.*

Cap. XXVI.

Quis primus Romæ hippopotamum, & crocodilos oſtendit: & medicina ab animalibus reperta.

PRimus eum, & quinque crocodilos Romæ Ædilitatis ſuæ ludis M. Scaurus temporario euripo oſtendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magiſter [3] extitit. Aſſidua namque ſatietate obeſus [c] exit in litus, [4] recentes harundinum cæſuras ſpeculatus: atque ubi [5] acutiſſimam videt [6] ſtirpem, imprimens corpus, venam quandam in [7] crure vulnerat, atque ita profluvio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat, & plagam limo rurſus obducit.

3 exiſtit. *M. & Ch.*

4 recenti har. cæſura ſpeculatum. *Tol. & Ch.*

5 acutiſſimum vidit. *Ch.*

6 ſtipitem. *V.*

7 cute. *M.*

Cap. XXVII.

Quæ animalia quas herbas oſtenderunt, cervi, lacerti, hirundines, teſtudines, muſtela, ciconia, aper, anguis, draco, panthera, elephas, urſi, palumbes, columba, grues, corvus.

SImile quiddam & volucris in eadem Ægypto monſtravit, quæ vocatur ibis: roſtri aduncitate per

a *Impenetrabilis.*] Idem ſcribit auctor Hiſtoriæ Africanæ de corio animalis, quod *Lant*, aut *Dant* vocant. *Dalec*

b *Depaſcitur ſegetes, deſtinatione, &c.*] Legend. *Depaſcitur ſegetes, deſtinatione ante, ut ferunt determinatas, indidem & ex agro ferentibus veſtigiis.* determinat ante ac deſtinat ſegetes quas depaſturus eſt: *indidem*, id eſt, ex eo loco ipſo ſegetis, *& ex agro ferentibus veſtigiis.* Salmaſ pag. 456. b.

c *Exit in litus, recentes harundinum cæſuras ſpeculatus, &c.*] Legend. *Exit in littus recenti harundinum cæſura ſpeculatum, atque ubi acutiſſimam videt ſtirpem, imprimens corpus venam quandam in crure vulnerat.* recenti harundinum cæſura, id eſt, cum recens cæſæ ſunt harundines, exit in littus ſpeculatum, atque ubi videt acutiſſimam ſtirpem, ibi corpus imprimit. *Salmaſ.* 456. b.

per eam partem ſe [1] perluens, qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. Nec hæc ſola à [2] mutis animalibus reperta ſunt, uſui futura & homini. [a] Dictamnum herbam extrahendis ſagittis [b] cervi monſtravere, percuſſi eo telo, paſtuque ejus herbæ [3] ejecto. Iidem percuſſi à phalangio, quod eſt aranei genus, aut aliquo ſimili, cancros edendo ſibi medentur. Eſt & ad ſerpentum [4] ictus præcipua, qua ſe lacerti, quoties cum his conſeruere pugnam, vulnerati refovent. Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirundines monſtravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. [c] Teſtudo cunilæ, quam bubulam vocant, paſtu vires contra ſerpentes refovet: [d] muſtela [5] rutæ, in murium venatu cum iis dimicatione conſerta: Ciconia [6] origano, edera apri in morbis ſibi medentur, & [7] cancros veſcendo, maxime mari ejectos. Anguis hiberno ſitu membrana [8] corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud

1 proluens. *V.*
2 multis. M. V. *Cb.*
3 electo. *Cb.*
4 ictus Calaminthæ præcipua. *Ex Æliano, cap. 26 lib. 9. Hiſt. Anim.*
5 ſerpyllo. M. rutâ. V. & *Cb.*
6 vulneri admoto. *Ariſt.*
7 cancris. V. M. ejectis. *V.*
8 corpori. V.

a *Dictamnum herbam extrahendis ſagittis cervi monſtravere, percuſſi eo telo, paſtuque ejus herbæ ejecto.*] Hæc ſunt corruptiſſima, nec ſenſum habent. Scribe: *Dictamnum herbam extrahendis ſagittis cervi monſtravere percuſſi, telo, paſtu ejus herbæ ejecto.* Salm. 224.

b *Cervi monſtravere.*] Idem repetit c. 8. lib 25. At Valerius cap ult. lib. 1. & Ariſt. c. 6. lib 9. Hiſt. id capris tribuunt: auctor vero libri τ̃ θηριακῶν. ἀκεσμ. capris. Dioſcorides & Virgilius capris:

---- non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæſere ſagittæ.

Dalec.

c *Teſtudo cunilæ*] Idem ſcribitur & cap. 16. lib. 20. & ab Ariſt. cap. 6. lib. 9. Hiſt. & in lib. τ̃ θηριακῶν. ἀκεσμ. *Idem.*

d *Muſtela ruta in murium venatu.*] Ariſtoteles libro IX. cap. VI. *Muſtela quoties cum ſerpente dimicatura eſt, rutam comedit: odor enim ejus herbæ infeſtus ſerpentibus eſt.* Ex quibus Ariſtotelis verbis videtur legendum hic non, *murium*, ſed *anguium*. Certe Romana exemplaria ſic habent. Alioqui ſcribi poſſet, non *in murium venatu*, ſed *in murium venantes:* aut *in murium venatores*, ut ſic Plinius vertat Latine, quos citato loco Ariſtoteles *Myotheras* appellat: *Quin & muſtela*, inquit, *prudenter capere aves videtur: jugulat enim quas cepit, ut lupus ovem. Serpentem quoque impugnat: eum præcipue qui mures venatur; videlicet ea cauſa, quia etiam ipſa mures perſequitur.* Hæc Ariſtoteles. Præterea quæ poteſt eſſe dimicatio muſtelæ cum muribus, ſerpentes quoque debellanti? Sed ut ad priorem caſtigationem redeam, ſi *ruta* legas, ſenſum obſcurabis. Nam ambiguum erit, paſtu an frictione & contactu refoveat vires. Ob id quod ſequitur, *Ciconia origano*, recte auferendi caſu expreſſum eſt. Neque enim origani paſtu ciconiæ & aliæ volucres medentur vulneribus in dimicatione acceptis, ſed applicatu ejus herbæ ad plagam, auctore Ariſt. loco prædicto. *Pint.*

a *Obtor-*

illud exuit, nitiduſque vernat. Exuit autem à capite primum, nec celerius quam uno die [1] ac nocte 1 &. Ch.
replicans, ut extra fiat membranæ, quod fuerat intus. Idem hiberna latebra viſu obſcurato, marathro herbæ ſeſe affricans, oculos inungit ac refovet: ſi 2 hibernam. D.
vero ſquamæ [a] obtorpuere, ſpinis juniperi ſe ſcabit. 3 reſtringit. V.
Draco [2] vernam nauſeam ſilveſtris lactucæ ſucco [3] reſtinguit. 4 per carnes fricatas aconito veneno iidem barb. M. per carnis frecatas aconico venantur iidem barbari. V. perfricatas carnes. Ch.
[b] Pantheras [4] perfricata [c] carne aconito (venenum id eſt) barbari venantur. Occupat ilico fauces earum angor: quare pardalianches id venenum appellavere quidam. At fera contra hæc excrementis hominis ſibi medetur: & alias tam avida eorum, ut à paſtoribus ex induſtria in aliquo vaſe ſuſpenſa altius, quam ut queat ſaltu attingere, jaculando ſe [5] appetendoque [6] deficiat, & poſtremo expiret: 5 eaque appetend. M. & V. 6 defatigata, poſtremo. V.
[d] alioqui vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis [7] pugnet. 7 diu pugnet. Ch.
Elephas chamæleonte concolori frondi devorato, occurrit oleaſtro huic veneno ſuo. 8 fronde. M.
[e] Urſi cum mandragoræ mala guſtavere, formicas lambunt. [f] Cervus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit. [g] Palumbes, gracculi, [9] merulæ, perdi- 9 merulæ lauri f. a. f. purgant: perdices, columbæ, &c. D.

a *Obtorpuere.*] Tardius & difficilius ſeparantur. *Dal.*

b *Pantheras perfricata carne, &c.*] Lege: *Pantheras perfricatas carnes aconito, venenum id eſt, barbari venantur.* Salm. pag. 212. b.

c *Carne aconito*] Παρδαλίαγχον φάρμακον hoc vocat auctor libri τῶν θαυμασίων ἀκουσμ. à quo & ſequentia de hominis ſtercore traduntur, ſumpta tamen ex Ariſtotele c. 6. lib. 9. Hiſtor. Cicero 2. de Nat. Deor. Auditum eſt Pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere. hominis nempe excrementa. vide infra c. 2. l. 27. *Dalec.*

d *Alioqui vivacitatis adeo lentæ, &c.*] Leg. *Alias vivacitatis adeo lenta ut ejectis interaneis diu pugnet.* Salmaſ. pag. 213. a.

e *Urſi.*] Plutarchus de animal. prudentia, hoc remedio uti ſcribit urſos, cum ſunt ἀσιώδεις, id eſt, cum cibum faſtidiunt, averſantur & abhorrent. ἄλλως δ᾽ ἀσιώδης γινομένη, inquit, πρὸς τὰς μυρμηκίας τρέπεται καὶ καθίεται προσανάλυσα λιπαρὰν, καὶ μαλακὴν ἰκμάδι γλυκεία τὴν γλῶσσαν ἄχρις οὗ μυρμήκων ἐμπλέως γένηται, καταπίνουσα δ᾽ ὠφελεῖται. Cæterum fortaſſis aliquis ſuſpicari poſſit eſu fructus mandragoræ urſis τὴν ἄσην naſci. Victorius cap. 17. 13. vide infra c. 6. lib. 9. *Dal.*

f *Cervus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit.*] Scribe: *herba cinara.* ſic Horatio, *herba lapathi.* nam κινάρα dicitur Græce, non κινάρη. *Salmaſ.* pag. 225.

g *Palumbes, gracculi, merula, perdices, &c.*] Lego: *Palumbes, gracculi, merulæ, lauri folio annuum faſtidium purgant: perdices, columbæ, &c.* Hinc namque Perdicium

perdices lauri folio annuum faſtidium purgant: columbæ, [1] turtures & gallinacei herba quæ vocatur helxine: anates, anſeres, cæteræque aquaticæ herba [a] ſiderite; grues & ſimiles junco paluſtri. Corvus occiſo [2] chamæleonte, qui etiam victori nocet, [3] lauro infectum virus extinguit.

1 totis. Cb.

2 chamæleone. M & Cb.

3 lauru infectum. Cb.

Cap. XXVIII. *Prognoſtica animalium.*

Millia præterea, utpote cum plurimis animalibus eadem natura rerum, cœli quoque obſervationem & ventorum, imbrium, tempeſtatum præſagia, [4] aliis alia dederit, quod perſequi immenſum eſt, æque ſcilicet quam reliquam cum ſingulis hominum ſocietatem. Siquidem & pericula præmonent, non fibris modo extiſque, circa quod magna mortalium portio hæret, ſed alia quadam ſignificatione. [b] Ruinis imminentibus muſculi præmigrant, aranei cum telis primi cadunt. [c] Auguria quidem [5] artem fecere, apud Romanos & ſacerdotum collegium vel maxime ſolenne eſt: [6] [d] in Thracia

4 alia alio modo. Cb.

5 artem periculis fecere. Apud Romanos ſacerdotum. M.

6 Interea. M. & Cb.

dictum Helxine vocatur, quod ea comeſa ſe perdices purgent, ut idem ſcribit c. 10. lib. 22. *Dalec.*

a *Siderite.*] Seride ex Colum. cap. 14. 8. Ideoque Virg. Georg. 1. inter ſegetum noxas cum memoraſſet improbos anſeres, Strymoniaſque grues, adjecit,

---- *& amaris intyba fibris.*

Quæ radicum fibris terram defrugant, triticum angunt, & anſeribus expetitæ illos invitant. Turn c. 35. lib. 27. *Idem.*

b *Ruinis imminentibus muſculi præmigrant.*] Cicero ad Atticum, *Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. Itaque non ſolum inquilini, ſed mures etiam migraverunt.* Idem.

c *Auguria quidem artem fecere, &c.*] Lege: *Auguria quidem artem fecere apud Romanos & ſacerdotum collegium. vel maxime ſolenne eſt inter ea locis rigentibus & vulpes, animalis alioquin ſolertia diri: amnes gelatos lacuſque non niſi ad ejus itum reditumque tranſeunt.* Vide Salmaſ. pag. 440. b. *Auguria quidem, &c.*] De augurum numero, dignitate, diſciplina, officio, habitu, vide Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 5. 4. & Feneſtell. ſeu potius Floccum de ſacerd. Rom. cap. 4. Onuph. Panvin. Civit. Roman. pag. 459. *Dalec.*

d *In Thracia locis rigentibus & vulpes animal alioqui ſolerti auditu amnes gelatos lacuſque non niſi ad paſtus itura reditura-que tranſeunt. Obſervatum eam, & reliqua*] Senſum pulcherrimum verba vitioſiſſima adumbrant, neque ſinunt percipi ad plenum. Ambo exemplaria, verba illa, *non niſi ad paſtus ituræ redituræque,* aliter legunt, ut puto recte: *Non niſi ad ejus itum reditumque.* Beneficio igitur ſcriptæ lectionis, totus hic locus ſic reſtituetur, *In Thracia locis rigentibus & vulpes, animal alioqui ſolerti auditu.* repetendum hic, *artem periculis fecit.* tum ſequitur, *Amnes gelatos lacuſque non niſi ad ejus itum reditumque tranſeunt. Obſervatum eam, &c.* Confirmat hanc correctionem

cia locis rigentibus & vulpes, animal alioqui [1]ſolerti auditu, amnes gelatos, lacuſque non niſi ad paſtus ituræ rediturææque tranſeunt. Obſervatum, eam aure ad glaciem appoſita, conjectare craſſitudinem gelus.

1 ſolertia dirum. *Ch.*

Cap. XXIX.

Civitates & gentes à minutis animalibus deletæ.

NEc minus clara exitii documenta ſunt etiam [2]ex contemnendis animalibus. M. Varro auctor eſt, à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum; à talpis in Theſſalia: ab ranis civitatem in Gallia pulſam, ab locuſtis in Africa: ex Gyaro Cycladum inſula incolas à muribus fugatos, in Italia Amyclas à ſerpentibus deletas. [a]Citra Cynamolgos Æthiopas late deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & ſolpugis gente ſublata, & à [b]ſcolopendris [3]abactos Trerienſes, auctor eſt Theophraſtus. Sed ad reliqua ferarum genera [4]remeamus.

2 ex *Ch. non leg.*

3 abactis Etruriæ res. *M.* abactos Eretrienſes. *Ch.*

4 tranſeamus. *M.* redeamus. *Ch.*

Cap. XXX.

De hyæna, [c] & crocuta, & manticbora, & fibris, & lutris.

HYænis utranque eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri, parere ſine mare, vulgus credit, Ariſtoteles negat. [5][d]Collum & juba

5 Collo & juba & unitate. *M.* Collum & jubam & unitatem. *Ch.*

nem Plutarchus in libro, cui titulum fecit, Utra animalium ſagaciora aquatica an terreſtria, ubi multis verbis perſequitur, quod hic Plinius paucis complexus eſt. *Pint.*

a *Citra Cynamolgos Æthiopas, &c.*] Leg *Circa Cynamolgos Æthiopas late deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & ſolpugis* (an *ſolifugis*) *gente ſublata.* Salmaſ. p. 100.

b *Scolopendris.*] Terreſtribus, nam & marinæ ſunt. *Dalec.*

c *Crocuta.*] Arabes vocant, *Adib.* Vide infra cap. 8. lib 28. *Idem*

d *Collum & juba continuitate ſpina porrigitur.*] Scribe: *Collum & jubam ei unitatem ſpina porrigitur.* hoc eſt, quod ait Solinus, collum ei cum ſpina rigere continua unitate. Dicit ergo collum & jubam unitate ſpinæ ei porrigi, id eſt, collum cum ſpina unum eſſe, & jubam per totum porrigi. *Salmaſ.* 336. b *Collum & juba continuitate ſpina porrigitur.*] Citra vertebrarum diſtinctionem, cum dorſi ſpina continuatur, quæ in nodos & articulos diviſa eſt in cæteris animalibus, quemadmodum videre eſt infra, cap. 8. lib. 28. *Dalec.*

a Item

& juba continuitate ſpinæ porrigitur, flectique, niſi circumactu totius corporis, [1] nequit. Multa præterea mira traduntur. Sed maxime ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula [2] aſſimulare, nomenque alicujus [3] addiſcere, quem evocatum [4] foras laceret. [a] Item vomitionem hominis imitari, ad ſolicitandos canes, quos invadat. Ab uno animali ſepulchra erui, inquiſitione corporum. Fœminam raro capi. Oculis mille eſſe varietates, colorumque mutationes. [b] Præterea umbræ ejus contactu canes obmuteſcere. Et quibuſdam magicis artibus omne animal, quod ter luſtraverit, in veſtigio hærere. [c] Hujus generis coitu leæna Æthiopica parit [5] crocutam, ſimiliter voces imitantem hominum pecorumque. [d] Acies ei perpetua in [6] utraque parte oris, nullis gingivis, dente continuo: qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. Hominum ſermones imitari & mantichoram in Æthiopia, auctor eſt Juba. Hyænæ plurimæ gignuntur in Africa, quæ & aſinorum ſilveſtrium multitudinem fundit. Mares in eo genere ſinguli fœminarum gregibus imperitant. Timent libidi-nis

1 non quit. *Cb.*
2 aſſimilare. *M.*
3 addiſci. *Co.*
4 foris. *M.* & *Cb.*
5 corocottam. *Cb.*
6 utroque orbe, (*l. oculo*) oris nullis. *ex Solino.*

a *Item vomitionem hominis imitari.*] Ælianus c. 22. lib. 7. de Animal. *Daleeamp.*

b *Præterea umbra ejus.*] Ariſtot. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Ælianus cap. 7. lib. 3. de Animal. *Idem.*

c *Hujus generis coitu leæna Æthiopica parit crocutam*] Nulla ratione defendi poteſt, *crocutam*. Nam cap. XXI. ex cane lupoque crocutas concipi tradit: confirmaturque auctoritate Strabonis l. XVI. hic vero ex hyæna leænaque Æthiopica. Itaque ne à ſeipſo diſſentiat Plinius, commodius legetur, *leocrocutam*, quam *crocutam*. Nam leocrocutam voces humanas imitari, ſuperius ſcripſit & item dentium loco os habere perpetuum, quam duplicem naturam hic repetit. Sed repugnant tum auctoritas Solini c. XXIX. tum quod Plinius Indicum animal ſupra fecit leocrocutam, non, ut hic, Æthiopicum. Apogr. Tolet. *Corocotiam* legit, non *crocutam*: ut forte animal ſit diverſum corocotia à crocuta. Non placet hoc nimis, nec item nimis diſplicet. Ita ad Ariſtotelicum in ambiguis remedium confugiendum erit, ut conſideretur melius. *Pint.*

d *Acies ei perpetua in utraque parte oris.*] De acie dentium perpetua debet accipi, ac continuo dentium acumine. *Salmaſ.* 337. b. 338. a. *Acies ei perpetua in utraque parte oris nullis gingivis.*] Legendum opinor, *Acies ei perpetua in utroque orbe, oris nullis gingivis.* Solinus cap. XXIX. *Nunquam connivet aciem orbium, ſed in obtutum ſine nictatione contendit. In ore gingiva nulla.* Pint.

a *Eaſ-*

nis æmulos, & ideo gravidas cuſtodiunt, morſuque natos mares caſtrant. Contra gravidæ latebras petunt, & parere [1] furto cupiunt, gaudentque copia libidinis. [a] Eaſdem partes ſibi ipſi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc ſe peti gnari: caſtoreum id vocant medici: [b] alias animal horrendi [2] morſus, arbores [c] juxta flumina, ut ferro, [d] cædit: hominis parte comprehenſa, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſus reſolvit. [3] Cauda piſcium iis, cætera ſpecies lutræ. Utrumque aquaticum: utrique mollior pluma pilus.

1 furtim. V.

2 morſum. V.

3 Cauda piſcium fibris cætero ſpecies. D.

CAP XXXI.

De ranis, & vitulis marinis, & ſtellionibus.

[e] RAnæ quoque rubetæ, quarum & in terra, & in humore vita, plurimis refertæ medicaminibus, deponere ea [4] quotidie ac reſumere à paſtu dicuntur,

4 aſſidue. M.

a *Eaſdem partes ſibi ipſi Pontici amputant fibri.*] Juvenalis Satyr. 12.

---- *imitatus Caſtora, qui ſe*
Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno
Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.

Falſum tamen vanumque id eſſe Sextius tradit infra cap. 3 lib. 32. *Dalec.*

b *Alias animal horrendi morſus, arborem juxta flumina ut ferro cadit. Hominis parte comprehenſa, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſu reſolvit.*] Locus inter cæteros hujus operis inſigniter vitiatus, ac prope conclamatus qui ſi opera mea non fuerit in integrum reſtitutus, elegantiorem tamen habitum, ut puto, aſſumet. Scribo igitur ſic: *Latax animal horrendi morſus, arbores juxta flumina ut ferro incidit. Homine Lutra comprehenſo, non antequam fracta concrepuerint oſſa, morſu reſolvit.* Ariſtoteles libro VIII. cap. V. *Sunt inter quadrupedes ferasque quæ victum ex lacu & fluviis ferant; at vero à mari nullum, præterquam vitulus marinus. Sunt etiam in hoc genere fiber, ſatherium, ſatyrium, lutris, latax, quæ latior lutre eſt, denteſque habet robuſtos, quippe quæ noctu plerumque egrediens virgulta proxima ſuis dentibus ut ferro præcidit. Lutris etiam hominem mordet, nec deſiſtit, ut ferunt, niſi fracti oſſis crepitum ſenſerit.* Hæc Ariſtoteles; à quo tamen longiſſime abeunt quæ ſubjicit Plinius, utrique molliorem pluma eſſe pilum Nam lataci Ariſtoteles eodem loco pilum eſſe tradit durum, ſpecie inter pilum vituli marini & cervi. Niſi quis dicat non *utrique* ſcribendum in Plinio, ſed *lutra.* Lutræ præter alios & Athenæus undecimo, & Herodotus primo meminere. *Pint.*

c *Juxta flumina*] Feſto fiber quaſi fimber dicitur, quod in extremis fluminum oris ac tanquam fimbriis degat. *Dalec.*

d *Cadit.*] Ariſtoteles id ſcripſit περὶ τῆς ἐνυδρίδος, quam lutram vocamus, cap 5. lib. 11. hiſt. Plautus,

Sic me ſubes quotidie, quaſi fiber ſalicem. Idem.

e *Rana quoque rubeta*] De rubetarum veneno & ſumpto, & afflatu incuſſo, vide Ælianum cap. 12. 17. de Animal. & infra cap. 6. lib. 32. *Idem.*

a *Coagu-*

dicuntur, venena tantum ſemper ſibi reſervantes. Similis & vitulo marino victus, in mari ac terra: ſimile [1] fibro & ingenium. Evomit fel ſuum, ad multa medicamenta utile. Item [2] [a] coagulum, ad comitiales morbos: ob ea ſe peti prudens. Theophraſtus auctor eſt, [3] anguis modo & ſtelliones [b] ſenectutem exuere, eamque protinus devorare, præripientes comitiali morbo remedia. [c] Eoſdem mortiferi in Græcia morſus, innoxios eſſe in Sicilia.

1 fibris. *M. prave. ſic tamen & Ch.*
2 coagulum. *Ch.*
3 angues eo modo.&c. *M. fortaſſis, eodem modo, ut in V.*

Cap. XXXII. *De cervis.*

Cervis quoque eſt ſua malignitas, quanquam placidiſſimo animalium. Urgente vi canum, ultro confugiunt ad hominem. Et in pariendo ſemitas minus cavent, humanis veſtigiis tritas, [4] quam ſecreta ac feris opportuna. Conceptus earum poſt Arcturi ſidus. Octonis menſibus ferunt partus, [5] interdum & geminos. A conceptu ſeparant ſe. At mares relicti rabie libidinis ſæviunt: [6] fodiunt ſcrobes. Tunc roſtra eorum nigreſcunt, donec [7] aliquando abluant imbres. [d] Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam, quæ ſeſelis dicitur, faciliore ita utentes utero. [e] A partu duas [8] habent

4 quam quæ ſecretæ, ac feris opportunæ. *M. Tol. tamen vulgatam ſequitur.*
5 interim. *Ch.*
6 fodiuntque. *V.*
7 aliqui. *M. & Ch.*
8 habent, quæ, &c. M. A partu duas, quæ & anno & ſiſelicis app. *Ch.*

a *Coagulum.*] Theoph. in fragmento de animalium invidia. Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dal.*

b *Senectutem exuere.*] Ariſtoteles & Theophraſtus citatis locis. Senectutem ſtellionis tuniculam auctor vocat cap. 10. lib. 20. *Idem.*

c *Eoſdem mortiferi in Græcia morſus, innoxios eſſe in Sicilia.*] Imo è contrario ſcribendum videtur verbis permutatis, *Eoſdem mortiferi in Sicilia morſus, innoxios eſſe in Græcia.* Ariſtoteles in libro de admirandis auditionibus: *Et in Sicilia autem ajunt & in Italia Stelliones letali eſſe morſu, non ſicuti noſtrates.* Pint.

d *Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam quæ ſeſelis dicitur, faciliore ita utentes utero. A partu duas habent herbas quæ aros & ſeſelis appellatur, &c.*] Multa hic animadverſione digna. Seſelim & à partu & ante partum cervas paſci. Quod non fit mihi veriſimile. Alia ergo herba eſt, quam ſeſeli, qua poſt partum paſcuntur. Helxinen eam appellat lib. xxv. ut habent libri ſcripti. Iidem libri hoc loco ſic ſcribunt: *à partu duas, quæ Tamo & ſiſelicis appellantur: paſtæ redeunt ad fœtum.* carent enim illis verbis, *herbas habent.* Puto ſcribendum: *à partu duas, quæ Tamus & ſideritis appellantur, paſtæ redeunt ad fœtum.* Salmaſ. p. 224.

e *A partu duas habent herbas, quæ aros & ſeſelis appellantur, paſtæ redeunt ad fœtum.*] In voce *ſeſelis* nihil mutandum. Sed pro *quæ aros*, legendum *chorion*, quod æque ac *ſeſelin* pro herbæ genere accepit Plinius inſigni errore: cum χορίον Græce dicatur ea membrana, qua fœtus involvitur. *Bouchart.* 891.

a Saltum-

bent herbas, quæ aros & ſeſelis appellantur: paſtæ redeunt ad [1] fœtum: illis imbui lactis primos volunt ſuccos, quacunque de cauſa. Editos partus exercent curſu, & fugam meditari docent: ad prærupta ducunt, [a] ſaltumque demonſtrant. Jam mares ſoluti deſiderio libidinis, avide petunt pabula. Ubi ſe præpingues ſenſere, latebras quærunt, fatentes incommodum pondus. Et alias ſemper in fuga acquieſcunt, ſtanteſque [2] reſpiciunt: cum prope ventum eſt, rurſus fugæ præſidia repetentes. Hoc fit inteſtini dolore, tam infirmi, ut ictu levi rumpatur intus. Fugiunt autem latratu canum audito ſecunda ſemper aura, [b] ut veſtigia cum ipſis abeant. Mulcentur fiſtula paſtorali [3] & cantu: cum erexere aures, acerrimi [4] auditus: cum remiſere, ſurdi. Cætero animal ſimplex, & omnium rerum miraculo ſtupens: in tantum, ut equo aut bucula accedente propius, hominem juxta venantem non cernant, aut ſi cernant, arcum ipſum ſagittaſque mirentur. Maria [5] tranant gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibuſque ad terga redeuntes. Hoc maxime notatur à Cilicia Cyprum trajicientibus. [6] Nec vident terras, [7] ſed in odorem earum natant. Cornua mares habent, ſolique animalium omnibus annis ſtato veris tempore amittunt: ideo ſub [8] ipſa die quam maxime invia petunt. [c] Latent amiſſis velut inermes, [d] ſed & hi bono ſuo invidentes.

Dextrum

1 fœtus; illos imbui lactis primo nolunt ſucco. *M.* illius imbui lactis primo volunt ſucco. *Pint. ex Salm.*

2 reſipiſcunt. *M.*

3 ex. *Ch.*

4 ſunt auditus, &c. *Ch.* auditus, cum demiſere, ſurdi. Cæterum. *M.* & *V.*

5 trameant. *Ch.* tranſnatant gregatim natantes. *Tol.*

6 Non *M.*

7 ſed in odore. *M.* & *Ch.*

8 ſtata. *H.*

a *Saltumque demonſtrant.*] Cubile & luſtrum, Turn. cap. 22. lib. 3. adverſariorum. Quidam exponunt editum montem: alii, ſaliendi pernicitatem. *Dalec.*

b *Ut veſtigia cum ipſis abeant.*] Veſtigiis perſequi feras dicuntur qui odorem earum ſequuntur. Hinc *veſtigia* pro odore. *Salmaſ.* pag. 220. b.

c *Latent amiſſis velut inermes, &c.*] Sic ſcribe. *latent amiſſis velut inermes, ſed & heic bonum ſuum* (an *bona ſua*) *invident: dextrum cornu negant inveniri* Cervi cum cornua amittunt dexterum defodiunt, quod multis in rebus efficacius ad medelam eſſe creditum. ſic bona ſua invident cervi: non bono ſuo: nec enim hoc illis prodeſt, ſed ne homini proſit, ideo putantur ſubtrahere. *Salmaſ.* p 221.

d *Sed & hi bono ſuo invidentes.*] Scribo alterutro modo, aut expuncta particula,

[a] Dextrum cornu negant inveniri, ſeu medicamento aliquo præditum. Idque mirabilius fatendum eſt, cum & in vivariis mutent omnibus annis: defodi ab iis putant. [1] [b] Accenſis autem utriſlibet, odore ſerpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. [c] Indicia quoque ætatis in illis gerunt, [2] ſingulos annis adjicientibus ramos uſque ad ſexennes. Ab eo tempore ſimilia reviviſcunt: nec poteſt [3] ætas diſcerni, ſed dentibus ſenecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere ſolitos junioribus. Non decidunt caſtratis cornua, nec naſcuntur. [d] Erumpunt autem renaſcentibus tuberibus primo aridæ cutis ſimilia. [4] Eadem teneris increſcunt ferulis arundineas in paniculas molli [5] plumata lanugine. Quam diu carent iis, noctibus procedunt ad pabula: increſcentia Solis vapore durant, ad arbores ſubinde experientes: ubi [6] placuit robur, in aperta prodeunt. Captique jam ſunt, edera in cornibus viridante ex attritu arborum, ut in

1 Accenſa autem utriuſque liberat odore & comit. *Ch.*

2 ſingulis. V.

3 ætas iis diſc. V.

4 ejuſdem generis. *Tol.*

5 plumoſa. V.

6 placuerit. *M.*

ticula, *ſed: Et ipſi ſuo bono invidentes.* aut certe, *Sed & ipſi bono ſuo invident.* Pint. *Bono ſuo invidentes.*] Inter lapides Orpheus ſuo de illis poëmate, cornuum cervi dotes & medicas vites diligenter proſequutus eſt. Theophraſt. lib. de invidia animal. *Dalec.*

a *Dextrum cornu negant inveniri.*] Solinus, *dextrum* quoque cum ſuo Plinio: ſed magis eſt ut *ſiniſtrum* legatur. Ariſtoteles libro nono, capite ſexto: *Fertur autem ſiniſtrum cornu à nemine unquam viſum: abſcondi enim ab his tanquam medicam quandam vim habens.* Sed quoniam idem Ariſtoteles in libro de admiranda auditione, Epiri cervas dextra cornua defodere ait, videtur Plinius, aut quivis alius lapſu memoriæ, quod eſt proprium cervarum Epiri, cervis omnibus tribuiſſe. *Pint.*

b *Accenſis autem utriuſlibet, &c.*] Sic leg. *accenſi autem utriuſlibet odore & comitiales morbi deprehenduntur.* ſcil. aduſto cervino cornu. *Salmaſius* pagina 221. *Accenſis autem utriſlibet odore ſerpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur.*] Duo illa verba, *ſerpentes fugantur*, in neutro exemplari habentur, non male: nam ejus rei paulo poſt fit mentio. Reliqua in eiſdem ſic leguntur, *Accenſi autem utrius collibeat odore, & comitiales morbi, &c.* Pint.

c *Indicia quoque ætatis in cornibus gerunt, ſingulos annis adjicientibus ramos uſque ad ſexennes.*] Lege: *ſingulis annis adjicientibus ramos.* Uſque ad ſexennes id incrementum perſeverat. In trimatu ramoſa habere cornua incipiunt. *Salmaſ.*

d *Erumpunt autem renaſcentibus, &c.*] Sic leg. *Erumpunt autem renaſcentibus tuberibus primo aridæ cutis ſimilia: eadem teneris increſcunt ferulis, harundineas in panniculas molli plumata lanugine.* Plumata molli lanugine in panniculas harundineas, id eſt, ad inſtar panniculарum harundinearum. *Idem.*

a *Q. Ser-*

ut in aliquo ligno, teneris, dum experiuntur, innata. [2] Fiunt aliquando & candido colore, qualem fuiſſe tradunt [a] Q. Sertorii cervam, quam eſſe fatidicam Hiſpaniæ gentibus perſuaſerat. [3] Et iis eſt cum ſerpente pugna. [4] Veſtigant cavernas, nariumque ſpiritu extrahunt renitentes. Ideo [5] ſingulare abigendis ſerpentibus odor aduſto cervino cornu. Contra morſus vero præcipuum remedium ex coagulo hinuli in matris utero occiſi. Vita cervis in confeſſo longa, poſt centum annos [6] aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis jam cute in magna obeſitate. Febrium morbos non ſentit hoc animal, quin & medetur huic [7] timori. Quaſdam [8] nos principes fœminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas, [9] longo ævo caruiſſe febribus, quod ita demum exiſtimant ratum, ſi vulnere uno interierit.

1 *quæ τῶ arborum*, & *Fiunt incluſa ſunt in M. non leguntur.* 2 Sunt. *Tol.* Fuit. *Ch.* Fit. *M.* 3 Eſt iis cum *Tol* Eſt & iis. *V.* Et his cum. M. 4 Inveſtigant. M. & V. 5 ſingularis. V. 6 à quibuſdam. *Ch.* 7 timor. *Ch.* 8 modo. M. & *Ch.* 9 & longo. *Ch.*

CAP. XXXIII. *De tragelapho, & chamæleonte.*

[10] EAdem eſt ſpecie, barba tantum & armorum villo diſtans, quem tragelaphon vocant, non alibi, quam juxta Phaſin amnem, naſcens. [b] Cervos Africa propemodum ſola non gignit. At chamæleontem & ipſa, quanquam frequentiorem [11] Indiæ. Figura & magnitudo erat lacertæ, niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera ventri junguntur, ut piſcibus, [c] & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum, ut in

10 Eſt eadem. M. & V. 11 India. M.

a *Q. Sertorii cervam.*] Val.Max.lib.1. cap. de ſimulata relig. *Dalec.*

b *Cervos Africa propemodum ſola non gignit.*] Licet cum Plinio id Ariſtoteles aſſerat, in Africa tamen cervorum greges multos paſci notum eſt. *Idem.*

c *Et ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum, ut in parvo haud abſimile ſuillo.*] Verbum, *eminet*, cum minore litera ſcriptum ſuperioribus annecte. Ariſtoteles lib. 11. cap.XII. *Et ſpina erigitur æque ut in piſcibus.* Reliqua ſic legenda ſunt, *Roſtro, ut in parvo, haud abſimili ſuillo.* Porro in impreſſione Romana, & pleriſque aliis, *ut in parvo ſit*, legitur. Exiſtimo igitur hunc locum truncatum, ſic poſſe in priorem, aut priori propinquum ſtatum reponi, *Roſtro, ut in parvo, ſimiæ haud abſimile ſuillæ.* Ariſt. loco prædicto: *Roſtrum ſimiæ porcariæ ſimillimum.* Pint.

ut in parvo, haud abſimile ſuillo: cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus: ungues adunci, motus tardior, ut teſtudini, corpus aſperum, ſeu crocodilo, oculi in receſſu cavo, tenui diſcrimine prægrandes, & corpori concolores, nunquam eos operit, nec pupillæ motu,
1 verſatione. M. ſed totius oculi [1] verſione circumſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore, ſolus animalium [a] nec cibo nec
2 ſemper alitur. V. potu [2] alitur, [b] nec alio quam aëris alimento: circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior. Mutat namque eum ſubinde, & oculis & cauda & toto corpore, redditque ſemper quemcunque proxime attingit, præter rubrum candidumque. Defuncto pallor eſt. Caro in capite & maxillis, & ad commiſſuram caudæ admodum exigua,
3 alicubi. V. nec [3] alibi toto corpore: ſanguis in corde, & circa oculos tantum: viſcera ſine ſplene. Hibernis men-
4 lacerta. M. ſibus latet, ut [4] lacertæ.

Cap. XXXIV. *De tarando, & lycaone, & thoë.*

5 &, in M. d. Mutat colores [5] & Scytharum [c] tarandus, nec aliud ex iis quæ pilo veſtiuntur, niſi in Indiis lycaon, cui jubata traditur cervix. Nam [d] thoës (luporum id genus eſt procerius longitudine, brevitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu vivens, innocuum homini) [e] habitum, non colorem mutant,

a *Nec cibo nec potu alitur.*] Quamvis famem multos menſes toleret, lingua tamen ſeſquipalmum longa exerta, ac vibrata, mucoque oblita, locuſtas, formicas, muſcas, ſcarabæos, & alia inſecta quibus veſcitur corripit, retinet, ad ſe adducit. Brod. cap. 21. lib. 6. *Dal.*

b *Nec alio quam aëris alimento.*] Theophraſto auctore, parum abeſt quin pulmo totum corpus impleat, ideoque dum auram captat, & conſectatur avidius, ea vivere ſola creditur: eadem quoque cauſa & colorem mutare idem cenſet, nempe raro & pellucente corpore, ob aëris copiam diſtendentis. *Idem.*

c *Tarandus.*] Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. & Theophraſtus fragmento de iis, quæ colorem mutant. *Dalec.*

d *Thoës.*] Φιλανθρωπότατον, nempe homini amiciſſimum eſſe, occurrentemque venerari, ac ſi feræ cæteræ invadant, opitulari & defendere ſcribit Rhod. cap. 27. 23. *Idem.*

e *Habitum non colorem mutant.*] Falſum hoc eſt, ſi Ariſtoteli plus fidei quam Plinio habetur. Is lib. IX. cap. XLIII. mutari ait colorem à Thoë, ut à quibuſdam aliis generibus piſcium, quadrupedum, avium. *Pintian.*

a *Per*

tant, [a] per hiemes hirti, æſtate nudi. Tarando magnitudo, quæ bovi, caput majus cervino, nec abſimile: cornua ramoſa, [1] ungulæ bifidæ, villus magnitudine urſorum. [b] Sed cum libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis eſt. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit, in quibus latet, metuens, ideoque raro capitur. Mirum eſſet habitum [2] corpore tam multiplicem dari, mirabilius [3] & villo.

1 Ungula bifida. *M.*

2 corpori. V.

3 & villum. V.

CAP. XXXV. *De hyſtrice.*

[c] HYſtrices generat India & Africa ſpina contectas, ac herinaceorum [4] genere: ſed hyſtrici longiores aculei, & cum intendit cutem, miſſiles. Ora urgentium [5] figit canum & paulo longius jaculatur. Hibernis autem ſe menſibus condit: quæ natura multis, & ante omnia urſis.

4 generis. V.

5 fugit. *M.*

CAP. XXXVI. *De urſis & fœtibus eorum.*

[d] EOrum coitus hiemis initio: nec vulgari quadrupedum more, ſed ambobus cubantibus com-

a *Per hiemes hirti, æſtate nudi.*] Ex eodem Ariſtotele ſumptum hoc, capite eodem. Cujus verba Theodorus maxima Plinianarum vocum laverna, ſic vertit, *Atque æſtate nudi, hieme hirti redduntur.* Sed penſitandum, an verbum Græcum λεῖοι, etſi aliquando *nudos* ſignificat, melius hic verſum eſſet *læves*, *terſi*, *nitidi*. Pint.

b *Sed cum libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis eſt.*] Videtur Solinus, *urſini*, legiſſe in Plinio, non *aſini*. Ejus verba, cap. XXXII. *Mittit & tarandum, boum magnitudine, biſulco veſtigio, ramoſis cornibus, capite cervino, urſino colore pariter & villo profundo.* Cæterum prædictorum Plinii verborum ordo luxatus ſane eſt, debentque ſubjici illis quæ paulo poſt ſequuntur: *Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque in quibus latet, reddit metuens, ideoque raro capitur: ſed, cum libuit ſui coloris eſſe, urſini ſimilis.* Poſtremum autem verbum, *eſt*, in neutro exemplari legitur. *Idem.*

c *Hyſtrices generat India, &c.*] Legend. *Hyſtrices generat India & Africa ſpinea cum tecta ac herinaceorum generis. Spinea cum tecta*, id eſt, cum ſpineo integumento. *tectam* dixit, pro tergoris tegmine. *Salmaſ.* pag. 390. a, b. *Hyſtrices generat India.*] Mures Africanos Plautus in Pœnulo:

Non audis? mures Africanos prædicat
In pompam ludis dare ſe velle ædilibus.

Dalecamp.

d *Eorum coitus hiemis initio.*] Ariſtoteles libro VI. cap. XXX. coire urſos tradit menſe Elaphibolione. Theodorus Februarium vertit. Si igitur Theodori tralationi credimus in re præſertim peculiaris

1 Dein. Ch. 2 receſſus. M.

complexiſque. [1] Deinde [2] ſeceſſus in ſpecus ſeparatim, in quibus pariunt trigeſimo die, plurimum quinos. [a] Hi ſunt candida informiſque caro, paulo muribus major, ſine oculis, ſine pilo: ungues tantum prominent: hanc lambendo paulatim figurant. [b] Nec quicquam rarius, quam parientem videre urſam. [c] Ideo mares quadragenis diebus latent, fœminæ quaternis menſibus. Specus ſi non habuere, ramorum fruticumque congerie ædificant, [d] impenetrabiles imbribus, mollique fronde conſtratos. Primis diebus bis ſeptenis tam [e] gravi ſomno premuntur,

Raris illi commentationis, male hic Plinius coire hiemis initio urſos ſcribit, cum Februarius finis ſit hiemis, non initium, Varrone auctore lib. primo de re ruſtica, cap. XXVIII. Et ſane major animalium pars in venerem excitatur appetente vere, teſte Ariſtot. lib. V. de hiſtoria animalium cap. 8. *Pint.*

a *Hi ſunt candida informiſque caro.*] Hoc falſum. In utero gravidæ urſæ à venatoribus captæ & exenteratæ omnibus ſuis membris diſtinctos catulos formatos vidi. Fabulæ cauſam præbet catulorum ortus craſſiſſimis ſecundinis obvolutorum, quas non niſi diu lambendo mater revellere poteſt. Sic videlicet contecti informis carnis ſpeciem monſtrant. *Dalec.*

b *Nec quicquam rarius quam parientem videre urſam.*] Exemplar Salmant. & pleraque excuſa, *Nec quicquam rarius homines quam parientem videre urſam.* Vera porro ſit an falſa hæc Plinii traditio, mihi ſane haud liquet: fides penes Plinium venatoreſque eſto. Nos quod ſentimus, libere, more noſtro promemus. Putamus igitur Plinium male Græca Ariſtotelis verba accepiſſe. Neque enim Ariſtoteles raram eſſe viſu parientem urſam uſpiam tradit, ſed difficilem eſſe captu prægnantem urſam ſcribit libro VI cap. 30. Cujus verba ſic Theodorus tranſtulit, *Gravidam capi urſam difficile eſt.* Rurſus libro 8. capite 17. *Fœtu gravida urſa vel à nemine vel à pauciſſimis capta eſt.* Videlicet Plinius pro eo, quod dixit Ariſt. *Capere*, accepit *videre*, pro *gravidam, parientem.* Quid igitur eſt? in ordinem Plinium redigis, ignorantiamque ei Græcarum literarum obiicis? Minime ædepol. Imo vero peritiſſimum utriuſque fuiſſe linguæ, omneſque abſolutiſſimi ſcriptoris numeros conſummaſſe fatemur: mirandum tamen non eſſe ducimus, ſi in tanta rerum varietate, homo in aula principum verſatus, deflexa interdum alioſum mentis acie, pro eo qui Socrates erat, Calliam ſalutaverit. *Pintianus.*

c *Ideo mares quadragenis diebus latent.*] Legendum reor, *Hieme mares, &c.* non *ideo mares.* Ariſtot. volumine octavo cap. 17. *Quadrupedum quæ animal generant, hyſtrices conduntur & urſi: ſed utrum propter frigus, an alia de cauſa, ambigitur.* Idem.

d *Impenetrabiles imbribus, mollique fronde conſtratos.*] Error ſolitus, & familiare malum Plinianorum exemplarium, verborum permutationis. Legendum, *Molli fronde conſtratos, impenetrabileſque imbribus*; ut præcedat cauſa, ſequatur effectus. Nam arceri imbres conſtratis frondibus, lib. X. cap. XXXIII. monſtrat, de galgulo loquens: *Jam publicum quidem omnium eſt tabulata ramorum ſuſtinendo nido provide eligere, cameraque ab imbri fronde protegere denſa.* Et lib. 16. cap. 11. de abiete: *Folio*, inquit, *pinnato, denſo, ut imbres non tranſmittat.* Idem.

e *Gravi ſomno premuntur.*] Juvenalis Satyr. 3. altiſſimo ſomno correptos urſos vocat & Phocas:

---- rhedarum tranſitus arcto

Vico-

muntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pingueſcunt. Illi ſunt adipes medicaminibus apti, contraque capilli defluvium tenaces. [a] Ab iis diebus reſidunt, ac [b] priorum pedum ſuctu vivunt. Fœtus rigentes apprimendo pectori fovent, [c] non alio incubitu, [1] quam ova volucres. Mirum dictu, credit Theo- 1 quam quo ova. V. quam ad ova. Ch.
phraſtus, per id tempus coctas quoque urſorum carnes, ſi aſſerventur, increſcere: cibi tunc nulla argumenta, nec niſi humoris minimum in alvo inveniri: ſanguinis exiguas circa [2] corda tantum guttas, reli- 2 cor. D.
quo corpori nihil ineſſe. Procedunt vere, ſed mares præpingues: [3] [d] cujus rei cauſa non prompta eſt: 3 cui. M.
quippe nec ſomno quidem ſaginatis, præter quatuordecim dies, ut diximus. [e] Exeuntes herbam quandam Aron nomine laxandis inteſtinis alioqui concretis devorant, [f] circaque ſurculos [4] ſentium præd- 4 dentium præd. M. & Ch. quaſi dentiant, prædomant. V.

Vicorum inflexu, & ſtantis convicia mandræ
Eripiunt ſomnos urſis, vituliſque marinis.

Virgilius:

Sternunt ſe ſomno deſerto in litore Phocæ.

Dalec.

a *Ab iis diebus reſidunt.*] Legendum reor, *reſident*, & intelligo in clunes: ut ex capite ſequente planum fit: *Similiter*, inquit, *reſident in clunes, & in binis pedibus gradiuntur, prioribuſque, ut manibus, utuntur.* In quibus verbis dictionem illam *ſimiliter*, niſi ad urſas referas, quo referri poſſit, non invenies. *Pint.*

b *Priorum pedum ſuctu vivunt.*] Urſi manus eſſe guſtatu dulces ac ſuaves, ejuſque rei cauſam ex Plutarcho quæſitam, vide apud Rhodig. c. 19. 26. *Dalec.*

c *Non alio incubitu quam ova volucres.*] Ambo exemplaria, *Non aliter incubitu, &c.* Proinde commutatis verbis ſic ſcribo, *Non aliter quam incubitu ad ova volucres.* Pint.

d *Cujus rei cauſa non prompta eſt*] Tunc fructuum ſilveſtrium in latebras congeſtorum magna copia devorata inertes craſſeſcunt. *Dalec.*

e *Exeuntes herbam quandam aron nomine laxandis inteſtinis alioquin concretis devorant.*] Ubi tamen in omnibus libris conſtanter legitur: *herbam quandam caram nomine.* cara herba qualis, vide *Salmaſ.* Plin. Exercit. pag. 225. a. *Exeuntes herbam quandam Aron nomine.*] Hujus inter bulbos meminit infra lib. 19. cap. 5. & lib. 24. cap. 16. *Dalec.*

f *Circaque ſurculos cum dentiunt prædomantes ora*] Ita Hermolaus caſtigavit, melius facturus ſi *præmandentes* correxiſſet ex ſuo quem citat Ariſtotele: ut legendum in totum putem, *Circa ſurculos quaſi dentiant præmandentes.* Dictio autem quæ ſequitur, *ora*, cum aſpiratione ſcripta legitur in codice Toletano, ut forte adjuncta ſequentibus ſic legendum ſit, *Hora eorum oculi hebetantur*, hoc eſt, vere: id enim ea dictio inter alia ſignificat apud Græcos. Quid ſi legas, non, *Ora oculi eorum hebetantur*, ſed *Orbes oculorum hebetantur?* Nam verbum quod ſequitur, *crebro*, deſideratur in utroque exemplari. Ariſtoteles lib. IX. c. VI *Ligna etiam manducant quaſi dentiant.* Fieri tamen poſſe non negaverim, ut ſenſum Plinius, non verba exprimens, *Prædomantes*

prædomantes ora. Oculi eorum hebetantur [1] crebro: qua maxime cauſa favos expetunt, ut convulneratum ab apibus os levet ſanguine gravedinem illam. Invalidiſſimum urſo caput, quod leoni [2] fortiſſimum: ideo urgente vi, præcipitaturi ſe ex aliqua rupe, manibus [3] eo operto jaciuntur: ac ſæpe in harena [4] colapho infracto exanimantur. Cerebro veneficium ineſſe Hiſpaniæ credunt, occiſorumque in ſpectaculis [5] capita cremant, teſtato, quoniam potum in urinam rabiem agat. Ingrediuntur [6] & bipedes. [a] Arborem averſi [7] derepunt. Tauros, ex ore cornibuſque eorum pedibus [8] omnibus ſuſpenſi, pondere fatigant. Nec alteri animalium in [9] maleficio ſtultitia ſolertior. Annalibus notatum eſt, M. Piſone, M. Meſſala Coſs. ad XIV. Kalendas Octobr. Domitium Ænobarbum Ædilem curulem urſos Numidicos centum, & totidem venatores [10] Æthiopas in circo dediſſe. Miror adjectum Numidicos fuiſſe, cum in Africa [11] [b] urſos non gigni conſtet.

CAP. XXXVII.

De muribus Ponticis, & Alpinis, & herinaceis.

Conduntur hieme & Pontici mures, [c] [12] hi duntaxat albi: quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum, auctores quonam modo intellexerint, miror. Conduntur & Alpini, quibus magnitudo [13] melium eſt:

1 crebro, *in M. d.*
2 firmiſſimum. *Ch.*
3 cooperto. *M. & Ch.*
4 collapſi exanim. *M.* colaphis inflictis exan. *V.*
5 cremantur teſt. *V. & Longol.* cremant teſta. *Aiii.*
6 & in pedes arborem. Averſi. *Ch.*
7 diripiunt. *M.* In arbores adverſi erepunt.
8 manibus. *D.*
9 maleficia. *M.* in malitia aſtutia. *Salm. habent & V. cod.* aſtutia.
10 Æthiopas *in M. deeſt.*
11 urſum. *M. & Ch.* leones. *Fulv. Urſin. vide Ann.*
12 hi, *in M. d.*
13 media. *M. V.*

mantes ora, ſcriptum reliquerit. Nam in antiquis exemplaribus *Prædomantes* habetur, non *Præmandentes*. Locum indico: liberum ſit unicuique judicium intelligendi. *Pintian. Circaque ſurculos ſeu dentium prædomantes ora, &c.*] Leg. *circaque ſurculos ſeu dentientia prædomant ora.* Salmaſ. 217. b 218. a.

a *Arborem averſi derepunt.*] Hoc eſt, non proni, ſed poſterioribus primum pedibus, anterioribus interim molem corporis ſuſtentantes, ne ruant: id quod notum eſt omnibus, qui modo vel ſemel urſum ab arbore deſcendentem viderunt. Atque in hoc quoque hominem imitantur præter morem quadrupedum. *Gelen.*

b *Urſos non gigni conſtet.*] Urſinus in Romanis familiis, legendum putat, *leones*: denariique ab hoc Ænobarbo cuſi imaginem oſtendit, in quo cum leone homo pugnat. *Dalec.*

c *Hi duntaxat albi.*] Vulgo, *Hermines*, alii, *Roſereaux, Menuver.* Idem.

a *Supra*

eſt: ſed hi pabulo ante in ſpecus convecto, cum quidam narrent, alternos marem ac fœminam, [a] ſupra ſe complexo faſce herbæ, ſupinos, cauſa mordicus apprehenſa, invicem [1] detrahi ad ſpecum: ideoque illo tempore detrito eſſe dorſo. [b] Sunt his pares & in Ægypto: ſimiliterque [2] reſidunt in clunes, [3] & binis pedibus gradiuntur, prioribuſque, ut manibus, utuntur. Præparant hiemi & [c] herinacei cibos: ac volutati ſupra jacentia poma affixa ſpinis, unum [4] non amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. [d] Iidem mutationem Aquilonis in [5] Auſtrum, [6] condentes ſe in cubile præſagiunt. Ubi vero ſenſere venantem, contracto ore pedibuſque, ac parte omni inferiore, qua raram & innocuam habent lanuginem, [7] confluunt in formam pilæ, ne quid comprehendi poſſit præter aculeos. In deſperatione vero, [e] urinam [8] ex ſe reddunt tabificam tergori ſuo ſpiniſque noxiam, propter hoc ſe capi gnari. Quam-

1 ſe trahere. M. detrahere. V.
2 reſident. M.
3 in binis. *Ch.*
4 *Negatio videtur redundare, neque eſt in V. cod. deeſt & in M. & Ch.*
5 & Auſtri. *Pint.*
6 condentes cubile. *ex Ariſt. c. 6. lib. 9. hiſtor.*
7 convolvuntur. M. *& Ch.*
8 *Alii*, in ſe. *& Ch.*

a *Supra ſe complexo faſce herbæ.*] In apographo Tolet. *ſubroſa* legitur, non *ſupra ſe:* & *faſcem* accuſandi caſu, non *faſce*, ut commodius forte ſic ſcribas, *Subroſa complexos faſcem herba.* Pint.

b *Sunt his pares & in Ægypto.*] Theophraſtus περὶ ἀθρόων φαινομένων ζώων. *Dalec.*

c *Herinacei.*] Herinaceus *Eres* quoque dicitur Plauto in Menæch.

Cur auſus facere, cui ego æque ac Eres hæreo?

Nemeſianus in Cynegeticis:

Implicitumque ſinu ſpinoſi corporis Erem.

Idem.

d *Iidem mutationem aquilonis in auſtrum condentes ſe in cubile præſagiunt.*] Non magis erinacei præſagiunt mutationem aquilonis in auſtrum, quam retro auſtri in aquilonem. Quam ob rem puto ſcribendum, *aquilonis & auſtri*: aut ſic, *aquilonem & auſtrum.* Ariſtoteles libro nono, capite ſexto: *De erinaceorum ſenſu locis multis perpenſum eſt, ut qui in cavernis ſunt, commutent ſua cubilia, aquilonum & auſtrorum mutatione.* Theodorus Græcam dictionem, ὀπαῖς, *cubilia* convertit: quod ego, cum bona Theodori venia, minime feciſſem. Nam cubile Græcis κοίτη ſeu κοιτίον dicitur, ὀπὴ autem foramen. Quanto melius nobis ſummus auctor Plutarchus Ariſtotelicum ſenſum expreſſit, eo libro cui titulus eſt, Utra animalium ſolertiora, aquatica an terreſtria, in hunc modum ſcribens: *Cubile autem ipſorum foramina duo habet, alterum ad auſtrum vergens, alterum ad aquilonem. Prævidentes igitur aëris mutationem venturam, foramina commutant, ſeu gubernatores vela, & quod vento expoſitum erat obturantes, alterum aperiunt. Quod cum Cyzici homo quidam obſervaſſet, exiſtimatus eſt à ſeipſo futura flamina præſagire.* Hactenus Plutarchus. Eandem ſolertiam Plinius infra, capite trigeſimo octavo ſciuro tribuit. *Pint.*

e *Urinam ex ſe reddunt.*] Theophraſt. in fragm. de animal. invidia. Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dalec.*

[a] Quamobrem exinanita prius urina venari, ars eſt. [1] Et cum præcipua dos tergori, alias corrupto, fragili, putribus ſpinis atque deciduis, etiam ſi vivat ſubtractus fuga: ob id [2] non niſi noviſſima ſpe maleficio eo perfunditur: quippe & ipſi odere [3] ſuum veneficium, ita parcentes ſibi terminumque ſupremum opperientes, ut ferme ante captivitas occupet. Calidæ poſtea aquæ [4] aſperſu reſolvitur pila: apprehenſuſque [5] pede altero è poſterioribus, [b] ſuſpendio ac fame necatur: aliter non eſt occidere & tergori parcere. [c] Ipſum animal non verentur plerique dicere vitæ hominum ſupervacuum [6] eſſe, ſi non ſint illi aculei, fruſtra vellerum [7] mollitie in pecore mortalibus data. Hac cute expoliuntur veſtes. Magnum fraus & ibi lucrum [8] monopolio invenit, de nulla re crebrioribus ſenatuſconſultis, [d] nulloque non principe adito querimoniis [9] provincialibus.

1 Et tum. M.
2 non niſi in noviſſ. M. & Cb.
3 inſitum. M.
4 aſperſura ſolvitur. M.
5 pes alter è poſterioribus ſuſpendioſa fame necat. M. & Cb.
6 eſt. Si enim deſint illius a. f. v. mollities i. p. m. d. Hujus cute. *vel*, eſſe, ſi deſint illius acul. &c.
7 mollitia in pecude. *Cb.* mollities in pecude data. Hujus. M.
8 monopolium. M. & *Cb. leg.* fraude & ibi lucrum monopolium.
9 pernicialibus. *Tol. Plin. l.* 15. *c.* 18.

Cap.

a *Quamobrem exinanita prius urina venari, &c.*] Lege: *quamobrem exinanita prius urina venari ars eſt: & tum præcipua dos tergori: alias corrupto, fragili, putribus ſpinis atque deciduis, etiamſi vivat ſubtractus fuga.* Salmaſ. pag 399. b.

b *Suſpendio ac fame necatur.*] Utrumque exemplar, *Suſpendioſa fame necantur.* quæ lectio non magnopere mihi diſplicet. Nam *ſuſpendioſus*, dictionem eſſe Latinam, etſi non ita frequentem, Ulpianus juriſconſultus oſtendit tertio Digeſtorum volumine, titulo de his qui notantur infamia. *Non ſolent*, inquit, *lugeri, ut Neratius ait, hoſtes, vel perduellionis damnati, neque ſuſpendioſi, neque qui manus ſibi intulerunt, non tædio vitæ, ſed mala conſcientia.* Pint.

c *Ipſum animal non verentur plerique dicere vitæ hominum ſupervacuum eſſe.*] Apographum Toletanum pulcherrime, *Ipſum animal non, ut rentur aliqui, vitæ hominum ſupervacuum eſt.* reliqua ſuperfluunt. *Pint. Ipſum animal non verentur, &c.*] Legend. *Ipſum animal, non ut remur plerique.* Non quælibet veſtes, ſed è lana molliori factæ erinaceorum cute, aut ſpinarum acervo pectebantur, hæ *pexa* proprie dictæ. *Salmaſ.* 390. b.

d *Nulloque non principe adito querimoniis provincialibus.*] Quod panni fulloniis ſpinis, non echinorum aculeis polirentur. Quod herinaceorum corio, vel putri, vel non ſat diligenter id fieret. Quod ditiores mercatores ea ſibi coria coëmerent, & foro intercepto apud ſe haberent, nec tenuiores in uſum commodumque ſuum mercari paterentur. De quo importuno hominum genere, qui fraude & iniquitate varie annonam mercium onerant, vide Cujac. cap. 19. lib. 10. Obſerv. *Dalec.*

a *Leon-*

CAP. XXXVIII.

De leontophono, lynce, melibus, & ſciuris.

URinæ [1] & è duobus aliis animalibus ratio mira eſt. [a] Leontophonon accipimus vocari parvum, nec alibi naſcens, quam ubi leo gignitur: quo guſtato tanta illa vis, ac cæteris quadrupedum imperitans, illico expiret. [b] Ergo corpus ejus [2] aduſtum aſpergunt [3] aliis carnibus polentæ modo, inſidiantes feræ, necantque etiam [4] cinere. Tam contraria eſt peſtis. Haud immerito igitur odit leo, viſumque frangit, & citra morſum exanimat. Ille contra urinam ſpargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. [c] Lyncum humor ita redditus, ubi [d] gignuntur, glaciatur areſcitve in gemmas carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id [5] ſuccino à pleriſque ita generari prodito. [e] Novere hoc, ſciuntque lynces, & invidentes urinam terra operiunt, eoque celerius ſolidatur illa. Alia ſolertia in metu melibus: [6] ſufflatæ cutis diſtentu ictus hominum & morſus canum arcent. [7] Prævident tempeſtatem & ſciuri: obturatiſque, qua ſpiraturus eſt ventus, cavernis, ex alia parte aperiunt fores: [8] de cætero ipſis villoſior cauda pro tegumento eſt. Ergo in hiemes aliis proviſum pabulum, aliis pro cibo ſomnus.

1 Urina & duobus aliis a. ratione mira. Leontoph. M.
2 exuſtum. *Alii.*
3 alituris.
4 cinere tam contrario feris. Haud. M.
5 ſuccinum, &c. proditum.
6 ſufflata cute diſtentæ. M.
7 Provident. M. & *Ch.*
8 detectis. V. operiunt fores decretas. *Parm.*

CAP.

a *Leontophonon.*] Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμάτων. *Dalec.*

b *Ergo corpus ejus aduſtum aſpergunt aliis, &c.*] Lege: *ergo corpus ejus exuſtum adſpergunt carnibus aliis polenta modo, inſidiantes feræ, necantque etiam in hora, tam contraria eſt peſtis. In hora,* id eſt, illa ipſa hora necant, qua guſtaverit, *tam contraria eſt peſtis.* adeo nempe præſentanea, ut illa ipſa hora necet, qua ex illis carnibus aliquid ſumpſerint. Græci dicunt αὐθωρεί. *Salmaſ.* pag. 328. b.

c *Lyncum humor ita redditus, ubi, &c.*] Scribe: *Lyncum humor ita redditus ubi gignitur, glaciatur areſcitve in gemmas carbunculis ſimiles & igneo colore fulgentes, lyngurium appellant.* Dubitat Plinius utrum humor, quem reddunt lynces frigore concreſcat an calore: quæ frigore indurantur, *glaciari* proprie dicuntur, quæ calore denſantur, *inareſcere.* Salmaſ.

d *Gignuntur.*] Theophraſt. lib. de lapidibus. *Dalec.*

e *Novere hoc, ſciuntque lynces.*] Ariſt. loco proxime citato. Theophr. de animalium invidia. *Idem.*

a *Serpen-*

CAP. XXXIX.

De vipera, cochleis, & lacertis.

[a] SErpentium vipera ſola terra dicitur condi: cæteræ arborum aut ſaxorum cavis. Et alias vel annua fame [1] durant, algore modo dempto. Omnia ſeceſſus tempore veneno orba dormiunt. Simili modo & cochleæ. [b] Illæ quidem iterum & æſtatibus, adhærentes maxime ſaxis: [2] ut etiam injuria reſupinatæ avulſæque non tamen exeant. In Balearibus vero inſulis cavaticæ appellatæ, non prorepunt è cavis terræ: neque herba vivunt, ſed uvæ modo inter ſe cohærent. [c] Eſt & aliud genus minus [3] vulgare, adhærente operculo ejuſdem teſtæ ſe operiens: obrutæ terra ſemper hæ, & circa maritimas tantum Alpes quondam effoſſæ, cœpere jam erui & in Veliterno. Omnium tamen laudatiſſimæ in Aſtypalæa inſula. Lacertæ inimiciſſimum genus cochleis, negantur ſemeſtrem vitam excedere. Lacerti Arabiæ cubitales: [4] in [d] Indiæ vero Nyſa monte XXIV. in [5] longitudine pedum, colore fulvi, aut punicei, aut cærulei.

1 edurant. *V.*

2 aut etiam, &c. excuntes. *Ch.*

3 vulgare. Adhærent. o. e. t. ſ. operientes, obrutæ terra ſemper. Hæ & circa. *Parm.*

4 *Alii*, in Indiæ Mere Nyſæorum monte. In India vero Nyſæorum monte. V. in Indiæ vero Nyſo monte. *Ch.*

5 longitudinem. *Ch.*

CAP.

a *Serpentium vero vipera ſola, terra dicitur condi: cætera arborum aut ſaxorum cavis.*] Scribendum videtur commutatis verbis, *Serpentium cætera terra dicuntur condi: Vipera arborum aut ſaxorum cavis.* Ariſtoteles libro octavo capite XV. *Aliæ ſerpentes in terra conduntur. Viperæ ſub petris abſcondunt ſeſe.* Pintian.

b *Illæ quidem iterum & æſtatibus.*] Non hieme tantum ut ſerpentes. Plautus in Captivis:

Quaſi cum caletur, Cochleæ in occulto latent:
Suo ſibi ſucco vivunt, ros ſi non cadit. &c.

Cochleæ tarditas in proverbium abiit. Plaut. in Pſeud.

Nunc vos quia mihi dixi & teſtes ducere,
Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.

Potiſſimum cochleæ apparent cum imbre leni roreſcit. Ariſtias comicus apud Athenæum, καὶ κοχλίας γινομένης ψεκάδος ἀνεχρῶσιτ' ἂν καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων. Varro cap. 14. 3. de re Ruſt. Victor. c. 23. 33. De cochleis altilibus & earum vivariis, vide infra lib. 9. c. 56. *Dalec.*

c *Eſt & aliud genus.*] Pomaliæ: *Idem.*

d *Indiæ vero Nyſa monte.*] Legendum reor, *In India, Mero Nyſſæ monte.* Plinius libro ſexto, capite XXI *Nec non & Nyſſam urbem plerique Indiæ aſcribunt, montemque Merum Libero patri ſacrum. unde origo fabulæ, Jovis ſemine editum.* Eadem ferme verba & apud Melam Pomponium leges: nec eſt ullus ferme aut geographus aut hiſtoricus, qui non ejus montis meminerit. *Pint.*

a *Fideliſ-*

CAP. XL. *De canibus.*

EX his quoque animalibus, quæ nobiſcum degunt, multa ſunt cognitu [1] digna: [a] fideliſſimumque ante omnia homini canis, atque equus. Pugnaſſe adverſus latrones canem pro domino accepimus, confectumque plagis à corpore non receſſiſſe volucres & feras abigentem. [b] Ab alio in Epiro agnitum in conventu percuſſorem [2] domini, [3] laniatu, & latratu [4] coactum fateri ſcelus. [5] Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, [6] præliati contra reſiſtentes. Propter bella Colophonii, itemque Caſtabalenſes, cohortes canum habuere: [7] eæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes: hæc erant fideliſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga. Canes defendere [8] Cimbris cæſis domus eorum plauſtris impoſitas. Canis Jaſone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque conſumptus eſt. Is verò, cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenſo regis Lyſimachi rogo, injecit ſe flammæ: ſimiliterque Hieronis regis. [c] Memorat & Pyrrhum Gelonis tyranni canem [9] Philiſtus. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, uxore ejus Conſingi lacerata propter laſciviorem cum marito

1 digna. Fideliſſimi ante. *Parm.*
2 domini, ut laniatu & latratu cogeretur fat. V.
3 laniatuque &. M. & *Ch.*
4 adactum ut cogeretur fateri. V.
5 Garamanta. *Ch.*
6 prælianres. M.
7 hæ. *Ch.*
8 Cimbros cæſis dominis e. p. impoſiti. V.
9 Philiſtis. M.

a *Fideliſſimumque ante omnia homini canis.*] Plurima & memorabilia Rhodig. cap. 28. 17. Alex. ab. Alexand. cap. 3. 1. Romæ fuiſſe in templo Vulcani pro æditruis, ſolis ſacrilegis adlatrantes, ejuſdem Dei fanum cuſtodiſſe in Ætna, in Daunia Achaiæ Minervæ delubrum, in Creta Dictææ matris, Græcis blandientes, barbaris infeſtos, &c. *Dalec.*

b *Ab alio in Epiro agnitum in conventu percuſſorem domini*] Eadem fide interfecto Heſiodo canes aſſiſtentes latratu cædis auctores prodidere. Benevolentiam canum venatoriorum in Nician dominum refert Rhod. c. 27. 23. Canum mirum ingenium in Ætnæo Vulcani templo, ubi ignis ἀκοίμητος καὶ ἄσβεστος. cuſtodiebatur & Minervæ Dauliadis, vide apud Rhod. 29. & 30. 23 *Idem.*

c *Memorat & Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philiſtus.*] Scribendum puto, *Memorat & Gelonis tyranni canem Philiſtus.* De cane Pyrrhi Pollux v. volumine. Canes autem præſtantes fuerunt, canis Pyrrhi Epirotæ, qui expergefactum dominum vociferantemque ſervavit, accurrens confeſtim. Poſtea eo vita functo, cum cadaver cremaretur, rogo ſe injecit. Plutarchus etiam libro, *Solertiorane ſint terreſtria animalia, an aquatica*, tum hujus canis Pyrrhi Epirotæ privati hominis, tum etiam alterius canis qui fuit Pyrrhi regis, mentionem habet. *Pint.*

a *Qui*

1 nobilem virum. V.
2 Carcellium. Cb. & M.

rito jocum. Apud nos Volcatium [1] nobilem, [a] qui [2] Ceſelium jus civile docuit, aſturcone è ſuburbano redeuntem, cum adveſperaviſſet, canis à graſſatore defendit. Item Cælium Senatorem ægrum Placentiæ ab armatis oppreſſum: nec prius ille vulneratus eſt, quam cane interempto. Sed ſuper omnia in noſtro ævo actis populi Romani teſtatum, Appio Junio & P. Silio Coſs. cum animadverteretur ex cauſa Neronis Germanici filii, in [3] T. Sabinum, & ſervitia ejus, unius ex his canem nec à carcere abigi potuiſſe, nec à corpore receſſiſſe, [4] abjecto [b] in gradibus gemoniis mœſtos edentem ululatus, magna populi Romani corona [5] circumſtante: ex qua cum quidam ei cibum objeciſſet, ad os defuncti tuliſſe. Innatavit idem cadavere in Tiberim abjecto ſuſtentare conatus, effuſa multitudine ad [6] ſpectandum animalis fidem. Soli dominum novere: & ignotum quoque, ſi repente veniat, intelligunt. Soli nomina ſua, ſoli vocem domeſticam agnoſcunt. Itinera, quamvis longa, meminere. Nec ulli præter hominem memoria major. Impetus eorum & ſævitia mitigatur ab homine [7] conſidente humi. Plurima alia in his [8] quoque vita invenit. Sed in [9] venatu [c] ſolertia & ſagacitas præcipua eſt. Scrutatur veſtigia atque perſe-

3 Titium. Cb.
4 abjectis. M. abjecti. Cb.
5 circumſtante, in M. d.
6 ſpectandam. M. & Cb.
7 concedente. M. & Cb.
8 quotidie. M.
9 venatus. Cb.

a *Qui Ceſelium jus civile docuit.*] Juriſconſultum celebrem, Horatio In Sermon. Caſcellium. Fuit & L. Cæſellius eruditione celebri grammaticus, cum cujus appellatione Lucii Cæcilii Vindicis, famoſi quoque grammatici, memorati Agellio, Chariſio, Priſciano, nomen confunditur ab imperitis. Vide Lipſium Var. c. 26. 3. *Dalec.*

b *In gradibus gemoniis.*] Ἀναβαθμοὺς vocat Dion in Tiberio: alii ſcalas. Tacitus confoſſum collaceratumque & abſciſſo capite truncum Sabini corpus in ſcalas Gemonias tractum fuiſſe prodit. A gemitu & planctu dictas vult Rhodig. cap. 5. 10. Fuerunt & gradus Caſtoris ad Græcoſtaſin, & gradus Aurelii in foro, de quibus Cic. in oratione pro Cluentio. Scalæ Gemoniæ fuerunt in Aventino, prope templum Junonis reginæ, à Camillo captis Veiis dicatum: locum ubi damnatos ſuppliciis afficiebant, Sextricium vocaverunt. Alex. ab Alex. cap. 5. 3. quo plurima de carceribus, ſuppliciis, & damnandi modo refert. De gemoniis videatur Sueton. Tiber. c. 75. & Dio Caſſ. lib. 58. p. 712. Cæl. Rhod. 5. 6. & Jac. Fab. ſemeſt. 9. 2. *Idem.*

c *Solertia & ſagacitas præcipua eſt.*] Lepide Plautus in Milite:

Si ita non reperio, ibo odorans quaſi canis venaticus,
Uſque donec perſecutus vulpem ero veſtigiis. Idem.

a *Quam*

perſequitur, comitantem ad feram inquiſitorem loro trahens: [1] qua viſa [a] quam ſilens & occulta, quam ſignificans demonſtratio eſt, cauda primum, deinde roſtro. Ergo etiam ſenecta feſſos cæcoſque ac debiles ſinu ferunt, ventos & odorem captantes, [2] prodenteſque roſtro cubilia. E tigribus eos Indi volunt concipi: & ob id in ſilvis coitus tempore alligant fœminas. Primo & ſecundo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio demum educant. Hoc idem [b] è lupis Galli, quorum greges ſuum quiſque [3] [c] ductorem è canibus & ducem habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Namque inter ſe exercent etiam magiſteria. Certum eſt juxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum aviditati occaſionem præbeant. [d] Indiam petenti Alexandro Magno, rex Albaniæ dono dederat inuſitatæ magnitudinis unum: cujus ſpecie delectatus [e] juſſit urſos, mox apros, & deinde damas emitti [4] contemptu immobili jacente. Eaque ſegnitie tanti corporis offenſus Imperator generoſi ſpiritus, eum interimi juſſit. Nuntiavit hoc fama regi. Itaque alterum mittens addidit mandata, ne in parvis experiri vellet, ſed in leone, elephantove. Duos ſibi fuiſſe: hoc interempto, præterea nullum fore. Nec diſtulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Poſtea elephantum juſſit induci, haud alio ma-

gis

1 quamvis aquam tranſiliens ſe occultaſſet. Significans demonſtratio. *M.* V.

2 portendenteſque roſtra ac cubilia. *Ch.*

3 ductorem & è canib. ducem. V. *lego* paſtorem.

4 contemptim immobili jacente eo. Qua ſegnitie, &c. *V.* *& Ch.* *niſi quod habet* jacenti. *M.* ſegnitia.

a *Quam ſilens & occulta, quam ſignificans demonſtratio*] Adde ex Apogr. Tolet. particulam, *ſed*, quæ plurimum lepôris conciliat orationi, *Sed quam ſignificans demonſtratio eſt.* Pint.

b *E lupis Galli.*] Sic Laconici ex vulpe nati & cane ideo ἀλωπηκίδες vocabantur, Arcadicæ ex Leone λεοντομιγεῖς. *Dalec.*

c *Ductorem è canibus & ducem habent.*] Ita vulgo fit & in Narbonenſi provincia. *Idem.*

d *Indiam petenti Alexandro Magno*] De canibus generoſiſſimis Alexandro à Sepithe datis alia memorabilis hiſtoria apud Strabonem lib. 15. *Idem.*

e *Juſſit urſos, mox apros, & deinde, &c*] Lege: *Juſſit urſos, mox apros, deinde damas emitti, contemptim immobili jacente eo, qua ſegnitie tanti corp. &c.* Salmaſ. pag. 191. a. Et paulo poſt lege: *ingenti primum latratu inſonuit, mox increvit aſſultans, contraque belluam, &c.* Idem.

a *Rabies*

gis [1] ſpectaculo lætatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu [2] intonuit: mox ingruit aſſultans, contraque belluam exurgens hinc & illinc, artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet, infeſtans atque evitans, donec aſſidua rotarum vertigine afflixit, ad caſum ejus tellure concuſſa. Canum generibus annui partus. Juſta ad pariendum annua ætas. Gerunt [3] uterum ſexagenis diebus. Gignunt cæcos: & quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem viſum accipiunt: non tamen unquam ultra viceſimum primum diem, nec ante ſeptimum. Quidam tradunt, ſi unus gignatur, nono die cernere: ſi gemini, decimo. Idemque in ſingulos [4] adjici, totidemque eſſe tarditatis ad lucem dies. Et ab ea, quæ fœmina ſit ex primipara genita, [5] faunos cerni. Optimus in fœtu qui [6] noviſſime cernere incipit, aut quem primum fert in cubile fœta. [7] [a] Rabies canum Sirio ardente homini peſtifera, ut diximus, ita morſis [8] letali aquæ metu. Quapropter obviam itur [b] per XXX. eos dies, gallinaceo maxime fimo [9] miſto canum cibis: aut ſi prævenerit morbus, veratro.

CAP. XLI. *Ad canis rabidi morſum.*

[10] A Morſu vero unicum remedium [c] oraculo quodam [11] nuper repertum, radix ſilveſtris roſæ, quæ cynorrhodos appellatur. Columella auctor

1 ſpectaculo lætatus magis. *Tol.*

2 inſonuit, mox in cervicem aſſult. *M.* mox increvit. *Ch.*

3 utero. *M.*

4 ædi. *M.*

5 citius cerni. V. clunos cerni. *M. nullo ſenſu, lego,* plenius cerni, *vel quod magis places,* die noctéque cerni.

6 noviſſimus. *M. & Ch.* citius. *V.*

7 Rabies canum Sirio ardente ut diximus, homini peſtifera: ira morſis, &c. *V. vide cap.* 40. *lib.* 2.

8 letalis aquæ metus. *Parm.*

9 immixto. *M. & Ch.*

10 Ad morſum. *M.*

11 nuper invento repertum. *Tol.*

a *Rabies canum Sirio ardente.*] Galenus ultimo κτ' τόπους, & Aphrodiſæus ſolum canem in rabiem agi ex quadrupedibus ſcribunt. Porphyrius eo quoque morbo equam tentari prodit, ut & tetano, febre, podagra: boves præterea vulpeſque inſania corripi. Rabioſi equi meminit Abſyrtus. Hierocles eum morbum accidere tradit, vel æſtu immodico, vel ob nimium eſum ervi. Brod. cap. 19. 3. Vide ſupra cap. 40. lib. 2. & infra cap. 5. lib. 29. *Dalec.*

b *Per xxx. eos dies.*] Fortaſſis per XL. Tot enim diebus caniculæ vis durat. Galenus 2. de Aliment. facult. Dioſcor. cap. de Origano, Hippocr. lib. de medicam. purgant. numerat 50. ut & vetus Kalendarium. *Idem.*

c *Oraculo quodam nuper repertum.*] Vide infra cap. 2. lib. 25. & Barthol. Anglic. de prop. rer. 67. 7. latiſſime. *Idem.*

auctor eſt, ſi quadrageſimo die, quam ſit natus, caſtretur morſu cauda, ſummuſque ejus articulus auferatur, [1] ſequenti nervo exempto, nec caudam creſcere, nec canes rabidos fieri. Canem locutum, in prodigiis (quod equidem annotaverim) accepimus: & ſerpentem latraſſe, cum pulſus eſt regno Tarquinius.

[1] ſequi nervum. *Ch.*

CAP. XLII. *De natura equorum.*

EIdem Alexandro & equi magna raritas contigit: [a] Bucephalon eum vocarunt, ſive ab aſpectu torvo, ſive ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. [2] Sedecim talentis ferunt ex [3] Philonici Pharſalii grege emptum, etiam tum puero capto ejus decore. [b] Neminem hic alium, quam Alexandrum, regio inſtratus ornatu, recepit in ſedem, [c] alios paſſim rejiciens. Idem in præliis memoratæ cujuſdam perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium tranſire Alexandrum non paſſus: multa præterea ejuſdem modi, propter quæ rex defuncto ei duxit exequias: [d] urbemque tumulo circundedit nomine ejus. Nec Cæſaris Dictatoris quemquam alium recepiſſe dorſo equus traditur: idemque [4] humanis ſimiles pedes priores habuiſſe, hac

[2] Tredecim. *Budæus ex Gellio cap. 2. lib 5. & Plut. in Alexand.*

[3] Philonico. *Parm.*

[4] hominis. *M.*

a *Bucephalon.*] A frontis latitudine. Strabo lib. 15. *Dal.*

b *Neminem hic alium, quam, &c.*] Lege: *Neminem hic alium quam Alexandrum regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, aliàs paſſim recipiens.* quum aliàs paſſim ſeſſores reciperet, quum regio inſtratus erat ornatu, neminem recipiebat in ſedem. Vide *Salmaſ.* pag. 893. a. Et paulo poſt lege: *Scythici quidem equitatus equorum gloria hac: repetunt occiſo regulo ex provocatione dimicante, hoſtem cum victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo ejus ictibus morſuque confectum: alium detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coïtu petiiſſe prærupta atque exanimatum. Quæ ex cauſa in agro Reatino laceratum prorigam accepimus.* Vide *Salmaſ.* pag. 893. b.

c *Alios paſſim rejiciens.*] Scribo, *Alios paſſim recipiens*, ex Apogr. Tol. recte a hoc ſenſu, Inſtratum ornatu regio, neminem recepiſſe præter regem: ſine illo, paſſim omnes. *Pint.*

d *Urbemque tumulo circundedit.*] Supra cap. 20. lib. 6. Aſeni, inquit, trium urbium incolæ. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat nomen) ibi ſepulto conditum. Strabo libro xv. Bucephaliam ad Hydaſpem & in adverſa ripa Nicæam, Poro victo ab eo conditas refert. *Dalec.*

1 Veneris ædem. 2 in. *M.*

hac effigie locatus ante [1] Veneris Genetricis ædem. Fecit & Divus Auguſtus equo tumulum, [2] de quo Germanici Cæſaris carmen eſt. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent. [a] Equum adamatum à Semiramide uſque ad coitum, Juba auctor eſt. [3] Scythæ quidem equitatus & equorum gloria ſtrepunt. [4] Occiſo denique ipſorum regulo ex provocatione [5] dimicante, hoſtem cum victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo ejus ictibus morſuque confectum. Alium detracto oculorum operimento & cognito cum matre coitu, petiiſſe prærupta, atque exanimatum. [6] [b] Equæ eadem ex cauſa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Namque & cognationum intellectus in iis eſt: [7] itaque in grege prioris anni [8] ſorore libentius etiam, quam matre, equa comitatur. Docilitas tanta eſt, ut univerſus Sybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moveri ſolitus inveniatur. Iidem præſagiunt pugnam, & amiſſos lugent dominos, lacrymaſque interdum deſiderio fundunt. Interfecto Nicomede rege equus ejus inedia vitam finivit. [c] Philarchus refert [9] Centaretum

3 Scythici quidem equitatus equor. *Ch.*
4 occiſo regulo. *Ch.* occiſo denique regulo. M.
5 dimicantem hoſtem cum ad ſpolian. *Ch* dimicantem cum ad ſpol. M.
6 *Æqua* ex cauſa in Reat. &c. *Ch.*
7 atque. M. *& Ch.*
8 ſorores l. e. matres, equarum pulli comitantur. *V.*
9 Citaretum. *V. ſicque Longol. ex hiſtoriog. Alii*, Centareto, &c. Antiochum pot.

a *Equum adamatum à Semiramide.*] Vide quæ notata ſunt infra ad cap. 10. lib. 35. *Dal:*

b *Equam eadem ex cauſa in Reatino agro, laceratumque pariter aurigam invenimus.*] Sic leg. alii: verum apographon Tolet. rectius, *Qua ex cauſa Reatino agro laceratum prorigam invenimus.* Lego, *perorigam*, non *prorigam*. M. Varro libro ſecundo de re ruſt. capite ſeptimo: *Peroriga*, inquit, *appellatur quiſquis admittit: eo enim adjuvante equa alligata celerius admittuntur.* Pint. *Prorigam invenimus*] Varro cap. 7. lib. 2. apud eum legitur *peroriga*, ſive *perauriga*, ut olim *claudus* & *cludus*: at in vetuſtis exemplaribus hujus auctoris, *proriga*, & fortaſſis aliquando rectius *pruriga*, ab admiſſuræ prurigine. *Scal.* Prurigam igitur, qui ad pruritum Veneris excitat admiſſarios. Similis huic eſt hiſtoria de Camelo apud Ariſtotelem περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vide Varronem loco citato. *Dalec.*

c *Philarchus refert Centaretum è Galatis prælio occiſo Antiocho potitum equo ejus.*] Lego: *Philarchus refert, Centaretrio è Galatis in prælio occiſo. Antiochum potitum equo.* Solinus capite 46. *Cum prælio Antiochus Galatas ſubegiſſet, Centaretrii nomine ducis qui in acie ceciderat equum ovaturus inſiluit.* Conſentiunt Solini lectioni præſtantes duo auctores Græci. Alter eſt Lucianus, qui in dialogo, cui eſt titulus Zeuxis vel Antiochus, tradit beneficio elephantorum XVI. viciſſe Antiochum regem Galatas, omni belli apparatu inſtructiſſimos. Alter Appianus Alexandrinus libro Syrio, quo auctore fuit hic Antiochus primus cognomento Suter, qui Stratonicen novercam amavit.

taretum è Galatis, in prælio occiſo Antiocho, potitum equo ejus conſcendiſſe ovantem. At illum indignatione [1] accenſum domitis frænis, ne regi poſſet, præcipitem in abrupta iſſe, exanimatumque una. Philiſtus à Dionyſio relictum in cœno hærentem, [2] ut ſeſe evelliſſet, ſecutum veſtigia domini, examine apum [3] jubæ inhærente: eoque oſtento tyrannidem à Dionyſio occupatam. Ingenia eorum inenarrabilia jaculantes obſequio experiuntur, difficiles conatus corpore ipſo nixuque invitantium. Jam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in circo ad currus juncti, non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Claudii Cæſaris Secularium ludorum Circenſibus [a] excuſſo in carceribus auriga, albati [4] equi palmam occupavere, [5] primatum obtinuere, oppoſita effundentes, [6] omnia quæ contra æmulos debuiſſent peritiſſimo auriga inſiſtente, facientes: cum puderet hominum [7] artes ab equis vinci, peracto legitimo curſu ad [8] metam ſtetere. Majus augurium apud priſcos, plebeiis Circenſibus excuſſo auriga, ita ut ſi ſtaret, [b] in Capitolium cucurriſſe equos: [9] ſedemque ter luſtraſſe: maximum vero eodem perveniſſe [10] [c] ab Vejis cum palma & corona, [d] effuſo Ratumena, qui ibi vicerat: unde poſtea nomen portæ eſt. Sarmatæ [11] longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos, [12] exiguum tantum

1 ſuccenſum. *Tol.*
2 ut ſe velliſſet. *Ch.*
3 juba. *Ch.*
4 equo carace. *Ch. in emend.* corace. curatem. M. metam. *V. lego*, equi occupato curſu primatum obtinuere. Nam oppoſita, &c.
5 præmium. *Cætera mutare nil eſt neceſſe. Jac. Fab. agoniſt.* 2. c. 28 *pag.* 103.
6 & omnia. *V.* omniaque contem. quæ, &c. *Ch.*
7 artem. *Ch.*
8 credam. *Ch.*
9 ædemque. *Alii.*
10 habenas. *Parm.*
11 longinquo acturi. *Tol. & Ch.*
12 potum exiguum impertientes. *Ch.*

amavit. *Pint. Philarchus refert Centaretum*] Legend. *Philarchus refert Centareto duce e Galatis in prælio occiſo, Antiochum potitum equo ejus conſcendiſſe ovantem.* Vide *Salmaſ.* 894. b.

a *Excuſſo in carceribus auriga, &c.*] Lege: *Excuſſo in carceribus auriga Albatis equo Corace occupavere, primatum obtinuere, opponentes, effundentes, omniaque contra æmulos quæ debuiſſent peritiſſimo auriga inſiſtente facientes. Corax* equus dictus in illa quadriga præcipuus. In Circenſibus nomina equis indebantur vel à celeritate, vel à colore, &c. *Salmaſ.* 895. 900 b.

b *In Capitolium cucuriſſe equos.*] Solitos per Latinas ferias illic agitari & exerceri quotannis vide infra c. 7. lib. 27. Idem de Arione equo perniciſſimo traditur illum, in Nemeis deturbato rectore Polynice, reliquos omnes curſu antevertiſſe. Alex. ab Alex. c. 8. 5. Fiebat id in equitum tranſvectione, de qua Cujacius cap. 29 13. obſervat. Juſt. Lipſ. de milit. Rom. lib. 1. dial. 5. pag 39. *Dalec.*

c *Ab Vejis cum palma & corona*] Plutarchus in Publicola. *Idem.*

d *Effuſo Ratumena.*] Vide Lucium Faunum cap. 24. *Idem.*

tantum potum impartientes: atque ita per centena millia & quinquaginta continuo curſu euntibus inſident. Vivunt annis quidam quinquagenis: [1] fœminæ minore ſpatio, eædem quinquennio finem creſcendi capiunt, mares anno addito. Forma equorum, quales maxime legi oporteat, pulcherrime quidem Virgilio vate abſoluta eſt. Sed & nos diximus in libro de jaculatione equeſtri condito: & fere inter omnes conſtare video. Diverſa autem Circo ratio quæritur. Itaque cum bimi in alio [2] ſubigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen [3] accipit. Partum in eo genere undenis menſibus ferunt, duodecimo gignunt. Coitus verno æquinoctio bimo utrinque vulgaris: ſed à trimatu firmior partus. Generat mas ad annos triginta tres, utpote cum [4] à Circo poſt viceſimum annum [a] mittantur ad ſobolem reparandam. [b] Et ad quadraginta duraſſe tradunt, adjutum modo in attollenda priore parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de cauſa per intervalla admiſſuræ dantur: nec tamen quindecim initus ejuſdem anni valet tolerare. Equarum libido extinguitur juba tonſa. Gignunt annis omnibus ad quadrageſimum. [c] Vixiſſe equum ſeptuaginta quinque annos proditur. In hoc genere gravida ſtans parit, præterque cæteras fœtum diligit. Et ſane equis amoris

[1 fœmina m. f. eadem q. f. c. capit. *Ch.*]

[2 ſubjungantur. *M.*]

[3 accipiunt. *V.*]

[4 *ſic & Ch. ſed in emend.* vel iccirco.]

a *Mittantur ad ſobolem reparandam.*] Poſtremum verbum ſuperfluit ex codice Salmanticenſi. *Pint.*

b *Et ad quadraginta duraſſe tradunt.*] Multum hoc in loco debemus Toletano archetypo, reſtituta nobis dictione in omnibus exemplaribus obliterata. Scribendum igitur, *Opunte & ad quadraginta eſſe tradunt.* Ariſtot. lib. ſexto, capite XXII. *Equum apud Opuntem gregarium fuiſſe accepimus qui annos quadraginta natus poſſet coire, ſed adjumentum, quoad ſui pedes priores attollerentur, deſiderabat.* ridiculo Solini errore, qui Opuntem nobilem in Locride Græciæ urbem, proprium equi nomen accepit. *Idem.*

c *Vixiſſe equum lxxv. annos proditur.*] Legendum, ut arbitror, *equam*, non *equum.* Nam etſi ambigue id profert Ariſtoteles libro ſexto capite 33. unde hæc ferme cuncta hauſit Plinius, quia equus, dubii eſt generis apud Græcos, tamen quia paulo ante tradiderat fœminam in eo genere vivaciorem eſſe, propius vero eſt ut *equam* legatur, quam *equum.* Idem.

a *Hippo-*

amoris innaſci veneficium, [a] hippomanes appellatum, in fronte, [1] [b] caricæ magnitudine, colore nigro: [c] quod ſtatim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, ſi quis præreptum habeat. Olfactu in rabiem id genus agitur. Amiſſa parente in grege armenti, reliquæ fœtæ educant orbum. Terram attingere ore triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe. Quo quis acrior, in bibendo profundius nares mergit. Scythæ per bella fœminis uti malunt, quoniam urinam curſu non impedito reddant. Conſtat in Luſitania circa Olyſſiponem oppidum [d] & Tagum amnem equas Favonio flante [2] obverſas animalem concipere ſpiritum, [3] idque partum fieri, & gigni perniciſſimum ita, ſed triennium vitæ non excedere. [3] [e] In eadem Hiſpania Gallaica [4] gens, & [5] Aſturica, equini generis, quos thieldones [6] vocamus, minori forma appellatos aſturcones gignunt: quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim carpere [7] incurſus traditur

1 carica minus. Ariſt.

2 adverſus. Ch.

3 Indeque. D.

4 gens eſt &c. Ch.

5 Aſturica equini generis. Hi ſuut, quos. M.

6 vocamus. Minori forma appellati aſturcones gignuntur, quib. D.

7 capere in curſu traditur. Ch. & M.

a *Hippomanes.*] Theophraſtus fragmento de animalium invidia. Vide infra cap. 11. lib. 28. *Dalec.*

b *Carica magnitudine, colore nigro.*] Solinus, *colore fulvo*, non *nigro*, male. Nam Ariſtoteles nigro eſſe tradit, libro ſexto, cap. 22. Depravatam in Solino dictionem reor, & pro *furvo*, indoctos librarios *fulvo* ſcripſiſſe. *Pint.*

c *Quod ſtatim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, ſi quis præreptum habeat. Olfactu id genus in rabiem agitur.*] Vitiata interpunctio ſenſum elegantem obnubilat, & ex raro vulgarem facit. Legendum ſic, *Quod ſtatim edito partu devorat fœta aut partum ad ubera non admittit. Si quis præreptum habeat, olfactum in rabiem id genus agit.* Ariſtoteles libro ſexto cap. 22. *Cum equa peperit, ſtatim ſecundas devorat, atque etiam quod pupilli naſcentis fronti adhæret, Hippomanes dictum, magnitudine minus exigua fico paſſa, ſpecie latiuſculum, orbiculatum, nigrum. Hoc ſi quis prærepto odorem moveat, equa excitatur, furitque agnito eo odore.* Accedit & Theocriti interpres in expoſitione Pharmaceutriæ. *Fertur*, inquit, *equas percepto odore hippomanis, furore correptas, impetum in eum qui habeat facere.* Idem.

d *Et Tagum amnem equas Favonio flante.*] Id fieri in Monte ſacro, qui juxta Oceanum procurrit in Occidentem, Columella tradit cap. 27. lib. 6. pro quo apud Varronem cap. 1. lib. 2. rei ruſt. corrupte legitur in monte Tagro. *Dalec.*

e *In eadem Hiſpania Gallaica gens, & Aſturica equini generis quos Thieldones vocamus minori forma appellatos Aſturcones gignunt.*] Lego, *In eadem Hiſpania, Calaica, gens eſt, & Aſturica. Equini generis hic ſunt quos Thieldones vocamus. Minori fama appellatos aſturcones gignunt.* ex archetypo Tol. *Pint.*

ditur arte. Equo fere, qui homini morbi, præterque veſicæ converſio, ſicut omnibus in genere uterino.

Cap. XLIII. *De aſinis.*

Aſinum cccc. [1] nummûm emptum Q. Axio Senatori, auctor eſt M. Varro, haud ſcio an omnium pretio animalium victo: [a] opera ſine dubio geruli [2] mirifica, arando quoque, ſed mularum maxime progeneratione. Patria etiam ſpectatur in his, Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis. Ipſum animal frigoris maxime impatiens: ideo non generatur in Ponto: nec æquinoctio verno, ut cætera [3] pecua, admittitur, ſed ſolſtitio. [b] Mares in remiſſione operis deteriores. [c] Partus à triceſimo menſe ocyſſimus, ſed à trimatu legitimus: totidem, quot equæ, & eiſdem menſibus, & ſimili modo: [d] Sed incontinens uterus [4] urinam genitalem reddit, ni cogatur in curſum verberibus [5] à coitu. Raro geminos parit: paritura lucem fugit, & tenebras quærit, ne conſpiciatur ab homine. Gignit tota vita, quæ eſt ei ad trigeſimum annum. Partus charitas ſumma,

1 nummis. *M* quadringentis milib. emptum. *Eadem ex Varrone.*

2 munifica. *M.* & *Ch.*

3 pecuaria. pauca. *V.*

4 virus genitale. *V.*

5 ac coitu raro. Geminos. *Ch.*

a *Opera ſine dubio geruli mirifica, &c.*] Legend. *Opera ſine dubio generi munifica arando quoque, ſed & mularum maxime progeneratione.* Huic generi, inquit, præter doſſuariam omnibus notam, opera quoque arando munifica, ſed & mulorum progeneratione. Vide Salmaſ. pagina 338. b.

b *Mares in remiſſione operis deteriores.*] Aut legendum, *Mares intermiſſione operis deteriores:* aut certe præpoſitio, *in*, ſuperfluit. Varro libro ſecundo de re ruſtica, cap. ſexto, *Mares non disjungunt ab opere, quod remiſſione laboris fit deterior.* Pint.

c *Partus à triceſimo menſe ocyſſimus, ſed à trimatu legitimus, totidem quot equæ, & reliqua.*] Fœdam verborum depravationem ſuſpicor hic eſſe, & cum veniæ præfatione caſtigandam. Dictionem enim *partus* in *coitus*, & *legitimus* in *gignunt* ſentio eſſe mutandam, ut in totum ſcribatur ſic, *Coitus à trigeſimo menſe ocyſſimus, ſed à trimatu gignunt totidem quot equis, & eiſdem menſibus.* Nam etſi aſina & equa vivipara ſunt animalia, pariunt tamen interdum geminos, & utraque duodecimo menſe, ex Ariſtotele lib. ſexto, cap. 22. & 23. Hoc tractandi ordine uſus eſt proximo cap. de equis agens, *Coitus verno æquinoctio, Bimo utrinque vulgaris, ſed à trimatu firmior partus* Prius de coitu locutus eſt, deinde de partu. Eundem ordinem hic ſervari reor. Ariſtoteles lib. quinto, capite 14. *Aſinus tam mas quam fæmina menſe triceſimo coit, ſed magna ex parte nequeunt generare.* Idem.

d *Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit.*] Apographum Tolet. verius, *Sed incontinens uterus, urina genitale reddit*, hoc eſt, ſimul cum urina genituram emittit. *Idem.*

a *Per*

ſumma, ſed aquarum tædium [1] majus. Per ignes ad fœtus tendunt: [2] eædem, ſi rivus minimus interſit, horrent ita, ut pedes omnino caveant tingere. Nec niſi aſſuetos potant fontes, qui ſunt in pecuariis, atque ita ut ſicco tramite ad potum eant: nec [3] pontes tranſeunt, [4] [a] per raritatem [5] eorum tranſlucentibus fluviis. Mirumque dictu, ſitiunt: & ſi [6] immutentur aquæ, ut bibant cogendæ [7] exorandæve ſunt. Nec niſi [8] ſpatioſa incubitant laxitate. Varia namque ſomno viſa concipiunt, ictu pedum crebro: qui niſi per inane [9] emicuerit, repulſu durioris materiæ clauditatem illico affert. Quæſtus ex iis opima prædia exuperat. [b] Notum eſt, in Celtiberia ſingulas [10] quadragenis millibus nummorum [11] enixas. Ad mularum maxime [12] partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos ajunt. Quamvis enim unicolor reliquo corpore, totidem tamen colores, quot ibi fuere, reddit. [c] Pullos earum epulari Mecænas inſtituit, multum eo tempore prælatos onagris: poſt eum interiit auctoritas

1 magis. V.
2 ex item. V.
3 Pontos. Tol. forte pontones.
4 pro raritate. Ch.
5 mutentur. Ch.
6 exonerandæve. V.
7 Spatioſe incubant, alias atteruntur. Varia, &c. V. Budæus ſicut legitur, caſtigavit.
8 emicuit. Ch.
9 quadragena millia. M. quadringentena millia nummum enixas. Ch.
10 emi V.
11 Mularum maxime partu. Ch.
12 partum. M.

a *Per raritatem eorum*] Alii *per raritatem plancarum.* Quam vocem Dictionaria ſcribunt, hujus loci teſtimonio auctoratam, & Nonii. Ego malim, *ſublicarum, φάλαγγες* Græcis, inquit Scaliger, priſcis palangæ & palancæ, unde plancæ, teretes fuſtes, quibus ſubjectis naves ex alto ſubducuntur. Varro 4. de vita Pop. Rom. *Cum Pœnus obviam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubjecerat, quo metu debilitarat noſtros.* Sic Appianus & Plutarchus ſcribunt. *τοῖς τῶν αἰχμαλώτων σώμασι πολεμίους, καὶ τάφρους γεφυρώσαντα ἐπιβῆναι.* Palare, extendere: inde palancæ, & plauſtrum, quaſi palauſtrum, quod aſſeribus diſtentis fiat. *Dalecamp.*

b *Notum eſt, in Celtiberia ſingulas, &c.*] Lege: *Notum eſt in Celtiberia ſingulas quadringentena millia nummorum enixas mularum maxime partu. Aurium referre in his & palpebrarum pilos ajunt.* Reditus aſinarum, in mularum maxime partu conſiſtebat. Sic ſingulæ aſinæ quadringentena millia plerunque reddebant quotannis, mularum maxime partu. *Salmaſ.* pag. 338. a.

c *Pullos earum epulari Mecænas inſtituit, multum eo tempore prælatos onagris. Poſt eum interiit auctoritas ſaporis.*] Quæ ſequuntur aſino moriente viſo celerrime id genus deficit. Viri docti ita emendant, *Laliſionum oriente uſu, celerrime id genus deficit.* Laliſio eſt onagri pullus. Idem cap. ſequenti, ubi de onagris, *Pullis eorum, ſeu præſtantibus ſapore, Africa gloriatur, quos laliſiones appellant.* Vide Martial. lib. 13. Epigr. 97. *Bouchard.* 191. *Pullos earum epulari, &c.*] Lege: *Pullos earum epulari primum Mecænas inſtituit, multum eo tempore prælatos onagris: poſt eum interiit auctoritas ſaporis: laliſionum oriente uſu celerrime id genus defecit.* Vide *Salmaſ.* pag. 338. a.

ritas ſaporis. Aſino moriente viſo, celerrime id genus [1] deficit.

1 defecit. *Longol.*

CAP. XLIV. *De mulis.*

EX aſino & equa [2] mulus gignitur menſe [3] XII. animal viribus [4] in labores eximium. Ad tales partus equas neque quadrimis minores, neque decennibus majores legunt: arcerique utrunque genus ab altero narrant, niſi in infantia ejus generis, quod [5] ineant, lacte hauſto. Quapropter [6] ſurreptos pullos in tenebris equarum uberi, aſinarumve equuleos admovent. Gignitur [7] etiam mula ex equo & aſina, ſed effrænis & tarditatis indomitæ. [8] Lenta omnia eſſe vetulis. Conceptum ex equo, ſequutus aſini coitus, abortu perimit: non item [9] ex aſino equi. Fœminas à partu optime ſeptimo die impleri, obſervatum eſt: mares fatigatos melius implere. Quæ non prius, quam [a] dentes, quos pullinos appellant, [10] jaciat, conceperit, ſterilis intelligitur, & quæ non primo initu generare cœperit. [b] Equo & aſina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant: contraque mulos, quos aſini & equæ generarent. Obſervatum, è duobus diverſis generibus nata, tertii generis fieri, & neutri parentum eſſe ſimilia: eaque ipſa, quæ ſunt ita nata, non gignere, in omni animalium genere: idcirco mulas non parere. Eſt in annalibus noſtris, peperiſſe ſæpe, verum prodigii loco habitum. Theophraſtus vulgo parere in Cappadocia tradit: ſed eſſe id animal ibi ſui generis. Mulæ

2 mula. *Tol. Salm Ch. & M.*
3 tertiodecimo. *M.* & *Ch.*
4 & labore. V. in labore. *Parm.*
5 ineat. *Ch.*
6 ſurreptos ſtatim pullos. *V.*
7 autem. *Ch.*
8 *Hanc clauſulam Pint. expungit.*
9 aſini equus. *Ch.*
10 jaciat. *Ch.*

a *Dentes quos pullinos appellant.*] Sic eos vocat, quibus ætas dignoſcitur. unde ἀγνώμονες & λειπογνώμονες equi annoſi, quorum ætas ex dentibus nequit cognoſci. *Dalecamp.*

b *Equo & aſina genitos mares hinulos antiqui vocabant.*] Lego *hinnos*. cum duplici *n*, non *hinulos*. Columella lib. ſexto, capite XXXIV. *Qui ex equo & aſina concepti generantur, quamvis à patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia ſimiles ſunt.* Pint. *Equo & aſina genitos, &c.*] Fortaſſis burdos, buricos, & mannos veterum: de quibus Horatius, *Appiam mannis terit.* Hieronymus in Eccleſiaſten: *Dignitate perflati vias publicas mannis terant, quos vulgo buricos appellant.* Cujac. c. 16. 11. obſerv. *Dal.*

a *Vini*

Mulæ calcitratus inhibetur [a] vini [1] crebriore potu. In plurium Græcorum eſt monumentis, [b] cum equa muli coitu natum, quem vocaverint [2] hinnum, id eſt, parvum mulum. Generantur ex equa & onagris manſuefactis mulæ veloces in curſu, [c] duritia eximia pedum, verum ſtrigoſo corpore, indomito [3] animo, ſed generoſo. [d] Onagro & aſina genitus omnes antecellit. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui. Pullis eorum, ſeu præſtantibus ſapore, Africa gloriatur, quos [e] laliſiones appellant. Mulum LXXX. annis vixiſſe, Athenienſium monumentis apparet. [4] Eo gaviſi, cum [f] templum in arce facerent, quod dere-

1 celebriore. *M.*

2 innum. *Ch.* ninum. *M. lego*, nanum, *id eſt*, pumilionem.

3 animo. Sed generator onagro. *Ch.*

4 Gaviſi namque cum. *Tol.* Gaviſi, cum. *Ch.*

a *Vini crebriore potu.*] Vide quod adnotatum eſt infra ad cap. 9. 34. *Dalec.*

b *Cum equa muli coitu natum, quem vocaverint hinnum.*] Scribo *ginnum*, non *hinnum*. Ariſtoteles libro ſexto, cap. 24. *Mulus ſupervenire coireque incipit miſſis dentibus primis, ſed ſeptennis implere poteſt. Etiam cum equa conjunctus ginnum procreavit.* Et mox paulo, *Prodeunt quos ginnos vocant ex equa cum in gerendo utero ægrotant, more pumilionum in ordine hominum, aut porcorum depravatorum in genere ſuum.* Repetit hoc ipſum ſecundo de generatione animalium capite ultimo. Verba autem quæ ſtatim ſequuntur, *parvum mulum*, Pliniana non puto. *Pint.*

c *Duritia eximia pedum, verum ſtrigoſo.*] Laudo, qui pro *rugoſo*, ut antea legebatur, *ſtrigoſo* ſubſtituerunt: quod dubitanter id fecerint, non laudo. *Strigoſo* enim, nec aliter legendum eſſe, monſtrant tum ambo exemplaria, tum maxime Columella libro ſexto cap. 35. his verbis: *Neque tamen ullum eſt in hoc pecore aut animo aut forma præſtantius, quam quod ſeminabit aſinus: quamquam poſſit huic aliquatenus comparari quod progenerat onager, niſi & indomitum & ſervire contumax, ſilveſtri more ſtrigoſum patris præferret habitum.* Idem.

d *Onagro & aſina genitus omnes antecellit.*] Quod ex onagro & aſina procreatus cæteros antecellat, falſum eſt: idque eximiorum teſtimonio auctorum comprobabitur. Columella libro ſexto c. 35. *Neque tamen ullum eſt in hoc pecore aut animo aut forma præſtantius, quam quod ſeminabit aſinus.* Palladius lib. IV. tit. XIV. *Creantur ex equo & aſina vel onagro & equa. Sed generoſius nullum eſt hujuſmodi animal, quam quod aſino creante naſcetur: utiles tamen admiſſarii naſcentur ex onagro & aſina, qui poſt in ſobole ſecutura agilitatem fortitudinemque reſtituant.* Ex prædictis Columellæ & Palladii verbis palam eſt, in hoc pecore præferri cæteris quod aſinus genuerit: patet etiam ex Palladio utiles eſſe admiſſarios ex onagro & aſina genitos, quod & Columella oſtendit loco ante citato his verbis: *Itaque ejuſmodi admiſſarius nepotibus magis quam filiis utilis eſt. Nam ubi aſina & onagro natus admittitur equa, per gradus infracta feritate, quicquid ex eo provenit, paternam formam & modeſtiam fortitudinemque & celeritatem avitam præfert.* Sed & M. Varro libro ſecundo, capite ſexto, ſemini onagros eſſe utilea ſcribit. Horum ergo trium auctorum verbis expenſis, exiſtimo legendum hoc loco ſic, *Sed ſtrigoſo corpore, indomito animo. Generando onagro & aſina genitus omnes antecellit*, hoc eſt ad generandam ſobolem. *Idem.*

e *Laliſiones appellant.*] Martialis:

Dum tener eſt onager, ſolaque laliſio matre
Paſcitur, hoc infans, ſed breve nomen habet. Dalec.

f *Templum in arce facerent.*] Ἑκα-τόμπεδον, id, ac παρθενῶνα vocaverunt, in omnem

1 ſenectus. *Ch.*
2 cedentia *Bud.* 9. & *Tol.* ſcandentia. *Turn.* aſcendentia j. c. viſuque. *Par.*
3 quo caveretur, *deeſt in Tol. & Salm.*
4 vocando præ-grandes. Itaque fere, & hodie quæ reliqua ſtirpium durant. *Ch.*
5 ſinguli denas eodem anno tradunt. Si autem coitu in. *Ch.*

derelictus [1] ſenecta, [2] cadentia jumenta comitatu, niſuque exhortaretur, decretum fecere, [3] quo caveretur, [a] ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

Cap. XLV. *De bubus.*

Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, cornua in latitudinem quaternorum pedum. In noſtro orbe [b] Epiroticis laus maxima à Pyrrhi (ut ferunt) jam inde regis cura. Id conſecutus eſt, [c] non ante quadrimatum ad partus [4] vocando. Prægrandes itaque fuere, & hodieque reliquiæ ſtirpium durant. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poſcuntur, tolerantius tamen bimæ. [d] Tauri generationem quadrimi implent, & [5] ſingulis denæ eodem anno

in omnem partem centum pedum, ædificatum à Callicrate & Ictino architectis, Plutarchus in Pericle. Pauſan. Att. pag. 22. 27. & Arcad. pag. 271. 26. Strabo lib. 9. *Dal.*

a *Ne frumentarii negotiatores.*] Publica impenſa ut aleretur, decretum fuiſſe ſcribit Rhod. c. 51. lib. 13. *Idem.*

b *Epiroticis laus maxima*] Epiroticos boves dici & Larinos Rhodig. teſtatur cap. 76. à Larino paſtore, ab Athenæo lib. 9. etiam nominato, cui Geryone victo educandos Hercules tradidit: alii à patulis naribus, quaſi χαῤῥίνους. Eoſdem & Ceſtrinos vocatos fuiſſe reperio. Pyrrhicas boves quas & ἀταύρους nuncupabant, quaſi tauris intactas, non à Pyrrhi tantum regis nomine appellatas volunt, ſed vel à colore, vel ab ignea mobilitate: oves etiam Pyrrhicas ut & boves dictas fuiſſe idem Rhodig. ſcribit. *Dalec.*

c *Non ante quadrimatum ad partus vocando.*] Scribendum non *quadrimatum*, ſed *novimatum*, ſi licet dicere. Ariſtoteles libro octavo capite ſeptimo, *Augentur juvencæ amplius, cum pius temporis expertes Veneris degunt. Quamobrem terræ Epiri incolæ, quas Pyrrhicas vocant, annis novem intactas Venere ſervant, ut incrementum ampliter capiant, & ſetauros nuncupant. Has numero* CCCC. *eſſe, & proprias regis accipimus, nec poſſe vivere locis aliis, quanquam tentatum ab aliquibus eſt.* Meminit etiam Varro libro ſecundo, capite quinto boum Epiroticorum, quos ait non Græciæ tantum meliores eſſe, ſed etiam Italiæ. *Pintian.*

d *Tauri generationem quadrimi implent, & ſingulis denæ eodem anno traduntur. Si autem poſt coitum ad dextram partem abeant tauri, &c.*] Hunc locum vitioſiſſime ſcriptum, ſic poſſe reſtitui puto, ex ſcriptoribus de re ruſtica, *Tauri generant optime quadrimi. Implent & ſinguli quindenas eodem anno. Traditur autem ſi poſt coitum ad dextram partem abeant tauri, &c.* Columella libro ſexto cap. 22. *Unumque marem quindecim vaccis ſufficere, abunde eſt.* Repetit idipſum Palladius libro octavo, titulo quarto. Secus Varro libro ſecundo, capite quinto: *Habeo*, inquit, *tauros totidem quos Atticus: ad matrices lxxij. unum anniculum, alterum bimum.* Quod vero ſtatim ſequitur, *ſi poſt coitum in dextram partem abeant tauri, generatos eſſe mares, ſi in lævam, fœminas:* ſumptum id quidem ex Varrone libro citato, ſed addit Columella, hoc ſignum verum eſſe non aliter apparere, quam ſi poſt unum coitum forda non admittit taurum, quod ipſum raro accidit. Nam quamvis plena fœtu, non expletur libidine. *Idem.*

a *Gignunt*

anno traduntur. [1] Si autem poſt coitum ad dextram partem abeant tauri, generatos mares eſſe: ſi in lævam fœminas. Conceptio uno initu peragitur: quæ ſi forte [2] erravit, vigeſimo poſt die marem fœmina repetit. Pariunt menſe decimo: quicquid ante genitum, inutile eſt. Sunt auctores, [3] ipſo complente decimum menſem die parere. [a] Gignunt raro geminos. Coitus [b] à Delphini exortu ad pridie Nonas [4] Januarii diebus xxx., aliquibus & autumno: [c] gentibus quidem, quæ lacte vivunt, ita [5] diſpenſatur, ut omni tempore anni ſuperſit id alimentum. Tauri non ſæpius, quam bis die, ineunt. Boves animalium ſoli, & retro ambulantes paſcuntur: apud Garamantas quidem haud aliter. Vita fœminis xv. annis longiſſima, maribus xx. Robur in quimatu. Lavatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere, & ſi quis inciſa cute ſpiritum harundine in viſcera adigat. [6] Non degeneres [7] exiſtimandi etiam minus laudato aſpectu. Plurimum lactis Alpinis, quibus minimum corporis, [8] plurimum laboris, capite, non cervice, junctis. Syriacis non ſunt palearia, ſed [d] gibber in dorſo. Carici quoque in parte Aſiæ fœdi viſu, tubere ſuper armos à cervicibus eminente, [9] luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur: [10] cætero nigri coloris candidive, ad laborem damnantur. Tauris minora, quam bubus cornua, tenuioraque. Domitura

1 Si autem ad d. p. habeant. *M.*
2 pererravit. M. V. pererravit xx. poſt diem. *Ch.*
3 ipſa c. d. m. duos parere nunc raro geminos. V.
4 Januarias. *Ch.*
5 diſpenſatis. *M.* diſpenſantibus. *Parm.*
6 Nec. V.
7 exiſtimari. *M.*
8 plus. M.
9 laxatis. *M.*
10 cæteri. *M.*

a *Gignunt raro geminos.*] Omnis ſcripta & impreſſa lectio, *Nunc raro geminos.* Lego, *unum, raro geminos.* Ariſtoteles libro ſexto, capite vigeſimo primo: *Pariunt ſingulos, raro geminos.* Pint.

b *A Delphini exortu ad pridie nonas Januarii, diebus triginta.*] Legendum videtur, *diebus quadraginta.* Varro libro ſecundo capite quinto, unde hoc deſumptum, *Maxime,* inquit, *idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu uſque ad dies quadraginta aut paulo plus.* Idem.

c *Gentibus quidem quæ lacte vivunt.*] Lacte potiſſimum aluntur Scythæ, ideoque ſervos excæcant, ut aſſiduam operam in eo agitando & quatiendo præſtent. Herod. in Melpomene. Canterus cap. 25. 4. *Dalec.*

d *Gibber in dorſo*] Tales vaccas in Americæ ſeptentrionali parte qui Hiſpani viderunt, eas ſua lingua vaccas *cocorbadas* vocant. *Idem.*

a *Socium*

1 habemus. Hoc animal. *V.* 2 apud p. R. *M.* 3 ſtatim. V. ſtad. Ira g. a. replicat, ſpargitque. i. a. h. & ſolus a. e. ſ. ardeſcit. 4 replicans orbes, ſpar. *Ch* 5 ex. *M.* 6 ideo ſe demum ſtratos rotare, cornibus c. e. i. r. mox jacentes ex h. a. bigaſque etiam ac currus citatos vel ab aurigis ſiſtere. *Alii*, dimicare & ideo *Alii*, bigarumque etiam curſui citato vel ab aurigis obſiſtere. *Alii*, mox jacentes humo attolli. *Alii*, iterumque mox reſurgere, & jacentes humo attolli. *Lego*, dimicantes, ideo ſe demum ſtratos rotare: corn. cad. exc. iterumque mox reſurgere, & jacentes humo attolli, bigarumque etiam curſui citato vel ab aurigis, obſiſtere. 7 curru citato. *Vet.* & *Ch.*

tura boum in trimatu, poſtea ſera, ante præmatura. Optime cum domito juvencus imbuitur. [a] Socium enim laboris agrique culturæ [1] habemus hoc animal, tantæ apud priores curæ, ut ſit inter exempla [b] damnatus [2] à populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, occiderat bovem, actuſque in exilium, tanquam colono ſuo interempto. Tauris in aſpectu generoſitas, torva fronte, auribus ſetoſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus [3] ſtat, ira gliſcente alternos [4] replicans, ſpargenſque in altum harenam, & ſolius animalium eo ſtimulo ardeſcens. Vidimus [5] de imperio dimicantes, & [6] ideo demonſtratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumque reſurgere, modo jacentes ex humo tolli, bigarumque etiam [7] curſu citato, velut aurigas, inſiſtere. [c] Theſſalorum

rum

a *Socium enim laboris agrique cultura.*] Ideo ſancitum Athenis lege fuit ne immolaretur, quoniam, ut ajebant, γεωργὸς ἐστὶν καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Rhod. c. 26. 19. Ælianus l. 5. hiſt. & Sueton. Domit. c. 9. inter initia uſque adeo à cæde ipſum abhorruiſſe ait, ut abſente adhuc patre recordatus Virgilii verſuum:

Impia quam caſis gens eſt epulata juvencis,

edicere deſtinaric; ne boves immolarentur. Et Arat. Phænom. verſ. 132. ait æreo demum ſeculo inſtitutum uti boves aratores ſeu operarii ederentur. Numæ inſtitutum vetus fuiſſe refert Bar. Briſſon. de ritu nupt. mihi pag 475. Nec abs re eſt quod Ariſtoteles in Oeconomicis ait, βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστιν. Conſtantinus certe leg. Executores. Cod. Quæ res pig. obl. poſſ. ob civilia debita boves aratorios pignori capi vetuit, ne culturæ abſtraherentur. Cujacius cap. 20. lib. 4 obſervat. *Idem.*

b *Damnatus à populo Romano.*] Val. Max. cap. 1. lib. 8. *Idem.*

c *Theſſalorum gentis inventum, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare.*] Verba hæc Plinii abſque dubio mendoſa ſunt. nam quid eſt, *cornu intorta cervice tauros necare?* nos ſcimus moris fuiſſe Theſſalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitantes, injecto ad cornua vinculo, eos cernuare, & humi procumbere magna vi cogerent. Legendum igitur apud Plinium: *cornu intorto reſtibus*, vel, *retibus.* πλέγμα & ἅμμα dixit in eadem re Philippus qui hanc Taurorum venationem Theſſalis familiarem ita deſcribit hoc epigrammate:

Θεσσαλίης εὔιππος ὁ ταυρελάτης
χορὸς ἀνδρῶν [illegible]
Χερσὶν ἀτευχήτοις θηρσὶν ὁπλιζόμενος

Δενδρο-

rum gentis inventum eſt, [1] equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id ſpectaculum dedit Romæ Cæſar Dictator. Hinc victimæ [2] opimæ & lautiſſima Deorum placatio. Huic tantum animali omnium, quibus procerior cauda, non ſtatim nato conſummatæ, ut cæteris, menſuræ: creſcit uni, donec ad veſtigia ima perveniat. [a] Quamobrem victimarum probatio in vitulo, ut articulum ſuffraginis contingat: breviore non litant. Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non fere litare, ſicut [b] nec claudicante, nec aliena hoſtia Deos placari, nec trahente ſe ab aris. Eſt frequens in prodigiis priſcorum, bovem locutum: Quo nuntiato, Senatum [c] ſub [3] dio haberi ſolitum.

1 *Leg.* equo juxta cornua quadrupedanta intorta cervice, &c.
2 optima. *Parm. & M.* optumæ. *Ch.*
3 dio. *Ch. & ita ſemper.*

CAP. XLVI. *De Api bove.*

BOs in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Inſigne ei, in dextro latere candicans macula, cornibus Lunæ creſcere incipientis. Nodus ſub lingua, [d] quem cantharum appellant. Non

Δινδρογθωπεῖ πώλοις ζεύξας σκιρτήματα ταύρων,
Ἀμφιβαλεῖν σπεύδων πλέγματα μετωπίδιον.
Ἀκρότατον δ' ἐς γῆν κλίνας ἅμα κ' ἔρροπον ἅμμα
Θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεχάλασσε βίαν.
Artemidorus quoque oſtendit, in Theſſalia qui generoſiſſimi eſſent, & nobiliſſimi taurorum venationi operam dediſſe: *Salmaſius* Hiſt Aug. p. 286. b.

a *Quamobrem victimarum probatio in vitulo*] De cura apud veteres, delectuque anxio hoſtiarum, quas diis offerrent non mancas aut mutilas, ſed omni ſui parte integras, vide Alex. ab Alex. cap. 12. lib. 3. & Magium cap. 4. lib. 4. *Dalec.*

b *Nec claudicante, nec aliena hoſtia.*] Morboſa, vitioſa, fiſſis auribus, lingua nigra, cauda, pilo amiſſo, acuminata. Alex. ab Alex. loco citato. Aliena hoſtia eſt, quæ Deo non convenit. Apollini, Marti, Neptuno, taurus cæditur. Nundinis Jovi arietem Flaminica immolat. Idem. *Idem.*

c *Sub dio haberi ſolitum.*] Non in roſtris aut curia, ſed aprico loco, patentique cœlo, tamen inaugurato, ne ſenatuſconſulta irrita forent, Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 5. *Idem.*

d *Quem cantharum appellant.*] Cantharum à coloris nigredine, & ſcarabæi figura. Auctor eſt Porphyrius lib. de carnis abſtinentia, Ægyptios ſcarabæum imprimis venerari, quod Solis ſit animata effigies. Lunæ eoſdem Apin conſecraſſe Solis & Lunæ ſigna geſtantem: Solis quidem, nigrum pilum, & ſub lingua cantharum: Lunæ vero maculam albam, naſcentis Lunæ modo ſinuatam. *Dalec.*

a *Sunt*

Non eſt fas eum certos vitæ excedere annos, merſumque in ſacerdotum fonte enecant, quæſituri luctu alium, quem ſubſtituant: & donec invenerint, mœrent, deraſis etiam capitibus: nec tamen [1] unquam diu quæritur. Inventus deducitur Memphim à ſacerdotibus. [a] [2] Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum. Alterum intraſſe lætum eſt, in altero dira portendit. Reſponſa privatis dat, è manu conſulentium cibum capiendo. Germanici Cæſaris [3] manum averſatus eſt, haud multo [4] poſt extincti. Cætero [5] ſecretus, [6] cum ſe proripuit in cœtus, incedit [7] ſummotu lictorum, grexque puerorum comitatur carmen honori ejus canentium: intelligere videtur, & adorari velle. Hi greges repente lymphati futura [8] præcinunt. Fœmina bos ſemel ei anno oſtenditur, ſuis & ipſa inſignibus, quanquam aliis: ſemperque eodem die & inveniri eam, & extingui tradunt. Memphi eſt locus in Nilo, quem à figura vocant [9] Phialam, [b] omnibus annis ibi auream pateram argenteamque mergentes diebus quos [10] habet natales Apis: ſeptem hi ſunt, mirumque neminem per os à crocodilis attingi: octavo poſt horam diei ſextam redire belluæ feritatem.

1 uſque. *V.*
2 Sunt, *in Ch. non leg.*
3 manus. *M.*
4 poſtea. *Ch.*
5 ſecretius. *Parm.*
6 cum prorupit. *V.* cum prorumpit. *M.*
7 ſubmoto ſtrepitu lictorum. *V. Turn.*
8 procinunt. *Ch.*
9 Phialam. Omnibus, &c. mergunt. *Dal.*
10 habent. *Ch.*

CAP.

a *Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, &c.*] Legend. *Tum delubra ei gemina, quæ vocant thalamos: augurio populorum alterum intraſſe lætum eſt, in altero dira portendit: reſponſa privis dat è manu conſulentium cibum capiendo.* Populi univerſi augurabantur læta cum alterum ex his delubris intraſſet, in altero dira portendebat. at *privis*, id eſt, ſingulis dabat reſponſa cibum capiendo è manu. *Salmaſ.* pag. 440. b.

b *Omnibus annis ibi auream pateram*] Seneca cap. 2. lib. 4. Quæſt. natural. de Nilo tractans: *Poſt magnum deinde ſpatium duo eminent ſcopuli (Nili venas vocant incolæ) ex quibus magna vis effunditur, non tamen quantum operire poſſit Ægyptum. In hac ora ſtipem ſacerdotes, & aurea dona præfecti, cum ſolenne venit ſacrum, jaciunt.* Dalec.

a *Piaca-*

Digitized by Google

CAP. XLVII.

De natura pecorum, & generatione eorum.

MAgna & pecori gratia, vel in [a] placamentis Deorum, vel in uſu vellerum. Ut boves [1] victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur. Generatio bimis utrinque ad novenos annos: quibuſdam & ad [2] decimum. [3] Primiparis minoris fœtus.[b] Coitus omnibus ad Arcturi occaſum, id eſt, [4] à tertio Idus Majas, ad Aquilæ occaſum, [5] x. Cal. Aug. Gerunt partum diebus CL. poſtea concepti invalidi. Cordos vocabant antiqui poſt id tempus natos. Multi hibernos annos præferunt vernis, quoniam magis interſit ante ſolſtitium quam ante brumam firmos eſſe, ſolumque hoc animal utiliter bruma [6] naſci. Arieti naturale agnas faſtidire, ſenectam ovium ſectari: & ipſe ſenecta melior, [7] illis quoque utilior. Ferocia ejus cohibetur, cornu juxta aurem terebrato. Dextro teſte præligato fœminas generat, lævo mares. [8] Tonitrus ſolitariis ovibus abortus inferunt. Remedium eſt congregare eas, ut cœtu juventur. Aquilonis flatu mares concipi dicunt, Auſtri fœminas: atque in eo genere arietum maxime ſpectantur ora: quia cujus coloris ſub [9] lingua habuere venas, ejus & lanicium eſt in fœtu, variumque ſi plures fuere: & mutatio aquarum potuſque variat. Ovium ſumma genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuo [10] delicatius, quippe cum tectum [c] rubis veſcatur. Operimenta eis ex Arabicis præcipua.

1 ſumptum. *M. V. & Ch.*
2 decem. *M* ad x. *Ch.*
3 Primipares. *V. & Ch.*
4 ad tertium. *Tol.*
5 in x. *Ch.*
6 naſci putant. *Dal.*
7 & utilior. *M.* & virilior. V. mutilus quoque utilior. *Ch.*
8 Tonitrua. *Ch.*
9 linguas. *Ch.*
10 elegantius. V.

CAP.

a *Placamentis Deorum.*] Herodotus in Euterpe narrat Ægyptios, qui Thebas accolunt, & omnino Thebanam præfecturam habitant, non oves, ſed capras Diis immolare: alias vero in præfectura Mendeſia oves ſacrificare, non capras. Muret. in Var. cap. 13. 8. *Dal.*

b *Coitus omnibus ad arcturi occaſum, &c.*] Scribo, *Coitus omnibus ab arcturi occaſu.* Varro lib. II. cap. II. *Tempus optimum ad admittendum ab arcturi occaſu ad aquilæ occaſum, quod quæ poſtea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillæ.* Aſtipulatur & apographon Toletanum, in quo *ab arcturi occaſu* ſcriptum eſt ad verbum. *Pintian.*

c *Rubis veſcatur*] Colonicum vero ſolo gramine. *Dalecamp.*

a *Lana*

Cap. XLVIII.

De generibus lanarum, & veſtium.

[a] Lana autem laudatiſſima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Mileſiæ oves obtinent. Apulæ breves villo, nec niſi penulis celebres. Circa Tarentum Canuſiumque ſummam nobilitatem habent. In Aſia vero eodem genere [b] Laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præfertur, nec libra centenos nummos ad hoc ævi exceſſit ulla. Oves non ubique tondentur: durat quibuſdam in locis [c] vellendi mos. Colorum plura genera: quippe cum deſint etiam nomina eis, [1] quas nativas appellant aliquot modis. [d] Hiſpania nigri velleris præcipuas habet. Pollentia juxta Alpes cani: Aſia rutili, quas Erythræas vocant: item Bætica: Canuſiam fulvi: Tarentum & ſuæ pulliginis. Succidis omnibus [2] uſus medicatus. Iſtriæ Liburniæque [3] pilo propior, quam lanæ, [e] pexis aliena veſtibus, & quam ſola ars [f] ſcutulato textu commendat in Luſitania. Similis circa

1 quos nativos. *Dal. ut ſub. colores.*

2 *Vet. Cod.* medicata vis, *ſic & Ch.*
3 lino. *Al.*

a *Lana autem laudatiſſima Apula.*] Martialis:

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis,
Nobilis Altinum tertia laudat ovis.

Dalec.

b *Laodicea.*] Hieronymus in Jovinianum: *Nunc lineis & ſericis veſtibus, & Attrebatum, ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis.* Idem.

c *Vellendi mos.*] Varro de ling. Lat. lib. 4. *Velia unde eſſent plures accepi cauſſas, in queis, quod ibi paſtores palatim ex ovibus ante tonſuram inventam, vellere lanam ſint ſoliti, ex quo vellera dicuntur.* Idem lib. 2. de re ruſt. *Quam demptam ac conglobatam alii vellera, alii velumina appellant: ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lana vulſuram, quam tonſuram inventam.* Victor. cap. 24. 16. *Idem.*

d *Hiſpania nigri velleris præcipuas habet, &c.*] Legendum: *Hiſpania nigri velleris præcipuas habent; & Pollentia juxta Alpes. Canuſium rutili, quas Erythras vocant, item Bætica. Fulvi Tarentum & ſuæ pulliginis.* Salmaſ. pag. 316.b.

e *Pexis aliena veſtibus.*] Pexæ veſtes, in quibus nec ſtamen, nec ſubtegmen apparet, eminente & operiente villo. Nam quibuſdam licia numerare licet, ut in quarum textis & tramis lana eſt propior. Tales ſunt Iſtrianæ. Turn. cap. 14. lib. 5. adverſ. *Dalec.*

f *Scutulato textu.*] Scutulas vocat auctor, τὰ πλίνθια, nimirum quadra, ſimilia retium maculis, quas Græci vocant τὰς βρόχους. Gallos Diod. ait Saga geſtare ῥαβδωτὰ, πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένα, ſcutulata, & reticulatim diſtincta, virgata Propertio & Virgillo, Polluci ῥαβδοειδῆ, non aſſuto purpureo limbo ornata, ut exponit Servius.

circa Piſcenas provinciæ Narbonenſis: ſimilis & in Ægypto, ex qua veſtis detrita uſu [1] tingitur, rurſuſque ævo durat. Eſt & hirtæ pilo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia: jam certe priſcos iis uſos, Homerus auctor eſt. Aliter hæc Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. [a] Lanæ & per ſe [2] coactæ veſtem faciunt: & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt: imo vero etiam [3] ignibus noviſſimo ſui purgamento; quippe ahenis [4] polientium [5] extractæ, [6] [b] in tomenti uſum veniunt Galliarum, ut arbitror, [7] invento: certe Gallicis hodie nominibus [8] diſcernitur: nec facile dixerim, qua id ætate cœperit. [c] Antiquis enim torus è ſtramento erat, [d] qualiter etiam nunc in caſtris [9] gauſape. Patris mei memoria

1 pingitur. *M.* & *Cb.* cingitur. *V. lego,* tegitur.
2 coactatæ. V. coactam. *Jac. Fab. ſemeſt.* 1. 11.
3 ignibus. Noviſſ. ſui purg. quibuſdam alienis potientium uncis tractæ in tomenti uſum veniunt. *Al.* Noviſſimo quinetiam ſui purgamento ahenis, &c.
4 colentium. V.
5 extractis in tomenti. V.
6 indumentis uſu veneunt. *M.* in tomenti. *Cb.* & *Fab. ſemeſt.* 1. 11.
7 inventum. V.
8 diſcernuntur. V.
9 gauſapinis. V.

Servius. Scutale Livio in funda, quod eſt reticulatum. Polluci βρόχος ſive macula, τὸ σμωτχὲς ἐν τοῖς δικτύοις διάστημα τετράγωνον σκωτισμὸς ἐκ τεττάρων ἁμμάτων ὃ τεινομένης τοῦ ἄρκυος γίνεται ῥομβοειδής. Scutulatus ergo textus, virgatus eſt, macularum inſtar cancellatim & reticulatim diſtinctus. *Lauſagias* Galli vocant, à ſimilitudine foliorum Lauri, quaſi Laurangias. *Scaliger.* Scutulæ forma quadrata & oblonga. Cenſorinus, ἑτερομηκὲς, quadrangulum imparibus lateribus, & angulis minime rectis, ſcutulæ ſimile. cap. 24. 11. Araneorum rete ſcutulatum eſt. Turn. cap. 24. 27. *Dalec.*

a *Lana & per ſe coacta veſtem faciunt, &c.*] Ad deſperationem uſque vitiatus hic Plinii locus: lege, *lana & per ſe coacta veſtem faciunt, & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt: immo vero etiam ignibus.* hæc ad veſtem è coacta lana factam pertinent, quam faciunt coactilia, πιλωτὰ Græci vocant. quæ ſequuntur nihil huc ſpectant, & longe ſunt depravatiſſima. *Salmaſ.* 391. b.

b *In tomenti uſum veniunt.*] Sic legend. Loquitur enim de lanarum purgamentis. Eſt autem tomentum, culcitræ fartum. Martialis:

Culcitra tomento quam viduata ſuo.

Et de tomento, non de indumento accipiendum alioqui ſatis indicant quæ ſequuntur: *Antiquis enim torus è ſtramento erat.* Gelen.

c *Antiquis enim torus è ſtram. &c.*] Lege: *Antiquis enim torus è ſtramento erat, qualiter etiam nunc in caſtris. Gauſapa patris mei memoria cœpere: amphimalla noſtra, &c.* Dicit toros antiquitus è ſtramento fuiſſe, & ſua adhuc ætate in caſtris ita eſſe. *Salmaſ.* pag. 398. a.

d *Qualiter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpere; &c.*] Aliter in Apographo Toletano: *Qualiter etiam nunc in caſtris cauſa patris mei memoria; &c.* Ut forte ſcribendum ſit: *Qualiter etiam nunc in caſtris gauſape. Avorum memoria cœpere amphimalla, ſicut noſtra villoſa etiam ventralia.* Movet me quod non ea fuit conditione Plinius, ut non deſiderata fuiſſet ejus prudentia ſi in commentatione rerum naturalium, quam ad communem totius humani generis utilitatem componebat, & præſertim Romano imperatori dicata, patris ſui meminiſſet. *Pintian.*

ria cœpere [a] amphimalla noſtra, ſicut [1] villoſa etiam [b] ventralia. Nam tunica lati clavi in modum gauſape texi nunc primum incipit. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu ſuis locis dicemus in conchyliis marinis, aut herbarum natura. Lanam [2] cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem [c] Caja Cæcilia vocata eſt, [d] in templo [3] Sangi duraſſe, prodente ſe, auctor eſt M. Varro: factamque ab ea togam regiam [4] undulatam in æde [5] Fortunæ, qua Ser. Tullius fuerat uſus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur [e] colus compta, & fuſus cum ſtamine. Ea prima texuit [f] rectam tunicam, quales cum toga pura [6] tyroni induuntur, novæque nuptæ. [7] Undulata veſtis primo è lautiſſimis fuit: inde [8] [g] ſoriculata defluxit. Togas raſas [9] [h] Phrygianaſque, Divi Auguſti noviſſimis temporibus

1 villoſa & etiam. *V.M.*
2 in colu. *Cb.*
3 M. Anci. *M.* Sancus. *Cb.*
4 ungulatam. *M.*
5 fortunæ aſſervatam, qua Serv. *Parm*
6 tyrones. *Alii & Cb.*
7 Ungulata veſtis prima lautiſſimis fuit: inde.
8 ſororiculata. *M.* prima è l. f. i. ſororeculata. *Cb.*
9 Phryxianas. *M. & Cb.*

a *Amphimalla noſtra.*] Ἀμφιμάλλης Heſychio. Lucilius:

Pſila, atque amphitapa molles cum ingentibus villis.

Talia amphimalla hodie ſunt, quæ vocamus *couvertes de Cathelogne.* Dalec.

b *Ventralia.*] Ventrale κοιλιόδεσμος, φῦνδα Gloſſæ, Juriſconſultiâ zona, erumena, quam & Fundum vocaverunt & Profundum. Cujacius cap. 27. 10. obſerv. Gauſapa & Gauſapia, tapetea inſignea mollitia villorum, & artificio texturæ, quibus menſæ teguntur. Martial. 138. 14.

Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum.

Idem

c *Caja Cæcilia.*] Caja uſu ſuper omnes celebrata eſt Fertur enim Caja Cæcilia, Tarquinii Priſci regia uxor, optima lanifica fuiſſe: & ideo in ejus memoriam ſempiternam inſtitutum fuit, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ quænam vocarentur, Cajam ſe eſſe dicerent Alex. ab Alex. cap. 5. 2. Vide Feſtum in Recta & Regilla. *Idem*

d *In templo Sangi.*] Equidem demiror quod hic Sangus tantopere ignotus fuerit recentioribus Grammaticis, ut etiam in Liviana hiſtoria uno atque altero loco in Janum ſit demutatus. Et eſt quidem unius numinis utrumque nomen: ſed hæc Romana appellatio eſt, illa altera Sabina. *Gelen.*

e *Colus compta.*] Vide quod notatum eſt cap. 2. lib. 29. *Dalec.*

f *Rectam tunicam.*] Recto filorum ductu textam, ὀρθοστάδιον, ἄῤῥαφον ὃ ἄνωθεν ὑφαντὸν δι᾽ ὅλου. Recta tunica Iſidoro, quam ſurſum verſus ſtantes texunt: *qu'on fait aut meſtier droit.* Idem.

g *Soriculata defluxit.*] Interpretantur quidam Soriculatas veſtes ex lino & ſparto conſertas & condenſatas, à conſerendo. Turn. ut & Man. legit *Surericulatas*, ſive *Suroreclatas*, quod idem eſt, exponitque ſuris & latioribus regulis virgatas, ac eo toto texendi genere confectas, tanquam ſuro regulatas. *Surus*, ramus, inde fit *ſurculus*. Quidam à Sura & rica, ſive ricula deducunt, non à regula *Idem.*

h *Phrygianaſque*] Seneca lib. 1. De benef. 3. de Gratiis, *Inveniam aliquem poëtam apud quem præcingantur, & ſpiciis auro Phrygianis prodeant.* E vetuſto codice ſic Muretus legit cap. 1. lib. 12. Variar. Turn. tamen *Phryxianas*, quæ Phryxi

buſ cœpiſſe, ſcribit Feneſtella. Crebræ [a] papaveratæ antiquiorem habent originem jam ſub Lucilio poëta in Torquato notatæ. [b] Prætextæ apud Hetruſcos originem invenere. [c] Trabeis uſos accipio reges: [d] pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. [e] Acu facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere in eadem Aſia invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis. Colores diverſos picturæ intexere [f] Babylon maxime celebravit, & nomen impoſuit. Plurimis vero liciis texere, quæ [g] polymita

xxi velleris criſpos ac eminentes villos imitantur: vulgo, *de la friſe*. Dalec.

a *Papaverata*] Papaveratæ, Iſidoro *Pavitenſes*: graviter preſſæ & calcatæ Contra *Ralla*, quas tamen idem Iſidorus interpretatur raſiles. Papaveratæ Sophocli *παλθητοὶ ἐσθῆτες*, quoniam *κεκρῦσθαι καὶ παλθῆναι* *Pavire*, ferire, *παίειν* *Pavera* frumenta Feſto, quorum granum obtritu multo deglubitur, & glumis evaginatur *Scalig*.

b *Prætexta*.] Lucilius lib. 1. Satyr. *Prætexta ac tunica Lydorum opus ſordidum omne.* Dalecamp.

c *Trabeis*.] Triplex trabea fuit. Prima Diis conſecrata, texta ſola purpura: altera ex purpura immixto albo, regibus & conſulibus peculiaris: tertia ex purpura & cocco, auguribus permiſſa, dum auguria captant. Alex. ab Alex cap. 18. 5. *Idem*.

d *Pictas veſtes*] Palmatas Tertullian. lib de Coron. milit *Picta veſtis, quæ nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata eſt, eratque ſine pictura. Ejus rei argumentum eſt pictura in æde Vertumni, & Conſi, quarum in altera M. Fab. Flaccus, in altera T. Papyrius Cenſor triumphantes ita picti ſunt.* Feſt. *ἀνθινὰς* & *ἀνθηρὰς* Græci vocarunt. Pollux *ποικίλας*, *ζωωτὰς*, *ζωδιωτάς*. Artem. *ὀνειροκρ.* locupleti fœminæ & meretrici permiſſas tradit: huic, ut majorem corpore faciat quæſtum, illi, luxus cauſa. Idem Suidas in diſtinctione *ἑταιρῶν*. Philarch. 5. hiſt. tradit, Syracuſis mulieri non licuiſſe uti picta veſte, aurove caput redimire, niſi publice proſtans, cuivis ſui copiam faceret: Strab. 15. refert Perſarum duces æſtate veſtem geſtare aut purpuream, aut pictam. Had. Jun. cap. 13. 1. *Idem*.

e *Acu facere id Phryges invenerunt*.] Ægyptii quoque artem illam exercuerunt: eleganter & egregie Martial.

Quando eques & pictis tunica Nilotide Mauri.

Lucanus:

Quod Nilotis acus compreſſum pectine, ſerum
Solvit, & expanſa laxavit ſtamina velo.

Idem.

f *Babylon maxime celebravit*.] Lucretius de amoris inſani damno:

Adde, quod alterius ſub nutu degitur ætas:
Labitur interea res: tum Babylonia fiunt
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.

Plutarchus auctor eſt, cum hereditate obveniſſet Catoni *Βαβυλώνιον περίβλημα*, ſtatim juſſiſſe vendi. *Idem*.

g *Polymita appellant*.] Filis diverſi coloris in longum & tranſverſum ductis, ut fit hodie. Quidam *multitia* vocant. Meminit Trebellius Pollio in Quieto, cum ait in ejus familia tunicas, limbos, penulas matronales, variantibus liciis effigiem Alexandri monſtraviſſe Pithæus cap. 2. 1. Trilicem loricam tribus liciis ornatam & diſtinctam fuiſſe tradit. Turn. cap. 35. 29. *Idem*.

1 ſeſtertiis. *Cb.* & *M.*
2 quadringenties ſeſtertio. *Budæus lib.* 2. *de aſſe.*
3 extitere. *M.* & *Cb.* conſtitere. *Dal.*
4 quingentis. *Cb.*
5 bidentium. V.
6 ſeſquipedalibus libris. *M.* & *Cb.* ſeſquipedalibus labris. V. ſeſquipondialib. *Alii.*
7 generoſitas his oſtend. *M.*
8 crurum. Ventris veſtitus quibus nudus eſſet. *Cb.*
9 & ventris. *M.*
10 damnabantur. *M.*
11 exiſtimant. *M.*
12 Muſmonium. M. muſmonum. *Cb.*
13 Priſcumbres vocaverunt. *Cb.*

mita appellant, Alexandria inſtituit: ſcutulis dividere, Gallia. Metellus Scipio triclinaria Babylonica [1] ſeſtertiûm octingentis millibus veniſſe jam tunc, poſuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi [2] quadragies ſeſtertio nuper [3] ſtetere. Servii Tullii prætextæ, quibus ſignum Fortunæ ab eo dicatæ coopertum erat, duravere ad Sejani exitum. Mirumque fuit nec defluxiſſe eas, nec teredinum injurias ſenſiſſe annis [4] DLX. Vidimus jam & [5] viventium vellera, purpura, cocco, conchylio, [6] [a] ſeſquilibris infecta, velut illa ſic naſci cogente luxuria. In ipſa ove ſatis [7] generoſitatis oſtenditur brevitate [8] crurum, [9] ventris veſtitu: quibus nudus eſſet, [b] apicas vocabant, [10] damnabantque Syriæ cubitales ovium caudæ, plurimumque in ea parte lanicii. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, præmaturum [11] exiſtimatur.

Cap. XLIX. [c] *De muſmone.*

Est & in Hiſpania, ſed maxime Corſica, non maxime abſimile pecori, [d] genus [12] muſmonum, caprino villo, quam pecoris velleri, propius. Quorum è genere & ovibus natos [13] priſci [e] Umbros vocarunt.

a *Seſquilibris infecta.*] Seſquipedalibus libris infecta, &c. Nam vivarum ovium cum lanam & vellus tingere vellent, adhibitis corticibus ſive libris ſeſquipedalibus medicamento imbutis, qui conſervarent inhærentem velleribus infecturam, id faciebant. Turn. alii ſeſquilibris, id eſt, in ſingulas oves adhibita libra & dimidia infectura. Fortaſſis, ſeſquipedalib. fibris, ut in manuſcript. id eſt, lanæ villis. Iſidoro cap. 22, lib. 30. Fibræ, lana caprina, unde Fibrina veſtis, quæ ex ea tramam habet. *Idem.*

b *Apicas vocabant.*] Ovis apica, mina Varroni cap. 2. 2. *Idem.*

c *De muſmone.*] Vide in Lexico Conſtantini, vocem μούσμωνες. *Idem.*

d *Genus muſmonum.*] Alii *Muſmonum*: alii *Muſmonium.* Olim Muſimonas etiam vocarunt aſinos, mulas, equos breves. Lucil.

Pretium emit, qui vendit equum Muſimonem.

De Muſimonibus Strabo: γίνον]) δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἴγειον ἀντὶ ἐρέας κριοί, καλούμενοι μούσμωνες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. Inde *Sardos Maſtruccas* Cicero vocat in oratione pro Scauro, Muſimonum pellibus munitos & loricatos. Turn. cap. 9. lib. 20. adverſ. Id animal fortaſſis eſt, quod cap. 9. libro 28. *Ophion* vocari tradit, item c. 15. lib. 30. *Idem.*

e *Umbros vocarunt.*], Umbri, Ibri, Imbri, priſcis ſpurii. Græcis ὀμ-

βρίμ-

catunt. Infirmiſſimum pecori caput, quamobrem averſum à Sole [1] paſci cogendum. Quam ſtultiſſima animalium lanata. Qua timuere ingredi, unum cornu [2] raptum ſequuntur. Vita longiſſima anni x. in Æthiopia XIII. Capris eodem loco XI. in reliquo orbe plurimum octoni. Utrunque genus intra quartum coitum impletur.

1 cogi paſcendo. *Daſ.*
2 raptu. *Ch.*

CAP. L. *De capris, & generatione earum.*

Capræ pariunt & quaternos, ſed raro admodum. Ferunt quinque menſibus, ut oves. Capræ [3] pinguitudine ſterileſcunt. [a] Trimæ minus utiliter generant, [b] & in ſenecta nec ultra quadriennium. [4] Incipiunt ſeptimo menſe, adhuc [5] lactentes. Mutilum in utroque ſexu utilius. Primus in die coitus non implet: ſequens efficacior, ac deinde. Concipiunt Novembri menſe, ut Martio pariant turgeſcentibus virgultis, aliquando anniculæ, [6] ſemper bimæ, [c] in trimatu inutiles. Pariunt octonis [7] annis. Abortus frigori obnoxius. Oculos ſuffuſos capra junci puncto ſanguine exonerat, caper rubi. Solertiam ejus animalis, Mutianus viſam ſibi prodidit in ponte prætenui, duabus obviis è diverſo: cum circumactum anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca, torrente rapido minaciter ſubterfluente, alteram decubuiſſe, atque

3 pinguedine. *M.*
4 coire incipiunt. *D.*
5 lactantes, id eſt, lac præbentes, nutrientes. *D. & Ch.*
6 ſæpe. *V.*
7 annis, ad abortus frigore obnoxiæ. Oculos ſuffuſos ſanguine capra junci punctu (*alii, junco punctos*) exonerat.

σκίγκλοι, & ἐμβρύϊκα ferarum catuli. Hinc Ibridæ canes. Lyciſcæ in veteri gloſſario, Umber, ἡμίον⊙ ἀσϐαῖ⊙: Iber, ἡμίλον⊙. *Scalig.*

a *Trimæ minus utiliter generant.*] Archetypum Toletanum & Ch. *Ante trimos minus utiliter generant.* recte: ut de hircis intelligas: nam de caprarum conceptu paulo poſt. *Pintian.*

b *Et in ſenecta, nec ultra quadriennium.*] Particula *nec*, in neutro habetur exemplarium ſcriptorum. optime. Nam teſte Columella libro ſeptimo, capite ſexto, *Senecta his ante ſextum annum, & quinquennis parum idoneus habetur implendis fœminis.* Idem.

c *In trimatu inutiles.*] Scribendum proculdubio *utiles*, vel *haud inutiles*. Columella loco proxime ſignato: *Annicula vel bima capella, nam utraque ætas partum edit, ſubmitti hædum non oportet: neque enim educare niſi trima debet.* Palladius duodecimo, titulo XIII. *Trimæ educare optime poſſunt. Quod teneriores matres generant, tranſigendum eſt.* Idem.

 a *Longis*

atque ita alteram [1] proculcatæ ſupergreſſam. Mares [2] quam maxime ſimos, [a] longis auriculis infractis, armis quam [3] villoſiſſimis probant. Fœminarum generoſitatis inſigne, [b] laciniæ [4] corporibus à cervice binæ dependentes. Non omnibus cornua: ſed quibus ſunt, in his & indicia annorum per [5] incrementa nodorum. Mutilis lactis major ubertas. Auribus eas ſpirare, non naribus, nec unquam febri carere, [c] Archelaus auctor eſt: ideo fortaſſis anima his, quam ovibus, ardentior, calidioreſque concubitus. Tradunt & noctu non minus cernere, quam interdiu; [6] ideo ſi caprinum jecur veſcantur, reſtitui veſpertinam aciem his, quos Nyctalopas vocant. [d] In Cilicia, circaque [7] Syrtes villo tonſili veſtiuntur. Capras in occaſum [8] declivi Sole, in paſcuis negant contueri inter ſeſe, ſed averſas jacere: reliquis autem horis adverſas, & inter [9] cognationes. Dependet omnium mento villus, [e] quem aruncum vocant: hoc ſi quis apprehenſam ex grege unam trahat, cæteræ ſtupentes ſpectant. Id etiam evenire, cum quandam herbam aliqua ex eis momorderit. Morſus earum arbori [10] exitialis. [f] Olivam

1 proculcando. *Dal.*
2 quam maxime longis auribus infractiſque. *Ch.*
3 villoſiſſimos. *V.*
4 pro palearib. *Alii*, pectoribus.
5 intrimenta. *Ch.*
6 & ideo. M. ideo caprinum jecur veſcentibus. *Tol*
7 Syrias. V.
8 declini. *Ch.*
9 cognitior. s. *V Lego*, conjunctiores.
11 eſt exitialis. *Ch.*

a *Longis auriculis infractiſque, armis quam villoſiſſimis*] Legendum *Auribus*, non *Auriculis*, ex archetypo Toletan. Confirmat id quoque Columella lib. ſeptimo, cap 6 *Optimus*, inquit, *habetur ampliſſimi corporis, cruribus craſſis, plena & brevi cervice, flaccidis & prægrandibus auribus*. Pint.

b *Laciniæ*.] Feſtus vocat Noneolas, vel, ut quidam legunt, Nævolas. Varro cap. 3. 2. mammillas penſiles. *Dalec.*

c *Archelaus auctor eſt.*] Ab Alcmæone id proditum, non Archelao, ſcribit Ariſt ſed οὐκ ἀληθῶς, ὅτι ἀναπνέουσι [illegible]. Vide Rhodig cap 29. 5. Victor. cap. 9. 36. Varronem cap. 3. 2. de re ruſt. Oppianus capras ſilveſtres ſcripſit non quidem auribus ſpirare, ut Alcmæon apud Ariſtot. ſed fiſtula, quæ à palato pertinet ad interſtitium cornuum. Spirare utraque parte putat Ælianus c. 51. 1. de Animalibus. *Idem*

d *In Cilicia, circaque Syrtes villo tonſili veſtiuntur*] Alii leg *circaque Syrias*, non male. *Bochart*. 625.

e *Quem aruncum vocant.*] Græci ἤρυγγον. Inde apud Plutarch. de herba Eryngio male hoc ipſum ſcriptum, quod hic Plinius ex Ariſt. tradit. Locus eſt in lib. de iis, qui ſero à numine puniuntur. Vide in Lexico Conſtant. ἤρυγγος. *Dalec.*

f *Olivam lambendo quoque, &c.*] Huc refer illa ex cap. 24. lib. 17. *Oleam quidem etiamſi lambat capra, ſterileſcere auctor eſt Varro, ut diximus*. Vide & Urſin. not. Var. pag. 19. *Idem*.

a *Miner-*

vam lambendo quoque ſterilem faciunt, eaque ex cauſa [a] Minervæ [1] non immolantur.

[1] non *in V. deeſt & M.*

CAP. LI. [b] *De ſuibus & natura earum.*

SUilli pecoris admiſſura à Favonio ad æquinoctium [2] vernum, ætatis octavo menſe: quibuſdam in locis etiam quarto, uſque ad [3] ſeptimum annum. [c] Partus bis anno: tempus utero quatuor menſium: numerus [4] fœcunditatis ad vicenos: ſed educare tam multos nequeunt. Diebus x. circa brumam ſtatim [5] dentatos naſci, Nigidius tradit. Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium, ne prima ſubatione, neque ante [d] flaccidas aures coitus fiat. Mares non ultra trimatum generant. Fœminæ ſenectute feſſæ, cubantes coëunt. Comeſſe fœtus his, non eſt prodigium. Suis fœtus ſacrificio [6] die quinto purus eſt, pecoris die [7] octavo, bovis triceſimo. Coruncanus ruminales hoſtias, donec bidentes [8] fierent, puras negavit. Suem oculo amiſſo putant cito [9] extingui: alioqui vita ad quindecim annos, quibuſdam & vicenos. Verum efferantur, & alias obnoxium genus morbis, [e] anginæ maxime, & ſtrumæ. [10] Index ſuis invalidæ, cruor in radice ſetæ dorſo evulſæ, caput [11] obliquum in inceſſu. Penuriam lactis præpingues ſentiunt, & primo fœtu minus ſunt [12] numeroſæ. [f] In luto volutatio generi grata. Intorta cauda: id etiam notatum, facilius [13] litare, in

[2] vernum. Ætas. *M. & Ch.*
[3] octavum. *M. & Ch.*
[4] fœcunditati. *Ch.*
[5] dentes. V.
[6] *Quidam ex Varrone l. 2. c. 4. legunt*, die decimo.
[7] ſeptimo. *Ch.* ſexto. *M.*
[8] forent. V.
[9] Extingui. Aliquibus. M.
[10] Inde ſues. *M.*
[11] obſtipum. *Merula ſuper Enn. pag.* 433.
[12] mammoſæ. V.
[13] jacere. V. latere. *Ch.*

a *Minervæ non immolantur.*] Vide & quæ ſupra cap. 47. hujus libri adnotavimus. *Dalec.*

b *De ſuibus.*] De hoc animali, & multis ejus nomenclaturis, vide Rhod. c. 26. lib. 25. *Idem.*

c *Partus bis anno.*] Plutarch. in cauſ. Natur. ſues domeſticas ſæpius ait parere & incerto tempore, feras autem ſemel duntaxat æſtatis initio. *Idem.*

d *Flaccidas aures.*] Id eſt, pendulas & demiſſas: quod accidit porcis natu jam grandioribus. Nam junioribus ſubriguntur & erectæ manent. *Idem.*

e *Angina maxime.*] Plaut. in Trinum. *Sues moriuntur angina hic acerrima.* Idem.

f *In luto volutatio generi grata.*] Id nimirum eſt, quod Heraclitus Epheſius ſcribit, ſues cœno lavari, ut cortales aves pulvere & cinere. Ariſtophani γρυλλίζουσι, & κοΐζουσι ſues. *Idem.*

in dexterum quam in lævum,[1] detorta. Pingueſcunt LX. diebus, ſed magis tridui inedia [2] ſaginatione orſa. Animalium hoc maxime brutum, animamque ei pro ſale datam non illepide [3] exiſtimabatur. Compertum [4] agnitam vocem ſuarii furto abactis, merſoque navigio inclinatione lateris unius remeaſſe. [5] [a] Quin & duces in urbe forum nundinarium domoſque petere diſcunt: & feri ſapiunt veſtigia palude confundere, urina fugam levare. [b] Caſtrantur fœminæ quoque [6] ſicuti cameli, poſt bidui inediam ſuſpenſæ pernis primoribus, vulva reciſa: [c] celerius ita pingueſcunt. Adhibetur & ars jecori fœminarum, ſicut anſerum, inventum M. Apicii, fico [7] carica ſaginatis [8] ac ſatie necatis [9] repente mulſi potu dato. Neque alio ex animali numeroſior materia ganeæ: quinquaginta prope ſapores, cum cæteris ſinguli. Hinc Cenſoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis [d] abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſincipita verrina, ut tamen [e] Publii Mimorum Poëtæ cœna, poſtquam [10] ſervitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere autem & [11] feri ſues. Jam Catonis Cenſoris orationes [f] aprugnum exprobrant callum. In tres [12] tamen partes diviſo, media

1 detortam. V. detorto. M.
2 ante ſaginationem. V.
3 exiſtimatur. V.
4 agnita voce ſ. f. abactos merſo navigio. V. & M.
5 Quin & in urbe f. n. reduceſque domos petere. *Pint. & Tol.*
6 ſic quoque uti &c. M. ſic quouti cam. *Ch.*
7 arida. M. & *Ch.*
8 ac ſiti. *Dal.* à ſatietate repente mulſi. V. ſiti enectis. *Fulv. Urſin. append. ad Ciac. p.* 90.
9 tepeute. *Tol.*
10 ſervitute exierat. *Jan. Duſa ſuper Arbit. lib.* 1. *c.* 17.
11 feri veſicæ. In Catonis Cenſoriis. *Pint. ex Tol.* & feri veſicæ Catonis. M. *V.*

12 tantum partes diviſo apro media ponebant, lumbus aprugnus appellata. V.

a *Quin & duces in urbe.*] Habet & vetus exemplar ſic. Sed quid ſibi volunt hæc duo vocabula, *& duces?* Poſſem hic aliquid comminiſci pro illorum expoſitione. Verum ut ingenue fatear, mihi locus videtur eſſe depravatus, & *cicures* forte legendum, non *& duces.* Quia autem inſolens verbum erat, corrupit librarius quod non intelligebat. Nam ſequitur ſtatim, *& feri.* Differit itaque prius de *cicurum* porcorum natura, mox de *feris.* Rhenanus.

b *Caſtrantur fœmina quoque ſicuti cameli poſt bidui inediam ſuſpenſa pernis prioribus.*] Ariſtoteles libro nono capite ultimo, *poſterioribus* non *prioribus* ait Græca voce ὀπισθίων. Theodorus tamen *prioribus* transfert, cauſam ignoro, niſi quod ita in Plinio invenerat. *Pintian.* *Caſtrantur fœmina quoque.*] Vide quod adnotatum eſt ad cap. 37. lib. 11. *Dalec.*

c *Celerius ita pingueſcunt.*] Et caro ſuavior eſt. Galen. lib. 1. de ſemine. *Idem.*

d *Abdomina.*] Vide infra cap. 37. lib. 11. *Idem.*

e *Publii.*] Syri, qui Laberium vicit eo genere poëmatis. *Idem.*

f *Aprugnum.*] Sumen aprugnum: quod cum ſua vulva convivis Heliogabalum appoſuiſſe Lampridius teſtatur. *Idem.*

a *Soli-*

media ponebatur lumbus aprugnus appellata. [a] Solidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit P. Servilius Rullus, pater ejus Rulli, qui Ciceronis Conſulatu legem agrariam promulgavit. Tam propinqua origo nunc quotidianæ rei eſt. Et hoc Annales notarunt, horum ſcilicet ad emendationem morum: quibus notata quidem [1] cœna, ſed [2] in principio, bini ternique pariter mandantur apri.

1 ea cœna. V.
2 principio, b. t. p. manduntur, mandebantur. M. manduntur. Ch.

CAP. LII. *De vivariis beſtiarum.*

Vivaria [3] horum cæterorumque ſilveſtrium, primus togati generis invenit Fulvius [4] Lippinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus, & Q. Hortenſius. Sues feræ ſemel anno gignunt. Maribus in coitu plurima aſperitas. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum [5] coſtas, lutoque ſe [6] tergorantes. Fœminæ in partu aſperiores, & fere ſimiliter in omni genere beſtiarum. Apris maribus, nonniſi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus gemini [7] ex roſtro, totidem à fronte ſeu vituli cornua, exeunt. Pilus æreo [8] ſimilis agreſtibus, cæteris niger. At in Arabia ſuillum genus non vivit.

3 eorum. Ch.
4 Hirpinus. Par. Lippinus. Ch.
5 ſiens.
6 ſtercorantes. M. Thl. Salm.
7 à. Ch.
8 ſimilis. Agreſtibus cæteris. Dal.

CAP. LIII. *De ſemiferis animalibus.*

In nullo genere æque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui [9] [b] hybridas vocabant, ſeu ſemiferos, ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu collegam, appellatione tranſlata. Non in ſuibus [10] tantum, ſed in omnibus quoque [11] animalibus, cujuſcunque generis ullum eſt

9 hybridas ſues vocabant ſemiferos. V.
10 autem tantum. M. & Ch.
11 animalium. V.

a *Solidum aprum Romanorum.*] Juvenalis Satyr. 1.
----- quanta eſt gula, quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter convivia natum? Dalec.

b *Hybridas.*] Vide quod annot. in ſuperius caput proximum 49. ad vocem, *Umbros.* Idem.

eſt placidum, ejuſdem invenitur & ferum, utpote cum hominum etiam ſilveſtrium tot genera prædicta ſint. Capræ tamen in plurimas ſimilitudines transfigurantur. Sunt capreæ, [1] ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ, [2] quanquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorumque vaginis: in

1 ſunt ibices, ſunt rupicapræ pernicitatis.

2 *Quanquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorumque vaginis, in hac ſe librant, ut tormento aliquo rotati, in petris potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire cupientes, atque recurſu pernicis quo libuerit exultant.*]. Difficilis eſt hic locus, & dubio procul à nemine intellectus. Exemplar manuſcriptum hujuſmodi lectionem continet: *Quanquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorumque vaginis in hac ſe librat ut tormento aliquo rotatus in petras potiſſimum & monte aliquo in alium tranſilire quærens atque recurſu ſuo pernicius quo libuit exultat.* Nodus vero omnis in his duobus vocabulis eſt, *gladiorumque vaginis*, quidnam hæc ſibi velint. Nam alioqui vetus lectio cum vulgata conſentit, niſi quod doctus quiſpiam in pluraṫivum numerum mutavit quæ illic in ſingulari ponuntur, nihilo melius quam *petras* in *petris*, & *recurſu* in *recurſu*. Chriſtophorus Longolius huic loco manum admolitus, *in his ſe librant* legendum putavit, ut referatur ad vaginas gladiorum, quod eſſe debet, *in hac ſe librat*, quemadmodum vetus exemplar teſtatur; hoc eſt germanam Plinii lectionem mutavit in adulterinam. Quod ſi etiam *in iis ſe librant*, non *in hac ſe librat* legamus, id quod tamen faciendum non eſt, quid tum? An bene propterea habebit ſententia? Minime ſane. Quis interim docet quid ſibi velit *gladiorum vagina?* Mirabile vero animal quod gladiorum vaginis oneratum caput habet. num in vaginis conditi ſunt gladii, an vacuæ vaginæ ſunt? Vaſtis certe cornibus & alia quædam animantia prædita reperiuntur: at monſtro ſimilis eſt, imo monſtrum potius, belua gladiorum vaginas in capite circunferens. Itaque cum reliqua ſatis recte habeant, video nodum omnem, ut ante dixi, in his duabus dictionibus *gladiorumque vaginis* conſiſtere, quarum utramque mendoſiſſimam reor, qui putem à Plinio ſcriptum fuiſſe *lateque vagis*, quod vocabulum cum diſtantioribus ſyllabis exaratum eſſet, hoc forte pacto, *la teque ua gi s*, librarius aliquid deeſſe exiſtimans, expletis per ſiniſtram ſuam diligentiam lacunis, hoc eſt g litera addita, & *t* in *d* mutata. (nam *glate* non placebat) & *orum* genitivi pluralivi terminatione annexa, ac poſtremo *ni* ſyllaba introſerta, in hunc tandem modum tam fœde depravarit. Enimvero dum hunc locum curioſiſſime excuterem, cum quo, crede mihi, diutiſſime ſum luctatus, viſum eſt mihi legendum eſſe, *lateque vagis. Ibix in hac ſe rotat.* Nam conjicio *ibix* in *ivix*, primum eo quod *u* pro *b* uſurpent librarii, mox in *ivis*, & poſtremo in *inis* facile mutari potuiſſe. Quæ vox ad *vagis* addita, *vaginis* indubie conſtituit. quanquam etiam ſi non exprimatur ibix, ſubintelligitur tamen in hac oratione, *in hac ſe librat:* additum vero, ſenſum illuſtriorem reddit. imo plane vaginas gladii conſecuti ſunt. Nam cum hoc erratum admiſſum eſſet, ut *vaginis* pro *vagis ibix* ſcriberetur, jam non quadrabit præcedens dictio *lateque*. Male enim ſonabat in auribus librarii quamlibet craſſis hæc oratio, *lateque vaginis*. Quare cum vaginæ fiant, ut in iis gladii condantur, vocabulum *lateque* mutavit in *gladiorumque* pulchro futuro ſenſu, *gladiorumque vaginis*, ut ſtipiti illi videbatur. Profecto nuſquam verius eſt illud Ariſtotelis, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, τὰ ἄλλα συμβαίνει, quam in depravationibus auctorum; ubi unum erratum admiſſum ſtatim multa conſequuntur. Leges itaque, & diſtingues totum Plinii locum hoc modo: *Sunt ibices pernicitatis miranda, quanquam onerato capite vaſtis cornibus lateque vagis. Ibix in hac ſe librat, ut tormento aliquo rotatus in petras, potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærens atque recurſu pernicius quo libuit exultat.*

in [1] hæc ſe librant, ut tormento aliquo [2] rotati in petras, potiſſimum [a] è monte aliquo in alium tranſilire [3] quærentes, atque recuſſu [4] pernicius, quo libuerit, exultant. Sunt & oryges, ſoli quibuſdam dicti contrario pilo veſtiri, & ad caput verſo. Sunt & damæ, & pygargi, & ſtrepſicerotes, multaque alia haud diſſimilia. Sed illa Alpes, hæc tranſmarini [5] ſitus mittunt.

CAP. LIV. *De ſimiis.*

SImiarum quoque genera [b] hominis figuræ proxima, [c] caudis inter ſe diſtinguuntur. Mira ſolertia, viſco inungi, laqueiſque calceari imitatione venantium tradunt: [d] Mutianus & latrunculis [6] luſiſſe fictis cera, nuces viſu diſtinguere: Luna cava triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit, [7] novam exultatione adorare: nam defectum ſiderum & cæte-

1 in his. *Long. V.*
2 rotati, in petris potiſſimum. *V.*
3 cupientes. *V.*
4 pernici. *V.*
5 fluctus. *V.*
6 luſiſſe: fictas cera nuces. *Ch.* & M.
7 novam exultationem oboriri. *Pint.* novam exultationem adoriri. *Salm.* & M. novam exultantes adorare. *V.* nova exultatione adoriri. *Ch.*

tat. Sententia nunc eſt clariſſima, quæ hactenus obſcuriſſima fuit. Reſtituimus præterea è codice manuſcripto *petras*, ubi perperam in vulgatis editionibus *petris* legebatur, & *quærens*, quod doctus quiſpiam in *cupientes* mutarat, non putans ſatis Latine dici, *quærens tranſilire.* Item *recuſſu pernicius quo libuit exultat*, quod prius ſcriptum erat, *recurſu pernici quo libuerit exultat.* Rhenan.

a *E monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recurſu pernicius quo libuerit exultant.*] Scribo, partim ex veteribus codicibus partim ex conjectura, *E monte aliquo in alium tranſitum quærentes, atque recurſu pernici quo libuit exultant.* Nam ſcripta lectio *tranſitum*, non *tranſilire*, & *pernici*, non *pernicius* agnoſcit. *Pintian.*

b *Hominis figuræ proxima.*] Habes infra hujus argumenti integrum caput 44. lib. 11. *Nam ſimiarum*, inquit, *genera perfectam hominis imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, &c.* Vide locum. *Dalecamp.*

c *Caudis inter ſe diſtinguuntur.*] Simias curtas & cauda carentes, Græci πιθήκους nominant, caudatas vero κερκοπιθήκους. Harum genera ſunt κῆβοι, Ariſtot. οὐρὰν ἔχοντες, ut & callitriches. Feſtive Juvenal. Satyr. 10. de rugoſo ſene,

---- *deformem pro cute pellem,*
Pendenteſque genas, & tales aſpice rugas,
Quales umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus
In vetula ſcalpit jam mater Simia bucca.

Feſtus, *Cercolops* (alii *Cercalopex*) *genus ſimiæ, quæ ultimam partem caudæ villoſam habet.* Idem, Clunas ſimias à clunibus tritis dictas exiſtimat. Vide ad eadem Scaligerum. De ſimiis multa Solinus Polyhiſt. c. 40. qui eadem quæ hic fere tradit: Ariſt. cap. 8. lib. 2. hiſtor. animal. *Idem.*

d *Mutianus & latrunculis luſiſſe, &c.*] Lege: *Mutianus latrunculis luſiſſe, fictas cera icones viſu diſtinguere.* ceræ icones optime, & ad nativum vultus repræſentant, & nulla pictura veritatem magis imitatur quam cera. at ſimiæ ſciunt viſu ipſo diſtinguere icones cera fictas à veris vultibus. *Salmaſ.* pag. 376. a.

a *Simia-*

cæteræ pavent quadrupedes. [a] Simiarum generi [1] præcipua erga fœtum [1] affectio. Geſtant catulos, quos manſuefactæ intra domos peperere, omnibus demonſtrant, [2] [b] tractarique gaudent, [3] ſimiles gratulationem [4] intelligentis. Itaque magna ex parte [5] complectendo necant. Efferatior cynocephalis [6] natura, ſicut mitiſſima [c] Satyris, [7] & Sphingibus. Callitriches toto pene aſpectu differunt: barba eſt in facie, cauda late fuſa [8] primori parte. Hoc animal negatur [9] vivere in alio quàm Æthiopiæ, quo gignitur, cœlo.

1 affectatio. M.
2 gaudent tractatu gratulationem iutelligentea. V.
3 gratulationem intelligentibua ſimilis. *Ch.*
4 intelligentibus ſimilis. M.
5 confectendo. M.
6 natura, ſicut Satyris Callitriches. M. & *Ch.*
7 & Sphingibus, *in V. d.*
8 priori. V.
9 Eſſe niſi in Æthiopiæ. M.

CAP. LV. *De leporibus & cuniculis.*

ET leporum plura ſunt genera: In Alpibus candidi, quibus hibernis menſibus pro cibatu nivem credunt eſſe: certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus: & eſt alioqui animal intolerandi rigoris alumnum. [d] Leporum generis ſunt & quos Hiſpania

a *Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio.*] Lege: *Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio. geſtant catulos: quæ intra domos peperere, omnibus demonſtrant, tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus ſimiles.* Vide Salmaſ. pagina 377. a.

b *Tractarique gaudent ſimiles gratulationem intelligentis. Itaque magna ex parte &c.*] Locus eſt corruptiſſimus. Exemplar Toletanum, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus. Similiter magna ex parte, &c.* Salmanticenſe propius veritatem, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus. Similis itaque magna ex parte, &c.* Scribo, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentes. Simiolas itaque magna ex parte,* & reliqua. Oppiani ſententiam hoc loco præterire nolui. Scribit enim libro Cynegeticōn III. ſimias ſemper duos parere, quorum alterum amant, alterum odere, quem ſtatim arctiore complexu enecent. *Pint.*

c *Satyris & Sphingibus.*] Quales fuerint Satyri & Sileni, Bacchi, & cur ita dicti, vide Rhodig. cap. 25. 19. *Dalec.*

d *Leporum generis ſunt.*] Πτῶκας Græci vocant à pavore. Nam ut inquit Pollux, δειλίᾳ ὑπερβάλλει τῶν ζώων ἐμπληκτικῶν ῥᾷστα γιγνόμενον καὶ ἀναπτοούμενον. Quamobrem ei luſtra ſunt θάμνοι συνηρεφεῖς, καὶ ἀμφιλαφεῖς, denſa, umbroſaque dumeta. Dicitur & λαγωὸς ab aurium magnitudine, ἀπὸ τοῦ λὰ καὶ τῶν ὤτων, vel ut aliqui volunt, ἀπὸ τοῦ λάειν, id eſt, βλέπειν, quod dormiat oculis apertis. ἐν πᾶσι τοῖς λαγῴοις Græci ajunt, lautiſſimas delicias ſignificantes. Hujus animalis colorem ἐπίπερκνον dicunt, qualis eſt olivæ nondum maturitate nigreſcentis. Varroni leporum genera ſunt, Italicum, Gallicum, Hiſpanum: Xenophonti montanum, campeſtre, paluſtre: Polluci Elymæon deſcribitur vulpis magnitudine. Chelidonios memorat Athenæus: Moſchias quidam citant, tanta vi ſpiritus, ut in furorem canes agant. Rhod. cap. 29. & 30. lib. 26. Vide quod notavimus ad cap. 19. libri 28. *Idem.*

a *Arche-*

nia cuniculos appellat fœcunditatis [1] innumeræ, famemque Balearibus inſulis, populatis meſſibus afferentes. Fœtus ventre exectos vel uberibus ablatos non repurgatis interaneis, gratiſſimo in cibatu habent: laurices vocant. Certum eſt, Balearicos adverſus proventum eorum auxilium militare à Divo Auguſto petiiſſe. Magna propter venatum eum viverris gratia eſt. Injiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terra, unde & nomen animali: atque ita ejectos ſuperne capiunt. [a] Archelaus auctor eſt, quot ſint corporis cavernæ ad excrementa lepori, totidem annos eſſe ætatis. Varius certe numerus reperitur. Idem utramque vim ſingulis ineſſe, ac ſine mare æque gignere. [b] Benigna circa hoc natura, innocua & eſculenta animalia fœcunda generavit. Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem [c] ſuperfœtat, aliud [2] educans, aliud in utero [3] pilis veſtitum, aliud implume, aliud [4] inchoatum gerens pariter. Nec non & veſtes leporino pilo facere, tentatum eſt, tactu non perinde molli, ut in cute, propter brevitatem [5] pilis dilabidas.

1 innumeratæ. *Al.*

2 deducens. *M.*

3 pilis jam veſt. *M.* aliud impile. *Salm.*

4 inchoata gerens partu. V.

5 pilo labili. V. pili dilabi. *Par.* dilabi laſſi. *Tol.* *Reſtituit Pint.* pili delebilis. uſu.

CAP. LVI. *De ſemiferis.*

HI manſueſcunt raro, cum feri dici jure non [6] poſſint, complura nanque ſunt nec [7] placida nec fera, ſed mediæ inter utrumque naturæ, ut in volucribus, hirundines, [8] apes, in mari Delphini.

6 Damæ manſ. *M.* *Parm.* *V.*

7 flaccida. *M.*

8 aper in campo, in mari. M.

CAP.

a *Archelaus auctor eſt, quot ſint corporis caverna ad excrementa lepori.*] Ex Varrone hoc mutuatus eſt, diverſis quidem verbis, an ſenſu eodem, non ſtatuerim. Varronis verba ſunt libro tertio de re ruſtica, cap. XII. *Itaque de hu Archelaus ſcribit, annorum quot ſint qui velit ſcire, inſpicere oportere foramina natura, quod ſine dubio alius alio habeat plura.* Pint.

b *Benigna circa hoc.*] Herodotus libro 13. *Dalec.*

c *Superfœtat.*] Ἐπικυΐσκεται. Equas & mulieres quoque ſuperfœtare, pro indubitato habetur. Hæc non leguntur apud Herodotum. *Idem.*

Arre-

CAP. LVII. *De muribus & gliribus.*

QUo in genere multi & hos incolas domuum poſuere mures, haud ſpernendum in oſtentis etiam publicis animal. [a] Arroſis Lavinii clypeis argenteis, Marſicum portendere bellum: Carboni Imperatori apud Cluſium faſciis, quibus in calceatu utebatur, exitium. Plura eorum genera in Cyrenaica regione, alii lata fronte, alii acuta, alii herinaceorum genere pungentibus pilis. [b] Theophraſtus auctor eſt, in Gyaro inſula cum incolas [1] fugaſſent, ferrum quoque [2] roſiſſe eos, id quod natura quadam & ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem in metallis, ob hoc alvos eorum excidi, ſemperque [3] furtum id deprehendi: tantam eſſe dulcedinem furandi. [c] Vænifſe murem cc. nummis, Caſilinum obſidente Annibale: eumque qui vendiderat fame interiiſſe, emptorem vixiſſe, Annales tradunt. Cum candidi provenere, lætum faciunt oſtentum. [d] Nam ſoricum occentu dirimi auſpicia, Annales refertos habemus. [4] Sorices & ipſos hieme condi, auctor eſt Nigidius, ſicut glires: [e] quos Cenſoriæ

1 fugaverunt. *M.* fugaverint. *Ch.*
2 roſiſſe. Conſtat id, quodquê jacturam quidam & ad Chal. fecere. *V.* Conſtat id quod jacturam, &c. *Parm.* *Lego*, roſiſſe. Conſtat id natura quadam & apud Chalybas facere.
3 in furtum id. *Tol.* *Salm.* infartum id. *Pint.*
4 Mures. M.

a *Arroſis Lavinii clypeis argenteis.*] Plautus in Perſa:

Pater, avos, proavos, abavos, tritavos,
Quaſi mures edêre ſemper alienum cibum.

Dalec.

b *Theophraſtus auctor eſt.*] Fragmento περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων ζώων. Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Stephanus lib. de urbibus. *Idem.*

c *Vaniſſe murem* cc. *nummis.*] Valerius cap. 6. lib. 7. ducentis denariis. Strabo lib 5. μέδιμνον, non murem, væniſſe διακοσίων δραχμῶν. Nummi enim ſeſtertii intelliguntur. Pollux libro 9 Onomaſt. διώβολ φησὶ νόμον οἷα ἡμιωβόλια, non, ut legitur, ὀμόλια, id eſt, quantum ſeſtertium. *Mitalerius.*

d *Nam ſoricum occentu.*] Audito ſoricis occentu Fabius Max. dictatura, Cajus Flaminius magiſterio equitum ſe abdicarunt. Valer. Max. lib. 1. Mures in fundamentis urbis, quæ ad Strymonem ædificabatur, pugnantes reperti, cives oſtenderunt feroces ac bellicoſos fore. Alex. ab Alex. cap. 13. & 19. lib. 5. Lepide Plautus in Truculento:

---- *ſed tamen*
Cogitato, mus puſillus quam ſapiens ſit beſtia,
Ætatem qui uni cubili nunquam committit ſuam:
Quia ſi unum obſideatur, aliud perfugium erit. Dalec.

e *Quos cenſoriæ leges, princepſque M. Scaurus in conſ.*] Hoc eſt, Cenſores, & ante eos Scaurus Conſul, cœnis ademere. Sic enim dictum eſt hic *Princeps*, quomodo apud Poëtam: Princeps ærata Tarchon ſecat æquora prora, id eſt, primus. *Gelen.*

a *Senium*

ſoriæ [1] leges, princepſque M. Scaurus in conſulatu, non alio modo cœnis ademere, quam conchilia, aut ex alio orbe conve̱ctas aves. Semiferum & ipſum animal, cui vivaria in doliis idem qui apris, inſtituit. [2] Qua in re notatum, non congregari, niſi populares ejuſdem ſilvæ: & ſi miſceantur alienigenæ, amne vel monte diſcreti, interire dimicando. Genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate. [a] Senium finitur hiberna quiete. Conditi enim & hi cubant: [b] rurſus æſtate juveneſcunt, [3] ſimili & [4] [c] nitelis quiete.

1 legis princeps Q. Scaurus. V. & M. in conſulatu. Parm.

2 Quo in genere not. V.

3 Similis & nitelis quies.

4 muſtelis. Parm. nitedulis.

CAP. LVIII.

Quæ animalia quibus locis non ſint.

[5] MIrum, rerum naturam non ſolum alia aliis dediſſe terris animalia, ſed in eodem quoque ſitu quædam aliquibus locis negaſſe. In Mæſia ſilva Italiæ, non niſi in parte repe[riu]ntur hi glires. [d] In Lycia dorcades non tranſeunt montes Syris vicinos: [e] onagri montem, qui Cappadociam à Cilicia

5 Sic mirum. M.

a *Senium finitur hiberna quiete.*] Videtur ſcribendum: *ſomnus*, non *ſenium*, ex Oppiano Cynegeticωn II. prodente totam eos dormiendo hyemem exigere: & Ariſtotele libro octavo capite XVII. *Glires etiam latent in ipſis arboribus, pingueſcuntque per id tempus vehementer.* Martialis in Xeniis:

Tota mihi dormitur hyems, & tempore in illo
Pinguior ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Pintianus.

b *Rurſus aſtate juveneſcunt.*] Depravata priore dictione *ſomnus*, detortaque in *ſenium*, hoc eſt ſenectutem, cutemve, exuviaſque illas quæ exuunt nonnulla animalium quæ conduntur, conſentaneum erat ut poſterior illi conjuga, eandem ſubiret aleam. Exiſtimo igitur legendum non *juveneſcunt* ſed *viveſcunt*, hoc eſt reviviſcunt, quaſi tota hieme quam dormiendo tranſegerunt, mortui potius quam vivi jacuerint, quando, ut ſummus ait poëta,

---- *conſanguineus eſt leti ſopor.*

Hoc verbo *viveſco*, tum alias Plinius utitur, tum libro IX. cap. LI. de anguillis loquens his verbis: *Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viveſcunt.* Idem.

c *Nitelis quiete.*] Niredulæ, parvi mures (ſubrerranei puto) à nitore pilorum & curis dicti: vulgo *Rate courte*, Northmannis, *Mulots*, quaſi *Nuots*. Cic pro Seſtio: *Quum id etiam civitatis fatum fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.* Dalec.

d *In Lycia dorcades non tranſeunt montes Syris vicinos.*] *Cilicia* verior lectio quam *Lycia*. Nam Ciliciam conterminam eſſe Syriæ, haud Lyciam, in aperto apud omnes eſt. *Pintian.*

e *Onagri montem qui Cappadociam à Lycia dividit.*] Eadem hic quæ ſtatim ante,

cia dividit. In Helleſponto in alienos fines non commeant cervi: & circa Arginuſſam [1] Elatum montem non excedunt, auribus etiam in monte fiſſis. In [2] Proſelene inſula viam muſtelæ non tranſeunt: [c] [3] in Bœotiæ Lebadia illatæ ſolum ipſum fugiunt, quæ juxta in Orchomeno tota arva ſubruunt, talpæ, quarum è pellibus cubicularia vidimus ſtragula. Adeo ne religio quidem à portentis ſummovet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur, [4] extremis quidem in litoribus: [5] in Ebuſo cuniculi non ſunt, ſcatent in Hiſpania Balearibuſque. [b] Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis è continente vocalibus durat genus earum. Mutæ ſunt etiam [6] nunc in Seripho inſula. Eædem alio [7] tranſlatæ canunt: quod accidere & in lacu Theſſaliæ [8] Sicendo tradunt. In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus: eoſdem ulterior [9] Apennino regio non habet. Iidem ubicunque ſint, orbitam ſi tranſiere, moriuntur. In Olympo Macedoniæ monte non ſunt lupi, [c] nec in Creta inſula. Ibi quidem [10] non vulpes, urſive, atque omnino nullum [d] maleficum animal, præter phalangium: aranei id genus, [11] de quo dicemus ſuo loco. Mirabilius, in eadem inſula cervos, præterquam in Cydoniarum regione, non eſſe: [e] item apros, & attagenas, herinaceos. In Africa autem

1 Elaphum. *Long. ex Strab. & Ptol. ſic & Parm.*
2 Pordoſelene. *V.* Pordoſelene inſula viciniam. *Parm.* portu Selene inſulam viciniam. M.
3 in Bœotia Lebadiæ. M.
4 externis. *V. prave.*
5 In Ebuſo in litoribus cuniculi ſcatent, juxta Hiſpaniam Baleareſque Cyren. *Par.* in Eb. cuniculi ſcatent juxta Hiſp. Balearibuſque.
6 nunc cicadæ in. *Parm.*
7 allatæ. M.
8 Sicandro. *Ch.*
9 Apennina. M.
10 nec. *Ch.*
11 de quo, *in Ch. del.*

ante, menda. Scribendum enim, *à Cilicia*, non *à Lycia*: tum ex utroque exemplari, tum ex Ptolemæo tradente, Tauro monte Cappadociam à Cilicia dirimi. Item Lycaoniam partem eſſe Cappadociæ, idem prodit Ptolemæus. At in Lycaonia multos eſſe onagrorum greges, & M. Varro tradit libro II. cap. VI. de re ruſtica. & Plinius hoc ipſo libro, cap. XLIII. *Pintian.*

a *In Bœotia Lebadia illata, &c.*] Ariſt. ἀεὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dalec.*

b *Cyrenis mutæ fuere ranæ.*] Idem ibid. vide & inf. cap. 51. lib. II. *Idem.*

c *Nec in Creta inſula.*] Nec in Britannia. *Idem.*

d *Maleficum animal.*] Addit Solinus, *nec ulla ſerpens. quamvis incolæ ſpectati viri, in ea ſerpentes gigni narrent, ſed morſu innoxio: quidam etiam pernicioſos.* Brod. cap. II. 3. *Idem.*

e *Item apros & attagenas herinaceos.*] Scribendum videtur permutato conjunctionis loco, *Item apros, attagenas, & herinaceos.* Cæterum inter animalia terreſtria, & quadrupedes, de quibus non tantum hoc capite, imo vero toto hoc volumine diſſeritur, quis locus eſt, obſecro te humane lector, attageni avi Ionicæ? Nam etiamſi in Creta non eſſet Attagen, alienum

autem nec apros, nec cervos, nec capreas, [a] nec urſos.

CAP. LIX. *Quæ advenis noceant.*

JAm quædam animalia indigenis innoxia, advenas interimunt: ſicut ſerpentes [1] parvi in Tirynthe, quas terra naſci proditur. Item in Syria angues, circa Euphratis maxime ripas, dormientes Syros non attingunt: aut etiamſi calcati momordere, non ſentiuntur maleficia: [2] aliis cujuſcunque gentis infeſti, avide & cum cruciatu exanimantes: quamobrem & Syri non necant eos. Contra in [3] Latmo Cariæ monte Ariſtoteles tradit à ſcorpionibus hoſpites non lædi, indigenas interimi. Sed reliquorum quoque animalium, [4] & præter terreſtria, indicemus genera.

1 pareant in Myrinthe.

2 alios. M.

3 Aletonio *Parm.*

4 & prætetera terreſtrium dicemus genera. *Gb.*

alienum erat hoc loco indicari id quod erat proprium libri x. cap. XXIX. cujus lemma eſt, *Quæ aves in quibus locis non ſunt*, ubi Plinius ſcribit noctuam in Creta non eſſe; non utique prætermiſſurus de attagene. Et ut quod ſentio dicam ingenue, puto hanc dictionem inter eas eſſe connumerandam, quæ falſo in Hiſtoriam naturalem irrepſerunt. *Pint.*

a *Nec urſos*] Supra cap. 36. hujus libri, ſub finem, Domitius Ænobarbus Ædilis Curulis urſos Numidicos centum, & totidem venatores Æthiopas in Circo dedit. Juvenal. Satyra 4.

Profuit ergo nihil miſero quod cominus urſos
Figebat Numidas Albana nudus arena
Venator.

Martial.

Et freno Libyci domantur urſi.

Virgil

Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidis urſæ.

Solinus forma Numidicos urſos cæteris præſtare tradit. Fortaſſis legendum, *Vros*, Dalecamp.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER NONUS.

Cap. I. *De aquatilium natura.*

1 quodam conſortio degentium. V. quodam conſortio degentia. *Parm.*

ANimalium, quæ terreſtria appellavimus, hominum [1] quadam conſortione degentia, indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe volucres convenit. Quamobrem prius æquorum, amnium ſtagnorumque dicentur.

Cap. II. *Quare in mari maxima animalia.*

2 incremento. *Tol.* nutrimento. *M.* nutrimento accipienti. *Gb.*

3 vera ut fiat. *Tol.* ut vera ſit. V.

4 ineſſe. V.

SUnt autem complura in iis, majora etiam terreſtribus. Cauſa evidens humoris luxuria. Alia ſors alitum, quibus vita pendentibus. In mari autem tam late ſupino [a] mollique ac fertili [2] accremento, accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſemperque pariente natura, pleraque etiam monſtrifica reperiuntur, perplexis & in ſemet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu convolutis ſeminibus atque principiis: [3] ut vera fiat vulgi opinio, quicquid naſcatur in parte naturæ ulla, & in mari eſſe, præterque multa, quæ nuſquam alibi. Rerum quidem, non ſolum animalium ſimulachra [4] eſſe, licet intelligere intuentibus uvam, gladium, ſerras, cucumim vero & colore

a *Mollique ac fertili accremento.*] Antiqua lectio, *Mollique ac fertili nutrimento.* Nec diſplicet. Ariſtoteles de longitudine ac brevitate vitæ capite ſecundo, *Oportet enim intelligere, quod animal eſt natura humidum & calidum, & vivere tale quippiam eſt, ac ſenectus frigida & ſicca.* Et libro De generatione animalium primo, cap. XVII. *Nutrimentum enim omnium, humidum magis.* Pintianus.

a *Tunc*

colore & odore ſimilem: quo minus miremur equorum capita in tam parvis eminere cochleis.

CAP. III. *De Indici maris belluis.*

PLurima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternûm jugerum, priſtes ducenûm cubitorum: quippe ubi locuſtæ quaterna cubita impleant: anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari belluæ circa ſolſtitia maxime viſuntur. [a] Tunc illic ruunt turbines, tunc imbres, tunc dejectæ montium jugis procellæ ab imo vertunt maria, pulſataſque ex profundo belluas cum fluctibus volvunt, [1] & alias tanta thynnorum multitudine, ut Magni Alexandri claſſis haud alio modo, quam hoſtium acie obvia contrarium agmen adverſa fronte direxerit: [2] aliter ſparſis non erat [3] evadere: non voce, non ſonitu, non ictu, ſed fragore terrentur, nec niſi ruina turbantur. Cadara appellatur Rubri maris peninſula ingens. Hujus objectu vaſtus efficitur ſinus, XII. dierum & noctium remigio enavigatus Ptolemæo regi, [4] quando nullius auræ recipit afflatum. Hujus loci quiete præcipua ad immobilem magnitudinem belluæ adoleſcunt. [5] [b] Gedroſos, qui [6] Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni claſſium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum [7] facere, oſſibus tecta contignare, ex quibus multa [8] quadrigenûm cubitorum longitudinis reperta. [c] Exeunt & pecori ſimiles belluæ [9] ibi in terram, paſtæque radices fruticum.

1 & alia. *M.*
2 *Quidam*, aliter ſpiſſos, *legunt.*
3 evadere. Non. *M.* evadere, qui non. *V. lego*, cum vocem, &c. terreantur n. n. i. turbentur.
4 quoniam nullius ante. *M. lego*, quoniam nullius auræ rec. afflatum, hujus.
5 Gedroſii qui Arabin, &c. profecto prodiderunt. *M.*
6 Arabim. *Ch.*
7 ſe facere. V.
8 quadragenûm. M.
9 & ibi. *M.*

a *Tunc illic ruunt turbines.*] Nam ea pars anni illis hiems eſt, non, ut nobis frigoris aſperitate, ſed aſſiduis imbribus, tonitruis, tempeſtatibus, nimbis, procellis. *Dalecamp.*

b *Gedroſos.*] Strabo lib. 15. de Ichthyophagis inter Carmanos & Oritas ſitis id tradit, non de Arbiis. Veriſimile eſt autem vicinos Gedroſios id de illis narraſſe. *Idem.*

c *Exeunt & pecori ſimiles belluæ.*] Oneſicritus apud Strab. lib. 15. narrat circa Taprobanen Indiæ belluas marinas ancipitis vitæ naſci, alias bobus ſimiles, alias equis, alias variis animalibus terreſtribus. *Idem.*

ticum remeant: & quædam equorum, aſinorum, taurorum capitibus, quæ depaſcuntur ſata.

CAP. IV. *Quæ in quoque Oceano maxima.*

MAximum animal in Indico mari priſtis & balæna eſt: in Gallico Oceano phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorque navium velis diluviem quandam eructans. In Gaditano Oceano arbor in tantum vaſtis diſpanſa ramis, ut ex ea cauſa fretum nunquam intraſſe credatur. Apparent & rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus.

CAP. V.

De Tritonum & Nereidum, & elephantorum marinorum figuris.

TIberio principi nuntiavit Olyſſiponenſium legatio ob id miſſa, viſum, auditumque in quodam ſpecu [a] concha canentem Tritonem, qua noſcitur forma: & [b] Nereidum [1] falſa non eſt, [c] ſquamis modo hiſpido corpore, [2] etiam qua humanam effigiem habent. [3] Namque hæc in eodem ſpectata litore eſt, cujus morientis etiam [4] gannitum triſtem accolæ audivere longe. Et Divo Auguſto legatus Galliæ complures in littore apparere exanimes Nerei-

1 falſa opinio non eſt. *M.*
2 etiam in quo. V.
3 unaque. *Pint.*
4 cantum. *M.* gemitum. V. canitum. *Ch.*

a *Concha canentem*] Interpres Homeri ſcribit ante inventam à Tyrrhenis tubam, priſcos ejus loco uſos fuiſſe concha: Unde Virgilius 6. Æneid.

Sed tum forte cava dum perſonat æquora concha.

Turn. cap. 44. lib. 28. *Dalec.*

b *Nereidum.*] Sic Poëtæ vocant Nerei & Doridis filias, Νηρηΐδας Κυμοθόην, & alias permultas. Nereum Orpheo in Argonaut. deorum antiquiſſimum, Virgilio grandævum, Oceani & Tethyos filium ex imitatione Pherecydis Syrii, vaticinantem & futura prædicentem inducit Horatius Protei modo. Hadr. Jun. cap. 22. 4. Tritonis figuram, qualis ſit, accuratiſſime deſcribit Pauſanias, & Vitruv. de architect. lib. 1. cap. 6. & Hub. Goltz Græc. Vet. tab. 1. num. 4. & 6. &c. *Idem.*

c *Squamis modo hiſpido corpore, etiam quo humanam effigiem habent.*] Exemplar Salmanticenſe, *Etiam in qua* legit, non *etiam in quo.* Scribendum cenſeo, *Squamis modo hiſpido corpore, ut in aqua humanam effigiem habente.* Pint.

a *Mari-*

Nereidas ſcripſit. Auctores habeo in equeſtri ordine ſplendentes, viſum ab his in Gaditano Oceano [a] marinum hominem, toto corpore abſoluta ſimilitudine: aſcendere [1] eum navigia nocturnis temporibus, ſtatimque degravari, quas [2] inſederit, partes: & ſi diutius permaneat, etiam mergi. Tiberio principe, [3] [b] contra Lugdunenſis provinciæ litus in inſula ſimul trecentas amplius belluas reciprocans deſtituit Oceanus, miræ varietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore: interque reliquas [c] elephantos & arietes, [4] candore tantum [d] cornibus [5] aſſimulatis, [e] Nereidas vero multas [6] Turanius prodidit, expulſam belluam in Gaditana litora, cujus inter duas pinnas ultimæ caudæ cubita ſexdecim fuiſſent, dentes ejuſdem CXX. maximi dodrantium menſura, minimi ſemipedum. [f] Belluæ, cui dicebatur expoſita fuiſſe Andromeda, oſſa

1 cum *in M. d.*
2 inſideret, &c. permaneret.
3 contra litus inſularum Lugdunenſis provinciæ. *M.* contra Lugdinienſis p. l. inſularum trecentas. *Ch.*
4 tumore. *M.*
5 aſſimulatis. *M. & V.*
6 Turanius vero prod. *M.*

a *Marinum hominem.*] Juvenal. Satyr. 14.

Grande opera pretium eſt, ut tenſo folle reverti
Inde domum poſſis, tumidaque ſuperbus aluta,
Oceani monſtra & juvenes vidiſſe marinos.

Dalecamp.

b *Contra Lugdunenſis provincia littus in inſula*] Scribere mallem, *Contra Lugdunenſis provincia littus impulſas.* ut capite ſequente, *Et dum ſaginam perſequitur in littus fluctibus propulſa* Pint.

c *Elephantos.*] Elephantus, Roſmarus Olai Magni. Vide quod adnotatum eſt lib 32. cap. 11. *Dalec.*

d *Cornibus aſſimulatis*] Exertis dentibus, ut in Elephantis terreſtribus. Horum autem dentes cornua vocari, Juba & Pauſanias oſtendunt. *Idem.*

e *Nereidas.*] Apud Alexand. ab Alex. cap. 8. 3. Gaza Nereidem in Peloponneſi littus ejectam vidit, Trapezuntius in mari natantem, Draconetus Bonifacius Neapolitanus Tritonem melle conditum, multi vivum captum in maritimis Epiri. *Idem.*

f *Bellua, cui dicebatur expoſita, &c.*] Πιστρικα, πρίστιν, & πρῆστιν, hoc ceti genus auctores vocant Piſtricem Feſtus in voce, Balæna, Cicero in hoc verſu:

Tum vero fugit Andromeda, & Neptuni piſtrix:

Arati Græcus eſt:

Οὐδὲ μὲν γὰρ Ἀνδρομέδης, καὶ κήτεος ἐλέλειπτο.

Priſtin Virgil.

Frons hominem præfert, in priſtin deſinit alvus.

Florus lib. 3. c. 5. Epicharmus in nuptiis Hebes, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρίστιες ῥινοι τε τραχυδέρμοι. Polycharmus in Lyciæ commentariis, quo loco ſcribit, vati augurium captanti è piſcibus, interdum apparere Orphos & Glaucos, interdum Φαλαίνας & πρίστεις, ἀπὸ τοῦ πρίζειν dictam volunt, quod tenuis corporis longo tractu fluctus ſecat & findit. Seneca è Pedone:

Qui ferat Oceanum, qui ſævas undique priſtes,
Æquoreoſque canes ratibus conſurgere panſis.

Πρῆστιν dixit Oppianus, 1. ἁλιευτικῶν:

 ---- ἐν

oſſa Romæ, apportata ex oppido Judææ Ioppe, oſtendit inter reliqua miracula in Ædilitate ſua M. Scaurus, longitudine pedum XL. altitudine coſtarum Indicos elephantos excedente, ſpinæ craſſitudine ſeſquipedali.

CAP. VI. *De balænis & orcis.*

Balænæ & in noſtra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conſpici eas tradunt, condi autem [1] ſtatis temporibus in quodam ſinu placido [2] & capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas, infeſtam his belluam, [a] & cujus imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quam carnis immenſæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta ac vitulos earum, [3] & fœtas, vel etiamnum gravidas lancinant morſu, incuſſæque ſeu Liburnicarum roſtris fodiunt. [4] Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere ſuo oneratæ, tunc quidem & utero graves, pariendive pœnis invalidæ ſolum auxilium novere in altum profugere, & ſe toto defendere Oceano. Contra, orcæ occurrere laborant, ſeſeque opponere [5] & cautium anguſtiis trucidare, in vada urgere, ſaxis illidere. Spectantur ea prælia, ſeu mari ipſi ſibi irato, nullis in ſinu [6] ventis, fluctibus vero ad anhelitus ictuſque, [7] quantos nulli turbines [8] volvunt. Orca & in portu Oſtienſi viſa eſt, oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exædificante eo portum, invitata naufragiis tergorum advectorum è Gallia, ſatianſque ſe per complures dies, alveum

in

1 æſtatis. *M.*
2 & capaciore gaudentes. *Tol.*
3 aut fœtus. M. aut fœtas. *Cb.*
4 Illa.
5 & incautas anguſtiis. *Tol.* & impactas. *Pint.* cavetas. *Cb.* cavatas. *M.* circumdatas anguſtiis. *Alii.* & caventes anguſtias. *V.*
6 ventis: fluctus.
7 quanti nullo turbine volant. *M.*
8 volvant. *Cb.*

---- *ἐν δὲ διαφοινῇ*

Πρῆστις.

Priſtin & poculi genus, & navis item dixerunt. Quadrigarius apud Nonium, Livius lib. 4. Decad. 5. Polybius. Virgil. *Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtis.*

Had. Jun. cap. 13. lib. 2. *Idem.*

a *Et cujus imago nulla repræſentatione, &c.*] Balænarum plana & lævis cutis eſt, orcarum canaliculatim ſtriata, qualem vidimus in litus ejectam prope Monſpeſſulum. *Idem.*

a *Ora*

in vado ſulcaverat, [1] accumulata fluctibus [2] in tantum, ut circumagi nullo modo poſſet: & dum ſaginam perſequitur, in litus fluctibus propulſa, [3] emineret dorſo multum [4] ſupra aquas carinæ vice inverſæ. [5] Prætendi juſſit Cæſar plagas multiplices inter [6] ora portus: profectuſque ipſe cum prætorianis cohortibus populo Romano ſpectaculum præbuit, lanceas congerente milite è navigiis aſſultantibus, quorum unum mergi vidimus, reflatu belluæ oppletum unda. [a] Ora balænæ habent in frontibus: ideoque ſumma aqua [7] natantes, in ſublime nimbos efflant.

1 attumulata. *M.* & *Ch*
2 & arena in tantum. *Dal.*
3 eminente. *Dal.*
4 ſuper. M.
5 Protendi. *Parm* & *Ch.*
6 oras. M.
7 adnatantes. *M.*

CAP. VII. *An ſpirent piſces, an dormiant.*

Spirant autem confeſſione omnium & pauciſſima [8] alia in mari, quæ internorum viſcerum pulmonem habent, quoniam ſine eo nullum animal putatur ſpirare: nec piſcium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimant, quorum hæc opinio eſt: nec multa alia genera etiam branchiis carentia: in qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem video, & multis perſuaſiſſe [9] doctrinæ indaginibus. Nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud diſſimulo: quoniam & pulmonum vice aliis poſſunt [b] alia ſpirabilia ineſſe viſcera, ita volente natura: ſicut & pro ſanguine eſt multis alius humor. In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur, qui etiam reddi ab his eum cernat: & in terras quoque tanto ſpiſſiorem naturæ partem, penetrare, argumento animalium, quæ ſemper defoſſa vivunt, ſeu talpæ? Accedunt apud me [10] certe efficacia, ut credam etiam omnia in aquis ſpirare naturæ ſuæ ſorte: primum ſæpe adnotata

8 alta, *i.e.* alita, educata. Ch.
9 doctrinam. *M.*
10 certe efficaciæ. V.

a *Ora balænæ.*] Tubulatas fiſtulas. *Dalec.*

b *Alia ſpirabilia ineſſe viſcera.*] De hac quæſtione multa Rhodig. cap. 15. lib. 4. *Idem.*

tata piſcium æſtivo calore quædam anhelatio, [1] & alia tranquillo velut oſcitatio: ipſorum quoque, qui ſunt in adverſa opinione, de ſomno piſcium confeſſio. Quis enim ſine reſpiratione ſomno locus? præterea bullantium aquarum [2] ſufflatio, Lunæque effectu concharum quoque corpora augeſcentia. Super [3] omnia eſſe auditum & odoratum piſcibus, non erit dubium, ex aëris utrunque materia. Odorem quidem non aliud, quam infectum aëra, intelligi [4] poſſe. Quamobrem de his [5] opinetur, ut cuique libitum erit. Branchiæ non ſunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorſo. Et vituli marini, quos vocant phocas, ſpirant ac [a] dormiunt in terra. Item teſtudines, de quibus mox plura.

CAP. VIII. *De Delphinis.*

VElociſſimum omnium animalium, non ſolum marinorum eſt delphinus, ocyor volucre, [6] ocyor telo, ac niſi multum infra roſtrum os illi foret [7] medio pene in ventre, nullus piſcium celeritatem ejus evaderet. Sed affert moram providentia naturæ, quia niſi reſupini atque converſi non corripiunt: quæ cauſa præcipue velocitatem eorum oſtendit. Nam cum fame [8] conciti, fugientem in vada ima perſecuti piſcem, diutius ſpiritum continuere, [9] ut arcu emiſſi, ad reſpirandum emicant: tantaque vi exiliunt, [b] ut plerunque vela navium [10] tranſvolent.

1 & alias in *Dal.*
2 ſuffultio. *Cb.*
3 omnia eſt, quod eſſe. *M.* & *Cb.*
4 poſſit. *M.* & *Cb.*
5 opinentur. *V.*
6 acrior. *M.*
7 à medio. *Cb.*
8 concitati. *M.*
9 ut arcu miſſi. *Cb.*
10 travolento aguntur fere. *Cb.* tranſvolent vento. Agunt vero conjugia. *M.* tranſvolent. Juncti vero agunt. *V.* *alii pro* fere, *legunt*, vera. *Solin.* Vagantur fere conjuges *Ariſtot.* δελφῖνες δὲ μετ' ἀλλήλων κατὰ συζυγίας οἱ ἄῤῥενες ταῖς θηλείαις.

a *Dormiunt in terra*] Vide quæ ſupra notata ſunt ad cap 36. hujus libri. *Dalec.*

b *Ut plerunque vela navium tranſvolent, &c.*] Lege: *ut plerumque vela tranſvolent, vagantur fere conjugi. pariunt catulos decimo menſe.* Salm. p. 185. *Ut plerunque vela navium tranſvolent*] Ariſtoteles non vela navium, ſed malos tranſgredi ait libro nono cap. 48. *Quo*, inquit, *impetu fit, ut ſeſe ejaculentur in aërem, & ſuperſiliant malos navigiorum quæ forte affuerint.* Decepit Plinium ſimilitudo quæ apud Græcos eſt duorum nominum, veli & mali, hoc eſt ἱστὸς & ἱστίον. Vidit hoc ante me Franciſcus Maſſarius, & ante Maſſarium Matthæus Fortunatus in Caſtigationibus naturalium Senecæ quæſtionum. *Pintian.*

a *Agunt*

lent. [a] Agunt fere conjugia: [b] pariunt catulos decimo menſe, æſtivo tempore, [1] interim & binos: nutriunt uberibus ſicut balæna: atque etiam geſtant fœtus infantia infirmos. Quin & adultos diu comitantur, magna erga partum charitate. Adoleſcunt celeriter, decem annis putantur ad ſummam magnitudinem pervenire: vivunt & tricenis, quod cognitum præciſa cauda in experimentum. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo: quod eo magis mirum eſt, ſi ſpirare in aqua [2] nequeunt. [c] Solent in terram erumpere incerta de cauſa: [3] & ſtatim [d] tellure tacta moriuntur, multoque ocyus fiſtula clauſa. [e] Lingua eſt his contra naturam aquatilium mobilis, brevis atque lata, haud differens ſuillæ. Pro voce gemitus humano ſimilis, dorſum repandum, roſtrum ſimum. Qua de cauſa [f] nomen Simonis omnes miro modo agnoſ-

1 interdum. *M.*

2 non queunt. *M.* & *Ch.*

3 nec ſtatim tellure, &c. *Parm.* & *Ch.*

a *Agunt fere conjugia.*] Scribo, *Agunt vera conjugia.* Naturalia enim conjugia veraque ſunt marium cum feminis. Ariſtoteles eodem libro & capite, *Degunt conjugatim mares cum feminis.* Romana quoque impreſſio *vera* habet, non *fere*, neque ut alia præferunt exemplaria, *vere.* Pint.

b *Pariunt catulos decimo menſe.*] Ariſt. hiſt. 6. κυεῖ δὲ δέκα μῆνας. τίκτει δὲ ὁ δελφὶς ἐν τῷ θέρει. ἐν ἄλλῃ δὲ ὥρᾳ οὐδεμιᾷ. Solinus: *Catulos edunt, decimus menſis maturum facit partum, Lucinam æſtivus dies ſolvit.* Vide locum cap. 22. Polyhiſt. ubi ab verbum hoc caput fere citatur. *Dalec.*

c *Solent in terram erumpere incerta de cauſa, & ſtatim tellure tacta moriuntur.*] Scribo, *Nec ſtatim. Tellure tacta moriuntur.* Significat autem hic *ſtatim*, non confeſtim & illico, quod Hermolao cauſa erroris fuit, ſed ſtato, certo, ac definito tempore. Ariſtoteles libro nono, cap. 48. *Ambigitur autem de ipſis, cur in terram erumpant. Facere enim ipſos hoc temere & ut caſus tulit non certa de cauſa prædicant.* Sic enim melius Ariſtotelis mens exprimitur, quam ex Theodori tralatione. Quod ergo Ariſtoteles *temere*, Plinius *incerta de cauſa.* quod ille, *ut caſus tulit*, Plinius *nec ſtatim.* Nam quod Hermolaus ait, ſtatim tacta terra delphinos emori, falſum eſt. Tacta terra emori fateor, ſtatim tacta nego. Idque in Plinio Cæcilio, niſi ei excidiſſet, Hermolaus legerat libro epiſtolarum octavo: *Incredibile*, inquit, *tam verum tamen quam priora, Delphinum geſtatorem colluſoremque puerorum in terram quoque extrahi ſolitum, areniſque ſiccatum ubi incaluiſſet in mare revolvi* Vetus quoque & omnis impreſſa lectio, *nec ſtatim* habet, non aliter. *Pint.*

d *Tellure tacta moriuntur.*] Inde proverbium, *Delphinus in litore.* Ovid.

Quem poſtquam bibulis injecit fluctus arenis,
Unda ſimul miſerum, vitaque deſtituit.

Loquitur de Delphino. *Dalec.*

e *Lingua mobilis.*] Liberam & abſolutam eſſe negat Ariſtoteles hiſtor. lib. 4. *Idem.*

f *Nomen Simonis.*] Apud Nonium in Pecus. Livius, vel, ut legit Scaliger in Ægiſtho delphinos vocat, *laſcivum Nereiſimum pecus. Idem.*

agnoſcunt, maluntque ita appellari. [a] Delphinus non [1] homini tantum amicum animal, verum & [2] muſicæ arti, mulcetur ſymphoniæ cantu, & præcipue hydrauli ſono. Hominem non expaveſcit; ut alienum: obviam navigiis [3] venit, alludit exultans, certat etiam, & quamvis plena præterit vela. Divo Auguſto principe Lucrinum lacum invectus pauperis cujuſdam puerum, ex Bajano [4] Puteolos in ludum literarium itantem, cum meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine, ſæpius fragmentis panis, quem [5] ob id ferebat alllexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret referre, [b] ni res Mecœnatis, & Flaviani & Flavii Alfii, multorumque eſſet literis mandata. Quocunque diei tempore inclamatus à puero, quamvis occultus atque abditus, ex imo advolabat: paſtuſque è manu præbebat aſcenſuro dorſum, [6] pinnæ aculeos velut vagina condens: receptumque Puteolos [c] per magnum æquor in ludum ferebat, ſimili modo revehens pluribus annis: donec morbo extincto puero, ſubinde ad conſuetum locum ventitans, triſtis & mœrenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo [7] dubitaret) deſiderio expiravit. Alius [8] intra hos annos in Africo litore Hipponis Diarrhyti ſimili modo ex [9] hominis manu veſcens, [10] præbenſque ſe tractandum, & alludens [11] natantibus, impoſitoſque portans, unguento perunctus à Flaviano Proconſule Africæ, & ſopitus (ut apparuit) odoris novitate, fluctuatuſque ſimilis exanimi,

1 hominis. *Cb.*
2 muſica arte mulcentur ſymphoniæ. V.
3 evenit. V. *Lego*, is venit.
4 Puteolis in ludo literarum ſtantem. *M.* Puteolis, &c. *ut in vulg. Cb.*
5 obiter. *M. & Cb.*
6 pennæ. *M. & Cb.*
7 dubitarit.
8 inter. M.
9 hominum. *Cb.*
10 ferenſque. V.
11 nantibus. *M. & Cb.*

a *Delphinus non homini tantum, &c.*] Lege; *Delphinus non hominis tantum amicum animal, verum ex muſica arte mulcetur, ſymphonia cantu, &c.* Salmaſ. pagina 185 a.

b *Ni res Mecœnatis & Flaviani*] Scribendum *Fabiani*; non *Flaviani*, tum ex Indice operis, tum etiam ex Solino, cap. XVII. *Pigeret, ait, aſſeverare hoc, ni Mecenatis & Fabiani, multorumque præterea eſſet literis comprehenſum.* Utitur etiam teſtimonio hujus Fabiani Seneca, in libro de conſolatione ad Martiam, & alibi ſæpe. *Pintian.*

c *Per magnum æquor in ludum ferebat.*] Parem fere hiſtoriam in Laconicis Pauſanias refert ad Emporoſelenen viſum à ſe Delphinum, qui puero à quo ſanatus fuerat cum piſcatores eum caperent, mercedem curationis pendebat, dicto ſe audientem præbebat, & quocunque juſſiſſet, dorſo tranſvehebat. *Dalec.*

a *Inheſſit*

nimi, caruit hominum converſatione, ut injuria fugatus, per aliquot menſes: mox reverſus in eodem miraculo fuit. Injuriæ poteſtatum [1] [a] inhoſpitales ad viſendum venientium, Hipponenſes in necem ejus compulerunt. Ante hæc ſimilia de puero in [2] Iaſſo urbe memorantur, cujus amore ſpectatus longo tempore, dum abeuntem in litus avide ſequitur, in harenam invectus expiravit. [b] Puerum Alexander Magnus Babylone [3] Neptuni ſacerdotio præfecit, amorem illum numinis propitii fuiſſe interpretatus. In eadem urbe [4] Iaſſo Egeſidemus ſcribit & alium puerum [5] Hermiam nomine, ſimiliter maria perequitantem, cum repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet, relatum: delphinumque cauſam leti fatentem non reverſum in maria, atque in ſicco expiraſſe. Hoc idem & Naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit. [6] Nec modus exemplorum. Eadem Amphilochi & Tarentini de pueris delphiniſque narrant. Quæ faciunt, ut credatur Arionem quoque citharœdicæ artis interficere nautis in mari parantibus, [c] ad intercipiendos ejus quæſtus, eblanditum, [d] ut prius caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cum ſe [7] jeciſſet in mare, exceptum ab uno Tænarum in littus pervectum. [e] Eſt provinciæ Narbonenſis & in Nemauſienſi

agro

1 in hoſpites. *Alii.* In hoſpitales. *Ch.*

2 Aſiæ. *M.* Ialiſo. *Parm.* Iaſo. *Ch. & Athenaus.*

3 Neptunio. *Ch.*

4 Ialiſo. *Parm.*

5 Hermam. *M.*

6 Neci. *Ch.* forte, Ne hic.

7 jeciſſet, in mari exceptum. *M.*

a *Inhoſpitales.*] *In hoſpitales* diviſim legendum: hoc eſt Hipponenſes, qui magiſtratus magno ſumptu excipiebant. *Dalec.*

b *Puerum Alexander Magnus, &c.*] Lege: *Puerum Alexander Magnus Babylonem nomine, Neptuni ſacerdotio præfecit.* Salm. *Puerum Alexander Magnus, &c.*] Athenæus Dionyſium vocat lib. 13. ubi ejuſdem argumenti pleraque alia leguntur ſcitu digniſſima. Vide locum, non procul à fine. *Dalec.*

c *Ad intercipiendos ejus quæſtus*] Ut pecuniam auferrent, quam is arte ſua quæſiverat. *Idem.*

d *Ut prius caneret cithara.*] Magnam vim Muſices non ſolum in ea quæ ratione carent, ſed etiam in animos corporaque hominum, vide apud Magium cap. 13. lib. 4. & Carpentar. ſuper lib. 6. Ariſtot. de divina ſap. Ægypt. & Martian. Capell. Philolog. lib. 9. pag. 369. Apollon. hiſt. mirabil. pag. 48. Boëth. muſic. in princip. Cæterum id quod de vi ejus in morbis quibuſdam curandis ſcribitur, dubitationem habere, ait Muret. Var. 6. 14. *Idem.*

e *Eſt provincia Narbonenſis & in Nemauſienſi agro, &c.*] Lege: *Eſt provincia Narbonenſis. & in Nemauſienſi agro ſtagnum*

agro [a] ſtagnum [1] Laterra appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum [2] ſtato tempore [b] anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſervata æſtus reciprocatione. Qua de cauſa prætendi non queunt retia, [3] quæ molem ponderis ullo modo tolerent, etiamſi non ſolertia inſidietur tempori. [4] Simili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite [5] efficitur, locumque ſolum pandendis retibus habilem effugere feſtinant. [c] Quod ubi animadvertere piſcantes, (concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida) totuſque populus è littore quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi eventum. Celeriter delphini exaudiunt [6] deſideria, Aquilonum flatu vocem proſequente, Auſtro vero tardius ex adverſo referente. [7] Sed tum quoque improviſo in auxilium advolant. Propere apparet acies, quæ protinus diſponitur in loco, ubi [8] conjectus eſt, pugna opponente ſeſe ab alto:

1 Latena. *M.* Laterna. V. Luteia. *Ch.*
2 ſtatuto. *M.*
3 æque moles ponderis nullo modo toleratura. *M.* *lego*, aquæ molis pondera ullo modo toleratura.
4 Simul ergo omnes. Quid? Simul itaque omnes. *Alii.* Subtili ratione omnes. *Alii.*
5 affigitur. *M.* *lego*, affunditur. effecere. V.
6 deſideria Aqu flatu, voce proſequente: Auſtro vero t. ex adv. reflante. *Alii*, regerente.
7 Et tum. *Ch.*

8 conjecta eſt pugna. *M.* in loco. Ubi conferta eſt pugna, opponunt ſeſe. *Pint.* *lego*, ubi exitus eſt, *vel*, ubi trajectus eſt, pugnant opponentes: pugna. Opponunt, &c. *V.* & *Ch.* ubi conjectus eſt pugnæ: opponunt ſeſe, &c *Rondelet.*

gnum Latera appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum ſtato tempore anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſervata æſtus reciprocatione. Qua de cauſa prætendi non queunt retia aqua, molem ponderis nullo modo toleratura. Jam ſi non ſolertia inſidietur tempori, ſimili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite adfligitur, locumque ſolum pandendis retib. habilem effugere feſtinant. Quod ubi animadvertere piſcantes, concurrit autem multitudo, temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida, totuſque populus è littore, quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi eventum. Celeriter Delphini exaudiunt deſideria, Aquilonum flatu vocem proſequente, Auſtro vero tardius ex adverſo referente æſtum, tum quoque improviſo in auxilium advolant. Properare apparet; acieſque protinus diſponitur in loco, ubi conſpectus eſt pugna: opponunt ſeſe ab alto, trepidoſque in vada urgent, &c. Vide Iſac. Voſſ. in Melam. pag. 179.

a *Stagnum Latera appellatum.*] Vide quod adnotatum eſt ſupra l. 3. c. 4 *Dal.*

b *Anguſtis faucibus ſtagni, &c.*] Eas fauces Monpeſſulani vocant, *la Crau pres de Mangueil.* Idem.

c *Quod ubi animadvertere piſcantes, concurrit autem multitudo temporis gnara & magis etiam voluptatis hujus avida, totuſque populus è littore quanto poteſt clamore conciet Simonem, ad ſpectaculi eventum.*] Luxatus eſt, ni fallor, dictionum ſenſuumque ordo, & permiſta ac confuſa omnia. Tolerabilior autem lectio & rationi magis conſentiens ad hunc modum: *Quod ubi animadvertere piſcantes totuſque populus (concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida ad ſpectaculi eventum) è littore quanto poteſt clamore conciet, &c.* Pintianus.

a *Teſtu-*

alto: trepidoſque in vada urgent. Tum piſcatores circumdant retia, furciſque ſublevant: mugilum nihilominus velocitas tranſilit. At illos excipiunt delphini, & occidiſſe ad præſens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium fervet, includique retibus ſe fortiſſime urgentes gaudent: ac ne idipſum fugam hoſtium ſtimulet, inter navigia & retia, natanteſve homines ita ſenſim elabuntur, [1] ut exitus non appareat. Saltu, [2] quod eſt alias blandiſſimum his, nullus conatur evadere ni ſummittantur ſibi retia. Egreſſus protinus ante vallum [3] præliatur. Ita peracta captura, [4] quos interemere, diripiunt. [5] Sed enixioris operæ, quam in unius diei [6] præmium, conſcii ſibi, opperiuntur in poſterum: nec piſcibus tantum, ſed [7] intrita panis è vino ſatiantur. Quæ de eodem genere piſcandi in Iaſſio ſinu Mutianus tradit, hoc differunt, quod ultro neque [8] inclamati præſto ſint, parteſque è manibus accipiant, & ſuum [9] quæque [10] cymba è delphinis ſocium habeat, quamvis noctu, & ad faces. Ipſis quoque inter ſe publica eſt ſocietas. Capto à rege Cariæ, alligatoque in portu [11] delphino ingens reliquorum convenit multitudo, mœſtitia quadam, quæ poſſet intelligi, miſerationem petens, donec dimitti rex eum juſſit. Quin & parvos ſemper aliquis grandior comitatur, ut cuſtos. Conſpectique ſunt jam defunctum portantes, ne laceraretur à belluis.

1 ut exitum non aperiant ſaltu. *Ch.*
2 qui eſt alias validiſſimus.
3 malum. *Parm.*
4 æquo interim jure. *Pint.*
5 Sed ut enixioris. V.
5 præmii. *Tol.*
7 intritu. *M.* interjectu. V.
8 inclamanti. V.
9 quemque. *M.*
10 cubantes (*lego*, excubantes,) cum delph. ſoc. habeant.
11 delphino, *in M. d.*

CAP. IX. *De turſionibus.*

DElphinorum ſimilitudinem habent, qui vocantur [12] turſiones. Diſtant & triſtitia quidem [13] aſpectus: abeſt enim illa laſcivia, maxime tamen roſtris canicularum [14] maleficentiæ aſſimulati.

12 turſiciones. *Ch.*
13 aſpectatus. *Ch.*
14 maleficentia adſimulati. *Ch.*

Cap. X.

De teſtudinibus, & quomodo capiantur.

[a] Teſtudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant: atque inter inſulas Rubri præcipue maris his navigant cymbis. Capiuntur multis quidem modis, ſed maxime evectæ in ſumma pelagi antemeridiano [1] tempore blandito, eminente toto dorſo per tranquilla fluitantes: quæ voluptas libere ſpirandi, in tantum fallit oblitas ſui, ut Solis vapore ſiccato cortice, non queant mergi, invitæque fluitent, opportunæ venantium prædæ. Ferunt & paſtum egreſſas noctu, avideque ſaturatas [2] laſſari: atque ut [3] remearint matutino, ſumma in aqua obdormiſcere: id prodi ſtertentium ſonitu, tumque leviter capi. Adnatare enim ſingulis ternos, à duobus in dorſum verti, à tertio laqueum injici ſupinæ, atque ita ad terram à pluribus trahi. In Phœnicio mari haud ulla difficultate capiuntur, ultroque veniunt [4] ſtato tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudente pyxidum modo. In mari conchyliis vivunt, tanta oris duritia ut lapides comminuant. [b] In terram egreſſæ, in herbis pariunt ova, avium ovis ſimi-

1 *Alii*, tempore.

2 laxari. *V.*

3 remeaverint. *Ch.*

4 ſtatuto. *M.*

a *Teſtudines tantæ magnitudinis.*] Vide cap. 4. lib. 32. Pauſanias lib. 1. marinas terreſtribus diſſimiles tantum eſſe ſcribit magnitudine, & pedum figura vitulo marino ſimili. *Dalec.*

b *In terram egreſſæ in herbis pariunt ova.*] Verba illa *in herbis*, puto non eſſe Pliniana. Plutarchus in libro, Utra animalium, &c. *Parit enim*, ait de teſtudine loquens, *egreſſa in littus prope ipſum mare, ſed cum ovis incubare nequeat, neque in terra diutius commorari, arenæ gremio ova mandat, tenuiſſima molliſſimaque ejus parte coopertæ.* Quid ſi legas ſine præpoſitione, & adſcribas dictionem *herbis*, ſuperioribus? ut ſit ſenſus: : teſtudines in mari vivere conchyliis, egreſſas in terram herbis. Quod autem ſequitur continuo, *Avium ovis ſimilia*, ex Ariſtotele ſumptum lib. 5. cap. 33. Verum notandum, comparari ab Ariſtotele ovis avium, ova teſtudinis terreſtris, non teſtudinis marinæ, ut hic comparat Plinius, tumultuaria fortaſſe lectione deceptus: gallinarum enim ovis comparat ova teſtudinum marinarum; Ariſtoteles prædict. lib. & capite. *Pintian.*

a *Edu-*

ſimilia, ad centena numero. Eaque [1] defoſſa extra aquas, & cooperta terra, ac pavita pectore & complanata, incubant noctibus. [a] Educant fœtus anno ſpatio. Quidam oculis ſpectando quoque ova foveri ab iis putant. [2] Fœminam coitum fugere, donec mas feſtucam aliquam imponat averſæ. [3] Troglodytæ cornigeras habent, ut in lyra, annexis cornibus latis, ſed mobilibus, quorum in natando remigio ſe adjuvant: Celtium genus id vocatur eximiæ [4] teſtudinis, [5] ſed raræ. Nanque ſcopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autem, ad quos [6] adnatant, ut ſacras, adorant. Sunt & terreſtres, quæ ob id in [b] operibus Cherſinæ vocantur, in Africæ deſertis, qua parte maxime ſitientibus harenis ſqualent, roſcido, ut creditur, humore viventes. Neque aliud ibi animal provenit.

1 defodiunt e a. & cooperiunt terra pavita p & c. incubantes.

2 Fœminas. Ch

3 Troglodytæ. M.

4 magnitudinis.

5 Nanque quaſi ſcop. V.

6 adnant. Ch.

CAP. XI. *Quis primus teſtudines ſecare inſtituerit?*

[c] TEſtudinum putamina [d] ſecare in laminas, lectoſque & [7] repoſitoria his veſtire, [8] Carbilius Pollio inſtituit, prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii.

7 repoſitorium. M.

8 Carvilius, ut & lib. 33. c. 11.

CAP. XII. *Digeſtio aquatilium per ſpecies.*

AQuatilium tegumenta plura ſunt. Alia corio & [9] pilo integuntur, ut vituli, & hippopotami.

9 pilis. M.

a *Educant fœtus anno ſpacio.*] Scribo, *Educunt fœtus*, hoc eſt, *excludunt*, non *educant*. Ariſtoteles loco antedicto · *Fœtumque ſequente anno excludit* Similis autem hic allucinatio priori. Nam de teſtudine terreſtri hæc ſcribit Ariſtoteles, non marina Ova enim teſtudinis marinæ non indigere tam longa incubatione, docet Plutarchus libro illo toties allegato, his verbis, *Quod autem hoc admirabilius, diem quadrageſimum obſervantes, tot enim diebus excoquuntur abrumpunturque ova, accedit ad locum, agnoſcenſque unaquaque depoſitum ſuum, ut ſolertius nequiret homo ullus auri repoſitum agnoſcere, avide prompteque aperit.* Pint.

b *Operibus Cherſinæ vocantur.*] Laminis ſectilibus, quæ ex ejus cortice fiunt. *Dalec.*

c *Teſtudinum putamina.*] Vide cap. 4. lib. 32 *Idem.*

d *Secare in laminas.*] Seneca lib. 7. de Benefic. c. 9. *Video elaboratam ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſſimorum pigerrimorumque animalium teſtas, ingentibus pretiis emptas, in quibus illa ipſa quæ placet varietas, ſubditu medicamentu in ſimilitudinem veri coloratur.* Idem.

a *Sili-*

mi. Alia corio tantum, ut delphini: cortice, ut teſtudines: [a] ſilicum duritia, ut oſtreæ & conchæ: cruſtis, ut locuſtæ: cruſtis & ſpinis, ut echini: ſquamis, [1] ut piſces: aſpera cute, ut ſquatina, qua lignum & ebora poliuntur: [2] molli, ut murænæ: alia nulla, ut polypi.

CAP. XIII. *De vitulo marino.*

QUæ pilo veſtiuntur [3] animal pariunt, [b] ut priſtis, balæna, vitulus. [c] Hic parit in terra pecudum more: [4] ſecundo partus reddit initu. Canum modo cohæret: [d] & parit nunquam geminis plures: educat mammis fœtum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur difficulter niſi capite eliſo. [e] Ipſis in ſomno mugitus; unde nomen [5] vituli. Acci-

1 ut alii fere piſces.
2 lævi. *Maſcarius*, ut opponatur aſperæ carne molli & polypi. *ex Ariſt. lib. 4. Hiſt.*
3 Animal pariunt priſtis & balæna, & quæ pilo veſtiuntur, ut vitulus. *Rond.*
4 ſecundos partus reddit: initu canum. *M. lege*, ſecundas partu reddit, &c. Secundas cum partu reddit. Canum modo. V.
5 vituli accipiunt. Tamen diſciplinæ. *M.*

a *Silicum duritia, ut oſtrea.*] Inde facetus jocus Plauti in Pœnul.

Itaque jam quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtito:

Id eſt, durum, aſperum, tuberoſum. *Dal.*

b *Ut piſtris.*] Vide quæ notata ſunt paulo ante cap 5. hujus libri. *Idem.*

c *Hic parit in terra pecudum more, ſecundo partus reddit initu. Canum modo cohæret.*] Longolius ſeu Longoliani diſcipuli, locum hunc ſic legunt, *Hic parit in terra pecudum more. Secundas cum partu reddit. Canum modo cohæret.* Verbum, *initu*, quod omnis ſcripta lectio agnoſcit, ſine cauſa detrahentes, & adjicientes à ſe præpoſitionem, *cum*, minime neceſſariam & perperam pungentes poſt illa verba, *Pecudum more.* nos ſic ſcribendum & diſtinguendum cenſemus: *Hic parit in terra Pecudum more, ſecundas partu reddit. Initu canum modo cohæret.* Hæc eſt vera genuinaque Plinii lectio. Ariſtoteles lib. ſexto cap. XI. *Ergo hic animal concipit ſtatim intra ſe, & parit, Secundas quoque emittit & lac reddit more pecudum.* Rurſus lib quinto cap. ſecundo: *Vituli marini, modo animalium retro mingentium coëunt, & diu ligati in coitu cohærent, ut canis.* Pintian.

d *Et parit nunquam geminis plures.*] Scribo, *Parit nonnunquam geminis plures.* Nam conjunctio, *&*, in exemplari Salmanticenſi redundat. & geminis plures nunquam parere vitulum marinum, falſum eſt. Ariſtoteles libro ſexto, cap. XII. *Parit ſingulos aut geminos, & cum plurimum, tres* Idem.

e *Ipſis in ſomno mugitus.*] Apographon Toletanum, item Salmanticenſe, Romana quoque exemplaria & omnes ante Hermolaum impreſſi codices, *ſono*, habent. Hermolaus deraſa ea dictione, *ſomno* ſubſtituit. Et ad confirmationem erroris ſui, teſtimonium petit ab Ariſtotele libro ſexto. Qua in re Hermolai ingenuitatem requiro. Nam ſi unquam ab Ariſtotele tale quippiam tradi inventum fuerit, quale aſſerit Hermolaus, fiam ego, ut Theocriti utar verbis, Melantius pro Comata. Imo è contrario patrocinatur Plinianæ lectioni Ariſtoteles libro ſexto, cap. 12. his verbis: quæ ad faciendam fidem repetere altiuſcule neceſſarium fuit: *Vitulus marinus generis ambigui eſt. nam & mari degit, quanquam humorem non recipit, ſed ſpirat ac dor-*

[a] Accipiunt tamen diſciplinam, [b] voceque pariter & viſu populum ſalutant, [1] incondito fremitu: nomine vocati reſpondent. Nullum animal graviore ſomno premitur. Pinnis quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. Pelles eorum etiam detractas corpori, ſenſum æquorum retinere tradunt, ſemperque æſtu maris recedente inhorreſcere: præterea dextræ pinnæ vim ſoporiferam ineſſe, ſomnoſque allicere ſubditam capiti.

1 condito *M.*

Cap. XIV.

De piſcibus pilo carentibus, & quomodo pariant, & quot eorum genera.

[c] Pilo carentium duo omnino [2] animal pariunt, delphinus ac vipera. Piſcium ſpecies ſunt [3] ſeptuaginta quatuor: præter cruſtis intecta, quæ ſunt triginta. De ſingulis alias dicemus. [d] Nunc enim naturæ tractantur inſignium.

2 & anim. *M.*

3 centum ſeptuaginta ſex. *Long.* à *c. ult. l.* 32. *A c. ſequenti ad libri finem numerantur* 84.

Cap. XV.

De nominibus & naturis multorum piſcium.

Præcipua magnitudine [4] thynni invenimus talenta quindecim pependiſſe. Ejuſdem caudæ lati-

4 thunni. *Rond. ex Ariſt.* thynnum invenimus. *Maſſarius, & M.*

ac dormit, & egreſſus in terram, parit in littore, ut terreſtre. Et poſt mulros verſus, nulla jam dormirionis mentione, *Emittit,* inquit, *vocem ſimilem bovi.* Quæ verba Theodorus, maximus Plinianarum vocum, ut dixi, aſſectator, ſic vertit: *Mugitus ei in ſono.* Allucinatus eſt cum ſuo Hermolao Franciſcus Maſſarius, vir alioqui perdoctus & de Plinio optime meritus. *Pint.*

a *Accipiunt tamen diſciplinam.*] Τὴν ἀναγωγὴν δέχον). *Dalec.*

b *Voceque pariter & viſu populum ſalutant, incondito fremitu.*] Legendum arbitror, *Vocique parent, & juſſi populum ſalutant.* Vel ſic, *Vocati parent & juſſi, &c.* Nam Toletanum Apographon *juſſu* habet, non *viſu.* Pint.

c *Pilo carentium duo omnino animal pariunt, delphinus ac vipera.*] Scribo, *Pilo carentium non omnia animal pariunt, ut delphinus ac vipera.* vel ſic, *Pilo carentium non omnia. Animal pariunt delphinus ac vipera.* Pendet enim ſenſus ab initio capitis prioris. Illic dixerat, *Quæ pilo veſtiuntur animal pariunt ut Piſtru, &c* hic ſubdit, *Pilo carentium non omnia animal pariunt, &c.* Idem. *Pilo carentium duo omnino, &c.*] Falſum hoc eſſe monſtrat Rondelet. cap. 11. lib. 16. Hiſt. piſcium. *Dalec.*

d *Nunc enim naturæ tractantur inſignium, &c.*] Cap. XIV. & XV. conjungenda: lege, *Nunc enim naturæ tractantur inſignium, præcipua magnitudine Thynnum invenimus talenta quindecim pependiſſe. ejuſdem caudæ latitudinem duo cubita & palmum. Fiunt & in quibuſdam amnibus haud minores. Silurus in Nilo, Eſox in Rheno, Attilus in Pado inertia pingueſcens ad mille aliquando libras.* Vide Salmaſ. pag. 1314. 2.

1 innatantes.
2 Germania eadem ne protelis boum Et in Danubio mari extr. *Ch.* amne. Protelis boum, & in Danubio Mario. *M.* in Æno Ger. amne prope Viſbium. V. Rhenon Ger. amne prope Ubios. *Alii.*

latitudinem duo cubita & palmum. Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores, [a] ſilurus in Nilo, [b] eſox in Rheno, [c] attilus in Pado, inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo nec niſi boum jugis extractus. Atqui hunc [d] minimus piſcis appellatus clupea, venam quandam ejus in faucibus mira cupidine appetens, morſu exanimat. [e] Silurus graſſatur, ubicunque eſt, omne animal appetens, equos [1] natantes ſæpe demergens, [f] præcipue in Mœno [2] Germaniæ [g] amne prope Lisboum.

a *Silurus in Nilo.*] Silurus Plinil à Geſnero luculenter deſcriptus eſt, malefica & vorax beſtia. Silurus Auſonii ab eo diverſus, Sturio noſter. Probatnr id verſibus poëtæ coætanei Auſonio de Ægirtio fluvio Aquitaniæ ſcribentis:

Obtinet expulſus ſtabulum campeſtre ſilurus,
Plus rapitur terris, quam modo piſcis aquis.

Scalig. in Auſon. Silurus Ungaris, *Harcha*: Illyricis, *Sum*: Bernenſibus, *Salvi*: Suevis, *Waller*, quaſi Balæna: Danubii accolis, *ein Schaid.* Dalec.

b *Eſox.*] Vide imaginem apud Geſnerum, Galei Rhodii figuræ utcunque ſimilem. *Idem.*

c *Attilus.*] Vulgo, *Adano.* Idem.

d *Minimus piſcis appellatus clupea.*] Minimum dicit, comparatione ad cetaceum piſcem, quem jugulat. *Idem.*

e *Silurus graſſatur, ubicunque eſt, &c.*] Lege *Sieurus graſſatur ubicunque eſt, omne animal appetens, equos innatantes demergens, pracipue in Mœno Germaniæ amne. Protelis boum in Danubio extrahitur, porculo marino ſimillimus.* Salm. 1314. b. & 1318. b *Silurus graſſatur, ubicunque eſt omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens, præcipue in Mœno Germaniæ amne prope Lisboum, & in Danubio. Mario extrahitur, porculo marino ſimillimus*] Hoc loco nominatim recenſentur piſces magnitudine inſignes, non marini: ſed fluviorum, Nili, Rheni, Padi, Danubii, Boryſthenis, Gangis. Horum medio catalogo non ſatis apte inſeritur marinus quidam piſcis innominatus. Sequenda igitur antiquorum codicum lectio, ut poſt, *Liboum*, novæ orationis initium faciamus. *Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino ſimillimus.* Is vulgo Italorum etiam nunc ſemilatino nomine *Moro* appellatur, ob ſalſamenta illis notus, guſtu aſpectuque porcinam ſalitam nonnihil referentia: Germanis *Huſo* dictus, quaſi ὗς ſicut *Mario* ἀπὸ τοῦ Μαρίδος. *Gelen.*

f *Præcipue in Mœno*] Plinii tempore nullus fuit in Germania Mœnus fluvius: ſic poſteritas eum vocavit, quem tali nomine ſeculum noſtrum agnoſcit. Quapropter legendum Rond. putat: *præcipue in Rheno.* In Hermo & Mæandro Siluros eſſe Pauſanias in Meſſenicis, auctor eſt. *Dalec.*

g *Amne prope Liboum. Et in Danubio mario extrahitur.*] Lege: *Protelu boum & in Danubio extrahitur.* Nec *protelum*, jugum eſt, ſed tenor in ducendo quidam, tractuſque longus & continuatus. Et *ducere protelo*, idem eſt atque uno tenore & continuo tractu ducere. Hinc *protelare* verbum pro longe pellere vel inceſſanter perſequi. Vide *Salmaſium* pag. 1318. b. 1319. a. *Amne prope Lisboum.*] Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germ. legit: *amne prope Erlibornim. Et in Danubio, &c.* Erliſbornimque, id eſt, fontem alnorum, vicum eſſe tradit ad Mœni ripam ſitum, vulgo *Erlenbrunnen* dictum, qua trajectus eſt, vadoſuſque locus, abluendis equis & potu reficiendis commodus. *Dalec.*

a *Nulli*

Liſboum. Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino ſimillimus: & in Boryſthene memoratur præcipua magnitudo, [a] nullis oſſibus ſpiniſve interſitis, carne prædulci. In Gange Indiæ plataniſtas vocant, roſtro delphini & cauda, magnitudine autem [1] xv. cubitorum. In eodem eſſe Statius Seboſus haud modico miraculo affert, [b] vermes branchiis binis LX. cubitorum, cæruleos, qui nomen à facie traxerunt. His tantas eſſe vires, ut elephantos ad [2] potum venientes, mordicus [c] comprehenſa manu eorum abſtrahant. [d] Thynni mares ſub ventre non habent pinnam. [e] Intrant è [3] magno mari Pontum [f] verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

1 xvi. Ch.
2 potus. Ch.
3 mediterraneo. Iſidor.

a *Nullis oſſibus.*] Sed cartilagine tantum. *Dalec.*

b *Vermes branchiis binis, &c.*] Lege: *Vermes branchiis binis, ſenûm cubitorum, cæruleos, &c.* ipſi inquam vermes longi ſunt cubita ſena, non ipſorum branchia, multo minus verum de brachiis quibus carebant. Vide *Salmaſ.* p. 1012 a. *Vermes branchiis binis*] De vermibus Gangeticis Solinus ex Seboſo longe aliter quam Plinius refert, eſſe colore cæruleos & nomine, cubitos ſex longos, bina brachia habere: tam robuſtos, ut venientem ad potum Elephantem mordicus comprehenſum manu in profundum rapiant. *Dalecamp.*

c *Comprehenſa manu eorum abſtrahant.*] Legendum forte, *Comprehenſa manu deorſum abſtrahant.* Videtur ita in Plinio legiſſe Solinus de his loquens: *Adeo*, ait, *robuſtis viribus, ut elephantes ad potum ventitantes mordicus comprehenſos ipſorum manu rapiant in profundum.* Pint.

d *Thynni mares ſub ventre, &c.*] Elegantes Lucilii verſus in Lupum, apud Varr lib. 6.

Tunnos captato: cordylum exclude: minores
Occidunt, Lupe, ſaperdæ te: hac jura, ſilurum.
Sumere te atque amiam.

Quidam legunt, *Thynno capto coruum excludendum foras:* quod videtur ſumptum ex his Amphidis comici: ὅςις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον γλαύκου παρόντος οὗτος οὐκ ἔχει φρένας. *Dalec.*

e *Intrant è magno mari Pontum.*] Mare internum appellari magnum aut à Plinio alibi, aut ab alio auctore, non memini. Proinde caſtigatiorem hic lectionem exiſtimo, *Intrant ex Ægæo mari Pontum.* Corrigamus in tranſitu locum in pulcherrimo hiſtoriographo Cornelio Tacito libro x ubi de hac re agit, à nemine quod ſciam viſum: *Quippe*, inquit, *Byzantium fertili ſolo. fœcundoque mari, quia vis piſcium in metapontum erumpens, &c.* Lege: *Quippe Byzantium fertili ſolo, fœcundoque mari quia vis piſcium innumera Pontum irrumpens, &c.* Quid ſi in Plinio verbum illud, *magno* ab indocto adjectum ſit lectore? ſtolida enim nautarum multitudo mare noſtrum magnum appellitat: ut legendum videatur, *Intrant è mari pontum verno tempore.* Quam lectionem videntur aſtruere verba mox paulo ſequentia: *Cordyla appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare autumno comitatur.* Non dixit, *magnum mare*, ſed ſimpliciter *mare.* Pint. *Intrant è magno mari.*] Nempe Mediterraneo: ſic Iſidorus exponit. Cicero è quodam vetuſto Poëta:

Jamque mari magno claſſis cita texitur.

Turn. cap. 20 lib. 19. Adverſ. *Dal.*

f *Verno tempore.*] Ariſtoteles cap. 17. lib. 6. hiſt. *Idem.*

ficant. Cordyla appellantur partus, qui fœtas re-
1 aut à luto. *Ch.* deuntes in mare autumno comitantur.[a] Limoſæ ve-
2 poſt incip. *D.* ro [1] à luto pelamides [2] incipiunt vocari, & cum an-
nuum exceſſere tempus, thynni. Hi membratim cæ-
3 edulio. *Parm.* ſi, cervice & abdomine commendantur atque [b] [3] cli-
dio, recenti duntaxat, & tum quoque gravi ructu:
cætera parte plenis pulpamentis ſale aſſervantur.
4 quercus. *Ch.* [c] Melandrya vocantur, cæſis [4] quernis aſſulis ſimilli-
ma. Viliſſima ex his, quæ [d] caudæ proxima, [e] quia
pingui carent: probatiſſima, quæ faucibus: at in
5 exercitatiſſima. *Ch.* alio piſce circa caudam [5] exercitiſſima. Pelamides
in [f] apolectos particulatimque confectæ, in genera
6 ciborum. *M.* [6] [g] cybiorum diſpartiuntur. Piſcium genus omne
præcipua celeritate adoleſcit, maxime in Ponto.
Cauſa, multitudo amnium dulces inferentium a-
quas. Amiam vocant, cujus incrementum ſingulis
7 hæc. *Parm. & V.* diebus intelligitur. Cum thynnis [7] hæ & [8] pelami-
8 pelamidibus. *D.* des in Pontum ad dulciora pabula intrant [h] grega-
9 primis omnium ſcombris. tim cum ſuis quæque ducibus, & [9] primi omnium
ſcom-

a *Limoſa vero à luto pelamides incipiunt vocari.*] Locum hunc audacter ſic reſtituendum contendo: *Reverſa vere à luto Pelamides incipiunt vocari.* Ariſtoteles libro ſexto: *Eodem redeunt verno tempore jam adepta eam magnitudinem, qua Pelamides nomen accipiant.* Pint.

b *Clidio.*] Clidia Thyum Feſtus in voce, Petimen, ex Nævio, Petimen piſcinum, quod eſt inter duos armos ad pectus. Claviculas Medici vocant. Athenæus lib. 6. orcynos Gadibus eſſe pinguiſſimos tradit, proptereaque ſeorſum eorum cleidia ſale condiri. Ut Antacæorum palatum, & maxillas, ex iiſdemque parari Melandryas dictos. Idem paulo ante laudatas fuiſſe Thynnorum κλεῖδας teſtatur citato Ariſtophane. In his verbis Athenæi obſervandum, quod μελάνδρυα neutro genere Plinius ſcripſit, maſculino genere ab Athenæo uſurpari. *Dalec.*

c *Melandrya vocantur.*] Melandryon, quercus medulla nigra, Theophr. cap. 9. lib. 1. hiſt. 15. cap. 4. lib. 5. Vide infra cap. ult. lib. 32. Melandryas magnos Thynnos Athenæus vocat lib. 3. & 7. ex Archeſtrato & Soſtrato. *Idem.*

d *Cauda proxima.*] Ὠραῖα illa dicuntur, quaſi οὐραῖα. *Idem.*

e *Quia pingui carent.*] Ideo ἀπίονα dicta. *Idem.*

f *Apolectos.*] Quales ſint apolecti, pelamides, cordylæ, orcyni, Tritones, Sardæ, vide c. 11. lib. 32. *Idem.*

g *Cybiorum diſpartiuntur.*] Κυβία ſalſamenti fruſta, in formam κυβοειδῆ diſſecta. Cybium conciſa pelamis cap. 11. lib. 32. *Idem.*

h *Gregatim cum ſuis quæque ducibus.*] Rectius forte, *Gregaleſque ſuis quique ducibus.* Ariſtoteles libro octavo, cap. 13. *Sed thunni, limariæ, hamiæ, ſubeunt Pontum vere, æſtatemque ibi traducunt, & reliqui fere plurimi fuſanei & gregatilis generis eodem tranſeunt.* Et ſane plurima piſcium pars gregatilis, neque ullus grex caret duce. Petunt autem Pontum paſtus gratia. *Pintian.*

a *Scom-*

[a] ſcombri, quibus eſt in [1] aqua ſulphureus color, extra qui cæteris. Hiſpaniæ [b] cetarias [2] hi replent, thynnis [3] non commeantibus. Sed in Pontum nulla intrat beſtia piſcibus malefica, præter vitulos & parvos delphinos. Thynni dextra ripa intrant, exeunt læva. Id accidere exiſtimatur, quia dextro oculo plus cernant, [c] utroque natura hebete. Eſt in euripo Thracii Boſphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipſis Europam Aſiamque ſeparantis freti anguſtiis, ſaxum miri candoris, à vado ad ſumma perlucens juxta Chalcedonem in [4] latere Aſiæ. Hujus aſpectu repente territi, ſemper [5] adverſum [d] Byzantii promontorium, ex ea cauſa appellatum [6] Auricornu, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii eſt, magna [7] Chalcedonis penuria, [8] D. paſſ. [9] medii interfluentis euripi. Operiuntur autem Aquilonis flatum, ut ſecundo fluctu exeant è Ponto, [e] nec niſi [10] intrantes Pontum, Byzan-

1 aquis. V.
2 his. V.
3 non raro. M.
4 litore. V.
5 adverſus. M.
6 Chryſoceras. V. Aure icornus. Ch.
7 Chalcedoniis. V. Chalcedone. M.
8 M. p. M. & Ch. DC. V.
9 medio interfluente euripo. V.
10 linquentes. Alii, exeuntes ponto.

a *Scombri.*] Salamentarii Chærephili civitate donati, quod Athenas magnam vim eorum piſcium convexiſſet, cum filios equo inſidentes vidiſſet Timocles, facete dixit: Scombros eſſe ſuper Satyris. Alexis apud Athenæum. Vide quod notatum eſt cap. 7. lib. 32. *Dalec.*

b *Cetarias.*] Inde apud Nonium Cetarii, Varroni Θυννοσκόποι. *Non animadvertes cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, adſcendere in malum alte, ut penitus per aquam perſpiciant piſces?* Vide cap. 8. lib. 31. *Idem.*

c *Utroque hebete natura.*] Secus Ariſtot. lib. VIII. cap. XIII. ſiniſtro enim non clare cernere ait. Confirmat id quoque Plutarchus libro, Utra animalium, &c. Quare æſtimandum, an hic legendum ſit, *Altero utique hebete natura*, vel, *ſiniſtro oculo hebete natura.* Pintian.

d *Byzantii promontorium ex ea cauſa appellatum auri cornu.*] Cum libro IV. capite XI. in relatione Thraciæ, promontorium hoc Plinius appellaverit, *Chryſoceras*, Græco quidem nomine, ſed jure Latii jam pridem donato; cur illic Græco & publico nomine, hic Latino & inuſitato uti maluerit, conſiderandum. Certe Plinius Græca urbium & aliorum locorum vocabula vertere nequaquam ſolet, quod vitioſiſſimum eſſe, niſi ſumma urgente neceſſitate, in confeſſo apud doctiores eſt. Quam ob rem dictionem *auri cornu* pro vera Plinianaque non habeo, ſed opinor ab imperito lectore ſuffectam in prioris locum, Græcum nomen, tanquam rem magnam faceret, ita Latine reddente: unde fit, ut Hermolai judicium hac in parte non probem. *Idem.*

Byzantii promontorium, &c.] Lege *Byzantii promontorium ex ea cauſa appellatum Aurei cornus.* id eſt, τοῦ χρυσοῦ κέρως. Nam *cornum* pro *cornu* aliis locis uſurpavit Plin. *Salmaſ.* p. 165. b.

e *Nec niſi intrantes Pontum Byzantii capiuntur.*] Quidam hunc locum reſtituere volentes pro verbo illo, *Pontum*, *Propontidem* ſubſtituerunt, depravatiorem quam antea erat, reddentes. Nos alio modo curandum putantes ſic legimus, *Nec niſi infantes tunc Byzantii capiuntur.* Planiſſime id ex Ariſtotele colligitur, li-

Byzantii capiuntur. Bruma non vagantur: [1] ubicunque deprehenſi, uſque ad æquinoctium, ibi hibernant. Iidem ſæpe navigia velis euntia comitantes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum ſpatia & paſſuum millia à gubernaculis [2] ſpectantur, ne tridente quidem in eos ſæpius jacto territi. Quidam eos, qui hoc è thynnis faciant, pompilos vocant. Multi in Propontide [3] æſtivant. Pontum non [4] intrant. Item ſoleæ, cum rhombi intrent: [5] nec ſepia eſt, cum loligo reperiatur. Saxatilium, turdus & merula deſunt, ſicut conchylia, cum oſtreæ abundent. Omnia autem hibernant in Ægæo. Intrantium Pontum ſoli non remeant [6] trichiæ. Græcis enim in pleriſque nominibus uti par erit, quando aliis atque aliis eoſdem diverſi appellavere tractus. [a] Sed hi ſoli [7] Iſtrum amnem ſubeunt: ex eo ſubterraneis ejus venis in Adriaticum mare defluunt: itaque [8] & illic deſcendentes, nec unquam ſubeuntes [9] è mari viſuntur. [b] Thynnorum captura eſt à Vergiliarum exortu ad Arcturi occaſum: reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis, niſi tempore aliquo evocati, aut pleniluniis. Pingueſcunt & in tantum, ut dehiſcant. Vita longiſſima his biennio.

1 ubi eum. *Ch.*
2 non ſeparantur. *V.*
3 æſtuant. *Ch.*
4 intrant item ſoleæ. *V. lego*, Pontum item non intrant ſoleæ.
5 non. *M.*
6 thriſſæ. *Rond.*
7 in Iſtrum a. ſ. & ex eo *M.* in Iſtrum mare ſ & ex eo. *Ch.*
8 & illi ſubeuntes è mari, nec unquam deſcendentes.
Ariſt. c. 12. *lib.* 8. *hiſt.*
9 in mari. *V.*

bro octavo capite XIII. *Sed cum peperit*, inquit, *& proles jam adoleverit, exeunt poſt Vergilias ſtatim. Et ſi hiems auſtrina ſit, tardius, ſi aquilonia ſit, citius, propter ſecundi ſtatus commoditatem. proleſque adhuc parva apud Byzantium capitur, utpote cum longior mora in Ponto non fuerit. Sed de cæteris & cum adeunt & cum exeunt, conſtat.* Hæc Ariſtoteles. Uſurpare autem Plinium hoc nomen, *infantes*, etiam in animantibus ratione carentibus, & ſupra curioſus lector obſervare potuit, & infra etiam leget, libro X. cap. XLI. de veſpertilionibus *Geminos volitat amplexa infantes.* De hac Pelamidum captura in Thraciæ ſinu, cui nomen eſt Melas, cum è Ponto exeunt, Oppianus Halieuticωn IV. copioſe. *Pint.*

a *Sed hi ſoli Iſtrum amnem ſubeunt.*] Fabuloſum id eſſe putant multi, ac è vulgi ſermonibus potius Ariſtoteli proditum quam veriſimile. Nec enim creditu facile Danubium, tam longo ſpatio ab Adria diſſitum, in id mare ſubterraneis cuniculis corrivari. *Dalec.*

b *Thynnorum captura.*] Qui Thynnos ſpeculantur ſub aquis natantes & gregatim luſitantes, *θυννοσκόποι*, Græcis dicuntur: rupes vero editior, in qua ſtantes obſervant *θυννοσκοπεῖον.* Strab. lib. 5. quanquam in Ponto, alta trabe in vado defixa, ex ſumma ſpeculatores intueantur: quæ forte piſcatio Ulpiano *l. Venditor D. Com.* tignaria dicitur, ſive, ut alii legunt, thynnaria. Brod. cap. 8. 6. *Idem.*

a *Animal*

nio. [a] Animal eſt parvum, [b] ſcorpionis effigie, aranei magnitudine. [1] [c] Hoc ſe & thynno, & ei qui gladius vocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, ſub pinna affigit aculeo: tantoque infeſtat dolore, ut in naves ſæpenumero exiliant. Quod & alias faciunt aliorum [2] vim timentes, mugiles maxime, tam præcipuæ velocitatis, ut tranſverſa navigia interim [3] ſuperjactent.

CAP. XVI. *De auguriis & diverſitate piſcium.*

[4] SUnt & in hac parte naturæ auguria, ſunt & piſcibus præſcita. Siculo bello ambulante in litore Auguſto, piſcis è mari ad pedes ejus exiliit: [d] quo argumento vates, [5] ſpondere Neptunum patrem, [6] adoptato tum ſibi Sex. Pompejo (tanta erat navalis rei [7] gloria) ſub pedibus Cæſaris futuros, qui maria tempore illo tenerent. Piſcium fœminæ majores quam mares. In quodam genere omnino non ſunt mares, [8] ſicut in erythinis & chanis. Omnes enim ovis gravidæ capiuntur. Vagantur gregatim [9] fere cujuſque generis ſquamoſi. Capiuntur ante Solis ortum: [10] tum maxime piſcium fallitur viſus.

Nocti-

1 Hoc &. *M.*
2 vim, *in M. d.*
3 ſuper-trajiciant. *Aii,* ſuper-trajectent.
4 Sunt & piſcibus præſcita in hac parte naturæ auguria. *M & Salm.* Sunt & p. præſcita. *Tol. & Ch.*
5 reſpondere. *M. Ch. & V.*
6 adoptante. *M. & V.*
7 gloria repudiato ſub *M.*
8 ſicut araſthinis. Omnes. *Ch.*
9 fere. Cujuſque generis ſquamoſi capiuntur. *M.*
10 Namrum. *Dal.*

a *Animal eſt parvum, ſcorpionis effigie, aranei magnitudine.*] Ex Ariſtotele hoc lib. VIII. cap. XIX. meminit & Oppianus ſecundo. Illud tamen notandum, Athenæum non legiſſe in Ariſt. *arachnes* magnitudine, hoc eſt, *aranei*, ut Plinius & Theodorus videntur legiſſe, ſed *drachmes*, hoc eſt denarii. *Pint.*

b *Scorpionis effigie.*] Aſylum & œſtrum vocant, figura multum diſtat à ſcorpione Depingit Rondelet. in orcyno. *Dalec.*

c *Hoc ſe & thynno, & ei qui gladius vocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, ſub pinna affigit aculeo.*] Particulam, *ſe*, ut ſupervacaneam detraho, & *aculeum*, non *aculeo* lego. Cæterum Ariſtot. à quo cuncta hæc haurire videtur Plinius, nequaquam ſcribit vinci magnitudinem delphini, ſed celeritatem æquari à Xiphia, hoc eſt, gladio. Ejus verba lib. VIII. cap. XIX. *Thunni & gladii agitantur aſilo canis exortu, habent enim utrumque per id tempus ſub pinna ſeu vermiculum quem aſilum vocant, effigie ſcorpionis, magnitudine aranei. Infeſtat hoc tanto dolore, ut non minus interdum gladius quam delphinus exiliat, unde fit ut navigia ſæpenumero incidant.* Pintian.

d *Quo argumento vates reſpondere, Neptunum patrem adoptantem eum ſibi, Sex. Pompejo repudiato. Tanta erat navalis rei gloria, ſub pedibus Cæſaris futuros qui maria tempore illo tenerent.*] Apogr. Tolet. *tum* legit, non *eum*: & verbum illud, *repudiato*, in eodem non habetur: ut in univerſum legendum ſit, *Quo argumento vates reſpondere, Neptunum patrem adoptante tum ſibi Sex. Pompejo, tanta erat navalis rei gloria, ſub pedibus Cæſaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.* Idem.

 a *Ajunt*

Noctibus quidem illuſtribus æque, quam die, cernunt. [a] Ajunt & [1] ſi [b] iteretur gurges, intereſſe capturæ: itaque plures ſecundo tractu capi quam primo. Guſtu olei maxime, [c] dein modicis imbribus gaudent, aluntúrque. Quippe & harundines, quamvis in palude prognatæ, non tamen ſine imbre adoleſcunt: & alias ubicunque piſces in eadem aqua aſſidui, niſi [2] appluat, exanimantur. Prægelidam hiemem omnes ſentiunt, ſed maxime qui lapidem in capite habere exiſtimantur, ut lupi, [3] chromes, ſciænæ, pagri. Cum aſperæ hiemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaque his menſibus jacent ſpeluncis conditi, ſicut in terreſtrium genere retulimus. Maxime hippurus & [4] coracinus hieme non capti, præterquam ſtatis diebus paucis, & iiſdem ſemper: muræna & orphus, conger, percæ, & ſaxatiles omnes. Terra quidem, hoc eſt, vado maris excavato condi per hiemes torpedinem, pſittam ſoleamque tradunt. Quidam rurſus æſtus impatientia, mediis fervoribus ſexagenis diebus latent, ut glaucus, aſelli, auratæ. [d] Fluviatilium ſilurus Caniculæ exortu [e] ſideratur, [5] & alias [6] [f] fulgure ſopitur. Hoc & [g] in mari accidere [7] cyprino putant. Et alioquin totum mare ſentit exortum ejus ſideris: quod maxime in Boſpho-

1 teratur. V. iteratur. Cb.
2 affluat. M. ſi non adfluat. Cb.
3 chromis, ſchiena. Cb.
4 corac. hieme, non capti præterquam. V.
5 & alias ſemper fulg. Cb.
6 fulgore. M.
7 Cyprio. M.

a *Ajunt & ſi iteretur gurges intereſſe captura. Itaque plures ſecundo tractu trahi quam primo.*] Poteſt quidem hæc lectio tolerari: ſed melius magiſque è mente Ariſtotelis legeres, *teratur*, quam *iteretur*, & *jactu*, quam *tractu*. Ariſtot. lib. VIII. cap. XV. *Ajunt etiam, ſi gurgitum ima ſapius terantur, plures eadem ſagena capi ſecundo jactu quam primo.* Et verbum Græcum τρίβω, quo utitur Ariſtot. proprie *tero*, non *itero* ſignificat. *Idem.*

b *Iteretur gurges.*] Iterum & ſecundo retibus ambiatur. *Dalec.*

c *Dein modicis imbribus gaudent.*] Legendum diverſa diſtinctione, *De immodicis imbribus gaudent.* Vidit hoc Maſſarius, confirmatque Ariſtot. teſtimonio lib. VIII. cap. XIX. *Pintian.*

d *Fluviatilium ſilurus, &c.*] Lege: *Fluviatilium Silurus canicula exortu ſideratur, & alias ſemper per fulgura ſopitur,* id eſt, fulgurante & tonante cœlo. Vide *Salmaſ.* p. 1314. b.

e *Sideratur.*] De glanide hoc Ariſtoteles capite vigeſimo lib. octavi hiſtor. *Dalec.*

f *Fulgure ſopitur.*] Tonitruo, Ariſtot. Siluri nuſquam meminit Ariſt. *Idem.*

g *In mari accidere.*] Nihil de mari Ariſt. ſed ex profeſſo de fluviatilibus hæc tradit. *Idem.*

a *Apud*

Boſphoro apparet. Algæ enim & piſces ſuperfe-
runtur, [1] abimo verſa omnia. 1 omniaque ab imo verſa. *Ch.*

CAP. XVII.

De mugili, & aliis piſcibus, & quod non iidem ubique placeant.

MUgilum natura ridetur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium. Iiſdem tamen tanta [2] ſalacitas, ut in Phœnice & Narbonenſi provincia coitus tempore è vivariis marem linea longinqua per os ad branchias relegata emiſſum in mare, eademque linea retractum, fœminæ ſequantur ad litus, rurſuſque fœminam mares partus tempore. [a] Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus [b] acipenſer, unus omnium ſquamis ad os verſis, [3] contra aquam [4] nando meat: nullo in honore eſt: quod quidem miror, cum ſit rarus inventu. Quidam eum elopem vocant. Poſtea præcipuam auctoritatem fuiſſe lupo & aſellis, Cornelius Nepos, & Laberius Poëta mimorum tradidere. Luporum laudatiſſimi, qui appellantur lanati à candore mollitiaque carnis. [c] Aſellorum duo genera, [5] callariæ minores & [6] bacchi, qui non niſi in alto capiun-

2 facilitas. *M. & Ch.*
3 contra quam in nando meant. *Ch.*
4 natando. *M.*
5 colliri. *Ch.*
6 brachi. *Ch.*

a *Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus Acipenſer, unus omnium ſquamis ad os verſis contra quam in nando meat.*] Piſces omnes ſecunda ſquama natant. Solus Acipenſer in nando meat contra quam habet ſquamam. Nam ad os verſa eſt. *Salmaſ.* 1315. b.

b *Acipenſer.*] Plautus in Bacch.

Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus unquam
Quam ego nunc ſum? cujus hac ventri portatur pompa,
Vel nunc qui mihi in mari acipenſer latuit antehac,
Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

Varro: ἐπὶ τῇ τρυφῇ μυρῶν. Nec multinumus piſcis ex ſalo captus helops neque oſtrea ulla magna capta quivit palatum ſuſcitare. *Ab aquis vero qui penſera dictum vult.* Rhodig. c. 5. 13. abſurde, ut exiſtimo: ἔλοπα vero vel ἀπὸ τοῦ ἰλλεσθαι τὸ ὀπὸς, quod voce privatus ſit, vel παρὰ τὸ ἐν λεπίσιν εἶναι: quæ duplex interpretatio partim omnibus piſcibus convenit, partim plurimis. *Dalec.*

c *Aſellorum duo genera.*] Τῶν ὄνων, ſive ὀνίσκων. Muretus in Varr. cap. 15.8. ſic dictum putat, vel à colore aſinis ſimili, vel quod in capite lapides habeat lapidi molari ſimiles. Ὄνον Heſychius exponit ſuperiorem in piſtrino lapidem, & Euſtathius: τὸ κινούμενον τοῦ μύλου. *Idem.*

1 ideoque. V. capiuntur, [1] ideo prælati prioribus. [2] At in lupis
2 At è. V. in amne capti præferuntur. [a]Nunc ſcaro datur principatus, [b] qui ſolus piſcium dicitur ruminare, herbiſ-
3 atque non. Cb. que veſci, [3] non aliis piſcibus, mari Carpathio maxime frequens. Promontorium Troadis Lecton ſponte nunquam tranſit. Inde advectos Tiberio Clau-
4 Elipertius præt. M.V. & Cb. dio principe, [c] Optatus [4] è libertis ejus præfectus claſſis, inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminavit. Quinquennio fere cura eſt adhibita, ut capti redderentur mari. Poſtea frequentes inve-
5 antea. Cb. niuntur Italiæ in litore, non [5] ante ibi capti. Admovitque ſibi gula ſapores piſcibus ſatis, & novum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aves Romæ
6 Eſt menſa pecori. M. his in menſa pecoris. V. parere miretur. [d] Proxima [6] eſt his menſa generis duntaxat muſtelarum, quas mirum dictu inter Alpes quoque [e] lacus Rhætiæ Brigantinus æmulas
7 Murænis. M. [7] marinis generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima eſt & copia mullis, ſicut magnitudo modica:

a *Nunc ſcaro datur principatus.*] Ennius:

Quid Scarum præterii, cerebrum pene Jovis ſupremi.

Petronius:

Ingenioſa gula eſt, Siculo ſcarus æquore merſus
Ad menſam vivus perducitur.

Dalec.

b *Qui ſolus piſcium dicitur ruminare, herbiſque veſci.*] Videtur ſcribendum *algis*, non *herbis* Ariſtoteles libro octavo, capite ſecundo: *Muli vero & carne veſcuntur & alga & concha & cœno: Capitones cœno: Daſquilli cœno & ſtercore: Scarus & Oculata alga.* Pint.

c *Optatus.*] Macrob cap. 16. lib. 3. Saturn. *Octavium* vocat. Is fortaſſis eſt, quem Seneca Epiſt 96. appellat *Publium Octavium.* Chifflet.

d *Proxima eſt his menſa generis duntaxat muſtelarum*] Ambo exemplaria *pecoris* legunt, non *generis*: quæ lectio non magno opere diſplicet. Nam & armentum & pecus de piſcibus etiam dicitur: illud de majoribus, hoc de minoribus: ut Georgicorum IV. de Proteo ſummus poëta:

Quippe ita Neptuno viſum eſt, immania cujus
Armenta & turpes paſcit ſub gurgite phocas.

Et Horatius primo Odarum:

Omne cum Proteus pecus egit altos
Viſere montes.

De fucis quoque Virgilius:

Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.

Pintian.

e *Lacus Rhætiæ Brigantinus.*] Hodie *Hydrus*, unde oritur in finibus Tridentinorum Cliſius fluvius. Muſtela hæc Plinii, ut & Auſonii, Lampetra eſt: Dorioni apud Athenæum fluviatilis muræna: Archeſtrato apud eundem, ἔγχελυς ἀπύρλωος: Caſſiodoro in deſcriptione Regini litoris, Exormiſtos. Reperiuntur & in Sebino lacu, qui Brigantino proximus eſt, hodie *Hiſcio*, unde exit Ollius amnis, tales muſtelæ, & in multis Galliæ fontibus, ac rivulis, marinis prorſus ſimiles, ſed minores vulgus eas vocat *Lamproyons.* Dalec.

a *Pariunt*

dica: binaſque libras ponderis raro admodum exuperant, nec in vivariis piſciniſque creſcunt. Septentrionalis tantum hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. [1]Cætero eorum genera [2]plura. Nam & alga veſcuntur, & oſtreis, & limo, & aliorum piſcium carne: [3] barba gemina inſigniuntur inferiori labro. Lutarium ex iis viliſſimi generis appellant. Hunc ſemper comitatur ſargus nomine alius piſcis, & cœnum fodiente eo, excitatum devorat pabulum. Nec [4] litoralibus gratia. Laudatiſſimi conchylium ſapiunt. Nomen his Feneſtella à colore [5] mulleorum calciamentorum datum putat. [a] Pariunt ter anno. His certe toties fœtura apparet. [b] Mullum expirantem verſicolori quadam & numeroſa varietate ſpectari, proceres gulæ narrant, rubentium ſquamarum multiplici mutatione [6] pallefcentem, utique ſi vitro ſpectetur incluſus. M. [c] Apicius [7] ad omne luxus ingenium [8] mirus, in ſociorum garo (nam ea quoque res cognomen invenit) necari eos præcellens putavit, atque è jecore eorum alecem [9] excogitare provocavit. Id enim eſt facilius dixiſſe quam quis vicerit. [d] Aſinius Celer è Conſularibus, hoc piſce prodigus, [10] Cajo principe unum [11] mercatus [e] octo millibus nummûm:

1 Cætera. M.
2 plura. Alga. M.
3 & barba. M.
4 litoralis his. *Ch.*
5 mollio-rum. M. V. *prave.* molleorum. *Ch.*
6 *Alias*, pallentem.
7 ad omnem luxum ingenio mirus: ad omnem luxum ingenio magnus, *V. cod.*
8 majus. M. *lege*, magiſter.
9 provocare excogitavit, &c. quam quod vicerit.
10 Claudio. V. M.
11 mercatus R. VIII. multum. *Ch.* mercatus Romæ, &c. ut vulgo M.

a *Pariunt ter anno*] Hac de cauſa Hecatæ ſacer eſt, quoniam τριοδίτης τρίγλη ὤς τ' ἐστὶν καὶ ταῖς κατὰ νεμηνίαν αὐτῇ δεῖπνον φέρει) ὑπὸ τῶν πλησίων, quam cœnam pauperes ac Cynici eſurientes rapiebant ac diripiebant, ab Hecate conſumptam eſſe jactantes. Athenæus Mœnidas inter cibos Hecates recenſet. Plutarchus & Tzetzes canes ei ſacrificari tradunt, unde verſus Theocriti: τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι. Brodæus cap. 24 1. *Dal.*

b *Mullum exſpirantem, &c.*] Seneca cap. 18. lib. 3. Quæſt Natural. *Idem.*

c *Apicius.*] Prodigam ejus luxuriam Seneca refert epiſtola 15. & lib. de conſolatione ad Albinam, Dion in Tiberio, Rhod. cap. 11. 9. Apicios duos fuiſſe luxuria gulaque infames, vide apud Victor. cap. 6. lib. 17. *Idem.*

d *Aſinius Celer è Conſularibus, &c.*] Lege: *Aſinius Celer è Conſularibus, hoc piſce prodigus, Cajo principe unum mercatus* R. VIII. *mullum.* cur *R.* inſertum declarat Salmaſ. illo loco. At tempore Tertulliani recte legebatur: *unum mercatus* VIII s *mullum.* hoc eſt, ſex ſeſtertiis. ex VII s. proclive fuit facere VIII. Macrobius non ſex ſed ſeptem millibus hunc mullum emptum ſcribit. Vide *Salmaſ.* in Tertull pall. 453. 454.

e *Octo millibus nummûm.*] Aureis noſtris 80. *Dalec.*

a *Qui*

mûm: quæ reputatio aufert tranſverſum animum ad contemplationem eorum, [a] qui in conqueſtione [1] luxus coquos emi ſingulos pluris quam equos, [2] quiritabant. At nunc coci triumphorum pretiis parantur, & [3] coquorum piſces. Nullúſque prope jam mortalis æſtimatur pluris, quam qui peritiſſime cenſum domini mergit.

1 juribus. M.
2 queritabant. M.
3 equorum. V.

CAP. XVIII.

[b] *De mullo, & coracino, ſalpa & ſalmone.*

MUllum LXXX. librarum in mari Rubro captum Licinius Mutianus prodidit. Quanti mercatura eum luxuria, ſuburbanis litoribus inventum? Eſt & hæc natura, ut alii alibi piſces principatum obtineant: [c] coracinus in Ægypto: zeus, idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebuſum ſalpa, obſcœnus alibi, & qui nuſquam percoqui poſſit, niſi ferula verberatus: in Aquitania ſalmo fluviatilis marinis [d] omnibus præfertur. Piſcium alii branchias multiplices habent, alii ſimplices, alii duplices. [e] His aquam emittunt acceptam [4] ore. Senectutis indicium ſquamarum duritia, quæ non ſunt omnibus ſimiles. Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium,

4 in ore. M.

a *Qui in conqueſtione luxus coquos emi ſingulos pluris quam equos quiritabant. At nunc coci, &c.*] Poterat fortaſſis minoris piſcator quam piſcis emi. Et Cato, carius emi piſcem quam bovem. *At nunc coci, &c.*] Paranomoſia in *coquorum* & *equorum* vocabulis, vulgari verbo veterum olim elegantiam addit: eam etiam retinet Plin. expreſſo ſimul numero; ut cum priores illi ſingulos coquos pluris emi, quam equos ſingulos queſti fuiſſent: poſteriores quod coqui ſinguli trium equorum, vel trium horum pretiis comparentur conqueri ſoleant, &c. Vide *Reineſ.* lib. 2. Var. lect. cap. 7. p. 170.

b *De mullo.*] *Mullei, calcei, Regum, ac patritiorum deinde, à mullando, id eſt, ſuendo vocati. Ab eorum colore dicti Mulli piſces.* Feſtus. *Dalec.*

c *Coracinus.*] Salſamentum ex eo paratum *Saperdam* vocabant, auctore Polluce. Perſius Satyr. 5.

---- en ſaperdam advoho ponto,
Caſtoreum, ſtuppas, hebenum, thus lubrica coa.

Feſto, piſcis viliſſimus. Varroni inſipiens, inelegans, in Modio: *Omnes nobis videmur belli & feſtivi, cum ſaperdæ ſimus σαπροί.* Sic enim legendum apud Nonium. *Idem.*

d *Omnibus præfertur.*] *Piſcibus*, non *ſalmonibus*, ut quidam. *Idem.*

e *His aquam emittunt acceptam ore.*] Fallitur hic Plinius. Branchiis enim piſces aërem accipiunt, & reddunt, ore, aquam. *Idem.*

a *Larius.*]

pium, [a] Larius & [b] Verbanus appellantur, in quibus piſces omnibus annis [c] Vergiliarum ortu exiſtunt, [d] ſquamis conſpicui crebris atque præacutis, clavorum caligarium effigie: nec amplius, [e] quam circa eum menſem, viſuntur.

CAP. XIX. *De exocœto.*

MIratur & Arcadia ſuum exocœtum, appellatum ab eo, quod [f] in ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur, [g] & ſine branchiis: idem aliquibus adonis dictus. Exeunt in terram, [h] & qui marini [1] mures vocantur, & polypi, & murænæ. Quin & [i] in Indiæ fluminibus certum genus piſcium, ac deinde reſilit: [2] nam in ſtagna & amnes [3] tranſeundi pleriſque evidens ratio eſt, ut [4] tuto fœtus edant, quia non ſint [5] ibi quæ devorent partus, fluctuſque minus ſæviant. Has intelligi ab [6] his cauſas, ſervarique temporum vices, [7] magis miretur, ſi quis reputet quoto cuique hominum noſci, uberrimam eſſe capturam Sole tranſeunte Piſcium ſignum.

1 myri vocantur & polypi. *Pal.* Polypi, *legitur in Ch.*
2 Nam ſtagna & am. tranſeunt plerique. Evidens. *Pint.* Nam ſtagna & am. tranſeunt. In pleriſque. *Ch.*
3 tranſeunt. Pleriſque. *M.*
4 tutos. *Ch.*
5 ibi qui. *M. & Ch.*
6 iis. *Ch.*
7 magis quis miretur, ſi reputet. *V.*

CAP. XX. *Digeſtio piſcium in figuras corporum.*

MArinorum alii ſunt plani, ut rhombi, [k] ſoleæ ac paſſeres, qui à rhombis ſitu tantum corporum

a *Larius.*] *Lac major.* Idem.
b *Verbanus.*] *Lac de Como.* Idem.
c *Vergiliarum ortu.*] Die 7. Maji. *Idem.*
d *Squamis conſpicui.*] Cypriani clavati Rondel. lacuum vero accolis Pigo. *Idem.*
e *Quam circa eum menſem.*] Sic in lacu Allobrogum, quem *Taladru* vocant, Gratianopoli vicino, Umblæ piſces deliciatiſſimi Novembri & Decembri menſe capiuntur, anno toto reliquo, nunquam. *Dal.* Alauſæ vero circa Argentinam menſe Majo tantum, in Rheno. Qua de re Geſnerus lib. 4. de animal. Paralipom.

f *In ſiccum ſomni cauſa exeat.*] Non de exocœto, ſed de Pœcilia, id ſcripſit Pauſanias in Arcadicis. Idem non in Clitore, ſed in Aroanio, qui in Clitorem fluit, eos ait piſces reperiri. *Dalec.*

g *Et ſine branchiis.*] Clearchus Peripateticus apud Athenæum lib. 8. ſub ipſum principium ſcribit ἰχθύων ἐνίοις ἔξω ἔχοντας βρόγχων φθέγγεσθαι: quoſdam piſces vocem edere, quibus guttur non ſit. Pro βρόγχων, Plinius legit βραγχίων. *Idem.*

h *Et qui marini mures vocantur.*] Teſtudines Theophr. lib. de piſcibus. *Idem.*

i *In Indiæ fluminibus.*] Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Idem.*

k *Soleæ.*] Lingulacam à Feſto eum piſcem dictum volunt, quanquam & ſic argutatricem mulierem vocarent. Canterius cap. 28. 4. Vide infra cap. 10. 32. *Idem.*

porum differunt. [a] Dexter reſupinatus eſt illis, paſſeri lævus. Alii longi, ut muræna, conger. Ideo pinnarum quoque fiunt diſcrimina, quæ pedum vice ſunt datæ piſcibus: nullis ſupra quaternas: [1] quibuſdam binæ, quibuſdam trinæ, aliquibus nullæ. In Fucino tantum lacu piſcis eſt, qui octonis pinnis natat. Binæ omnino longis & lubricis, ut anguillis & congris. [b] Nullæ ut murænis, quibus nec [c] branchiæ. Hæc omnia flexuoſo corporum impulſu ita mari utuntur, ut ſerpentes terra. In ſicco quoque repunt, ideo etiam vivaciora talia. Et è planis aliqua non habent pinnas, ut paſtinacæ: ipſa enim latitudine natant. Et quæ mollia appellantur, [d] ut polypi, quoniam pedes illis pinnarum vicem præſtant.

1 nonnullis. *M.*

CAP. XXI. *De anguillis.*

[e] ANguillæ octonis vivunt annis. Durant & ſine [2] aqua ſenis diebus Aquilone ſpirante, auſtro paucioribus. [f] At hiemem eædem in exigua aqua

2 aquis. *M.*

a *Dexter reſupinatus eſt illis, paſſeri lævus.*] Paſſerem & Rhombum ſi ita ſtatuas, ut mentum terram ſpectet, oculi cœlum, Rhombi pars ſupina dextra eſt, Paſſeris læva. *Dalec.*

b *Nullæ ut murænis.*] Nullas pinnas intellige, quibus natare poſſint. *Idem.*

c *Branchiæ*] Ariſt. lib. 2. cap. 13. hiſt. Murænis branchias nullas eſſe minime ait, ſed non integras. Rondel. cap. 12. lib. 3. primi tomi *Idem*

d *Ut polypi*] Ariſtoteles tamen & pinnis & pedibus natare polypos ſcripſit. *Idem.*

e *Anguillæ.*] Lepide Plautus in Pſeudolo, de verſuto & veteratore homine. Pſeud.

Quid cum manifeſto tenetur? CHAR. *Anguilla eſt, elabitur.*

Idem.

f *At hiemem eædem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida.*] Audere aliquid par eſt, ut vitioſiſſimus locus reſtituatur. Primum ergo expungendam arbitror banc dictionem, *hiemem*, quæ totam interturbat ſententiam. Deinde non *tolerat* legendum, ſed *durat* Sic omnia ad unguem cum Ariſtotele quadrabunt. Scribendum ergo: *Durant & ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirante, auſtro paucioribus. Eædem in exigua aqua non durant, nec in turbida.* Ariſtoteles VIII. volumine, capite ſecundo: *Vivere exemptæ aquis vel ad diem quintum ſextumve poſſunt: Et aquilone plures durant, auſtro pauciores* Et paulo poſt: *Quin & ſi exigua in aqua ſtabulentur, pereunt* Rurſus eodem loco *Nam niſi aqua ſit clara, brevi ſtrangulatæ intereunt: branchias enim habent exiguas. Hinc turbare aquam ſoliti ſunt qui eas piſcantur.* Præterea ſi, ut Plinius aſſerit, non tolerant hiemem anguillæ in exigua aqua, nec in turbida, ſequitur ut aliquid aliud ex cæteris tribus anni temporibus tolerent. Nam ſi nullum tolerant, quid oportuit hiemem ſignaſſe? atqui

aqua non tolerant, nec in turbida: ideo circa Vergilias maxime capiuntur, fluminibus tum præcipue turbidis. Paſcuntur noctibus. [1] Exanimes piſcium ſolæ non fluitant.

[1] Hæc ultima clauſula in *M.* non legitur.

CAP. XXII. *De captura earum in lacu Benaco.*

LAcus eſt Italiæ Benacus in Veronenſi agro Mincium amnem tranſmittens, ad cujus emerſus annuo tempore Octobri fere menſe, [a] autumnali ſidere (ut palam eſt) [2] [b] hiemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur intantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum milium globi reperiantur.

[2] hiemanre lacu. *Pint.*

CAP. XXIII. *De murana.*

MUræna quocunque [3] tempore parit, cum cæteri piſces [4] ſtato pariant. Ova ejus citiſſime creſcunt. [c] In ſicco litore lapſas vulgus coitu ſerpentium impleri putat. [d] Ariſtoteles myrum vocat marem, qui generat. Diſcrimen eſſe, quod muræna varia & infirma ſit, myrus unicolor & robuſtus,

[3] menſe. *M. & Ch.*
[4] ſtaturo tempore par. *M.*

atqui anguillas tolerare ver, aut æſtatem, aut autumnum, in exigua aqua aut turbida, falſum eſſe rum cotidiano experimento patet, tum confirmatur ab Ariſtotele, & Athenæo ſeptimo. *Pint.*

a *Autumnali ſidere.*] Arcturo oriente. *Dalec.*

b *Hiemato lacu.*] Velut tempeſtate procellaque agitato. *Idem.*

c *In ſicco littore lapſas vulgus, &c.*] Verbum, *littore,* falſo additum putamus, contento alias ſemper auctore *ſiccum*, tantum dixiſſe, ad Græcorum imitationem, qui ξηρὸν vocant, hoc eſt, aridam, ſeu ſiccam. Sic paulo ante, capite xx. *In ſicco quoque repunt.* & capite octavo: *Delphinumque cauſam ieti fatentem non reverſum in maria, atque in ſicco expiraſſe.* De hac vulgata opinione, coire ſerpentes cum murænis, Oppianus primo, Athenæus ſeptimo, Ælianus XII. & Nicander in Theriacis. *Pintian.*

d *Ariſtoteles Myrum vocat marem, & mox paulo, Myrus unicolor & robuſtus.*] Lego priore loco *Smyrum*, poſteriore, *Smyrus*, tum ex vetere utroque exemplari, in quibus quod notandum eſt, per Z, in principio ſcriptum invenies *Zmyrus*, ut *Zmyrna*, *Zmaragdus*, *Zagunthus*, antiqua conſuetudine, de qua Priſcianus & alii, tum ex Ariſtotele libro v. cap. x. *Differunt*, inquit, *Smyrus & Smyræna*, hoc eſt muræna. *Nam Smyræna varia eſt & imbecillior, Smyrus unicolor & firmus, colore pini arboris, denteſque intus & foris habet.* Theodorus Smyrum, *murum* tranſtulit, quia videlicet *Smyræna* muræna vertitur, Athenæus *myrum* enunciat & *myranam.* Utroque igitur modo profertur, Smyrus, Myrus, Smyræna, Myræna. *Idem.*

a *Denteſ-*

buſtus, [a] denteſque extra os habeat. In Gallia Septentrionali murænis omnibus [b] dextra in maxilla ſeptenæ maculæ, ad formam Septentrionis, aureo colore fulgent, duntaxat viventibus, pariterque cum anima extinguuntur. Invenit in hoc animali documenta ſævitiæ [c] Vedius Pollio eques Romanus ex amicis Divi Auguſti, vivariis earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non ſufficientibus, ſed quia in alio genere totum pariter hominem diſtrahi [1] ſpectari non poterat. Ferunt aceti guſtu præcipue eas in rabiem agi. [2] Tenuiſſimum his tergus: contra anguillis craſſius eoque verberari ſolitos tradit Verrius [d] prætextatos; & ob id mulctam his dicit non inſtitutam.

1 ſpectare. M.
2 læviſſimum. *Maſſar. nihil mutandum cenſeo.*
3 rapæ. *Ch.*
4 galei. *Maſſar. & Turn. Squalorum meminit & infra c. 51. & Columel. c. 17. lib. 8. quare nihil mutandum videtur.*
5 Hæc Græcia in univerſum ſelache appellat. Ariſt. primus hoc nomen eis impoſuit. *V.*
6 niſi ſi cartil. *Ch.* & M.
7 carnoſiora. M.

CAP. XXIV. *De planis piſcibus.*

PLanorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, ut [3] rajæ, paſtinacæ, ſquatinæ, torpedo: & quos bovis, lamiæ, aquilæ, ranæ nominibus Græci appellant. Quo in numero ſunt [4] ſquali quoque quamvis non plani. [5] Hæc Græce in univerſum ſelache appellavit Ariſtoteles primus, hoc nomine eis impoſito: nos diſtinguere non poſſumus, [6] niſi cartilaginea appellare libeat. [e] Omnia autem [7] carnivora ſunt talia, & ſupina veſcuntur, ut in delphinis diximus. Et cum cæteri piſces

a *Denteſque extra os habet.*] Liquet ex Ariſtotelis verbis paulo ante allatis, verba hæc imperfecta eſſe, unius defectu dictionis. Nam cum locus ſit ad verbum, ut ajunt ab Ariſtotele ſumptus, planum eſt ſcribendum eſſe, *Denteſque extra os habet.* Pint.

b *Dextra in maxilla ſeptena macula.*] Matron apud Athenæum lib. 4. ſcribit, Murænam dum ad magnanimi draconis thorum pergit, ἀγαλλαμένην περὶ δειρὴν ζώνην φέρειν, lætabundam cingulum circa collum geſtare. *Dalec.*

c *Vedius Pollio.*] Seneca libro de clementia, & libro de Ira. *Idem.*

d *Prætextatos.*] Prætextatis mulcta non eſt inſtituta, quod verberibus, non pecunia facinoris admiſſi pœnas luerent, nec alio ſupplicio caſtigarentur. Ut adoleſcentes ferulâ, flagris, puerili verbere. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25. *Idem.*

e *Omnia autem carnivora ſunt talia.*] Alii *carnoſiora*: ſed legendum *carnivora*, ex Ariſtotele libro octavo, capite ſecundo, ſuffragante etiam apographo Toletano. Vidit hoc etiam Maſſarius. *Pint.*

a *Eche-*

piſces ova pariant, hoc genus ſolum, ut ea quæ cete appellant, animal parit, excepta quam ranam vocant.

CAP. XXV. *De echeneide.*

EST parvus admodum piſcis aſſuetus petris, [a] echeneis appellatus: hoc carinis adhærente naves tardius ire creduntur, inde nomine impoſito, quam ob cauſam [b] amatoriis quoque veneficiis infamis eſt, & judiciorum ac litium mora: quæ crimina una laude penſat, fluxus gravidarum [1] utero ſiſtens, partuſque continens ad puerperium. In cibos tamen non admittitur. Pedes eum [2] habere [3] arbitratur Ariſtoteles, ita poſita pinnarum [4] multitudine. Mutianus muricem eſſe latiorem purpura, neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro, [5] ſed ſimplice, [c] concha utroque latere ſeſe colligente: quibus inhærentibus, [d] plenam ventis ſtetiſſe navem, portantem nuncios à Periandro, ut caſtrarentur nobiles [6] pueri, conchaſque quæ id præſtiterint, [e] apud Gnidiorum Venerem coli. Trebius Niger pedalem eſſe, & craſſi-

1 utique. *D.*

2 non habere. V.

3 arbitrantur, inquit Ariſt. ita diſpoſita piu. *Locus Ariſt. eſt c. 14. lib. 2. hiſt.*

4 ſimilitudine. *M.*

5 ſed ſimplice concha. V.

6 pueri: conchas quæ id. *M.*

a *Echeneis appellatus.*] Remoram Latini vocant. Inde *remoram facere* Plauto in Trinummo:

Ita vincunt illud conducibile gratia
Quæ in rebus multu obſtant, odioſaque ſunt,
Remoramque faciunt rei privata & publica.

Remeliginem apud Feſtum vocant Afranius & Plautus in Patina. Lucanus:

Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In mediis echeneis aquis.

Vide cap. 1. lib. 32. *Dalec.*

b *Amatoriis quoque veneficiis.*] Vel ad amatorum caſtiganda & coërcenda deſideria, ne amicarum damno & odio alias captent, vel ad cohibendam puellarum & amicarum facilem levitatem ne aliis obſequantur. *Idem.*

c *Concha.*] Hic deſcribitur Veneris concha Rondeletii, qua & chartas levigari ait, cap. 12. lib. 13. *Idem.*

d *Plenam ventis ſtetiſſe navem portantem nuncios à Periandro, ut caſtrarentur nobiles pueri.*] Verbum *nuncios* redundat ex utroque exemplari. Et ſane apud Herodotum, qui libro tertio ejus hiſtoriæ meminit, non invenitur ea vox, ſed duntaxat miſiſſe Periandrum Sardis ad Haliatten, &c. Itaque expoſitionem puto fuiſſe lectoris ſupra verbum *portantem*, explicare volentis quid navis Periandri portaret. *Pint.*

e *Apud Gnidiorum Venerem.*] Plaut. in Rudente:

Te ex concha natam autumant: cave tu harum conchas ſpernas.

Servus his Venerem alloquitur. *Dalec.*

craſſitudine quinque digitorum naves morari, præterea hanc eſſe vim ejus aſſervati in ſale, ut aurum, quod deciderit in altiſſimos puteos, admotus extrahat.

Cap. XXVI. *De varietate naturæ piſcium.*

Mutant colorem [1] candidæ hieme mænæ, [2] & fiunt æſtate nigriores. Mutat & phycis reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piſcium ſola nidificat ex alga, atque in nido parit. Volat hirundo, ſane perquam ſimilis volucri [3] hirundini: item [4] milvus.

1 candidum mænæ. *Ch.*
2 eadem fiunt. *Pint.*
3 hirundini, piſcis ex argum. appell. lucerna ling. ign. per ôs exer. tr. no. relucet. Item milvus ſubit in ſumma maria. Attollit, &c. *Rondel.*
4 milvus ſ. i. ſ. m. p. e. a. a. luc. linguaque per os exer. tranquillat. *Gb.*
5 Attollit Cornuta è mari. *Maſſar.*
6 ſeſquipedalia. *M.* ſemipedalia. *Rondel.*

Cap. XXVII.

De lucerna piſce, & dracone marino.

[a] Subit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. [5] [b] Attollit è mari [6] ſeſquipedanea fere cornua, quæ ab his nomen traxit. [c] Rurſus [d] draco marinus captus, atque immiſſus in harenam, cavernam ſibi roſtro mira celeritate excavat.

Cap. XXVIII.

De piſcibus ſanguine carentibus.

Piſcium quidam ſanguine carent, de quibus dicemus. Sunt autem tria genera: In primis quæ mollia

a *Subit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus lucerna.*] Verbum *ſubit* cum tribus ſequentibus verbis, annecte præcedentibus. Mox cum majore, lege, *Piſcis eſt argumento appellatus lucerna.* de alio enim piſce loquitur. *Pintian.*

b *Attollit è mari ſeſquipedanea fere cornua.*] Cornutam Plinii, cetaceam beluam eſſe, non Lyram Rondeletii, putant attentiores. *Dalec.*

c *Rurſus draco marinus captus immiſſus in harenam, cavernam ſibi roſtro mira celeritate excavat.*] Lego: *captus atque miſſus, in arena cavernam, &c.* Et Romana exemplaria, *miſſus* habent, non *immiſſus.* Ariſtoteles libro nono, cap 37. VII. *Serpens maxima colore & corpore congro proxima eſt, ſed obſcurior atque acrior. Hæc ſi capta dimittatur foris in arenam, roſtro quam primum adacto terebrat, ſubitque tota.* Pintian.

d *Draco marinus.*] Northmannis *Equille* à lubrico ſub arena lapſu. Ii namque ſua lingua *Equiller* dicunt in humido loco labi. *Dalec.*

a *Loli-*

mollia appellantur: deinde conteсta cruſtis tenuibus: poſtremo teſtis concluſa duris. Mollia ſunt, [a] loligo, ſepia, polypus, & cætera ejus generis. His caput inter pedes & ventrem: pediculi octoni omnibus. Sepiæ & loligini pedes duo ex his longiſſimi & aſperi, quibus ad ora admovent cibos, & in [1] fluctibus ſe, velut ancoris, ſtabiliunt: [2] cæteri cirri, quibus venantur.

1 fluctu. Ch.
2 Cætera. Ch.

CAP. XXIX.

De loligine, & ſepiis, & polypis, & nautilis.

LOligo etiam volitat, extra aquam ſe efferens, quod & pectunculi faciunt ſagittæ modo. [b] Sepiarum [3] generis mares varii & nigriores, conſtantiæque majoris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, ubi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſconduntur. Polyporum multa genera, [c] terreni majores, quam [4] pelagii: omnes brachiis, ut pedibus ac manibus, utuntur: cauda vero, quæ eſt biſulca & acuta, in coitu. Eſt polypis [d] fiſtula in dorſo, qua tranſmittunt mare: eamque modo in dextram partem, modo in ſiniſtram transferunt. Natant obliqui in caput, quod prædurum [5] eſt ſufflatione viventibus. [6] [e] Cætero per brachia velut * acetabulis diſperſis, hauſtu

3 generi. Ch.
4 pelagici. M.
5 eſt ſuffocatione. V. inflatione. *Alii. Lego ex Ariſt.* eſt, & tanquam inflatum, viventibus.
6 Cæterum. *M.*

a *Loligo.*] Τευθὸς vel τευθὶς Græcorum. Themiſtocles Eretrienſes loliginibus ſimiles eſſe dicebat, ὅτι μάχαιραν μὲν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχοιεν: non abſimili dicto Leoſthenis ſive Demadis qui Alexandro mortuo exercitum illius Cyclopi excæcato ſimilem ajebat, quoniam Imperatore orbatus eſſet. Rhodig. cap. 29. lib. 24. *Dal.*

b *Sepiarum.*] Sepiis, cum in cibum parabantur, oculos adimi ſolitos, monſtrat hic verſus Plauti in Rudente:

Jube oculos elidere itidem ut ſepiis faciunt coqui.

Apud Athenæum pag. 302. verſu 45. Antiphanes lepide vocat ſepiam κυφόνωτον, dorſogibbam. *Idem.*

c *Terreni majores.*] Πρόσγειοι Ariſt. littorales: *terrenos* licenter Plin. vocat. *Id.*

d *Fiſtula.*] Αὐλὸς φυσητὴρ Ariſtot. *Idem.*

e *Cætero per brachia velut acetabulis diſperſis, eo hauſto quodam modo cui adhæreſcunt, tenent ſupini.*] Vetuſta exemplaria, *Cæterum per brachia velut acetabulis diſparſis hauſtu quodam adhæreſcunt. Tenent*

hauſtu [1] quadam adhæreſcunt, [2] tenent ſupini, ut avelli non queant. Vada non apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Soli mollium in ſiccum exeunt, [a] duntaxat aſperum, lævitatem odere. Veſcuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu [3] crinium frangunt: itaque præjacentibus teſtis cubile eorum deprehenditur. Et cum alioqui brutum habeatur animal, ut quod ad manum hominis [4] adnatat, in re quodammodo familiari callet. Omnia in domum comportat, dein putamina [5] eroſa carne egerit, adnatanteſque piſciculos ad ea venatur. [b] Colorem mutat ad ſimilitudinem loci, & maxime in metu. [c] Ipſum brachia ſua rodere falſa opinio

1 cui adhæreſcunt. M. eo hauſto quodammodo adhæreſcunt. V. eo hauſtu quodam, cui adh. Alii.
2 tenentque ſupini. V. tenentque dum non ſupini. Dal.
3 crurum. M.
4 adnatet. M.
5 roſa. M.

nent ſupini. Sunt autem acetabula Latine, ſeu cotyledones Græce, mammæ illæ ſeu caliculi in brachiis polypi, dicti à ſimilitudine vaſis acetabuli, quod alio nomine hemina dicitur. Cujus rei admonendos lectores duxi, ne Hermolai traditioni fidem habentes in errorem trahantur. Ait enim brachia polypi modo cirros, modo acetabula à Latinis vocari, à Græcis plectanas, plocamos: Cotyledonas, trichas, duas res diverſas in unam confundens. Brachia enim polypi Latini cirros, barbas, pedes, crura, crines, brachia, vocant, Græci plocamus, plectanas, trichas. At quæ à Græcis cotyledones dicuntur, Latini à ſimilitudine, ut dixi, vaſculorum acetabula appellant. *Pintian.*

* *Acetabulis diſperſis.*] Plautus in Aſin.

Ego iſtos novi polypos, qui ubi quid tetigerint tenent.

Ovidius,

Utque ſub æquoreis deprenſam polypus hoſtem
Continet, ex omni demiſſis parte flagellis.

Dalecamp.

a *Duntaxat aſperum*] Ariſt. μάλιστα præcipue *Idem.*

b *Colorem mutat.*] Phocyll.

Μήδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβου,
Πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγγρόδει.

Ion apud Athenæum, καὶ τὸν πέτραιον πλεκτάναις, ἀναίμοσι συγῷ μεταλλακτῆρα πολύπου χροός. Plutarchus, περὶ πολυφιλίας.

Πολύπου νόον ἴσχε πολυπλόκου ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσῃ τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη,

ex Theognide. Vide Theophraſt. fragm. περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας. Inde Græcis dicitur περίχρως & πολύχροος. *Idem.*

c *Ipſum brachia ſua rodere, &c.*] Athenæus, Horus, Pherecrates ipſum rodere ſcripſerunt: item Alcæus, ἔδωδα ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Heſiodus, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει, quo loco polypum Eledanem ab edendo dictum interpres ait ſignificari. Oppian. in Halleut. Id ſcripſit:

Ἀλλ' οἱ γε γλαφυρῇσιν ἐνιξόμενοι θαλάμῃσι
Πτήξαντες δαίνυνται ἑοὺς πόδας, ἤυτε σάρκας
Ἀλλοτρίας.

Hinc Joanni Grammatico polypi dicuntur κολοβόποδες. Ælianus mutuo ſe vorare polypos tradit. Rhod. cap. 32. 13. polypum ſuos cirrhos fame coactum abſumere tradit, & Ælianus. Inde Græci αὐτοφάγοι vocant. *Idem.*

a *Sed*

opinio eſt. Id enim à [1] congris evenit ei: [a] ſed renaſci ſicut [2] colotis & lacertis, [3] caudam, haud falſum. Inter præcipua autem miracula eſt, [b] qui vocatur nautilos, ab aliis [4] pompilos. [c] Supinus in ſumma æquorum pervenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facile [5] naviget. Poſtea prima duo brachia [d] retorquens, membranam interilla miræ tenuitatis extendit. Qua velificante [6] in aura cæteris ſubremigans [e] brachiis, [7] media cauda, [f] ut gubernaculo, ſe [8] regit. Ita vadit alto, Liburnicarum ludens imagine, [9] &, ſi quid pavoris interveniat, hauſta ſe mergens aqua.

1 cancris. Paguris. *Ariſt.*
2 Colcitis. *Ch.* colubris. V. *adſtipul. Ariſt.*
3 caudas. M. *& Ch.*
4 polypi ovum. *ex Ariſt. Rond.*
5 enaviget. *D.*
6 in auras. M.
7 media ſe cauda ut g. regit. *Ch.* media ſecando. M. *Lego*, maria ſulcando. *Nulla enim polypo cauda eſt.*
8 dirigit. *Parm.*
9 & *in Ch. del.*

CAP. XXX. *De ozæna, nauplio, & locuſtis.*

POlyporum generis eſt ozæna, [g] dicta à gravi capitis odore, ob hoc maxime murænis eam [10] conſectantibus. Polypi binis menſibus [h] conduntur.

10 conjectantib. *Ch.*

a *Sed renaſci ſicut colotis & lacertis caudam, haud dubium eſt.*] *Colchotis* ante Hermolaum legebatur. Ipſe *colotis* emendavit, genus lacertulæ apud Ariſtotelem ita appellari aſſerens. Ariſtotelis autem verba ſunt, lib. 9. cap. 1. *Colota hoſtis aſinus; dormit enim Colota in præſepibus, & marem ſubiens aſini, ne comedat, impedit.* Hæc Ariſtotelis verba magis innuunt aviculæ genus eſſe *Colotam*, quam lacertam: & ita Aldus ſenſit, vir impenſe doctus diligenſque, ac de omni literarum genere quam optime meritus. Verum hoc loco, neque *Colchotis*, nec *colotis* legendum cenſeo, ſed *colubris* ex Ariſtotele lib. 2. cap. ult. *Cauda*, inquit, *etiam ſerpentibus atque lacertis amputata renaſcuntur.* Dictio rara quidem eſt *coluber* apud Plinium, aliquando tamen ea utitur, ut lib. 32. cap. 6. Nec ſum oblitus prodi à Plinio, lib. 29. cap. 3. Colotum eundem eſſe cum galeote & aſcalabote, quem Nicandri interpres in Theriacis ſimilem eſſe lacertæ ſcribit, quod fortaſſe materiam errandi Hermolao præſtitit. Sed ille colotus, hæc colota, ille idem qui & galeotes & aſcalobotes: unde fieri nequit, ut ſit genus lacertæ. Nam quod eſt ſimile lacertæ, non continuo & lacerta eſt. *Pintian.*

b *Qui vocatur nautilos, &c.*] Polypi ovum, Ariſt. καλούμενος ὑπό τινων ναύτιλος, καὶ ναυτικὸς, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ ᾠὸν πολύποδος. Rondelet. *Dalec.*

c *Supinus.*] Imo pronus. *Idem.*

d *Retorquens.*] Ἄνω ποιῶν, attollens, Athenæus. *Idem.*

e *Brachiis.*] Brachio ultimo, quod ſolum albicat, acutius eſt, & in extremo bifidum adnexumque dorſo in coitu polypum, uti ſcribit Ariſt. brachium id Plinius caudam vocat. *Idem.*

f *Ut gubernaculo.*] Alia duo brachia in mare demittit loco gubernaculi. *Idem.*

g *Dicta à gravi capitis odore.*] Imo vero potius quod ſuave quidpiam oleat. Græci ideo vocant μοσχίτην, hoc ſeculo Neapolitani Muſchardinum. Idem eſt Ozolis, Oſmylus, Eledole, Bolitæna. *Rondelet.*

h *Conduntur.*] Φωλεύουσι, latent. *Dalecamp.*

tur. Ultra bimatum non vivunt. [a] Pereunt autem tabe ſemper, fœminæ celerius, & fere à partu. Non ſunt prætereunda & L. Lucullo Proconſule Bæticæ comperta de polypis, quæ Trebius Niger è comitibus ejus prodidit: Avidiſſimos eſſe concharum: illas ad tactum comprimi, præcidentes brachia eorum, ultroque eſcam ex prædante capere. Carent conchæ viſu, omnique ſenſu alio, quam cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi [1] apertis: impoſitoque lapillo extra corpus, ne palpitatu ejiciatur, [2] ita ſecuri graſſantur, extrahuntque carnes: illæ ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatæ. Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt. Præterea negat ullum eſſe atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, & ſorbet [3] acetabulis, ac numeroſo [4] ſuctu detrahit, cum in naufragos urinanteſve impetum cepit. [5] [b] Sed ſi invertatur, elangueſcit vis. Exporrigunt enim ſe [6] reſupinati, mire omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum: qua de cauſa & naſſis illinuntur. Cætera, quæ idem retulit, monſtro propiora poſſunt videri. [c] Carteiæ in cetariis aſſuetus exire è mari in [7] lacus [8] eorum apertos, atque ibi ſalſamenta populari, convertit in ſe cuſtodum indignationem aſſiduitate furti immodici. Sepes erant objectæ: ſed has tranſcendebat per arborem: nec deprehendi potuit, niſi canum ſagacitate. Hi redeuntem circumvaſere noctu, concitique cuſtodes expavere novitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat, [9] deinde color [10] muria obliti, [11] odore diri. Quis ibi polypum expectaſſet, aut ita cognoſceret?

1 apertis impoſito lapillo intra. V.
2 & ita. M.
3 acceptabulis. *Parm.*
4 ſuctu dum trahit. M.
5 Sed ſi inv'rtatur, elangueſcit. Vix enim exporrigunt ſe reſupinati.
6 reſupinati. Cætera quæ idem, &c. populari, mire omnibus marinis, &c. illinuntur, convertit in ſe. *Pint.*
7 cupas, labra. *Maſſar.*
8 mercatorum. *V.*
9 dein colos. M.
10 muriæ oblitu: odor dirus, muria oblitus. *V.*
11 odore viri. *Pint.*

a *Pereunt autem tabe ſemper.*] A coitu mares, à partu fœminæ. *Idem.*

b *Sed ſi invertatur elangueſcit vis.*] Plinius à ſeipſo diſſentire hic videtur cum ſuperiori cap. ſcripſerit polypos ea, quibus adhæreſcunt, ita ſupinos tenere, ut avelli nequeant, quod expono, ſi jam altius dentes infixerint, alioqui facile reſupinatos elangueſcere. *Idem.*

c *Carteja in Cetariis aſſuetus.*] Eandem hiſtoriam de polypo Puteolano refert Ælianus 13. 6. *Idem.*

a Et

ceret? cum monſtro dimicare ſibi videbantur. Namque [a] & afflatu terribili canes [1] agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robuſtioribus brachiis clavarum modo [2] incuſſos, ægreque multis tridentibus confici potuit. Oſtendere Lucullo caput ejus dolii magnitudine, amphorarum quindecim capax, atque (ut ipſius Trebii verbis utar) [b] barbas, quas vix utroque brachio complecti eſſet, clavarum modo toroſas: longas pedum xxx. acetabulis ſive caliculis urnalibus pelvium modo, dentes magnitudini reſpondentes. Reliquiæ aſſervato miraculo pependere [c] pondo DCC. Sepias quoque & loligines ejuſdem magnitudinis expulſas in litus illud, idem auctor eſt. In noſtro mari loligines quinûm cubitorum capiuntur, ſepiæ binûm. Neque his bimatu longior vita. [d] Navigeram ſimilitudinem & aliam in Propontide viſam ſibi prodidit Mutianus: concham eſſe acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata: in hac condi nauplium, animal ſepiæ ſimile, ludendi ſocietate ſola: duobus hoc fieri generibus: tranquillo enim vectorem dimiſſis palmulis ferire, [3] ut remis. Si vero flatus [4] invitent, eaſdem in [5] uſu gubernaculi porrigi, pandique [6] concharum ſinus auræ. Hujus voluptatem eſſe, ut ferat: illius; ut regat: [e] ſimulque eam deſcendere [7] in duo ſenſu carentia: niſi forte triſti (id enim conſtat) omine

1 abigebat. *Alii.*

2 percuſſos. *D.*

3 ut remiſſi vero flatus invitant. M.

4 invitet. *Ch.*

5 uſum, *fort.*

6 baccarum. *Ch.* conchæ ſinum. *D.*

7 incluſo ſinu, fluctu hauſto, terricam viſu. Id n. ubi conſtat rumore navigantium, &c. *Hæc vet. lectio Maſſario. Vetuſtum meum, ſic habet:* territam viſu, forte triſti. Id enim ubi conſtat. *Parmenſe vero*, territam viſu. Id n. ut conſtat rumore, &c.

a *Et afflatu terribili.*] Odore: non enim flat, aut ſpirat. *Dalec.*

b *Barbas.*] Crines, cirros, brachia flagella. *Idem.*

c *Pondo* DCC.] Strabo circa Cartejam polypos talenti pondo reperiri auctor eſt. *Idem.*

d *Navigeram ſimilitudinem.*] Nautili in mari ludentis & navigantis. Nauplium ἀπὸ τοῦ ἐν νηὶ πλέειν, Mutianus ſolus vocavit. *Idem.*

e *Simulque eam deſcendere in duo ſenſu carentia, niſi forte triſti (id enim conſtat) omine navigantium, humana calamitas in cauſa eſt.*] Scripta Exemplaria, *Simulque eandem deſcendere.* Cætera verba nihili ſunt, apinæ, tricæque, falſo Plinio adſcriptæ: mirorque Hermolaum agnoſcere ea, exponereque ut legitima. Nec enim Plinius *deſcendere mergive*, naupliis tribuit, ut Hermolaus accepit, ſed conchæ. Hæ cum viſu careant, ſenſuque omni alio, niſi cibi & periculi, ut hoc ipſo capite oſtenſum eſt, duo illa verba, quæ in ſuis Codd. haberi ait, neque ſimul accipi poſſunt, neque conchæ tribui. *Pintian.*

[a] omine navigantium, humana calamitas in cauſa eſt.[b] Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere, quod caret ſanguine. Latent menſibus quinis. Similiter cancri, qui eodem tempore occultantur, & ambo veris principio ſenectutem anguium more
1 exigunt. Ch. [1] exuunt renovatione tergorum. Cætera in undis natant: locuſtæ reptantium modo fluitant: ſi nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ ſunt
2 propris, in Parm. deeſt. [2] propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis: iiſdem erectis in pavore oblique in latera procedunt. Cornibus inter ſe dimicant. Unum hoc animalium, niſi vivum ferventi aqua incoquatur, [c] fluida carne non habet callum.

Cap. XXXI. *De cancris, echinis, & echinometris.*

Vivunt petroſis locis, cancri mollibus. Hieme
3 loca. V. cM. aprica [3] littora ſectantur: æſtate in opaca gurgitum recedunt. Omnia ejus generis hieme læduntur, autumno & vere pingueſcunt, & plenilunio magis, quia nocte ſidus tepido fulgore [4] mitificat.
4 mitificatur. [d] Cancrorum genera, carabi, aſtaci, majæ, paguri, hera-

a *Omine navigantium.*] Putant enim qui navigant, velificantem Nautilum grande aliquod malum & infortunium portendere, & maxime ſinu clauſo repente occultum & demerſum. *Dalec.*

b *Locuſtæ cruſta fragili.*] Plautus in Menæch. jocoſe. Medicus:

Dic mihi etiam, ſolent tibi unquam oculi duri fieri?

Menæch.

Tu me locuſtam cenſes eſſe, homo ignaviſſime?

Idem.

c *Fluida carne*] Laxa, molli, uda carne: non habet ſolidam duramque pulpam. *Idem.*

d *Cancrorum genera, carabi, aſtaci, maja, paguri, heracleotici, leones.*] Riſum, ſcio, movebit caſtigatio hæc mea lectoribus, quibus fortaſſe videbitur, quod Horatius ait, *ultra legem tendere opus.* ſed ſi diligentius animo verſent portenta, quæ cotidie in ſcribundis imprimundiſve libris committuntur, poſtrema excuſorum imperitia, quibus interdum, imo ſæpenumero contingit, ut prima elementa Latinæ linguæ ignorent: ut correctores prætere am non multo illis aliquando peritiores, remittent, puto, multum ex opinione ſua, bonique conſulent meam hanc audaciam in reſtituendis aliquot jam obliteratis ex doctorum memoria locis, modo id fiat idonei ſcriptoris auctoritate, & potiſſimum ex eorum numero, quos ſecutus eſt Plinius. Lego igitur non *leones* ſed *fluviales*. Ariſtoteles lib. 4. cap. 2. *Cancrorum genus multiplex eſt, nec facile enumerandum. Maximum quas Majas appellant. Secundum paguri, & quos Heracleoticos vocant. Tertium fluviales. Cæteri minutiores & nullis pene nominibus annotati.* Hæc Ariſtoteles:

heracleotici, leones & alia ignobiliora. Carabi cauda à cæteris cancris diſtant. In Phœnice [1] hippœ vocantur, tantæ velocitatis, ut conſequi [2] non ſit. Cancris vita longa, pedes octoni, omnes in [3] obliquum flexi. Fœminæ primus pes duplex, mari ſimplex. Præterea bina brachia denticulatis [4] forcipibus. Superior pars in primoribus his movetur: inferiore immobili. Dextrum brachium omnibus majus. Univerſi, [5] ubi aliquando congregantur, os Ponti evincere non valent: quamobrem regreſſi circumeunt, apparetque tritum iter. Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus injuriæ. Huic ſolertia eſt inanium [a] oſtrearum teſtis ſe condere: & cum accreverit migrare in capaciores. Cancri in pavore [6] [b] etiam retrorſum pari velocitate redeunt. Dimicant inter ſe, ut arietes, adverſis cornibus incurſantes. Contra ſerpentium ictus [7] medentur. Sole Cancri ſignum transeunte, & ipſorum, cum exanimati ſint, corpus transfigurari in Scorpiones narratur in ſicco. Ex eodem genere ſunt [c] echini, quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi eſt his, in orbem volvi: itaque detritis ſæpe aculeis inveniuntur. Ex his echinometræ appellantur, quorum longiſſimæ ſpinæ, calices minimi. Nec omnibus idem vitreus color. Circa Toronem candidi naſcuntur, ſpina parva. Ova omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram verſa.

1 *Scribendum videtur non* Hippœ, *ſed* Hippees, *ſive* Hippeis, *ex Ariſt. hiſt. animal. l. 4. c. 2. Theodoroque quoque* Equites, *vertente, non* Equos.

2 non poſſint. *Ch.*

3 obliquo flexu. M.

4 forficibus. *Ch.*

5 ubi, *in M. d.*

6 & retrorſi. *Ch.*

7 medentur ſole. C. ſ. transfeunte & ipſ. V.

les: quæ ad verbum mutuatus videtur Plinius. Sunt quidem in mari Leones, Oppiano, Hippocrati, Plinio, Claudiano etiam alibi. ſed nemo eos ex genere cancrorum eſſe prodit, nihilque ad præſens inſtitutum illi. *Pintian.*

a *Oſtrearum teſtu ſe condere.*] Lucilius:

Oſtrea nulla fuit, non purpura, nulla Teloris.

Afranius:

Conchas, echinos, oſtreas marinas.

Dalec.

b *Etiam retrorſum.*] Plaut. in Pſeud.

Ut tranſverſus cedit, quaſi cancer ſolet, non proverſus.

Idem.

c *Echini.*] De iis Plautus in paraſito pigro:

Addite lepades, echinos, oſtrea.

Idem in Rudente:

Echinos, lepadas, oſtreas, balanos, captamos, conchas,

Marinam urticam, muſculos, plaguſias ſtriatas. Idem.

1 correptis ore lapillis mobilitatem pondere ſtabilientes, quia nolunt, &c. *D.*

verſa. Tradunt ſævitiam maris præſagire eos, [1] [a] correptiſque operari lapillis, mobilitatem pondere ſtabilientes. Nolunt volutatione ſpinas atterere: quod ubi videre nautici, ſtatim pluribus ancoris navigia infrænant.

Cap. XXXII. *De cochleis.*

2 ideoque. *M.*

IN eodem genere cochleæ, aquatiles, terreſtreſque, exerentes ſe domicilio, binaque ſeu cornua protendentes contrahenteſque oculis carent: [2] Itaque corniculis prætentant iter.

Cap. XXXIII.

De pectinibus, murice, & concharum generibus.

3 æſtatibus. *Cb.*
4 limatis. *M.*
5 ungulata. *M.*
6 caniculatim. *Cb.* claviculatim. *V* cavaliculatim reticulata in obliquum. *M.*
7 pectinatim diviſa, imbricatim undata, cancellatim, &c. *Cb.*
8 prædenſata. *V.*
9 buccinum. *Cb.*
10 Neritæ. *V.*
11 ſibi partem. *V. & Cb.*
12 & alteram auræ. *V.*

PEctines in mari ex eodem genere habentur, reconditi & ipſi in magnis frigoribus, ac magnis [3] æſtibus: ungueſque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium. Firmioris jam teſtæ murices, & concharum genera: in quibus magna ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concavis, longis, [4] lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, lævibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato: jam diſtinctione [5] virgulata, crinita, criſpa, [6] canaliculatim, [7] pectinatim, imbricatim undata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expanſa, [8] denſata, porrecta, ſinuata, brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad [9] buccinam recurvis: [b] Navigant ex his [10] Veneriæ, præbenteſque concavam [11] ſui partem, [12] & auræ opponentes, per ſumma æquo-

a *Correptiſque operari lapillis.*] Plutarchus in Dialogo, utra prudentiora ſint, terreſtria an aquatica. *Dal.*

b *Navigant ex his Veneriæ*] Sic legendum: Sunt enim conchæ non gratæ modo Veneri, ſed etiam cognatæ, ob communem è mari originem: celebriſque eſt ejus deæ effigies, concham, atque haud ſcio an ex hoc ipſo genere, pede premens. *Gelen.*

æquorum velificant. Saliunt pectines, & extra volitant, ſeque & ipſi carinant.

CAP. XXXIV. *De divitiis marinis.*

SEd quid hæc tam parva commemoro, cum populatio morum atque luxuria non aliunde major, quam è concharum genere proveniat? Jam quidem ex tota rerum natura damnoſiſſimum [1] mare eſt, tot modis, tot menſis, tot piſcium ſaporibus, quibus pretia capientium periculo fiunt.

1 ventri mare eſt. *V. Ch. & Me.*

CAP. XXXV.

Quomodo, & ubi inveniantur margaritæ.

SEd quota hæc portio eſt reputantibus purpuras, [a] conchylia, margaritas? Parum ſcilicet fuerat [b] in gulas condi maria, niſi manibus, auribus, capite, totoque corpore à fœminis juxta viriſque geſtarentur. [c] Quid mari cum veſtibus? Quid undis fluctibuſque cum vellere? [d] Non recte recipit hæc nos rerum natura, niſi nudos. [e] Eſto, ſit tanta ventri cum eo ſocietas, quid tergori? Parum eſt, niſi [2] qui [f] veſcimur periculis, etiam veſtiamur: Adeo per totum corpus, [3] anima hominis quæſita maxime placent.

2 queis. *Pint.*
3 animæ hominis quæſita. M. animæ hominis periculo quæſita. V.

a *Conchylia.*] Buccinæ, quorum ſanguine & purpurarum, ad tingendas lanas utebantur. *Dalec.*

b *In gulas condi maria.*] A natura fieri. *Idem.*

c *Quid mari cum veſtibus.*] Proverbium vetus, *Qui natare vult, ſe exuit.* Idem.

d *Non recipit hæc nos rerum natura, niſi nudos.*] Scribo non *hæc*, ſed *hic*: ut ſit antipophora. Dicat, inquit, aliquis, haud clementer naturam facere, quæ nos hic protinus ex utero nudos & inopes excipiat. tunc adhibetur ſolutio: Fateamur, inquit, ita eſſe. caret vita cibis, petantur è mari. at veſtes inde tingi, & ſe (non redimendæ nuditatis gratia, ſed luxuriæ) periculis objicere, quis recte factum tueri poſſit? *Hermolaus Barbarus.* Multa Hermolaus in expoſitione hujus loci: quem tamen, niſi opinione fallor, neque emendate legit, neque ſenſum percepit. Mea igitur ſententia locus hic cum interrogatione legendus eſt: *Num rite recipit nos hæc rerum natura, niſi nudos?* Neque enim de terra loquitur, ſed de mari & elemento aquæ, quam ingreſſuri veſtes ponimus. *Pint.*

e *Eſto ſit tanta ventri cum eo ſocietas.*] Scribo contra omnia exemplaria, *Eſto, ſit tanti ventri cum eo ſocietas*, hoc eſt, conſtet tot laboribus periculiſque, hæc quam venter cum mari iniit ſocietas. *Idem.*

f *Veſcimur periculis.*] Sic legit Turneb. cap. 9. lib. 10. Adverſ. *Dalec.*

a *Peri-*

placent. Principium ergo [1] culmenque [2] omnium rerum pretii, margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit. Oceanus inter illas belluas tales tantaſque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis Solis [3] ardoribus, atque Indis quoque in inſulas petuntur, & admodum [4] paucas. Fertiliſſima eſt Taprobane & [5] Toidis, ut diximus in circuitu mundi: item [a] Perimula promontorium Indiæ. Præcipue autem laudantur circa Arabiam [b] in Perſico ſinu maris Rubri. Origo atque genitura [c] conchæ, eſt haud multum oſtrearum conchis differens. Has ubi [6] genitalis anni ſtimulaverit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione, impleri roſcido conceptu tradunt, gravidas poſtea niti, [d] partumque concharum eſſe margaritas [e] pro qualitate roris accepti: ſi purus influxerit, [7] candorem conſpici: ſi vero turbidus, & fœtum ſordeſcere, eundem [8] pallere, cœlo minante conceptam: [f] ex eo quippe conſtare, [9] cœlique eis majorem ſocietatem eſſe, quam maris: inde nubilum trahi colorem,

1 columenque. *M. & Gh.*
2 omnium operum pretium. *M.*
3 ardoribus. Ea quoque ab Indicis inſulis. *V.*
4 paucis. *V.*
5 Stoidis. *V. & ſupra lib. 6. c. 25.* Torois. *Parm.*
6 genitalis amnis (*leg.* annus) cumulaverit, ora pandentes ſe (*leg.* ſeu) quadam. M.
7 candore. *Pint.*
8 palleſcere. *Pint.*
9 cœli quietis. *Gh.*

a *Perimula promontorium Indiæ.*] Æliano lib. 15. cap. 8. hiſtor. Animal. Περιμοῦδα urbs Indiæ. *Dalec.*

b *In Perſico ſinu maris rubri.*] Ulpianus leg. 10. ff. de auro & arg. legat. margaritas vult nec gemmis contineri nec lapillis, quia apud Rubrum mare creſcit & coaleſcit concha. Tertullianus lib. de habitu muliebri, puſtulam conchæ, ſive duram & rotundam verrucam eſſe ait. Hieronymus rubri maris grana vocat. Martialis, *Erythraeos lapillos, & gemmas Erythrais erutas vadis.* Cujacius cap. 18. lib. 10. Obſerv. Multa quoque de iis Jacob. RæVard. cap. 4. lib. 1. Varior. *Idem.*

c *Conchæ.*] Conchas eas nunc Perſæ *Cheripo* vocant. *Idem.*

d *Partumque concharum.*] De hac re vide Rondeletium. Androſthenes apud Athenæum lib. 3. In oſtrei carne gigni putat, non aliter quam grandinem in ſuibus. *Idem.*

e *Pro qualitate roris accepti, &c.*] Lege, *Pro qualitate roris accepti: ſi purus influxerit, candore conſpici.* Pro candore conſpicuas eſſe. *Salmaſ.* p. 1133. b.

f *Ex eo quippe conſtare, &c.*] Legend. *Ex eo quippe conſtare cœli quieti his majorem eſſe ſocietatem quam maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum.* Dicit cœli quieti ac pacati majorem eſſe conchis ſocietatem quam maris *claritatem matutinam* vocat, qualis eſſe ſolet matutino tempore, aurora commodum exoriente. Vide *Salmaſ.* p. 1134. b. 1135 a. Et paulo poſt, *Si fulguret.* Aliud eſt *fulgerare*, aliud *fulgurare.* Illud ἀστράπτειν, hoc κεραυνῶσαι. *Fulgurare* tamen apud eundem Plinium eſt ἀστράπτειν. In præfatione: *Fulgurat in nullo unquam verius vis dicta eloquentia.* & lib. 11. cap. 50. & alibi paſſim. Et quomodo differant fulmina & fulgura, vide *Salmaſ.* pag. 1135. b. & 1136. a.

a *Miror*

rem, aut pro claritate matutina ſerenum. Si tempeſtive ſatientur, grandeſcere & partus. Si fulguret, comprimi conchas, ac pro jejunii modo minui. Si vero [1] & tonuerit, pavidas ac repente compreſſas, quæ vocant phyſemata, efficere, [2] ſpeciem modo inani inflatam ſine corpore: hos eſſe concharum abortus. Sani quidem partus multiplici conſtant cute, non improprie callum ut exiſtimari corporis poſſit: itaque & purgantur à peritis. [a] Miror ipſo tantum [3] eos cœlo gaudere, Sole rubeſcere, candoremque perdere, ut corpus humanum. Quare præcipuum cuſtodiunt [4] pelagiæ, altius merſæ, quam ut penetrent radii. Flaveſcunt tamen & illæ ſenecta, rugiſque torpeſcunt: nec niſi [5] juventa conſtat ille, qui quæritur, vigor. Craſſeſcunt etiam in ſenecta, conchiſque adhæreſcunt: nec iis [6] avelli queunt, [b] niſi lima. Quibus una tantum eſt facies, & ab ea rotunditas, [c] averſis planities, ob id tympania nominantur. Cohærentes videmus in conchis hac dote [7] unguenta circumferentibus. [8] Cætero in aqua mollis unio, exemptus protinus dureſcit. Concha ipſa cum manum [9] videt, comprimit ſeſe, operitque opes ſuas, gnara propter illas ſe peti: [d] manumque ſi præveniat, acie ſua abſcindit, nulla juſtiore pœna, & aliis

1 etiam. *Ch. M.*

2 ſpecie modo inani inflata. *Quidam.* ſpeciem modo inanem & inflatam. *V.* ſpeciem carum inanem & inflatam. *Parm.* ſpecie modo inani inflatas. *Ch.*

3 eos. *M.*

4 pelago altius merſæ. *V.*

5 in juven. *M. & Ch. ſic mox, in ſenecta.*

6 evelli. *M.*

7 inventa. *Dal. Id eſt, hac laude excogitata ab iis, qui circumferunt & vendunt, quaſi natura gemellæ ſint.*

8 Cæterum. M.

9 vidit. *Ch.* ſentir. *Dal. nam viſu caret.*

a *Miror ipſo tantum eos cœlo gaudere, &c.*] Sic legendum: *Mirum ipſo tantum eos candere cœlos, ſole ruſeſcere, candoremque perdere ut corpus humanum. Quare præcipue eum cuſtodiunt, pelago altius merſæ quam ut penetrent radii.* Mirum, inquit, quum candorem à cœlo tantum habeant, è rore ſcilicet qui de cœlo liquitur, eum tamen ſole perdere ac ruſeſcere. Plinii ergo mens eſt, margaritas in conchis è cœleſtis roris infuſione concipi ac formari, & candorem illum acquirere. Poſtquam rorem eum hauſerint conchæ atque ex eo conceperint, gnaras partum ſuum Sole maculari, & candorem perdere, pelago altius mergi quam ut eo penetrent radii. Vide *Salmaſ.* 1133.b.

b *Niſi lima.*] Apud Perſ. Sat. 2.
Hac baccam concha raſiſſe.
Dalec.

c *Averſis planities ob id tympana nominantur.*] Τὰ τυμπάνια, exigua tympana. *Idem.*

d *Manumque ſi præveniat, acie ſua abſcindit.*] Iſidorus Characenus: *κινδυνεύουσι δὲ θηρῶντες τὰς μαργαρίτας ὅταν εἰς κεχηνότα κόγχον καθ' ἰθὺ ἐκτείνωσι τὴν χεῖρα. μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτῶν ἀποπρίονται, ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα ἀποθνήσκουσι.* Scalig. in Manil. ex Athenæo lib. 3.

a *Haud*

& aliis munita ſuppliciis: quippe inter ſcopulos major pars invenitur: ſed in alto quoque comitantur [1] marinis canibus: nec tamen aures fœminarum arcentur. Quidam tradunt, ſicut apibus, ita concharum examinibus ſingulas magnitudine & vetuſtate præcipuas eſſe veluti duces, miræ ad cavendum ſolertiæ: has urinantium cura peti: illis captis, facile cæteras palantes retibus includi. Multo deinde [2] obrutas ſale in vaſis fictilibus, [3] eroſa carne omni, nucleos quoſdam corporum, hoc eſt, uniones decidere in ima. Uſu atteri non dubium eſt, coloremque indiligentia [4] mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, [a] haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti: unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, [b] ne apud Barbaros quidem inventores ejus aliud, quam margaritæ. Et in candore ipſo magna differentia. Clarior in Rubro mari [5] repertus Indicus ſpecularium lapidum ſquamas aſſimilat, aliâs magnitudine [6] præcellens. [c] Summa laus coloris eſt [d] exaluminatos vocari. Et procerioribus ſua gratia eſt, elenchos appellant [e] faſtigiata longitudine, [7] alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & [f] binos ac ternos

1 marini canes. *D.*
2 obrutis. *D.*
3 roſa. *Ch.*
4 mutare. *Ch.*
5 repertis. Indico. *Tol.*
6 præcellentes. *Ch.* præcellentibus *D.*
7 vel alabaſtrorum figura, vel in pleniorem orbem deſinente. *D.*

a *Haud promptis rebus.*] Haud inventu facilibus, eximiis illis præſtantiæ notis omnibus in unico unione *Dalec.*

b *Ne apud Barbaros quidem inventores ejus aliud.*] Perſæ vocant hodie *Lutu*, Indi vero *Mots* vel *Motu*. Idem.

c *Summa laus coloris eſt exaluminatos vocari.*] *Exaluminati* dicebantur, quaſi alumine infecti. Summa candoris claritas ea voce intelligitur, ab aluminis claro colore. *Salmaſ.* 1166. a; b.

d *Exaluminatos vocari.*] Quaquaverſum ſine fuſco nitentes & pellucidos. *Dalec.*

e *Faſtigiata longitudine.*] In pyri modum turbinata. *Idem.*

f *Binos ac ternos auribus fœminarum gloria eſt.*] Petronius tribaccam margaritam vocat:

Quo margarita cara, tribacca, Indica,
An ut matrona ornata faleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?

Had. Jun. cap. 15. 6. Juvenalis Satyra 6.

Cum virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Seneca cap. 9. lib. 7. De benefic. *Video uniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: jam enim exercitata oneri ferendo ſunt.*

nos auribus, fœminarum gloria eſt. [1] [a] Subeunt luxuriæ ejus nomina [2] & tædia exquiſita perditiore portatu: ſiquidem cum id fecere, crotalia appellant, ſeu ſono quoque gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum. [3] [b] Affectantque jam & pauperes, lictorem fœminæ in publico unionem eſſe dictitantes. Quin & pedibus, [c] nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis [d] ſocculis addunt. Neque enim geſtare jam margaritas, niſi calcent, ac per uniones etiam ambulent, ſatis eſt. In noſtro mari reperiri ſolebant, crebrius circa Boſphorum Thracium, rufi ac parvi in conchis, quas [e] myas appellant. [4] At in Acarnania quæ vocatur pinna gignit. Quo apparet non uno conchæ genere naſci. Nanque & Juba tradit,

1 ſubeuntque. *Ch.* 2 & faſtidia exquiſito perditis nepotatu. *V.* perditione potatu. *Ch.* perditione nepotatu. *Turn.* 3 Cupiuntque jam & pauperes lectorem, dictitantes unionem eſſe in publico. *M.* Affectantque jam & pau. lectiores fœm. *Alii.* 4 At Arcadia quæ vocantur.

ſunt. Junguntur inter ſe, & inſuper alii bini ſuperponuntur. Non ſatu muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent. Dalec.

a *Subeunt luxuria ejus nomine & tadia exquiſita perditiore portatu: ſiquidem cum id fecere, crotalia appellant.*] Hic locus & Hermolaum & multos poſt illum fruſtra torſit, diu me quoque ſuſpenſum tenuit. Tandem puto, aut reſtitutum omnino eſſe, aut parum ei deeſſe, quo minus in integrum reſtitutus ſit. Scribo igitur ſic: *Subeunt luxuria nomina, & tadia exquiſita perditi nepotatus: ſiquidem cum illiſere, crotalia appellant.* Primum utrumque exemplar, *potatu* præfert, non *portatu*. Deinde verbum hoc *nepotatus* familiare eſt Plinio, quoties vult in luxum ſui temporis invehi, ut ex ſequentibus libris patebit. Item *illiſere* ſcripſi, pro duobus illis verbis, *id fecere*; quia ſequitur paulo poſt, *Seu ſone quoque gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum.* Pint. Turneb. cap. 9. lib. 10. Adverſ.

b *Affectantque jam & pauperes lictorum fœmina.*] Senſus eſt, pauperes fœminas unionibus gaudere, quod, in publico cum ſint, ipſis de via decedatur, videanturque divites, ut margarita pro lictore ſit, & turbam ſummoveat. Id enim fuit lictorum officium. Horat.

—— neque conſularis
Summovet lictor miſeros tumultus
Mentis. ——

Quidam docti *licitatorem* legunt, quaſi emptorem pudicitiæ matronalis, verbis vim afferentes, & pro arguta eleganti que ſententia turpem comminiſcentes. Turneb. cap. 10. lib. 15. Adverſ. Carol. Sigon. de ant. Jur. civ. Rom. cap. 15. 2. *Dalec*

c *Nec crepidarum tantum obſtrigillis, ſed totis ſocculis addunt.*] Vulgo *obſtragulis*. ſunt anſulæ vel corrigiæ quibus adſtringuntur crepidæ, Græci ὑπαλλὶς vocant, unde ὑπαλλωτὰ ὑποδήματα, apud Dicæarchum. *Salmaſ.* 56.

d *Socculis addunt*] Tertullian. lib. de habitu virginis. *Latent in cingulis ſmaragdi: Cylindras vagina ſua ſolus gladius ſub ſinu novit: & in peronibus uniones emergere de luto cupiunt.* Manilius lib. 5. de margaritis & aliis gemmis.

Perque caput ducti lapides, per colla, manuſque,
Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.

Chares Mitylenæus apud Athenæum ſcribit ex margaritis σκευάζεσθαι ὁρμίσκους τε καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας. *Dalec.*

e *Myas appellant.*] Tales hodie reperiuntur in gelidiſſimis quibuſdam Arvernorum rivis & torrentibus. *Idem.*

a *Simi-*

tradit, Arabicis concham eſſe [a] ſimilem pectini inſecto, [b] hirſutam echinorum modo, ipſum unionem in carne, grandini ſimilem. Conchæ non tales ad nos afferuntur. Nec in Acarnania autem laudati reperiuntur, [c] enormes [1] fere, colorīſque marmorei. [1 & feri. *M. & Cb.* lego, & feri, marmoreique coloris.] Meliores circa Actium, ſed & hi parvi: & in Mauritaniæ maritimis. Alexander Polyhiſtor & Sudines ſeneſcere eos putant, coloremque expirare. Eorum corpus ſolidum eſſe manifeſtum eſt, quod nullo lapſu franguntur. Non autem ſemper in media carne reperiuntur, ſed aliis atque aliis locis. Vidimuſque jam in extremis etiam marginibus velut [2] concha exeuntes: [2 è concha. *M.*] & in quibuſdam quaternos quinoſque. [d] Pondus ad hoc ævi ſemunciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. In Britannia parvos atque decolores naſci certum eſt: quoniam Divus Julius thoracem, quem Veneri Genitrici in templo ejus dicavit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji principis matrona, ne ſerio quidem [3] ac ſolenni cærimoniarum [3 aut. *M. & Cb.*] aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis margaritiſque opertam, [e] alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, [4] [f] ſpiris, auribus, collo, [5] manibus, digitiſque: [4 ſpira. *M. & Cb.* 5 monilibus. *M. Salm. Tol. & Cb.*] quæ

a *Similem pectini inſecto.*] Inſectam, οὐ διαγεγλυμμένην Athenæus, minime ſtriatam aut cælatam. *Dal.*

b *Hirſutam.*] Δασεῖαν Athenæus, ſpiſſam, ut recte vertit Rondeletius, non hirſutam. *Idem.*

c *Enormes fere.*] Minime aut rotundi aut leves. *Idem.*

d *Pondus ad hoc ævi ſemunciæ, &c.*] Lege: *Pondus ad hoc ævi ſemunciæ paucis ſingulis ſcripulis exceſſere.* Aliud *ſcrupulum*, aliud *ſcripulum*. Tria ſcripula in drachma, ſex drachmæ in uncia. Sic decem & octo ſcriptulorum uncia eſt: ſemuncia, novem. Margarita igitur quæ ſemunciæ pondus uno ſcripulo ſuperaret, decem ſcriptulorum eſſet. Paucas ad ætatis ſuæ tempus inventas Plinius affirmat, quæ penderet decem ſcripula. Vide *Salmaſ.* pag. 1170. b. 1172. a. *Pondus ad hoc ævi, &c.*] In India nunc ponderoſiſſimæ pendunt centum ſexaginta grana hordei. *Dalecamp.*

e *Alterno textu fulgentibus, &c.*] Lege: *Altero textu fulgentibus, toto capite, crinium ſpira, auribus, colli monilibus, digitis: quæ ſumma quadringenties ſeſtertium colligebat, ipſa confeſtim parata mancupationem tabulis probare.* Vide *Sal.* 1172.

f *Spiris.*] Vittarum circumductus ſic vocat. Vittis enim ſtola, ſellis, ac lecticis, primariæ locupleteſque matronæ à tenuio-

quæ ſumma quadringenties H-S. colligebat: [1] ipſam confeſtim paratam [2] nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, ſed avitæ opes, provinciarum ſcilicet ſpoliis partæ. Hic eſt rapinarum exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente, interdicta amicitia à Cajo Cæſare Auguſti filio venenum biberet, ut neptis ejus quadringenties H-S operta ſpectaretur ad lucernas. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint: imaginetur illorum fercula, & ex altera parte Lolliam, unam [3] imperii mulierculam accubantem: [4] [a] non illos curru detractos, quam in hoc viciſſe malit? Nec hæc ſumma luxuriæ exempla ſunt; Duo fuere maximi uniones per omne ævum: utrunque poſſedit Cleopatra, Ægypti reginarum noviſſima, per manus Orientis regum ſibi traditos. Hæc cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem apparatumque obtrectans, quærente eo quid aſtrui magnificentiæ [5] poſſit, reſpondit, una ſe cœna centies H-S. abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die quo judicium agebatur, magnificam aliâs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemque expoſtulanti. At illa corollarium [6] id eſſe, [7] conſumpturamque ſe ea cœna taxationem confirmans, ſolamque ſexcenties H-S. cœnaturam, inferri menſam ſecundam juſſit. Ex præcepto miniſtri unum

1 ipſa confeſtim parata, &c. *Alii.* ipſa conf. parati. *Ch.*

2 mancupationem. *Turn. & Ch.* *id eſt, pretium.*

3 Imperatori. *D.*

4 non illos currus detractos, quam hujus cccc H-S. malit? *Pint.* non illis currus detr. V.

5 poſſet. *Ch.*

6 quidem. M.

7 & conſumpturam eam cœnam. *Ch. &* M. *& Fulv. Urſin. app. ad Ciaccon. pag.* 88.

tenuioribus & impudicis diſtinguebantur. Ovidius,

Scripſimus hæc illis, quarum nec vitta ligatos
Attingit crines, nec ſtola longa pedes.

Briſſonius cap. 4. lib. 1. *Dalec.*

a *Non illos curru detractos, quam in hoc viciſſe malit.*] Senſus eſt, ſatius fuiſſe Curium & Fabricium non triumphaſſe, quam locupletatam eorum victoriis poſteritatem ad tam immanem luxum pervenire. Turn. cap. 9. lib. 10. Adverſ. *Idem.*

 a *Aceti.*]

unum tantum vas ante eam poſuere [a] aceti, cujus aſperitas viſque in tabem margaritas reſolvit. Gerebat auribus cum maxime ſingulare illud, & vere unicum naturæ opus. Itaque expectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. [b] Injecit alteri manum L. Plancus, judex ſponſionis ejus, eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumque Antonium pronuntiavit, [1] homine irato. [2] Comitetur fama unionis ejus parem, capta illa tantæ quæſtionis [3] victrice regina diſſectum, ut eſſet in [4] utriſque Veneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. Non ferent tamen hanc palmam ſpoliabunturque etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius Tragœdi [c] Æſopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne [5] in Triumviratu ſuo nimis ſuperbiat Antonius, pene hiſtrioni comparatus, & quidem nulla ſponſione ad hoc producto: [6] quod id magis regium erat: ſed ut experiretur in gloria palati, quid ſaperent margaritæ: atque ut mire placuere, ne ſolus hoc ſciret, ſingulos uniones [7] convivis abſorbendos dedit. Romæ in promiſcuum ac frequentem uſum veniſſe Alexandria in deditionem redacta: primum autem

1 omine rato *Turn. & Ch.* omine ei rato. *Fulv. Urſin. app. ad Ciac. pag.* 88. *nam paulo poſt ab Auguſto ſuperatus eſt.*

2 Committatur. *Ch.*

3 victa. *V.*

4 utriuſque. *Ch.*

5 in, M. *Tol. & Salm. del.*

6 quo magis refugium fiat. M *Turn. & Ch.*

7 convivis quoque. *Ch.*

a *Aceti*] Id nimirum eſt quod ſcribitur in leg. Seia ff. de auro & arg. *Seia unionem cum hyacinthis legavit, poſtea unionem ſolvit, nec ullum mortis tempore inter ornamenta ſua unionem reliquit: quaſitum eſt, an hæres æſtimationem rei, quæ in hæreditate non eſt, præſtare debeat?* Eam vim aceti eſſe tradit Vitruvius cap. 3. 8. Macrobius cap. 7. 3. Saturnalium. Idem de Æſopi filio ſcribit Valer. cap 1. lib 9. De Caligula Suetonius. Briſſonius c. 10. lib. 1. *Dalec.*

b *Injecit alteri manum L. Plancus, judex ſponſionis ejus, eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumque Antonium pronuntiavit.*] Legendum videtur *Munacius Plancus.* ex Macrobio 3. Saturnaliorum. Fuit hic unus ex amicis Octavii, cujus ſententia, *Auguſtus* appellatus eſt. Conſtruxit Romæ templum Saturni, auctore Suetonio in Auguſto. Præterea opinor verba hæc partim permutata eſſe, partim etiam nonnihil corrupta, ſcribendaque hoc conceptu, *Injecit alteri manum, eumque parante ſimili modo abſumere, Munacius Plancus judex ſponſionis ejus, victum Antonium pronuntiavit.* Pintian.

c *Æſopi filius*] Horatius:

Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidum abſorberet aceto,
Diluit inſignem baccam.

Vide Valer. cap. 1. lib. 9. *Dalec.*

a *Ælius*

autem cœpiſſe circa Syllana tempora minutas & viles, Feneſtella tradit manifeſto errore, cum [a] Ælius Stilo Jugurthino bello unionum nomen impoſitum maxime grandibus margaritis prodat. Et hoc tamen æternæ prope poſſeſſionis eſt. Sequitur hæredem, in mancipatum venit, ut prædium aliquod. [b] Conchylia & purpuras omnis hora atterit, quibus eadem mater luxuria paria pene [1] etiam margaritis pretia fecit. 1 &. Ch.

CAP. XXXVI. *De natura purpuræ & muricis.*

PUrpuræ vivunt annis plurimum [2] ſeptenis. Latent, [c] ſicut murices, [3] circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, [4] mutuoque attritu [d] lentorem cujuſdam ceræ ſalivant. Similí modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum veſtibus, [e] in mediis habent faucibus. [5] Liquoris hic minimi eſt in candida vena, unde pretioſus ille bibitur [6] nigrantis roſæ colore ſublucens. Reliquum corpus ſterile. [f] Vivas capere contendunt, quia [7] cum vita ſuccum eum evomunt. Et majoribus quidem purpuris [g] detracta concha aufe-

2 ſenis. ex *Ariſt.* 3 contra. M. 4 mutuumque. *Ch.* 5 liquor is nimirum eſt. *D.* 6 nigricantis roſæ color. *D.* *Alii*, violæ. 7 cum vita ſua ſuc. M. *in Tol. d.*

a *Ælius Stilo.*] Varronis magiſter. Dicere is ſolebat, Muſas Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent. Ejus meminerunt Grammatici, Soſipater lib. 1. Priſcianus lib. 6. Pompejus in voce Sonticus. Varro 4. de lingua Lat. Hadrian. Jun. cap. 12. lib. 6. *Dal.*

b *Conchylia & purpuras omnis hora atterit, quibus eadem mater luxuria paria pene & margaritis pretia fecit.*] Purpuram à conchylio, hoc eſt, purpuream veſtem à conchyliata Plinius ſemper diſcernit. & lib. XXII. cap. 2. *Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omneſque alios colores.* & lib. XXI. cap. 8. tria genera præcipua ad principalia ſtatuit purpurei coloris, *Tyrium, amethyſtinum & conchylium.* Vide Salmaſ. in Tertull. pall. p. 185.

c *Sicut murices.*] Apud Ariſtotelem κήρυκες. Buccina. Muricem hic de Buccino Plinius uſurpat, ſupra vero cap. 25. de concha Veneria. *Dalec.*

d *Lentorem cujuſdam ceræ ſalivant.*] Lentore cujuſdam cerii ſalivant. ποιοῦσι μελίκηρον, id eſt, οἷον κηρίον κηριάζουσι. Ariſtot. Gaza vertit, *favare & favificare.* Idem.

e *In mediis habent faucibus.*] Inter papaver & cervicem. Ariſt. *Idem.*

f *Vivas capere contendunt.*] Forte ſcribend. *vivas captas contundunt.* Bouchart. 726. 2.

g *Detracta concha auferunt.*] Eam prius diffringebant, & ubi fracta eſſet, cervicem à papavere ſeparabant. Nam inter hæc ſupra ventrem flos ſitus eſt. *Dalec.*

auferunt: minores [1] trapetis frangunt, ita demum rorem eum [2] excipientes [a] Tyrii. Præcipuus hic Aſiæ, in Meninge Africæ, & Getulo litore Oceani, in Laconica Europæ. [3] Huic [b] faſces ſecureſque Romanæ viam faciunt: idemque [c] pro majeſtate pueritiæ eſt. [d] Diſtinguit ab equite Curiam: [e] Diis advocatur placandis: omnemque veſtem illuminat: in triumphali miſcetur auro. Quapropter excuſata & purpuræ ſit inſania. [f] Sed unde [g] conchyliis pretia? quîs virus grave in fuco, color auſterus in glauco, & [h] iraſcenti ſimilis mari? Lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo eſt. [4] Aqua dulci necantur, & ſicubi [5] flumen immergitur: alioqui captæ, diebus quinquagenis vivunt, ſaliva ſua. Conchæ omnes celerrime creſcunt, præcipue purpuræ; anno magnitudinem implent. Quod ſi hactenus tranſcurrat expoſitio, fraudatam profecto ſe luxuria credat, noſque indiligentiæ damnet. Quamobrem perſequemur etiam officinas: ut tanquam [6] in vita frugum noſcitur ratio, ſic omnes, qui iſtis gaudent, [7] præmia vitæ ſuæ [8] calleant. Concharum ad [9] [i] purpuras & conchylia eadem quidem eſt mate-

1 cum terra vitis. *Tol. & Ch.* *legendum,* cum teſtis, *ex Ariſt. lib. 5. hiſt. anim.* 4.

2 expuentes. *Tol. & Ch.*

3 Hinc. *Parm. & V.*

4 Aquæ dulcedine. M.

5 flumini immerguntur. V.

6 iu victu. *Ch.* & M.

7 præmio. M. & *Ch.*

8 calleant. Ad purp. &c. temperamento. Concharum præcipua duo ſunt genera: Succinum, &c. *Rondel.*

9 purpurea & conchyliata. V.

a *Tyrii.*] Vide Pollucem lib. 1. & Vitruv. cap. 13. lib. 7. *Dalec.*

b *Faſces ſecureſque.*] Conſulatus inſignia fuerunt duodecim faſces, totidem lictores, purpurea prætexta, curulis ſella. De comitiis conſularibus, imperioque & poteſtate ac dignitate conſulum ampliſſime diſſerit Alex. ab Alex. cap. 3. 3. & cap. 18. 5. *Idem.*

c *Pro majeſtate pueritiæ eſt.*] In prætextis. Qua de re Bayſ. ad l. veſtis ff. de aur. & arg. leg. c. 10. *Idem.*

d *Diſtinguit ab equite curiam.*] Vide quæ ſupra notavimus ad lib. 8. c. 48. *Idem.*

e *Diis advocatur placandis.*] Conſules enim nonniſi purpurati ſacrificabant. *Idem.*

f *Sed unde conchyliis pretia? queis virus grave in fuco, color auſterus in glauco.*] Πικρὸν χρῶμα ἐν τῷ κυανανγεῖ, τὸ κυανανγίστατον. & cap. 38. *nimiaque ejus nigritia dat auſteritatem illam, &c. auſteritatem* vocat ſaturitatem & ſuperbiam nitoris. *Salmaſ.* in Tertullian. de pallio pag. 183.

g *Conchyliis.*] Ex iis, ut buccinis & purpuris, ſuccus tingendis lanis colligitur. *Dalec.*

h *Iraſcenti ſimilis mari.*] Conchylii triplex fucus eſt: unus Heliotropii, paulo ſaturatior quam auctor hic ſignificat: alter floris malvæ ad purpuram inclinans: tertius violæ ſerotinæ. c. 8. lib. 21. *Idem.*

i *Purpuras & conchylia.*] Purpurei & conchyliati coloris infecturas. *Idem.*

a *Bucci-*

materia, ſed diſtat temperamento. Duo ſunt genera: Buccinum [1] minor concha, ad ſimilitudinem ejus buccini, quo ſonus editur: unde & cauſa nomini, rotunditate oris in margine inciſa. Alterum purpura vocatur, [2] cuniculatim procurrente roſtro, & cuniculi [3] latere introrſus tubulato, qua proferatur lingua. Præterea [4] clavatum eſt ad turbinem uſque aculeis in orbem ſeptenis fere, qui non ſunt buccino, ſed utriſque orbes totidem, quot habeant annos. [a] Buccinum nonniſi petris adhæret, circaque ſcopulos legitur.

1 major. *Rond.*
2 claviculatim proc. ro. & canaliculi. M. caniculato pr. r. & canicula. *Ch.*
3 itinere. *Dal.*
4 clavata. *ſubaudi*, purpura. *Dal.*

Σ CAP. XXXVII. *Quot ſint genera.*

PUrpuræ, nomine alio [b] pelagiæ vocantur. Earum genera plura, pabulo & ſolo diſcreta. [c] Lutenſe putri limo, & algenſe enutritum alga, [5] viliſſimum: utriſque melius Tenienſe, [d] in Tenei maris ora collectum: hoc quoque tamen etiamnum levius atque dilutius: calculoſæ appellantur à calculo maris, mire apto conchyliis: & longe [6] optimum purpuris [e] Dialutenſe, id eſt [*] vario ſoli genere paſtum.

5 viliſſimum utrumque: melius tænienſe, in tæniis maris & ora. (*Alii*, maris & litore) collectum. M. & Ch. *habent*, in Tænii maris collectum.
6 optime. *D.*

a *Buccinum nonniſi petris adhæret, &c.*] Verba Plinii ſic continuanda quæ perperam capitibus ſecta divelluntur. *Buccinum nonniſi petris adhæret, circaque ſcopulos legitur: purpuræ nomine alio pelagiæ vocantur.* Plane innuit purpuras alio nomine proprie vocatas *Pelagias*, quod in alto mari caperentur: quum buccina circa ſcopulos & petras, quibus adfixa ſunt, legantur. Hinc alibi paſſim *Pelagium* pro purpuræ medicamento ponit, cui buccinum opponit. Vide cap. 40. ejuſdem libri. Vide *Salmaſ.* p. 1132. b.

b *Pelagiæ vocantur.*] Univerſo generi, quod ſitus ac loci proprium eſt, Plinius oſcitanter tribuit. Nam purpurarum aliæ ſunt pelagiæ, aliæ litorales. Qua de re Geſner. de animal. lib. 4. pag. 898. ex Rondelet. Idem tum diſcrimen auctor ſervat & infra cap. 40. *Dalec.*

c *Lutenſe putri limo, & algenſe, &c.*] Lege: *Lutenſe è putri limo, & Algenſe nutritum Alga, viliſſimum utrumque. Melius Tænienſe, in tæniis maris collectum. Hoc quoque etiamnum levius atque dilutius Calculenſi. Id appellatur à calculo maris, mire aptum Conchyliis. At longe optimum purpuris Diſlocenſe, id eſt, vario ſoli genere paſtum. Diſlocenſe* ſic dictum, quod varietate locorum gauderet, & pabuli diverſitate. Videatur Salmaſ. p. 1133. a.

d *In Tenei maris ora collectum.*] Monuimus *in tæniis maris* hic ab aliis legi. Sunt autem tæniæ candidæ in mari cautes longo tractu faſciam imitantes. *Dal.*

e *Dialutenſe.*] Quaſi Διαλυτὸν, vagum, ſolutum, errabundum, eidem ſedi minime adhærens. Lego, ut *Dialetæ vario ſoli genere paſto.* ἀλήτης, erro, vagus, ſedem mutans, ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, unde

1 paſtu. M.

[1] paſtum. Capiuntur autem purpuræ parvulis rariſque textu veluti naſſis in alto jactis. Ineſt iis eſca, [a] clusiles mordaceſque conchæ, ſeu mutilos videmus: has ſemineces, ſed redditas mari avido hiatu reviviſcentes appetunt purpuræ, porrectiſque linguis infeſtant: at illæ aculeo extimulatæ claudunt ſeſe, comprimuntque [2] mordentia: ita pendentes aviditate ſua purpuræ tolluntur.

2 mordentes. D.

Cap. XXXVIII. *Quo capiantur tempore.*

Capi eas poſt Canis ortum, aut vernum tempus utiliſſimum: [b] quoniam cum [3] fœtificavere, fluxos habent ſuccos. Sed id tingentium officinæ ignorant, cum ſumma vertatur in eo. Eximitur poſtea vena, quam diximus: [c] cui addi ſalem neceſſarium, ſextarios [d] ferme in libras centenas: macerari triduo juſtum. Quippe [4] major vis tanto, quanto recentior. Fervere [e] in plumbo, ſingulisque [f] aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medi-

3 retificavere. M. cerificavere. Cþ. & V.

4 tanto major vis. M.

ficta vox διαλήτης, niſi magis placeat διαλητιδίζουσι ἀπὸ τοῦ ἀλητεύειν.

Concharum flos Ariſtoteli.
- 1 Niger ex
  - 1 Pelagiis.
  - 2 magnis.
  - 3 Aquiloniis.
- 2 flavus aut rubens ex
  - 1 litoralibus.
  - 2 parvis.
  - 3 Auſtrinis.

Dalec.

* *Varia ſoli genere.*] Cœnoſo, algoſo, calculoſo. *Idem.*

a *Clusiles mordaceſque conchæ.*] Apud Athenæum libro 3. pag. 43. Concha ea *μήλαινα* dicitur & *κοσχοθήρα*. *Idem.*

b *Quoniam, cum fœtificavere, fluxos habent ſuccos.*] Apographum Toletanum non *fœtificavere* habet, ſed *cerificavere*. recte puto. Ariſtoteles lib. 5. *Capiuntur purpuræ tempore verno, cum favos extruunt.* Et mox paulo: *cum favificant purpuræ, tum deterrimum habent florem.* Ipſe quoque Plinius in initio capitis 36. *Congregantur verno tempore mutuoque attritu lentorem cujuſdam ceræ ſalivant.* ſive *cujuſdam cerii*, id eſt, favi, ut alii legunt: quod idem de verbo *cerificavere* dici poteſt, ſignificare videlicet, aut ceras aut favos facere: quamvis verbum compoſitum ex Græco & Latino raro reperiatur. *Pintian.*

c *Cui addi ſalem neceſſarium.*] Quoniam liquor ſalſus inciſa vena, ſaniem, quæ velut purpuræ ſanguis eſt, copioſiorem elicit. Sic medici cucurbitis admotis & cutis ſcarificata, ut ſanguis fluat largius, nec coeat, vulnera aqua ſalſa madefaciunt. *Dalec.*

d *Ferme in libras centenas.*] Libram unam & beſſem, ſive uncias viginti. *Idem.*

e *In plumbo.*] Cortina plumbea: nam ferrea & ænea ſuos colores illinunt. *Idem.*

f *Aquæ amphoris.*] Aquæ libris octoginta. Ex hominis tamen lotio tincturam eam confici, capite ſequenti docet, non aqua. *Idem.*

a *Medi-*

[a] medicaminis libras [b] æquari, ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo. [c] Ita deſpumatis ſubinde carnibus, quas [1] hæſiſſe venis, neceſſe eſt, decimo ferme die [2] [d] liquata cortina, [e] vellus [3] elutriatum mergitur in experimentum: & donec ſpei ſatis fiat, uritur liquor. [4] Rubens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis, rurſuſque mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. Buccinum per ſe damnatur, quoniam [f] fucum remittit. [g] Pelagio [5] admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat auſteritatem illam nitoremque, qui quæritur, cocci. Ita permiſtis viribus alterum altero [h] excitatur, aut aſtringitur. Summa medicaminum in libras vellerum, buccini ducenta, [6] pelagii CXI. Ita fit [i] amethyſti color eximius ille. At

1 hauſiſſe V. adhæſiſſe Ch.
2 liquatis in cortina. V.
3 elutum, Alii. elutatum, Alii.
4 Rubus. Parm.
5 ad modum. D.
6 pelagio. M.

a *Medicaminis libras.*] Conchæ tuſæ, aut carnis exemptæ. *Dalec.*

b *Æquari.*] Legendum, *aquari*, id eſt, dilui. Seneca Natur. Quæſt. lib. 1. cap. 3. *Sic enim & purpura eodem conchylio non in unum modum exit. Intereſt quantum macerata ſit: craſſius medicamentum, an aquatius traxerit: ſæpius merſa ſit, an excocta, an ſemel tincta.* Idem.

c *Ita deſpumatis ſubinde carnibus, &c.*] Vide *Salmaſ.* notas pag. 345. a.

d *Liquata cortina.*] Quod ſatis eſt cocta. *Dalec.*

e *Vellus elutriatum.*] Μελαγχιζόμενον, tranſvaſatum, à lutra vaſe, vel, ut quidam cenſent, à lura, culei ore: unde lurcones Feſto, gulæ capacis homines. Laberio tamen *elutriare lintea*, lavare eſt, & *labandria*, ſordida quæ lavari oportet. Rhod. cap. 40. 18. & auctor infra 17. 14. *Idem.*

f *Fucum remittit.*] Tincturam dilutiorem monſtrat. *Idem.*

g *Pelagio admodum alligatur, &c.*] Lege: *Pelagio admotum alligatur, nimiæque ejus nigritia dat auſteritatem illam, &c.* Buccinum ſolum ac per ſe damnatur, quia fucum remittit, Pelagio admotum alligatur ac fucum ſuum tenet. Alligari dicuntur colores qui non facile eluuntur, nec fucum remittunt. Idem Plin. lib. XXXII. cap. 7. de alga marina: *tingendis etiam lanis ita colorem alligans, ut elui poſtea non poſſit.* Ita alligatur buccinum, admotum Pelagio vel admixtum, quum aliàs per ſe colorem non teneat. *Salmaſ.* pag. 1132. b.

h *Excitatur.*] Vividius fit aut obſcurius. *Dalec.*

i *Amethyſti color eximius ille.*] Tria purpuræ genera à varietate colorum ſumpta memorant veteres, πορφυρίδα coloris violacei ſaturati, & ſubnigricantis, quo colore πορφύρεον κῦμα, θάνατον πορφύρεον, Homerus dixit. Talis fuit Amethyſtina, & quæ è pelagiis purpuris ſolis fiebat atque buccinis: φοινικίδα, puniceam, rubentem, colore cocci, qualis fuit Tyria & Tarentina, à colore poeniceo maturæ palmulæ dictam: ἁλουργίδα colore glauco, irato mari ſimili, auſtero, diluto, qualis fuit conchyliata, & quæ fiebat è ſolis buccinis. Olim Odyſſea Homeri agebatur ἐν ἁλουργοῖς ἐσθήμασιν, ad ſignificandos per maria Ulyſſis errores: Ilias ἐρυθροβαφέσι, indicandis vulneribus cruentis, & cædibus. Sextus Pompejus, Magni filius ob hoſtium naufragia duo gloriabundus, imperatorium paludamentum phœnicium in cæruleum vertit, ad inſtar Neptuni,

At Tyrius pelagio primum ſatiatur [a] immatura viridique cortina: mox permutatur in [1] buccino. Laus ei ſumma, [2] color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. Unde & Homero [b] purpureus dicitur ſanguis.

1 buccina. *Parm.*
2 in colore. *Parm. & Ch.*
3 Improbatur. *M.*
4 præterque vis temp. &c. *Budæus.* præterque ejus temperatura, & quæ pro indiviſo (*ſic M*) humani potus excremento remedia & med. &c. *Turn.* prætereaque in ejus temperatura pro infuſo humanâ potus excremento medicamina adduntur, &c. *Alii. Lego*, buccino, præterque ejus temperaturæ aqua pro inv. humani potus excremento, ea dimidia tantum medicamina.

CAP. XXXIX. *Romæ quando uſus purpuræ.*

PUrpuræ uſum Romæ ſemper fuiſſe video, ſed Romulo in trabea. Nam toga prætexta, & latiore clavo Tullum Hoſtilium è regibus primum uſum Hetruſcis devictis ſatis conſtat. Nepos Cornelius, qui Divi Auguſti principatu obiit. Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat, cujus libra [c] denariis centum vænibat: nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras [d] denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinter [e] Ædilis curulis primus in prætexta uſus [3] improbabatur: qua purpura quis non jam, inquit, triclinaria facit? Spinter Ædilis fuit urbis conditæ anno ſeptingenteſimo, Cicerone Conſule. [f] Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores purpuræ tinguntur. In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino; [g] [4] præterque jus

ptuni, cujus ſe filium eſſe prædicabat, quoniam fœliciſſima navigatione uſus fuiſſet. Hadr. Jun. cap. 2. 2 *Dal.*

a *Immatura viridique cortina.*] Nondum ſatis liquata & percocta. *Idem.*

b *Purpureus dicitur ſanguis.*] A purpuræ illuſtri colore, quicquid nitet ac ſplendidum eſt, ἅπαν τὸ ἀγλαὸν, *purpureum* Latini dixerunt: Catullus, *quercus purpureos ramos*: Albinovanus ad Liviam, purpuream nivem,

----*purpurea ſub nive terra latet.*

Horatius,

----*purpureis ales oloribus.*

Ἀγλαοῖς, ἀγλαομόρφοις. Quinetiam Anacreon, πορφυρῆν Ἀφροδίτην. Scaliger.

c *Denariis centum.*] Aureis decem. *Dalecamp.*

d *Denariis mille.*] Aureis centum. *Idem.*

e *Ædilis curulis.*] Ædiles curules, & prætores & conſules, prætexta olim ornabantur. *Briſſonius.*

f *Dibapha tunc dicebatur.*] Proverbii, *Strumam dibapha veſtire*, quis ſenſus ſit apud Ciceronem, vide explicatum à Rhod. cap. 26. 36. 30. *Dalec.*

g *Præterque jus temperatur aqua.*] Hoc eſt, præterquam quod buccinum detrahitur,

[a] jus temperatur aqua pro [b] inviſo humani potus excremento: dimidia & medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoque [1] dilutior, quanto magis vellera eſuriunt.

[1] dilucidior. *Alii.*

CAP. XL. *De pretio earum.*

PRetia medicamento ſunt quidem pro fertilitate litorum viliora: [c] non tamen uſquam [d] pelagii [2] libras quinquagenos nummos excedere, & buccini centenos ſciant, qui iſta mercantur immenſo. Sed alia ſunt [3] è fine initia: juvatque ludere impendio, & [4] luſus geminare miſcendo [5] iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, ut electra fiant, addere his æra, ut Corinthia.

[2] centenas libras. *Ch.*
[3] nec habent finem vitia. *V.*
[4] luxus. *D.*
[5] iterumque. *Ch.*

CAP.

hitur, etiam hoc intereſt, quod hic jus pro lotio aqua temperatur, & ex medicaminibus dimidium inditur ejus, quod in purpuræ tinctura indi ſolet. *Præter*, Plinius utitur pro, *præterea*. Gelen.

a *Jus*] Jus vocat ſuccum infectorium conchylii, qui ad lanam coquitur tingendam, in purpurea veſte, cum urina & duplicatis medicaminibus: in conchyliata, cum ſimplicibus tantum pigmentis, & aqua, urinæ loco. Urinam rubro colori & purpureo conciliando aptiſſimam eſſe monſtrant infectores, qui pigmentum rubrum, vulgo dictum, *orſeille*, conficiunt ex acerrimo lotio matium & terræ muſcoſa cruſta, quæ nudis ſaxis inhæreſcit candicans, & imbre aſperſa veluti fungos exiguos rubentes gignit. *Dalec.*

b *Inviſo humani potus excremento.*] Abominatos lotium hominis veteres fuiſſe, oſtendit hoc, quod lotiulente, fœde & lutulente dixerint. Titinius,

Lotiulente flocci fiet is cuitor gula.

Turnebus c. 20. lib. 18. obſerv. Plaut. in Menæch.

Summum me olfactare oportet veſtimentum muliebre: (illutibili.

Nam ex hoc loco ſpurcatur naſum odore

(nimirum, lotii) Romanis turpe fuit atque ominoſum vel lotium tantum nominare. Quamobrem auctor cap. 6. lib. 28. cum urinæ vires perſequitur. *Sua cuique autem* (ait) *quod fas ſit dixiſſe, maxime prodeſt.* Idem cap. 51. lib. 7. Inter ſigna mortis recenſet neglectum effluvium præfandi humoris, id eſt, urinæ cum honore & præfatione nominandæ: Sic Seneca cap. 3. lib. 2. de Ira, irritationem humoris obſcæni, id eſt, lotii & urinæ: & cap. 18. lib. 2. de Tranq. vitæ, immundam aquam vocat. *Idem.*

c *Non tamen uſquam pelagii libras, &c.*] Legend. *Non tamen uſquam Pelagii centenas libras quingentos nummos excedere, & buccini centenos ſciant, qui iſta mercantur immenſo.* Centenæ libræ pelagii quingentis nummis vænibant. at buccinum longe purpura vilius. Ideo centenæ ejus libræ centenis nummis dabantur. Sic libræ ſingulæ pelagii quinque nummis, buccini nummo uno exponebantur. Sequentia ſic lege: *Sed alia è fine initia, juvatque ludere impendio, & luxus geminare miſcendo utrumque, & ipſa adulterare adulteria naturæ.* Vide *Salmaſium* pag. 1132. b.

d *Pelagii.*] Hoc eſt, Lanam pelagiæ purpuræ tinctura infectam libræ pondo nuſquam excedere. *Dal.* Meo quidem animo hæc mens Plinii eſt; Pelagii ſeu purpuræ medicaminis ſeu ſucci libras non pluris quinquagenis, buccini vero centenis æſtimandas.

Cap. XLI.

De tingendo amethyſtino, & cocco, & hyſgino.

NOn eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomen amethyſtum: rurſum [1] abſolutus inebriatur Tyrio, ut ſit ex utroque nomen [2] improbum, ſimulque luxuria duplex: & cum confecere conchylia, tranſire melius in Tyrium putant. Pœnitentia hoc [3] primum debet inveniſſe, artifice mutante quod damnabat: inde [4] ratione nata, votum quoque factum è vitio portentoſis ingeniis, & gemina demonſtrata via luxuriæ, ut color alius operiretur alio, ſuavior ita fieri leniorque dictus. Quin & terrena miſcere, [a] coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret [5] [b] hyſginum. Coccum Galaciæ rubens [6] granum, ut [c] dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ, in maxima laude eſt. Verum ut ſimul peragantur nobilia pigmenta, anniculo [7] grano languidus ſuccus: idem à quadrimo evanidus. Ita nec recenti vires, neque ſeneſcenti. Abunde tractata eſt ratio, qua ſe virorum juxta fœminarumque forma credit ampliſſimam fieri.

1 abſolutum. *Cb.* ablutus. *D.*
2 improbum Tyriamethyſtus. *V.*
3 primo. *Cb.*
4 ratio. *M. & Cb.* ratio eſt nata. *V.*
5 bisbyſſinum. *V.* *prave.*
6 gramen. *M. & Cb.*
7 gramini. *M. & Cb.*

Cap. XLII.

De pinna & pinnotere & aquatilium ſenſu.

[d] COncharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis [8] ſubrecta ſemper, nec unquam ſine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem. [9] Is eſt [e] ſquilla parva: alibi cancer dapis aſſecta-

8 ſubjecta. *M.*
9 id. *Cb.*

a *Coccoque tinctum Tyrio tingere, &c.*] Aperte coccum ab hyſgino ſeparat. ſi cocco tinctum Tyria purpura tingebant, ut fieret hyſginum, color hyſginus inter purpureum & coccinum fuerit oportet. *Salm.* 272. b.

b *Hyſginum.*] De hyſgino vide quæ adnotata ſunt in cap. 8. lib. 16. & cap. 7. lib. 35. *Dalec.*

c *Dicemus*] Cap. 8. lib. 16. & cap. 4. lib. 24. *Idem.*

d *Concharum generis & pinna eſt.*] Apud Ciceronem lib. de Nat. Deorum, Balbus; & lib. 3. de Finib. Cato, idem narrant ex ſcriptis & diſciplina Stoicorum, & præcipue Chryſippi, cujus verba ipſa Muretus refert in cap. 5. *Idem.*

e *Squilla parva.*] Hoc eſt, cancellus, quem Græci vocant *caridion*. Hermol. Barb.

affectator. Pandit ſe pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus præbens. Aſſultant illi protinus, & ubi licentia audacia crevit, implent eam. Hoc tempus ſpeculatus index, morſu lævi ſignificat. [1] [a] Illa ore compreſſo, quicquid [2] incluſit, exanimat, partemque ſocio tribuit. Quo magis miror, quoſdam exiſtimaſſe, aquatilibus nullum ineſſe ſenſum. Novit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens: merſaque in limo ſe occultat, piſcium qui ſecuri [3] ſupernatantes obtorpuere, corripiens. Hujus jecori teneritas nulla præfertur. Nec minor ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur. Eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit, [4] aſſultantes piſciculos [5] attrahens, donec tam prope accedant, ut [6] aſſiliat. Simili modo ſquatina, [b] & rhombus abditi pinnas exertas movent ſpecie vermiculorum: [7] itemque quæ vocatur raja. Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſolertiæ hujus, quod tardiſſimi piſcium hi, mugilem velociſſimum omnium habentes in ventre reperiuntur.

1 illa compreſſu, quicquid incluſit, exanimat. *Ch.* & *V.*
2 incluſerit. M.
3 natantes M. ſupernantes. *Ch.*
4 aſſultantibus piſciculis pertrahens. V.
5 pertrahens. V.
6 aſſiliant. *Ch.*
7 item quæ vocantur rajæ. *Ch.*

CAP. XLIII. *De ſcolopendris, vulpibus, & glanis.*

SColopendræ terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, [c] hamo devorato omnia interanea evo-

a *Illa ore compreſſo, quicquid incluſit, exanimat.*] Verbum *ore* in archetypo Tolet. non legitur. Et ſane Ariſtoteles lib. 5. cap. 16. non os comprimi à concha tradit. Ejus verba, *Naſci etiam in cubilibus ſpongiarum novimus beſtiolam aranei ſimilem, nomen pinnothera mutuantem. Degit hæc intra ſpongiarum cubile, & aperiendo claudendoque piſciculos capit. Aperit antequam ingrediantur, claudit & contrahit cum ingreſſi ſunt.* Hæc Ariſtoteles. Apud quem an legendum ſit pinnothera, cum aſpiratione, an ſine illa, non abſurde dubitari poſſet, ut ſit *pinnoter* quaſi pinnarum cuſtos, quod alterum nomen *pinnophylax* oſtendit. Confirmat id Plutarchus in libro, Utra animalium, &c. Niſi quis dicat appellari *pinnother*, quod pinna venetur piſciculos. Lego igitur in Plinio, *Illa compreſſa quicquid concluſit exanimat.* ut quemadmodum ante venationem dixit, pandere ſe, ſic in venatione & captura dicat, comprimi. *Pint.*

b *Et rhombus.*] Ariſt. lib 9. hiſt. περὶ τῆς ψήττης, id eſt, de paſſere, hoc prodidit. Athenæus tamen ſub finem libri ſeptimi, Rhombum Romanis Paſſerem vocari ſcribit. *Dalec.*

c *Hamo devorato omnia interanea evomunt*] Oſcitanter de Vulpe marina id ſcripſit Plutarchus dialogo, Utra prudentiora, &c. *Idem.*

a *Can-*

evomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent. At vulpes [1] marinæ, ſimili in periculo glutiunt amplius uſque ad [2] infirma lineæ, quæ facile prærodant. [3] [a] Cautius qui [b] glanis vocatur: averſos mordet hamos, nec devorat, ſed eſca ſpoliat.

1 marinæ, ſu *M. d.*
2 infima. V.
3 Glaucus & qui. V.

CAP. XLIV. *De ariete piſce.*

GRaſſatur [c] aries, ut latro. Et nunc grandiorum navium in ſalo ſtantium occultatus umbra, ſi quem nandi voluptas invitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultuſque adnatans mergit.

CAP. XLV.

De his quæ tertiam naturam habent, non animalium, neque fruticum, & de urticis, & ſpongiis.

EQuidem & his ineſſe ſenſum arbitror, [4] quæ nec animalium, nec fruticum, [5] ſed [d] tertiam ex utroque naturam habent, urticis dico, & ſpongiis. Urticæ noctu [e] vagantur, noctuque [6] mutantur. Carnoſæ frondis his natura: [7] & carne veſcuntur. Vis pruritu mordax, eademque quæ terreſtris urticæ.

4 quæ neque fruticum, neque animalium, ſed tertiam quandam ex. *M.*
5 ſed tertia quadam ex utraque natura habentur. *Ch.*
6 mutant. *M. & Ch.* ſedem *videl.*
7 ut carne veſcantur. *M.*

a *Cautius qui glanis vocatur: averſos mordet hamos.*] Hermolaus alterutro ex duobus modis hunc locum caſtigat. Unus eſt, *Glanius qui & glanis vocatur:* alter, *Glaucus & qui gelanis vocatur.* Neuter verus eſt, neque item vero ſimilis. Nam quod Hermolaus ait Ariſtotelem lib. 9 ſcribere de glani, hoc ipſum quod hic à Plinio traditur, falſum eſt. Id ut conſtet, Ariſtotelis verba de glani ſubjungam, ex eodem lib. 9. cap. 37. *Tunc ſi minor ſit natu, minuſque uſu exercitatus, facile hamo capitur: ſed ſi peritus, & hamifraga eſt, morſu dentis ſui duriſſimi rumpit hamum, & fœtum aſſidue cuſtodit.* Hæc Ariſtoteles. De cætero Plutarchus lib. Utra animalium, non glani hoc tribuit, qui ſilurus apud nos vertitur, ſed ceſtreo, qui mugil. quo auctore, niſi dura eſſet caſtigatio, ſcribendum cenſerem, *Ceſtreus, qui mugil à nobis vocatur, averſus mordet hamos.* Nec mihi hac in parte ſatisfacit Franciſcus Maſſarius, vir alias digniſſimus qui maxime laudetur. Quo modo igitur hic locus reſtituendus ſit, æſtimandum exactiore diligentia. *Pintian.*

b *Glanis vocatur.*] Ariſtot. Glanidem ἀγκιστροφάγον εἶναι, hamos devorare ſcribit. De Mugile hoc tradit Plutarch. dialogo, Utra prudentiora, &c. Quare Pintianus ferme audet legere, *Ceſtreus, qui Mugil à nobis vocatur.* Dalec.

c *Aries.*] Belua marina, nomine tantum cognita. *Rondel.*

d *Tertiam ex utroque naturam habent.*] Ζωόφυτα, ζωόδενδρα. *Dalec.*

e *Vagantur.*] Vagantur, quæ ſolutæ quidem ſunt: nam alterum earum genus ſaxis affixum ſemper hæret. *Idem.*

a *Con-*

ticæ. Contrahit ergo ſe quam maxime rigens, ac prænatante piſciculo frondem ſuam ſpargit, com-plectenſque devorat. Aliâs [1] marcenti ſimilis, & jactari ſe paſſa fluctu algæ vice, [2] [a] contactos piſces, attrituque [3] petræ ſcalpentes pruritum, invadit. Eadem noctu pectines & echinos perquirit: [4] dum admoveri ſibi manum ſentit, colorem mutat & con-trahitur. [5] [b] Tacta uredinem mittit, paulumque ſi [6] fuit intervalli, abſconditur. [7] Ora ei in [8] radice eſſe traduntur: excrementa per ſumma tenui fiſtula reddi. Spongiarum tria genera [9] accipimus: ſpiſ-ſum ac prædurum & aſperum, [c] tragos id vocatur: minus ſpiſſum & mollius, [10] manon: tenue den-ſumque, ex quo [d] penicilli, [e] Achilleum. Na-ſcuntur omnes in petris: aluntur conchis, piſce, limo. Intellectum ineſſe his apparet, quia ubi avul-

ſorem

1 marcentis. *Cb.*
2 contractos piſcium. *Cb.*
3 petras ſcalpentes ob pruritum. *D.*
4 cum. *M.* & dum. *Alii.*
5 tracta. *Cb.*
6 fuerit. M.
7 os ei in rad. eſſe traditur. *D.*
8 radices. *Cb.*
9 accepimus. *Cb.*
10 minus, in *Cb.d.* manos. *Cb.*

a *Contactos.*] Hoc eſt, ab urtica ipſa piſciculos. Fit enim protinus, ut pruritum contacti ſentiant, quem ſcalpere ad petram aliquam conantes apprimit urtica. *Herm. Barbarus.*

b *Tacta uredinem mittit.*] Admotam contrectantis manum pungit. *Dalec.*

c *Tragos id vocatur.*] Ab odore gravi: nam quia cœno & luto ea ſolum vivunt, male olent. *Idem.*

d *Penicilli.*] Turundæ ſinuoſis & cavis ulceribus immittendæ. Penis, ac inde peniculus, penicillus, & peniculamentum, cauda. Et quoniam veteres caudis boum, ut nos vulpium, uti ſolebant ad pulverem excutiendum, peniculos & penicilios inde vocarunt ea, quibus menſas & ſoleas tergebant, prætereaque pictorium veluti calamum ex ſetis compactum. Plaut. in Menæch.

Quis eſt iſte peniculus quo extergentur baxea.

Afranius,

Lares ludentes peni pinxit bubulo.

Arnobius lib. 5. *Peniculamenta decurtantem canteriorum, innectentem laqueos mobiles.* Ennius apud Nonium,

Pendent peniculamenta unum ad quodque pedule.

Ælianus ex ſilveſtrium boum caudis μυοσόβας, muſcaria olim factitata ſcribit. Itaque penicilli trium ſunt generum, excuſſorii, abſterſorii, pictorii. Caudis equorum tota fere Germania hodie pectines barbæ & capilli contactu ſordidos deterget. Apud Plaut. in Menæch. Peniculus, paraſiti nomen, quod inſtar ſpongiæ menſam tergeret:

Juventus nomen fecit Peniculo mihi:
Ideo, quia menſam, quando edo, detergeo.

In Rudente,

Age jam hic te itidem quaſi penicillus novus exugeri ſolet.
Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt.

Theopompus lepide apud Athen. vetulam, quæ linctu lances detergebat, λειχήνης ἀπόσπογγον καὶ πλεῖον λεπαστῆς appellat, ut apud Nonium Terginocalicem, qui calices terget: in voce, cluo. Cic. ad famil. epiſt. *Idem.*

e *Achilleum.*] Quoniam, ut inquit Euſtathius, robuſtiſſimum eſt, ſicut hordeum præſtantiſſimum Achilleum vocatur, quale ſuis equis Achilles objecit. Rhodigin. cap. 6. 24. Vide infra cap. 12. lib. 31. *Idem.*

a. Sunt

ſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur. Hoc idem fluctu pulſante faciunt. Vivere eſca, manifeſto conchæ minutæ in his repertæ oſtendunt. Circa Toronem veſci illis avulſas etiam ajunt, & ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris quoque inhæret color, Africis præcipue, quæ generantur in Syrtibus. Maximæ fiunt manæ, ſed molliſſimæ, circa Lyciam. In profundo autem, nec ventoſo, molliores. In Helleſponto aſperæ, & denſæ circa Maleam. Putreſcunt in apricis locis: ideo optimæ in gurgitibus. Viventibus [1] idem, qui mandentibus nigricans color. Adhærent nec parte, nec totæ: Interſunt enim fiſtulæ quædam inanes, quaternæ fere aut quinæ, per quas paſci exiſtimantur. [a] Sunt & aliæ, ſed ſuperne concretæ. Et ſubeſſe membrana quædam radicibus earum intelligitur. Vivere conſtat longo tempore. Peſſimum omnium genus eſt earum, quæ aplyſiæ vocantur, quia [2] [b] elui non poſſunt, in quibus magnæ ſunt fiſtulæ, & reliqua denſitas ſpiſſa.

1 idemque mandentibus. M. V. idem qui mandentibus. *Ch.*

2 erul. *Parm.*

Cap. XLVI. *De caniculis marinis.*

[c] Canicularum maxime [3] multitudine circa eas urinantes gravi periculo infeſtantur. [4] Ipſi ferunt & nubem [5] quandam craſſeſcere [d] ſuper capita, [e] planorum [6] piſcium ſimilem, prementem eos,

3 multitudo c. u. g. p. infeſtat. *M. & Ch.*

4 Ipſis. V. *ſub.* caniculis.

5 quandam animalium craſſ. M.

6 quorundam piſc. V.

a *Sunt & aliæ.*] Fiſtulæ, per totum corpus earum ſparſæ, verum hæ ſuperne occluſæ & obturatæ. *Dal.*

b *Elui non poſſunt.*] Adeo ſordidæ ſunt & inquinatæ. *Idem.*

c *Canicularum maxime.*] Plinius in univerſum Galeorum, ſive Squalorum ſpecies omnes, quæ multæ ſunt, Caniculas vocat: cum hoc nomen peculiare ſit ei, quem Græci *νέφελον σκύμνον σκυλάκιον* appellant, Galli *Rouſſete*, & hæc canicularum adverſus urinantes dimicatio intelligenda ſit de Galeo tantum cane, & de Galeo Glauco, magna feritate & immanitate ſpongotheras invadentibus: *χαλκεῖς κύνας* Ariſt. vocat. *Idem.*

d *Super capita.*] *Super oculos* dicere debuit. Eſt enim nubes non quidem malum, aut vitium, ſed in Galeo cane, & Galeo Glauco craſſa membrana, quæ palpebræ avium modo ex inferiori oculi parte naſcens totum eum contegit, & inter dimicandum viſui plurimum obeſt. Eadem eſt & in Rajis planis piſcibus, ſed & ex interiore oculi angulo in eum totum diſtenditur, prætereaque in ambitu velut ſerrata & fiſſa eſt. *Idem.*

e *Planorum.*] Cartilagineorum. *Idem.*

a *Reci-*

[1] eos, arcentemque à [a] reciprocando & ob id ſtilos præacutos [2] [b] lineis annexos habere ſeſe: quia niſi perfoſſæ ita, non recedant, [3] caliginis & pavoris, ut arbitror, opere. Nubem enim & nebulam (cujus nomine id malum appellant) inter animalia haud [4] ullam comperit quiſquam. At [5] cum caniculis atrox dimicatio. Inguina, & calces, omnemque candorem corporum appetunt. Salus una in adverſas eundi, ultroque terrendi. Pavet enim hominem æque ac terret. [6] Et ſors æqua in gurgite: ut ad ſumma aquæ ventum eſt, ibi periculum anceps, adempta ratione contra eundi, dum conetur emergere: & ſalus omnis in ſociis: funem illi religatum ab humeris ejus trahunt: hunc dimicans, ut ſit periculi ſignum, læva quatit: dextra apprehenſo ſtilo in pugna eſt: modicus alias [7] tractus. Ut prope carinam ventum eſt, niſi præceleri vi repente rapiant, abſumi ſpectant. Ac ſæpe jam ſubducti, è manibus auferuntur, ſi non trahentium opem, conglobato corpore in pilæ modum [8] [c] ipſi adjuvere. Protendunt quidem tridentes alii: [9] ſed monſtro ſolertia eſt navigium ſubeundi, atque ita è tuto præliandi. Omnis ergo cura ad [10] ſpeculandum hoc malum inſumitur.

1 eas. *D.*
2 lignis. V.
3 haud pavore, ſed caligine, ut arbitror, opertæ. *D.*
4 ultra. *M.* ulla. *Ch.*
5 cum, *in M. d.* Hæc cum caniculis. V. ut caniculi. *Ch.*
6 Et frons. *Parm.* Et infrons. *Ch.*
7 tractatus. *M. & Ch.*
8 ipſe adjuverit. *V.*
9 & monſtri. *M.*
10 depeculandum. *M.*

CAP.

a *Reciprocando.*] Impetu reſumendo, iterando morſu, repetendo impetu mordendi. *Dalec.*

b *Lineis annexos habere ſeſe.*] Rhod. c. 14. 5. in his verbis Quintiliani lib. 11. *Tranſire in diverſa ſubſellia parum verecundum eſt. Nam & Caſſius Severus urbane adverſus hoc facientes lineam popoſcit:* lineam interpretatur longurium, nempe longiorem perticam, equis à præſepibus interjectam & eos diſcernentem ne inter ſe pugnent. *Idem.*

c *Ipſi adjuvere*] Hic notatu dignum, quod ſcribit Rhod. c. 16. 25. ſpongetheras in imo maris effuſo oleo, aquam illuſtrare, & luminis aliquid ſibi præbere: quod etiam ſcriptum eſt ſupra cap. 103. lib. 2. *Idem.*

a Cor-

Cap. XLVII.

De his, quæ ſilicea teſta includuntur, & quæ ſine ullo ſenſu, & de reliquis ſordidis animalibus.

[a] Certiſſima eſt ſecuritas vidiſſe planos piſces: quia nunquam ſunt, ubi maleficæ beſtiæ: [1] qua cauſa [b] urinantes [c] ſacros appellant eos. [2] Silicea teſta incluſis fatendum eſt nullum eſſe ſenſum, ut oſtreis. Multis eadem natura, quæ frutici, ut [3] holothuriis, pulmonibus, ſtellis. [d] Adeoque nihil non gignitur [4] in mari, ut cauponarum etiam [e] æſtiva animalia, pernici moleſta ſaltu, [5] & quæ capillus maxime celat, exiſtant, & circumglobata [6] eſcæ ſæpe extrahantur: quæ cauſa [7] ſomnum piſcium in mari noctibus [f] infeſtare exiſtimatur. Quibuſdam vero ipſis innaſcuntur, quo in numero chalcis accipitur.

1 qua de cauſa. *Ch.*
2 Scilicet à teſta. *Ch.* Scilicet teſta. *M.*
3 olothris. *Ch.*
4 in mari ut campo. Nam etiam. V. conopeorum. *Scal.*
5 ut. *Ch.*
6 eſca. *Ch.*
7 ſomnium. *M.*

Cap. XLVIII. *De venenatis marinis.*

Nec venena ceſſant dira, ut in lepore: qui in Indico mari etiam tactu peſtilens, vomitum diſſo-

a *Certiſſima eſt ſecuritas vidiſſe planos piſces.*] Videtur legendum, *Anthias piſces*, non *planos piſces*. Quæ caſtigatio etſi aſpera duraque eſt, devoranda tamen ut in Plinio, in quo alias multo atrociores eſſe, conſtabit ex ſequentibus & conſtitit ex præteritis: ad quas ſi quis pavitet, perinde faciat, ac malus chirurgus, qui adhibitus ad ſecanda exurendave inveterata ulcera, parcens ægrotantis cruciatibus, à curatione deſiſtit. Ariſtoteles lib. 9. cap. 30. *Quo in loco Anthias ſit; nullam ibi beluam eſſe confeſſum eſt, quo jam indicio ſecure ſpongiatores urinantur, & ſacrum hunc piſcem ob eam rem nominant.* Hæc Ariſtoteles. Porro quinam vocentur ſacri piſces, longa eſt diſputatio apud Athenæum volumine ſeptimo. *Pintian.*

b *Urinantes.*] Spongotheres. *Pint.*

c *Sacros appellant.*] Arethuſæ piſces ſacros vocat Diodorus: Anthian, Plutarchus: Pompilum, & Delphina, Athenæus: Leucon, Theocritus in Berenice: Chryſophryn, idem in Galatea: Icien, idem in Epigrammatibus. Rhod. cap. 12. lib. 12. *Idem.*

d *Adeoque nihil non gignitur.*] Scalig. in Propert. Conopeorum animalia, *οἱ κώνωπες*, culices: quæ capillus celat, *οἱ φθεῖρες* pedes. Inde conopea dicta quæ adverſus culicum morſus tendebant gentes quædam ab iis infeſtatæ, præſertim per æſtatem. Horat.

Interque ſigna, turpe, militaria,
Sol aſpicit conopea.

Propertius de Cleopatra,

Fœdaque Tarpejo conopea tendere ſaxo.

Idem.

e *Æſtiva animalia.*] Ariſt. c. 10. lib. 4. hiſt. *Idem.*

f *Infeſtare.*] Idem ibid. *Idem.*

a *Peſti-*

diſſolutionemque ſtomachi protinus creat: in noſtro offa informis, colore tantum lepori ſimilis: in Indis, & magnitudine, [1] & pilo duriore, tantum: [2] nec vivus ibi capitur. Æque [a] peſtiferum animal araneus, ſpinæ in dorſo aculeo noxius. Sed [3] nullum uſquam execrabilius, quam radius, ſuper caudam eminens trygonis, quam noſtri paſtinacam appellant, quincunciali magnitudine: Arbores infixus [4] radici necat: [5] arma, ut telum, perforat vi ferri & veneni [6] malo.

1 & pilo, duriore tantum. *D.*
2 nec, *in v. d.*
3 nihil. *D.*
4 radicitus. *Pint.*
5 carnem, ut telum. *Alii.*
6 mali. *M.*

CAP. XLIX. *De morbis piſcium.*

MOrbos univerſa genera piſcium, ut cætera animalia etiam, fera non accipimus ſentire. Verum ægrotare ſingulos, manifeſtum facit aliquorum macies, cum in eodem genere præpingues alii capiantur.

CAP. L. *De generatione eorum mira.*

QUonam modo generent, deſiderium & admiratio hominum differri non patitur. Piſces attritu ventrium coëunt, tanta celeritate ut viſum fallant: delphini, & reliqua cete, ſimili modo, [7] paulo diutius. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur, ventrem ejus roſtro pulſans: ſub [8] partum mares [9] fœminam ſimiliter, ova veſcentes earum. Nec ſatis eſt generationi per ſe coitus, [b] niſi editis ovis, [10] inter ſe verſando mares & fœminæ

7 ſed paulo. *M.*
8 partu. *M.*
9 fœminas. *Ch.*
10 i. ſ. verſantes. V. interverſando mares vitale. *Ch.* niſi editis à fœmina ovis ante ſe verſando mares vitale. *ex Ariſt. c. 13. lib. 6. Hiſt.*

a *Peſtiferum animal araneus.*]. Idem & Draco. *Dal.*

b *Niſi editis ovis inter ſe verſando mares & fœminæ vitale aſperſerint virus.*] Aliquot ex his verbis, ſi recte conjicio, ſupervacanea ſunt, ab emendatore ſeu expoſitore inconſiderate adjecta. Nam mares ſuapte natura circa tempus, quo fœminæ pariunt, copia ſeminis turgent, ut ad emiſſionem ſeminis non ſit neceſſaria mutua illa verſatio maris ac fœminæ. Item fœminæ vitale illud virus non adſpergunt, ſed mares duntaxat. Ariſtoteles volumine de generat. animal. 3 cap. 5. *Tempore enim eodem mares ſemen genitale, fœmina ova habent: & quo fœmina propius ad partum accedit, eo copioſius & humidius redditur ſemen genitale in mare. Et ut incrementum ſeminis in mare, ovi in fœmina eodem tempore evenit, ſic emiſſio. Neque enim fœmina univerſum, ſed paulatim pariunt; neque mares ſemen ſuum univerſum*

 emit-

1 ſingularum. *D.*
2 quibus cauda non obeſt aculeique, ut teſtudines & rajæ in coitu. *V.*
3 ſuperineunt. *D.*
4 fœminæ, *in M. d.*
5 fiſtulis. *Vide Annot.*
6 fiſtula eædem. *Ariſt.* nantes pariunt ore. *V.*
7 Cruſtaceorum mollia, tergis ut canes: ita locuſtæ & ſquillæ. Cancri ore. *Alii*, Cruſta molli teſta ut canes.

minæ vitale aſperſerint virus. Non omnibus id contingit ovis in tanta multitudine: alioqui replerentur maria & ſtagna, cum [1] ſinguli uteri innumerabilia concipiant.

Cap. LI.

Item de generatione, & qui piſces ova pariant.

PIſcium ova in mari creſcunt, quædam ſumma celeritate ut murænarum, quædam paulo tardius. [a] Plani piſcium [2] quibus cauda non eſt, aculeatique; ut teſtudines in coitu [3] ſuperveniunt:. polypi crine uno [4] fœminæ [b] naribus adnexo: [c] ſepiæ & loligines [5] linguis componentes inter ſe brachia, & in contrarium nantes: [6] ore & pariunt. [d] Sed polypi in terram verſo capite coëunt. [7] [e] Reliqua mollium tergis, ut canes. Item locuſtæ & ſquillæ,

emittunt. Et lib. 6. de hiſt. Animal. c. 13. *Nec vero hæc omnia fœcunda, ſed quibus mas ſemen aſperſerit genitale. Sub partu enim mas ſequens ſemen ovis aſpergit, & qua vitale id virus contigerit, ex his piſciculi enaſcuntur, ex cæteris ut contigit.* Ex his Ariſtotelis verbis evidenter apparet, vera Plinianaque verba eſſe, *Niſi editis ovis mares vitale aſperſerint virus*, reliqua adulterina eſſe. *Pint.*

a *Plani piſcium quibus cauda non eſt, aculeatique ut teſtudines in coitu ſuperveniunt.*] Dictionem illam *teſtudines*, pro Pliniana non agnoſco. Nemo enim teſtudines, planos piſces dixerit, imo nec ſimpliciter piſces: quippe quæ ſint quadrupedes Ariſtoteli lib. 5. cap. 3. & idem auctor tradit in lib. De ſpiritu, teſtacea omnia ex aquatilibus prædita eſſe pedibus, ob gravitatem. At piſces pedibus carere, Ariſtoteles idem prodit, lib. 2. cap. 13. Quapropter etſi ſcio viſum iri hanc, ut pleraſque alias, aſperam caſtigationem, contenderim tamen, non *teſtudines* hic, ſed *paſtinaca* legendum eſſe. Ariſtot. lib. 5. cap. 5. *Plani autem ejuſdem generis, iidemque habentes caudam ut raja, paſtinaca, & reliqua hujuſcemodi, non ſolum admotis ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitis, modo cauda impedimento nullo ob craſſitudinem ſit, coëunt.* Idem.

b *Naribus*] Fiſtulæ, αὐλῶν, φυσητῆρες. Plinius apud Ariſtot. μυκτῆρες legit, pro φυσητῆρες. Plinii errorem Gaza ſecutus eſt, crine uno fiſtulæ adnexo. *Dalec.*

c *Sepiæ & loligines.*] Sepiis & loliginibus lingua non eſt. Pariunt illæ ore ori admoto, mutuo compoſitorum & applicatorum brachiorum complexu, fiſtulam (Gaza *narem*) fiſtulæ inſerentes, natatu alterius retrorſum, alterius antrorſum. Pariunt fiſtula, qua & coire putantur. Lego inde, *Loliginis fiſtulis, &c.* Idem.

d *Sed polypi in terram verſo capite coëunt.*] Polypus fœmina, verſo in terram capite nitibunda, explicat, porrigitque brachia: mas ſupervenit, paſſiſque flagellis acetabula ſua ſingula ſingulis fœminæ adjungens, adhæreſcit. Ariſtot. *Idem.*

e *Reliqua mollium tergis.*] Molli cruſta tecta. Apud Ariſt. eſt, τὰ δὲ μαλακόστρακα ὀχεύεται καθάπερ τὰ ὀπισθουρητικὰ τῶν τετραπόδων, ut quæ ex quadrupedibus retrorſum in caudam reſiliunt. Gaza vertit, *quæ retro mejunt.* Idem.

a *Can-*

ſquillæ, [a] cancri ore. Ranæ ſuperveniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, poſterioribus clunes. Pariunt minimas [b] carnes nigras, [c] quas gyrinos vocant, oculis tantum & cauda inſignes: mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores. Mirumque, ſemeſtri vita reſolvuntur in limum nullo cernente, & rurſus vernis aquis renaſcuntur, quæ fuere naturæ [1] perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eveniat. Et mituli & pectines ſponte naturæ in harenoſis proveniunt. Quæ durioris teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ, [d] ſalivario lentore. Sicut [2] aceſcente humore culices, atque [3] ſpuma maris incaleſcente cum admiſſus eſt imber. Quæ vero ſiliceo tegmine operiuntur, ut oſtrea, putreſcente limo, aut ſpuma circa navigia diutius [4] ſtante defixoſque palos [5] & lignum maxime. Nuper compertum [e] in oſtreariis, humorem iis fœtificum lactis modo effluere. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmenta viviſcunt: Nec alia eſt earum procreatio. Piſcium diverſa genera non coëunt, præter ſquatinam & rajam; ex quibus naſcitur priori parte rajæ ſimilis, & [f] nomen ex utroque compoſitum apud Græcos trahit. Quædam [6] tempore anni gignuntur, & in humore, & in terra. Vere pectines, [g] limaces, [*] hirundines, eodem

1 proinde. *M.*

2 creſcente. *M.* accreſcente. *Ch.*

3 Apus. *M. V. & Ch. & Ariſt lib. 5. hiſt. cap. 15.*

4 ſtantia. *M. & Ch.*

5 Sed ligno maxime. *Pint. ex Ariſt. lib. 3. cap. ult. de gen. an.* lignos maxime. *Alii.*

6 *Rectius* tepore anni. *Conſule Ariſtot. Hiſt. Animal. lib. 6. cap. 15. unde hic locus eſt deſumptus.*

a *Cancri ore.*] Cancri priore parte copulantur, rugoſos operculorum loculos conferentes. Ariſtot. *Dalec.*

b *Carnes nigras.*] Carnes hæ non pariuntur, ſed è putri limo gignuntur. *Idem.*

c *Quas gyrinos vocant.*] Vide cap. 10. lib. 22. De Gyrinis id verum eſt ſponte natis, non autem de ranarum vero fœtu. Rondel. *Idem.*

d *Salivario lentore.*] Ex ſalivario lentore folliculi fiunt, favi modo ſubſtructi. Illis autem ruptis & ſanie, quam continent, in putrem limum effuſa gignuntur parvæ purpuræ & murices. Ariſt. cap. 15. lib. 5. Hiſt. *Idem.*

e *In oſtreariis.*] Ejus meminit. c 6. 32. *Idem.*

f *Nomen ex utroque compoſitum.*] Rhinobatos. *Idem.*

g *Limaces.*] Limaces Varroni, ſcorta, limacibus ſimilis, quæ olerum & plantarum fila rodunt, quemadmodum Menander αἶγας vocavit, quæ amatorem θαλλὸν κατέφαγε, vorsverat. Quidam à limando malunt, ἀπὸ τȣ̃ λείχειν, ob eandem cauſam, quod ſui cupidos abrodant, & fortunis ſpolient. Apud Menandrum, ut ſcribit Ælianus, paraſitus Θήρων μέγα φρο-

[1] eodem tempore evaneſcunt. Piſcium lupus & trichias bis anno parit, & ſaxatiles omnes. Mulli ter, ut chalcis, cyprinus ſexies, [2] ſcorpiones bis, ac ſargi vere & autumno. Ex planis ſquatina ſola bis [3] autumno & Vergiliarum occaſu. Plurimi piſcium tribus menſibus, Aprili, Majo, Junio. Salpæ autumno: [4] ſargi torpedo, [5] [a] ſquali circa æquinoctium: molles vere: ſepia omnibus menſibus. [b] Ova ejus glutino atramenti ad ſpeciem uvæ cohærentia, maſculus proſequitur afflatu, alias ſterileſcunt. Polypi hieme coëunt, [c] pariunt vere ova tortili vibrata pampino, tanta fœcunditate, ut multitudinem ovorum occiſi non recipiant [6] cavo capitis, quo prægnantes tulere. Ea excludunt quinquageſimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. Locuſtæ, & reliqua tenuioris cruſtæ, ponunt ova ſuper ova, atque ita incubant. Polypus fœmina modo in ovis ſedet, modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. Sepia [7] & in terreno parit inter harundines, aut ſicubi enata alga: excludit quintodecimo die. Loligines in alto conſerta ova edunt, ut ſepiæ. Purpuræ, murices [8] ejuſdemque generis, vere pariunt. Echini ova pleniluniis habent hieme: & cochleæ hiberno tempore naſcuntur. Torpedo octogenos fœtus habens invenitur: eaque intra ſe parit ova præmollia, in alium locum uteri transferens, atque ibi excludens. Simili modo omnia, quæ cartilaginea appellavimus. Ita fit, ut ſola

1 eædem autumni tempore. V. eodem tempore viviſcunt. *Alii.*
2 ſcorpenæ. *Ch.*
3 autumno & Junio Vergil. V.
4 ſpari. V.
5 ſquatinæ; vel ſquati *ſivaſ. Turn. ex Ariſt.*
6 cranio. V. *prave.*
7 &, *in M. del.*
8 ejus denique.

γα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους αὐτοὺς ἐκείνους φάτνην εἶχεν, quod homines, quos arrodebat, haberet pro præſepi. *Scaliger.*

* *Hirundines.*] Apud Plautum in Epidico feſtive Epidicus,

---- *jam ego me convertam in hirundinem,*

Atque eorum exugebo ſanguinem, ſenati qui columen cient.

Dalecampius.

a *Squali.*] Squali, Galei, à ſquala, id eſt, ſordida, aſpera, & ſcabra cute. *Squalum* enim priſca vox id ſignificat. Ennius apud Nonium, *Elavare lacrymas, veſtem ſqualam & ſordidam.* Idem.

b *Ova ejus, &c.*] Ariſt. c. 10. lib. 5. hiſt. *Idem.*

c *Pariunt vere, &c.*] Cerium ſive favum edunt. *Idem.*

a *Silu-*

ſola piſcium & animal pariant & ova concipiant. [a] Silurus mas ſolus omnium edita cuſtodit ova, ſæpe & quinquagenis diebus, ne abſumantur ab aliis. Cæteræ fœminæ in triduo excludunt, ſi mas attigit. Acus, ſive belone, unus piſcium dehiſcente [1] propter multitudinem utero parit. A partu [2] coaleſcit vulnus: quod & in [3] cæcis ſerpentibus tradunt. Mus marinus in terra ſcrobe effoſſo parit ova, [4] & obruit terra. Ruſus triceſimo die refoſſa aperit, fœtumque in aquam ducit.

1 *Legendum aliis videtur*, propter magnitudinem, *videlicet* ovorum. *ſuffragante Ariſtot. de gen. anim. lib.* 3. *c.* 4.

2 calleſcit. V.

3 *Quidam emendant*, Cæcilis ſerpentibus. *ex eodem Ariſt. lib.* 6.

4 & rurſus obruit terra. Triceſimo. *V.* & *Ch.*

CAP. LII. *De vulvis piſcium.*

ERythini & [b] chanæ vulvas habere traduntur: [c] qui trochos appellatur à Græcis, ipſe ſe inire. Aquatilium omnium fœtus inter initia viſu carent.

CAP. LIII. *De longiſſima vita piſcium.*

ÆVi piſcium memorandum nuper exemplum accepimus. Pauſilypum villa eſt Campaniæ, haud procul Neapoli, in ea in Cæſaris piſcinis à Pollione Vedio conjectum piſcem, ſexageſimum poſt annum expiraſſe ſcribit Anneus Seneca, duobus aliis æqualibus ejus ex eodem genere etiam tunc viventibus. Quæ mentio piſcinarum admonet, ut paulo plura dicamus hac de re, priuſquam digrediamur ab aquatilibus.

CAP.

a *Silurus mas ſolus.*] De glanide id Ariſt. lib. 9. hiſt. *Dal.*

b *Chana vulvas habere traduntur.*] Chanæ omnes vulvas, &c. nam quod ſcribit Ariſt. cap 6. lib. 4. hiſt in eo piſcis genere nulla eſt ſexus diſtinctio, omneſque ovis gravidæ capiuntur. *Idem.*

c *Qui trochos appellatur à Græcis, ipſe ſe inire*] Falſum & ridiculum id Ariſtoteles exiſtimat, Herodoto Heracleota, duo eum genitalia maris & fœminæ, fortitum credente. *Hermol. Barb.* De cinœdis hoc exponi poteſt, qui mutuo conſequuntur κατ' ὄῤῥον, ut Suidas, κτ` πυγὼ, ut Athenæus, & alii aliorum clunibus natando invehuntur, ut qui nefandam & præpoſteram libidinem exercent. Τρόχους fortaſſe quaſi curſores Græci vocaverunt, à curſus pernici celeritate, non quaſi rotas. Trochos diverſus à cetaceo, quis & qualis ſit ignorant. *Dalecamp.*

a *De*

Cap, LIV.

[a] *De vivariis oſtrearum, & quis ea primus invenerit.*

OStrearum vivaria primus omnium [b] Sergius Orata invenit in Bajano, ætate L. Craſſi Oratoris, ante Marſicum bellum: nec gulæ cauſa, ſed avaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio ſuo percipiens, ut qui primus penſiles [1] invenit balineas, ita magonizatas [2] villas ſubinde vendendo. Is primus optimum ſaporem [c] oſtreis Lucrinis adjudicavit, quando eadem aquatilium genera alibi atque alibi meliora; [d] ſicut lupi piſces in Tiberi amne inter duos pontes, rhombus Ravennæ, [3] murænæ [e] in Sicilia, elops Rhodi: & alia genera ſimiliter, ne culinarum cenſura peragatur. Nondum [f] Britannica ſerviebant litora, cum Orata Lucrina nobilitabat: poſtea viſum tanti [4] in extremam Italiam petere [5] Brundiſium oſtreas, ac ne lis eſſet inter duos ſapores, nuper excogitatum, famem longæ advectionis à Brundiſio compaſcere in Lucrino. Eadem ætate prior [6] Licinius Muræna, reliquorum piſcium vivaria invenit: cujus deinde exemplum nobilitas ſecuta eſt, [7] Philippi, Hortenſii: [g] Lucullus exciſo etiam monte juxta Neapolim majore impendio, quam villam [8] ædificaverat, euripum & maria

1 invenerit. *Ch.*
2 illas. *Ch.*
3 murænam. *M. & Ch.*
4 in extrema Italiæ. *M.* extrema Italia. *V.*
5 Brundiſio. *M.*
6 Lucinius. *Ch.*
7 Philippus, Hortenſius. *M.*
8 exædificaverat. *Ch.*

a *De vivariis oſtrearum.*] Vide cap. 6. lib. 32. *Dalec.*

b *Sergius Orata invenit.*] Val. Max. cap. 1. lib. 9. ejus luxuriam carpit. Vide & Ciceronem in Officiis. *Idem.*

c *Oſtreis Lucrinis adjudicavit.*] Tarentina præferr omnibus Varro. Brod. cap. 14. 4. Abydena Græci. *Idem.*

d *Sicut lupi piſces.*] Lucilius 16. Satyra:

Fingere præterea afferri, quod quiſque volebat:
Illum ſumma ducebant atque altilium lanx;
Hunc pontes Tiberinos duo inter captus capillo.

Id eſt lupus liguritor. Macrobius c. 16. 3. Saturn. Horat.

Unde datum ſentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet?

Idem.

e *In Sicilia.*] Ἐν πορθμῷ τῷ Σικελικῷ. Flutas Latini vocant. Martialis:

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non valet exuſtam mergere ſola cutem.

Idem.

f *Britannica ſerviebant litora*] Quæ oſtrea præſtantiſſima nutriunt. *Idem.*

g *Lucullus.*] Vide Salluſt. in Catilin. pag. 9. n. 8. *Idem.*

a *Tricies*

maria admiſit. Qua de cauſa Magnus Pompejus Xerxen togatum eum appellabat. [1][a] Tricies piſcinæ à defuncto illo væniere piſces.

[1] quadraginta ſeſtertiis piſc. *Budæus, V. & M.* Quadringentis ipſius piſc. *Maſſar.* Seſtertium quadringentis, è piſcina ipſius defuncto, &c. *Hotom. de re num. pag.* 243.

CAP. LV.

Quis primus muranarum vivaria fecerit.

MUrænarum vivarium privatim excogitavit C. [2] Hirius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cæſaris Dictatoris ſex millia numero murænarum [3][b] mutuo appendit. Nam permutare quidem pretio noluit, aliave merce. [c] Hujus villam intra quam

[2] Hirtus. *V.* Hirrus. *Ch.* Hirtius. *Gel.*

[3] mutua.

a *Tricies piſcina à defuncto illo vaniere piſces.*] Lego. *quadraginta millibus ipſius piſcina à defuncto illo vaniere piſces.* Macrobius ait, Marcum Catonem, qui poſt Uticæ periit, cum Hæres teſtamento eſſet relictus, piſces de piſcina ipſius quadraginta millies vendidiſſe. *Hermol. Barb,* Macrobius graviter errat, ſcribens Catonem hæredem à Lucullo relictum: quod ſane neque in ipſo, cujus utitur teſtimonio, Varrone, neque in alio Latino Græcove auctore Macrobius unquam legit. Sed quia in Plinio legerat, defuncto vita Lucullo, piſces Catonem ex piſcina ejus venditaſſe, idcirco credidit bona Luculli hæreditario jure ad Catonem perveniſſe, largiter allucinatus. Nam ex eo ipſo Varrone & Columella diſcere potuiſſet, Catonem tutorem Luculli relictum, non hæredem. Quod ſi etiam non percipiebat, ſciat Lucullum imperatorem fato defunctum, puerulum filium, Lucullum nomine reliquiſſe, quem ſuſtulerat ex Servilia Catonis ſorore, muliere impudica, quam procreato hoc filiolo ob vitæ probra repudiavit. Hic igitur puer Luculli majoris filius, & illius, ut dixi, appellatus nomine, paternorum bonorum hæres fuit. Quæ cum per ætatem adminiſtrare non poſſet, tutor ei datus eſt Cato Uticenſis avunculus. Auctor eſt Plutarchus in vita Catonis Uticenſis. Hic igitur Cato Lucillianas delicias exoſus, parumque neceſſarias pupilli incrementis judicans, piſces illos quam potuit maximo precio permutavit. *Pint.*

b *Mutuo appendit.*] In pondus dedit. Varro cap. ult. lib. 3. *Dalec.*

c *Hujus villam intra quam modicam quadragies piſcina vanierunt.*] Ambo exemplaria *vendiderunt* præferunt, non *vanierunt.* Budæus, cum quo iterum mihi res eſt, libro ſecundo de Aſſe hunc locum ſic legit: *Hujus villam intra quam modicam xl. piſcina vendiderunt;* profiteturque ſe id facere ex vetere lectione & Varrone ac Macrobio. Nos adverſus veterem lectionem & Budæum ac Macrobium *piſces* legendum contendimus, non *piſcina.* Nam Varronis auctoritas, qua nititur Budæus, mihi favet, non illi, confirmatque *piſces*, ut ego ſentio, non *piſcina*, ut Budæus, ſcribendum eſſe. Potuit enim unica duntaxat piſcina, villam Hirii tanti vendere: & poſſunt in una tantum piſcina multi eſſe & magnæ taxationis piſces, ut ex fine capitis præcedentis patuit. Sed Varronis ipſius verba, ex libro De re ruſtica tertio, capite XVII. apponam, ut apertius fiat utro ex duobus modis legendum ſit, *piſcina*, ut Budæus, an *piſces*, ut ego ſentio. *Hirius*, inquit, *circum piſcinas ſuas ex ædificiis duodena* M. *ſeſtertium capiebat. Eam omnem mercedem eſcis, quas dabat piſcibus conſumebat. Nec mirum: uno tempore enim memini hunc Cæſari vj.* M. *murænarum mutua dediſſe in pondus, & propter piſcium multitudinem quadragies ſeſtertium villam vaniſſe.* Hactenus Varro. Ex cujus verbis colligitur, ob piſces numeroſos, non piſcinas, villam Hirii væniſſe tanti. Præterea, ſi ut ait Varro, ex ædificiis quæ circum piſcinas erant duodena

dena

[1] piſcinæ vendiderunt. *Bud. 2. de Aſſe. M. Tol. Salm. & Ch. & Hotom. de re num. p. 279.*

[a] quam modicam quadragies [1] piſcinæ vænierunt. Invaſit deinde ſingulorum piſcium amor. Apud Baulos in parte Bajana piſcinam habuit Hortenſius Orator, in qua murænam adeo dilexit, ut exanimatam fleſſe credatur. In eadem villa, Antonia Druſi, murænæ, quam diligebat, inaures addidit: cujus propter famam nonnulli Baulos videre concupiverunt.

Cap. LVI.

De cochlearum vivariis, & quis primus inſtituit.

[2] Lippinus. *Ch.*

[3] actum eſt. *V.*

[b] Cochlearum vivaria inſtituit Fulvius [2] Hirpinus in Tarquinienſi, paulo ante civile bellum, quod cum Pompejo Magno [3] geſtum eſt, diſtinctis quidem generibus earum, [c] ſeparatim ut eſſent albæ, quæ in Reatino agro naſcuntur: ſeparatim

dena M. ſeſtertium Hirius capiebat, inſumebatque paſcendo egregio illo pecore, qua ratione piſcinæ illæ tantæ æſtimationis ſimul cum villa mediocri pretio, quadragies ſeſtertium, hoc eſt mille aureorum vænire potuerunt? Sed non univerſas, dicet quis Hirii piſcinas cum villa venditas, ſed aliquot earum. Tantum abeſt ut eos probem qui ita ſentiant, ut mirer potius attenta piſcium, quæ illis temporibus erat, ingenti æſtimatione, unicam etiam piſcinam, cum villa quantumcunque mediocri, tam exiguo precio venalem inventam. Macrobius vero, qui aliter ſentit, rem non accurate perpendit, ut pleraque alia, de quibus lis homini intendi, non injuria poſſet: mendoſum enim Plinii exemplar nactus in errorem ipſe lapſus eſt, & Hermolaum una ſecum traxit. Parem invenies in Columella mendam: nam ubi *piſces* ſcribi debuit, *piſcina* falſo ſcriptum eſt. *Attamen*, inquit libro octavo, capite XVI. *Iiſdem temporibus, quibus hanc commemorabat Varro luxuriem, maxime laudabatur ſeveritas Catonis, qui nihilominus & ipſe tutor Luculli grandi ære ſeſtertium M. quadringentorum piſcinas pupilli ſui venditabat.* Scribendum, *piſces pupilli ſui venditabat*, tum ex Varrone libro tertio, unde id Columella tranſtulit, tum ex Plinio in fine capitis præcedentis: adde etiam, ſi placet, ex Macrobio Saturnalium. *Pintian. Muranarum vivarium privatum excogitavit C. Hirrius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex millia numero muranarum mutua appendit. nam permutare quidem pretio noluit aliave merce. Hujus villam (intra quam modicum?) quadragies piſcinæ vendiderunt.* Ita recte Budæus, & ſumma eſt centenum millium Philippeum vel ſcutatorum. Sed acriter ei repugnat Pintianus, legique vult *piſces*, non *piſcinæ*. *Potuit enim*, inquit, *unica piſcina villam tanti vendere, & poſſunt in una tantum piſcina multi eſſe & magnæ taxationis piſces.* Vide *Gronov.* de Seſtertiis pag. 622. 623.

a *Quam modicam.*] Minorem mediocri. *Dalec.*

b *Cochlearum vivaria.*] Vide cap. 39. lib. 8. *Idem.*

c *Separatim ut eſſent albæ quæ in Reatino agro naſcuntur.*] Legendum videtur *albulæ*, non *albæ*, ex ipſo, quem in fine capitis profitetur ſequi, Varrone libro tertio, capite Cochleis. *Genera*, ait, *Cochlearum ſunt plura, ut minutæ, albulæ, quæ afferuntur è Reatino.* Pintian.

a Cujus

ratim Illyricæ: quibus magnitudo præcipua: Africanæ, quibus fœcunditas: Solitanæ, quibus nobilitas. Quin & ſaginam earum [1] commentus eſt, ſapa & farre, aliiſque generibus, ut cochleæ quoque altiles ganeam implerent: [a] cujus artis gloria in eam magnitudinem [2] perductæ ſint, ut octoginta quadrantes caperent ſingularum calices. Auctor eſt M. Varro.

CAP. LVII. *De piſcibus terrenis.*

[b] PIſcium genera etiamnum à Theophraſto mira [3] produntur: circa Babylonis rigua decedentibus fluviis, in [4] cavernis aquas habentibus remanere. Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudæ motu, contraque venanteis refugere in ſuas cavernas, & in iis obverſos ſtare: capita eorum eſſe ranæ marinæ ſimilia, reliquas partes [5] gobiorum, branchias ut cæteris piſcibus. [c] Circa Heracleam & [6] Cromnam, & Lycum, & multifariam in Ponto unum

1 commentus eſt *M. Tol. Salm. Ch.*

2 perductas ut, &c. calices, auctor eſt. *V.* perducta ſit. *M.* perducta *ſimpliciter tantum, omiſſo* τὸ ſit *Urſin. not. ad Varr. de re ruſt. lib.* 3. *c.* 15.

3 produntur circa B. rigua. Deced. f. i. c. a. hebetes reman. *V.*

4 cavernas aquas habentes remanere quoſdam. *M.*

5 gobionum. *Ch.*

6 Cromnam & Lycum amnem eſſe multifaria. In Ponto. *V. & M. Ch.* Crenam *legit, cætera ut in vulg.*

a *Cujus artis gloria in eam magnitudinem, &c.*] Legend. *cujus artis gloria in eam magnitudinem perductas, ut octo quadrantes implerent ſingularum calices, auctor eſt M. Varro.* Vide *Salmaſ.* 1134. b.

b *Piſcium genera etiamnum à Theophraſto mira produntur.*] Libello de piſcibus. Hoc ipſum tradit & Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Prope Mompeſſulum in vico quem vocant *Baillargnet*, ad ripam amnis Liriæ, vulgo *le Liz*, piſces effodiuntur. Idipſum fit & prope Salſas, arcem regis Galliæ permunitam, quæ ultra Narbonam ſita eſt. *Dalec.*

c *Circa Heracleam & Cromnam & multifariam in Ponto unum genus eſſe, &c.*] Romana impreſſio, & Parmenſis, itemque aliæ, aliter legunt, *Circa Heracleam & Toronem & Lycum amnem & multifariam, &c.* Apographôn Toletanum & Salmanticenſe, *Circa Heracleam & Serona & multifariam, &c.* Recte qui pro *Scrona*, *Cromnam* ſubſtituerunt. Eſt enim *Cromna* maritima Paphlagoniæ urbs in Ponto, prope Tium, & Heracleam ad Lycum, omnibus gregatim auctoribus. Nam & in urbe ejuſdem Paphlagoniæ Tio, hujuſmodi etiam piſces gigni, Athenæus tradit libro octavo: ut veriſimile fiat, eadem ratione qua Tii reperiantur, poſſe etiam Cromnæ reperiri. Ariſtoteles in libro de Admiranda auditione, *In urbe*, inquit, *Heraclea Ponti & in Rhegio gigni ajunt foſſiles piſces.* ubi mendoſiſſime *& in Rhegio*, ſcriptum eſt, pro *& in Tio.* Sane verba illa, *& Lycum amnem*, quæ in impreſſis codicibus haberi, in ſcriptis deſiderari dixi, Pliniana eſſe & legitima, incuria vero librariorum omiſſa, planum faciunt, quæ Plinius poſt ſcribit, *Circa Heracleam eandem, eodemque Lyco amne*: quæ tamen verba non ſuo loco poſita ſunt. Collatis igitur accuratius his quæ Ariſtoteles, Theophraſtus, Athenæus, Plinius ſcribunt, videtur mihi, locum hunc vitiatiſſimum ſic poſſe

unum genus eſſe, quod extremas fluminum aquas ſectetur, cavernaſque [1] faciat ſibi in terra, atque in his vivat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore. Effodi ergo: [2] motu demum corporum vivere eos approbant. Circa Heracleam eandem, eodemque Lyco amne decedente, ovis relictis, [a] in limo generari piſces, [b] qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis, [3] quod fieri non indigo humoris: propter quod & anguillas diutius vivere exemptas aquis. Ova autem in ſicco maturari, ut teſtudinum. Eadem in Ponti regione apprehendi [4] glacie [5] piſcium maxime [c] gobiones, non niſi patinarum calore vitalem motum fatentes. In his quidem, tametſi mirabilis, eſt [6] tamen aliqua ratio. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus, in his locis [7] ubi nullæ reſtagnent aquæ: [d] miraturque & ipſe gigni ſine coitu. Humoris quidem vim aliquam ineſſe, [e] quam puteis, arbitra-

1 faciat. *D.*

2 motuque demum corporis vivere eos probari. *D.*

3 idque fieri non indigis. V.

4 in glacie. V.

5 piſcis. *Theophr.*

6 tamen *in M. d.* eſt in his quidem, tametſi mirabilis, tamen al. *Ch.*

7 in quib. *Ch. & M.*

corrigi: *Circa Heracleam ad Lycum amnem, &, Cromnam, & multifariam in Ponto, unum genus eſſe, quod extremas fluminum aquas ſectetur.* Nam Heraclea hæc Paphlagoniæ, ut ab aliis ejuſdem nominis urbibus diſtinguatur, appellari ab ſcriptoribus ſolet, *Heraclea ad Lycum*, ſeu *Heraclea Ponti*. Plinius libro ſexto, capite primo, *Oppidumque Heraclea Lyco flumini appoſitum.* Theophr. libro de piſcibus, *Quædam enim non ex animalibus, ut anguilla. Videtur autem hæc fieri ſicuti & qui vocatur centriſcus apud Heracleam circa Lycum fluvium.* Pint.

a *In limo generat piſces.*] Centrinas præcipue. Theophr. *Dalec.*

b *Qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis, quod fieri non indigo humoris.*] Scribendum reor diverſa lectione & interpunctione: *Qui ad pabula petenda palpitent, exiguis branchiis, quo fieri non indigos humoris.* Ut ſit ſenſus, habere eos piſces exiguas brancbias, eoque fieri ne indigeant humoris. Nam quæ ex aquatilibus exiguis branchiis prædita ſunt, minore indigere refrigeratione quæ ex aqua percipitur, præter Ariſtotelem, Theophraſtus quoque in libro De piſcibus prodit, unde hoc videtur à Plinio tralatum. *Pint.*

c *Gobiones.*] Viles piſces. Juven. Sat. 10.

Nec mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantum
In loculo.

Martialis,

In Venetis ſint lauta licet convivia terris,
Principium cœnæ gobius eſſe ſolet. Dal.

d *Miraturque & ipſe gigni ſine coitu. Humoris quidem, &c.*] Verbum *humoris* cum minori litera ſcribi & antecedentibus jungi debet, ut ſit, *ſine coitu humoris*, hoc eſt, ſine reſtagnatione aquarum, ex Theophraſto libro De piſcibus. Quæ vero ſtatim ſubtexuntur, inverſo ordine ſcribi debent, *Vim quidem aliquam ineſſe quam puteis arbitratur.* Pintian.

e *Quam puteis, arbitratur, cum in nonnullis, &c.*] Legend. *quam puteis arbitratur ſeu vero in illis reperiantur piſces.* Ex Theophraſti ſcripto de piſcibus in ſicco degentibus, hæc deſumſit. *Iſaac. Voſſius* in Melam. pag. 181. 182.

a *Quic-*

arbitratur, [1] cum in nonnullis reperiantur piſces. [a] Quicquid eſt hoc, certe minus [2] admirabile talparum facit vita ſubterranei animalis, niſi forte verminum terrenorum [3] & piſcibus natura ineſt.

1 cum nonnulli. V. ſeu nullis. Cb.
2 admirabilem t. f. vitam. V. & Cb.
3 & his piſc. M. & iis. V.

CAP. LVIII. *De muribus Nili.*

VErum omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia [4] excedentem miracula: quippe [5] detegente eo muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ terræque, jam parte corporis viventes, noviſſima effigie etiamnum terrena.

4 excedens. D.
5 deturgente. V. decedente. D.

CAP. LIX.

De anthia piſce, & quomodo capiatur.

NEc de anthia piſce [6] ſileri convenit, quæ pleróſque adverto crediḋiſſe. Chelidonias inſulas diximus Aſiæ, [b] ſcopuloſi maris, [7] ante promontorium ſitas: ibi frequens hic piſcis & celeriter capitur uno genere. Parvo navigio, & concolori veſte, eademque hora per aliquot dies continuos piſcator enavigat certo ſpatio, eſcamque projicit. Quicquid ex eo mittitur, ſuſpecta fraus prædæ eſt: [8] cavenſque quod timuit cum id ſæpe factum eſt, unus aliquando conſuetudine invitatus anthias, eſcam appetit. Notatur hic intentione diligenti, ut

auctor

6 ſilere. Cb.
7 ante Tauri promont. V. *ſupra c. 31. lib. 5. dixit*, contra Tauri promontor.
8 cavetque quod mituit. Cum. *M.*

a *Quicquid eſt hoc, certe minus admirabile, talparum facit vita.*] Ambo exemplaria & recentior omnis lectio, *Quicquid eſt hoc, certe minus admirabilem talparum facit vitam.* Hæc eſt vera & Pliniana lectio. Hermolaus tamen parum accurate horum verborum ſenſum ſcrutatus, elegantiorem ait eſſe lectionem quorundam codicum, in quibus habeatur, ut à principio legi. Qua in re, ut cenſeo, Hermolaus aberrat, idque exiſtimo hac ratiocinatione probari poſſe. Mirum quidem videtur, Talpam animal terreſtre ſub terra degere: magis tamen mirum eſt, piſcem ſub eadem terra vivere: quia cum ſit Talpa animal terreſtre, utcunque vivit tamen in proprio elemento. at piſcem aquatile animal, extra proprium domicilium, in aliena ſede ſub terra degere, majus multo miraculum eſt. Hoc cum ita ſe habeat, conſtetque, mirum magis eſſe, piſcem ſub terra quam talpam, vitam ducere: piſcium vita miraculum talpæ elevabit, non retro. Nam majus miraculum minus imminuit, non à minori imminuitur. *Pintianus.*

b *Scopuloſi maris.*] Eas propterea navigantibus eſſe peſtiferas ſupra dicit cap. 13. lib. 5. *Dalecamp.*

auctor ſpei, conciliatorque capturæ. Neque enim eſt difficile, cum per aliquot dies ſolus accedere audeat. Tandem & aliquos invenit, paulatimque comitatior, poſtremo greges [1] adducit innumeros, jam vetuſtiſſimis quibuſque aſſuetis piſcatorem agnoſcere, & è manu cibum rapere. Tum ille paulum ultra digitos in eſca jaculatus hamum, ſingulos [2] involat verius quam capit, ab umbra navis brevi conatu [3] rapiens, ita ne cæteri ſentiant, alio intus excipiente centonibus raptum, ne palpitatio ulla aut ſonus cæteros abigat. Conciliatorem noſſe ad hoc prodeſt, ne [4] capiatur. Parcit piſcator fugituro in reliquum gregem, ferunt diſcordem ſocium [5] duci inſidiatum pulchre noto cepiſſeque malefica voluntate: agnitum in macello à ſocio, cujus injuria erat, [6] & dati damni [7] formulam editam, condemnatumque: addidit Mutianus æſtimata lite decem libris. Iidem anthiæ, cum unum hamo teneri viderint, ſpinis, quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur: eo qui tenetur, extendente, ut præcidi poſſit. At inter ſargos, ipſe qui tenetur, ad ſcopulos lineam terit.

1 abducit. *Ch.*
2 iuuncat. V.
3 abſcedens. V. abſens. *Parm.* conatur abſens. *Ch.*
4 capiatur, fugituro in reliquum grege. *M.*
5 duci ſocii inſ. V.
6 dati, *in M. d.*
7 formula ex edicto condemnatum: addit. V.

CAP. LX. *De ſtellis marinis.*

PRæter hæc claros ſapientia auctores video mirari ſtellam in mari. Ea [8] figura eſt parva admodum, caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum fervorem eſſe tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat. Quibus ſit hoc cognitum experimentis, haud facile dixerim: [9] multo memorabilius [10] duxerim id, cujus experiendi quotidie occaſio eſt.

8 ea ſtellæ figura eſt. V. ea f. eſt. Parva ad. caro intus. *M.*
9 multoque. V. & *Ch.*
10 dixerim. Id genus experiendi. *M.*

CAP.

CAP. LXI.

De dactylis eorumque miraculis.

[a] Concharum è genere ſunt [b] dactyli ab humanorum unguium ſimilitudine appellati. His natura in tenebris remoto [1] lumine, alio fulgore [2] clarere, & quanto magis humorem [3] habent, [4] lucere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiam in ſolo ac veſte, decidentibus guttis: ut proculdubio pateat, ſucci illam naturam eſſe, quam [5] miremur etiam in corpore.

CAP. LXII.

De inimicitiis & amicitiis inter ſe aquatilium.

SUnt & inimicitiarum atque concordiæ miracula. Mugil & lupus mutuo odio flagrant: conger & muræna, [6] caudas inter ſe prærodentes. [c] Polypum in tantum locuſta pavet, ut ſi juxta [7] viderit, omni-

1 lumine alio, fulgure clarere, & M.
2 claro. *Ch.*
3 habeant. Lucere. V.
4 lucere in ora cernentium. M. lucere in ora mandentium. *Ch.*
5 miraretur. M. *lege* miramur. miraremur. *Ch.*
6 caudam. M.
7 vidit. *Ch.*

a *Concharum è genere ſunt dactyli ab humanorum unguium ſimilitudine appellati.*] Verbum, *dactyli*, adſcititium opinamur. Reliqua ſic legimus, *Concharum è genere ſunt, ab humanorum ſimilitudine, ungues appellati.* Plinius ſupra cap. 33. *Pectines in mari ex eodem genere habentur, reconditi & ipſi in magnis frigoribus ac magnis æſtibus, unguesque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium* Cum igitur illic Plinius *ungues* appellaverit, non eſt, quod credi debeat hic velut mutato propoſito *dactylos*, hoc eſt digitos nominaſſe: credibilius eſt adjectam ab aliquo temere eam dictionem. Ariſtoteles libro v cap xv. *Solenas* Græce vocat, Theodorus *ungues* vertit. Dioſcorides etiam libro ſecundo, capite octavo, *Concham Onychem*, hoc eſt, *unguem*, appellat, cujus ſuffitu ſtrangulationem vulvarum tolli, & excitari comitiales ſcribit. Repetit idem Paulus ſeptimo, *ungues* operculum eſſe tradens Indicorum conchyliorum, quorum ſuffitu excitentur vulvæ ſtrangulatione laborantes, & epileptici: item epotum ventrem ciere *Pint.*

b *Dactyli.*] Vide infra cap. 9. & ult. lib. 32. *Dalec.*

c *Polypum in tantum locuſta pavet, ut ſi juxta viderit, omnino moriatur. Locuſtam conger, rurſus Polypum congri lacerant.*] Locus eſt ab Ariſtotele deſumptus ad verbum fere ex libro octavo, capite ſecundo. Ergo Ariſtoteles nos docebit ejus curationem: ægrotavit enim hactenus, & quidem capitali morbo. Illius verba ſunt, *Locuſta vel piſces majores convincere poſſunt. Evenit uſu ut locuſtis polypi ſuperiores ſint & adeo ut ſi eiſdem in retibus ſenſerit locuſta Polypum, præ metu emoriatur. Congros locuſta convincunt, nam elabi non queunt propter cruſtæ aſperitatem. Congri Polypos ſuperant, ſed edere non poſſunt: læve enim & lapſum polypi corpus uſum beſtiis effugit.* Ex his Ariſtotelis verbis conſtat legendum eſſe apud Plinium, non *locuſtam conger*, ut hactenus lectum eſt: ſed *locuſta congrum*, rurſus *polypum congri lacerant*. De reliquo, archetypum Toletanum, *juxta viſo*, legit, non *ſi juxta viderit*. *Pint.*

omnino moriatur. [1] Locuſtam conger: rurſus polypum congri lacerant. Nigidius auctor eſt, prærodere caudam mugili lupum, eoſdemque [1] ſtatis menſibus concordes eſſe. Omnes autem vivere, quibus caudæ ſic amputentur. At è contrario amicitiæ exempla ſunt, præter illos, de quorum diximus ſocietate, balæna & muſculus: [2] quando prægravi ſuperciliorum pondere obrutis ejus oculis, [3] infeſtantia magnitudinem vada prænatans demonſtrat, oculorumque vice fungitur. Hinc volucrum naturæ dicentur.

1 æſtatis. M. & Gb.

2 quandoque. Gb.

3 ſiſtentia. V.

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER DECIMUS.

CAP. I. *De natura avium.*

SEQUITUR natura avium, quarum grandiſſimi & pene beſtiarum generis, ſtruthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, [1] celeritatem vincunt: ad hoc demum datis [2] pennis, ut currentem adjuvent: cætero non ſunt volucres, nec à terra tolluntur. Ungulæ iis cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ, [3] comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu devorata mira natura, ſed non [4] minus ſtoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice [5] occultaverint, latere [6] ſe exiſtimantium. Præmia ex iis ova, propter amplitudinem [7] pro quibuſdam habita vaſis, [a] conoſque bellicos & galeas adornantes pennæ.

1 Celeritate. *V & M.*
2 pinnis. *Ch.*
3 & comprehend. *Ch.*
4 minor. *M.*
5 occultaverunt. *M.*
6 ſeſe. *Ch.*
7 *Malim*, Quibuſdam habita pro vaſis. *Pint.*

CAP. II. *De phœnice.*

ÆThiopes atque Indi, diſcolores maxime & inenarrabiles ferunt aves, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem: haud ſcio an fabuloſe, unum in toto orbe, nec viſum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, [8] cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis

8 cætero. *Ch.*

a *Conoſque bellicos.*] Theophraſtus cap. 5. lib. 4. hiſtor. *Dalec.*

nis diſtinguentibus, [a] criſtis [1] faciem caputque plumeo apice [2] cohoneſtante. Primus atque [3] diligentiſſimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximis nobilis [4] doctrinis doctore nullo: neminem extitiſſe qui viderit veſcentem: ſacrum [5] in Arabia Soli eſſe, [b] vivere annis [6] DCLX. ſeneſcentem [7] caſia thuriſque ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus, [8] & ſuperemori. Ex oſſibus deinde & medullis ejus naſci primo ſeu vermiculum: inde fieri pullum: [c] principioque juſta [9] funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. Cum hujus alitis vita magni converſionem anni fieri prodidit idem Manilius, iterumque ſignificationes tempeſtatum & ſiderum [10] eaſdem reverti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die ſignum Arietis Sol intraverit. [d] Et fuiſſe ejus converſionis annum prodente ſe P. Licinio, [11] M. Cornelio [12] Conſulibus. Cornelius Valerianus phœnicem [13] devolaſſe in Ægyptum [14] tradit, Q. Plautio, Sex. Papinio Coſs. Allatus eſt & in urbem, Claudii Principis Cenſura, anno urbis DCCC. & in comitio propoſitus, quod actis teſtatum eſt, ſed [15] quem falſum eſſe nemo dubitaret.

Cap.

1 faces. *Ch.*
2 honeſtante. *M.* honeſtate. *Ch.*
3 diligentiſſime. *M.*
4 doctrinis. Auctor is eſt neminem. *M.*
5 in Arabiæ ſolo. *V.*
6 DLX. *V.* DXI. *Alii, V. & Ch.*
7 caſiæ. *Ch.*
8 ac. *M.*
9 funera. *M. & Ch.*
10 eodem. M.
11 Cn. *Ch.*
12 conſulibus ducenteſimum quintum decimum. Cornel. *Ch. & V.* conſulibus CCXXV. *Alii.*
13 devolaviſſe. *Ch.*
14 tradidit, quodque Plautio, Sex. Papinio Conſuli allatus eſſet in urbem. *M.*
15 quæ falſa. M.

a *Criſtis faciem caputque plumeo, &c.*] Lege: *criſtis fauces, caputque plumeo apice cohoneſtante.* Salmaſ. 548. b.

b *Vivere annis* DCLX.] Exemplar Salmanticenſe, D. LX. Toletanum, D. XL. vero propius auctore Seneca, qui ait: *Virum qui vere dicatur bonus, quingenteſimo quoque anno naſci, ut Phœnix.* Pint. *Vivere annis* DCLX.] Multi habent XL. pro LX. quidam etiam DXL. & vulgatior eſt opinio de quingentis annis. *Salmaſ.* 548. b.

c *Principioque juſta funeri priori reddere.*] Lege: *principioque juſta funerea priori reddere.* Prope Panchaiam igitur nidum ſuum ſive rogum in ſolis urbem defert Phœnix, non prope Panchaiam concinnat, itaque pro *concinnat* memini alibi emendare *continat*, id eſt, continuo defert. Vide *Salmaſ* pag. 549. a.

d *Et fuiſſe ejus converſionis annum prodente ſe P. Licinio, M Cornelio conſulibus.*] Aliquid hic deeſt, nec enim dicit, quotus annus converſionis fuerit ſub illis conſulibus. Repono ex veteri libro Rigaltiano: *P. Licinio, M. Cornelio Coſſ.* CCXV. prodebat illa Manilius de Phœnice conſulibus Licinio & Cornelio, quem annum ducenteſimum decimum quintum agi volebat magni anni converſionis, id eſt vitæ Phœnicis. nam annis vitæ Phœnicis, circuitum anni magni circumſcribit ac terminat. Vide *Salmaſ.* 551. a, b.

a *Secun-*

CAP. III. *De aquilis.*

EX his quas novimus, aquilæ maximus honos,
maxima & vis. Sex earum genera: Melanaë-
tos à Græcis dicta, [1] eademque Valeria, minima 1 eadem in Valeria. *Ch.*
magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans:
ſola aquilarum fœtus ſuos alit: cæteræ, ut dicemus,
fugant: ſola ſine clangore, ſine murmuratione.
Converſatur autem in montibus. Secundi generis
pygargus, in oppidis manſitat & in campis, albican-
te cauda. Tertii morphnos, quam Homerus &
percnon vocat, aliqui & [2] plancum, & anatariam, 2 clangum. M. clanug. *Ch.*
[a] ſecunda magnitudine & vi: huicque vita circa la-
cus. Phœmonoë Apollinis dicta filia, dentes ei eſſe
prodidit, mutæ alias, [b] carentique lingua: [c] ean-
dem aquilarum nigerrimam, prominentiore cauda. 3 conſenſit & poëta. *Ch.*
[d] Conſentit & [3] Boëthus. Ingenium eſt ei, teſtudi-
nes raptas frangere è ſublimi jaciendo: quæ [4] fors 4 fors. M. 5 ei. *Ch.*
interemit Poëtam Æſchylum, prædictam fatis (ut 6 caventem. Item quarti. M.
ferunt) [5] ejus diei ruinam ſecura cœli fide [6] caven-
tem. Quarti generis eſt percnopterus: eadem [7] ori- 7 moratur per lacus. *V. prave* nari per lacus. *Ch.*
pelargus, vulturina ſpecie, alis minimis, [8] reliqua
magnitudine antecellens, ſed imbellis & degener, 8 reliquas. *Ariſt.*
ut

a *Secunda magnitudine & vi.*] Ariſtoteles dum aquilas enumerat, primam omnium recenſet Pygargum, eique mox ſubjicit Plangum, quam à Pygargo ſecundam eſſe vi ac magnitudine confirmat, non autem in univerſo aquilarum genere. *Dalec.*

b *Carentique lingua.*] Hoc falſum & fabuloſum. *Idem.*

c *Eandemque aquilarum nigerrimam, prominentiore cauda.*] Duo ultima verba, *prominentiori cauda*, ad alium pertinent locum. Hæc enim aquila prominentioris caudæ, non eſt ex eo genere quod *Morphnos* vocatur, ſed alterius, de quo proxime tractabitur, nomine *Percnopteros*. Ariſtoteles lib. 9. cap. 32. *Quartum genus percnopteros ab alarum notis appellatum capite albicante, corpore majore quam cætera adhuc dicta, hæc eſt, ſed brevioribus alis, cauda longiores Vulturis ſpeciem hæc refert.* Pintian.

d *Conſentit & Boëthus.*] Ita Hermolaus correxit in Indice, cum antea legeretur *Boëtius*. Sed cum Athenæus nono, in teſtimonium vocet ſcriptorem Ornithogoniæ, hoc eſt avium generationis, puto & hic & in Indice reponendum *Boëus*, pro *Boëthus*. 'Scio nihilominus publicam eſſe nominationem Græciæ *Boëthus*, ſed non eſt aliena *Boëus*. Nam Pauſanias in Laconicis de Boëo quodam mentionem facit, qui Boëas urbem condidit, & in Phocicis de Bœone muliere divina. Eo magis, quod in ipſo Indice Romanorum & Parmenſium exemplarium, non *Boëtho* habetur, ſed *Boëo*. Idem.

[1] ut quam verberet corvus. Eadem jejunæ ſemper aviditatis, & querulæ murmurationis. Sola aquilarum [2] exanima fert corpora: cæteræ, cum occidere, conſidunt. Hæc facit, ut quintum genus gneſion vocetur, velut verum, ſolumque incorruptæ originis, [a] media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum conſpectu. Supereſt haliæetos, clariſſima oculorum acie, librans ex alto ſeſe: viſoque in mari piſce, præceps in eum ruens, [b] & diſcuſſis pectore aquis rapiens. [3] Illa, [c] quam tertiam fecimus, circa ſtagna aquaticas aves appetit mergentes ſe ſubinde, donec ſopitas laſſataſque rapiat. Spectanda dimicatio, ave ad perfugia litorum tendente, maxime ſi condenſa harundo ſit: [d] aquila inde [4] ictu abigente alæ, & cum [5] appetit, [6] in lacus cadente, umbramque ſuam nanti ſub aqua à litore oſtendente, rurſus ave in diverſa, & ubi minime ſe credat [7] expectari, emergente. Hæc cauſa gregatim avibus natandi, quia plures ſimul non infeſtantur, reſperſu pinnarum [8] hoſtem obcæcantes. Sæpe & aquilæ ipſæ non tolerantes pondus apprehenſum, una

1 utpote quam. M.
2 exanimata. *Ex Ariſt.*
3 illam. *Ch.*
4 in dejectu abigente alia. M. *& Ch.*
5 impetit. M. appetat. *Ch.*
6 in latus. M.
7 ſpectari. V.
8 hoſtem, *in* M. *d. & Ch.*

a *Media magnitudine.*] Æſtimatione dignum, an hic non *media* legendum ſit, ſed *hemiolia*, ex Ariſtotele eodem loco, *Maxima*, inquit, *aquilarum omnium hæc eſt, major etiam quam oſſifraga: ſed cæteras aquilas vel hemiolia proportione excedit.* Pint.

b *Et diſcuſſis pectore aquis rapiens.*] Poſt hæc verba ſubſequi debent illa, quæ non longe poſt ſequuntur, *Sæpe & aquilæ ipſæ non tolerantes pondus apprehenſum una merguntur.* Illuc enim commearunt indiligentia librariorum, hinc avulſa. Docet id Ariſtoteles his verbis, *Quintum genus eſt quod haliaetus, hoc eſt marina vocatur, cervice magna & craſſa, alis curvantibus, cauda lata. Moratur hæc in littoribus & oris. Accidit huic ſæpius, ut cum ferre quod ceperit nequeat, in gurgitem demergatur.* Idem.

c *Quam tertiam fecimus.*] De Haliæeto id ſcribit Ariſt. cap. 24. lib. 9. hiſt. *Dalecamp.*

d *Aquila inde ictu abigente alæ.*] Sic caſtigatores emendarunt, cum omnia impreſſa exemplaria haberent, *Aquila in dejectu abigente alio.* Duo quoque archetypa noſtra *dejectu* agnoſcunt. Hermolaus pro verbo illo, *alio*, *ala* ſuppoſuit, ex Ariſtotele ſe id facere profeſſus: & ſane ambo codices *ala* habent, non *alio*. Sed neque vetus lectio fidelis hac parte eſt, neque Hermolaus recte emendavit: parumque ei favent Græca, quæ affert, Ariſtotelis verba. Aliorſum ea ſpectant, quam Hermolaus aut intellexit, aut intelligi voluit. Nam paulo infra à Plinio redduntur, cum dicit, *Reſperſu pennarum hoſtem occæcantes.* Scribendum igitur *alio*, hoc eſt in aliam partem. Confer prius, deinde ſtatue. *Pint.*

a *Una*

[a]una merguntur. [b]Haliæetus tantum implumes
etiamnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit ad-
verſos intueri Solis radios, & ſi conniventem [1]hu- 1 flectentemque. M.
mectantemque animadvertit, præcipitat è nido, flentem. V.
velut adulterinum atque degenerem, illum cujus nictantem. Pint.
acies firma contra [2]ſteterit, educat. Haliæeti 2 ſtetit. Cb.
[c]ſuum genus non habent, ſed ex diverſo aquilarum
coitu naſcuntur. [d]Id quidem, quod ex iis natum
[3]eſt, in oſſifragis genus habet, è quibus vultures 3 eſt, oſſifragi genus
progenerantur minores: & ex iis magni, qui om- habent. M.
nino non generant. Quidam adjiciunt genus aquilæ,
quam barbatam vocant. Thuſci vero oſſifragam.
[e]Tribus primis & quinto aquilarum generi [4]inæ- 4 infertur. D.
dificatur nido [f]lapis aëtites, quem aliqui dixere
[g]gagatem, ad multa remedia [5]utilis, nihil [6]igne 5 utilis, in M. d.
deperdens. [h]Eſt autem lapis [7]iſte prægnans, intus, 6 inde. M.
cum quatias, alio velut in utero ſonante. Sed vis 7 ipſe. Pint. & Cb.
illa medica non niſi nido direptis. Nidificant in
petris & arboribus: pariunt [8]ova terna: excludunt 8 & ova. Cb.
pullos

a *Una merguntur.*] De Haliæeto hoc tradit Ariſt. cap. 24. lib. 9. Hiſt. *Dalec.*

b *Haliæetus.*] Apud Ariſt. eſt ἀετὸς, Aquila, non Haliæetos. *Idem.*

c *Suum genus non habent.*] Ariſtot. περὶ γνησίου. ἀκχορμ. *Idem.*

d *Id quidem quod ex iis natum.*] Plinius incogitanter oſſifragum ſive Φηνίδα Græcorum, Gallice *Freneau*, *Bris'os & Bif*, Haliæetorum generi adſcribit, cum teſte Ariſt. oſſifragus parum oculis valeat, quoniam illos nubeculis oblæſos habet: Haliæetus vero clariſſima ſit oculorum acie. Quæ Plinius recitat de vulturum progenie, apud Ariſt. nuſquam extant, fortaſſis ex aliquo augurum auſpicumve libro hæc ille mutuatus eſt. *Idem.*

e *Tribus primis & quinto aquilarum generi, &c.*] Lege: *Tribus primis & quinto generi innidificatur lapis aëtites.* Innidificatur lapis, qui in nidificando vel nido faciendo adhibetur. Et pro *Gagaten*, lege, *Gangiten.* Vide *Salmaſ.* pag. 251. a, b.

f *Lapis aëtites.*] Vide lib. 36. cap. 21. in principio. *Dalec.*

g *Gagatem.*] Gagates ab Aëtite diverſus eſt, ut res ipſa docet, & teſtantur Galenus & Dioſcorides. Itaque neceſſum eſt utrumque lapidem in aquilarum nido reperiri, vocarique ideo Aëtiten, quamvis natura plurimum diſſideant. Serinus aquilas incubantes Gagaten ſibi ſubjicere tradit, refrigerationis cauſa, ne immenſo calore ova percoquant: nam, ut inquit Lucanus:

---- *fœta tepefacta ſub alite ſaxa.*

Florus aquilam è terra vel mari ſumptum lapidem quemvis nido inferre ſcribit, διὰ τὸ ἀσφαλῶς μένειν, ut ſtabilis ſit. Hæc Plinius non ſatis diſtinxit. Vide infra cap. 19. libri 36. *Idem.*

h *Eſt autem lapis iſte prægnans, &c.*] Lege: *Eſt autem lapis iſte prægnans intus alio, quum quatias velut in utero ſonante.* Lapis iſte prægnans eſt alio, ſubaudi *lapide*, qui velut in utero ſonat quum quatias. *Salmaſ.* 713. b.

pullos binos: viſi ſunt & tres aliquando. [a] Alterum expellunt tædio nutriendi. Quippe eo tempore ipſis cibum negavit natura, proſpiciens ne omnium ferarum fœtus raperentur. Ungues quoque earum [1] invertuntur diebus iis, albeſcunt inedia [2] pennæ, ut merito partus ſuos oderint. Sed ejectos ab his cognatum genus [3] [b] offifragæ excipiunt, & educant cum ſuis. Verum adultos quoque perſequitur parens, & longe fugat, æmulos ſcilicet rapinæ. Et alioquin unum par aquilarum magno ad populandum tractu, ut ſatietur, indiget. Determinant ergo ſpatia, nec in proximo prædantur. Rapta non protinus ferunt, ſed primo deponunt, expertæque pondus tunc demum [4] abeunt. [c] Oppetunt non ſenio, nec ægritudine, ſed fame, in tantum ſuperiore accreſcente roſtro, ut aduncitas aperiri non queat. A meridiano autem tempore operantur, & volant: prioribus horis diei, donec impleantur hominum conventu fora, ignavæ ſedent. Aquilarum pennæ miſtas reliquarum alitum pennas devorant. [5] Negant unquam ſolam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Jovis conſuetudo [6] judicavit.

1 invertuntur. Diebus iis. *M.*
2 pinnæ. *Ch.*
3 oſſifragi. *M. & Ch.*
4 avehunt.
5 Negatumque ſolam. M.
6 indicavit. *Ch.*

CAP. IV.

Quando legionum ſigna eſſe cœperint, & cum quibus ſit aquilis bellum.

[d] ROmanis eam legionibus C. Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicavit. Erat & antea

a *Alterum expellunt tædio nutriendi.*] Apud Plutarch. in Mario ex Muſæo vetuſtiſſimo poëta, Aquila ova τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει: unum (ovum, non pullum, ut auctor) corrumpit, perdit, duo excludit, tria parit. *Dalec.*

b *Oſſifragæ excipiunt.*] Oſſifragum in aquilarum numero & genere ab Ariſtot. non reponi diximus. *Idem.*

c *Oppetunt non ſenio.*] Poſt Ariſt. idem ſcripſit Demetrius Phalereus libro περὶ τῆς ἑρμηνείας. Vide quæ in hanc rem tradidit Rhod. cap. 20. 13 *Idem.*

d *Romanis eam legionibus C. Marius, &c.*] Dion lib 40. Aquilam militarem fuiſſe dicit aquilæ auream imaginem, in ædicula quadam collocatam, quam geſtabat ſpectatæ virtutis miles, haſta parva ſuffixam, cujus inferiorem partem cuſpidatam

antea prima cum quatuor aliis: [1] lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat: reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit. Ex eo notatum, non [2] fere legionis unquam hibernaſſe caſtra, ubi aquilarum non ſit jugum. Primo & ſecundo generi non minorum tantum quadrupedum rapina, ſed etiam cum cervis prælia. Multum pulverem volutatu collectum, inſidens cornibus excutit in oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes. Nec unus hoſtis illi ſatis eſt: [3] acrior eſt cum dracone pugna, multoque magis anceps, etiam ſi in aëre. Ova hic conſectatur aquilæ aviditate malefica: at illa ob hoc rapit ubicunque viſum. Ille multiplici nexu alas ligat, [4] ita ſe implicans, ut ſimul [5] decidant.

1 lupis, minotauris, equis, apris, quæ (ſub ſigna.) M.

2 fere apud legiones unquam hiberna eſſe caſtra. *M.* fere apud legiones hibernatum eſſe in caſtris. V.

3 acrior cum. M.

4 illa ſe explicat. V. *Pint.*

5 decidat. *M & Ch.* decidant ſæpe. *D.*

Cap. V. *Mirum de aquila.*

[a] Est [6] percelebris apud Seſton urbem aquilæ gloria: educatam à virgine retuliſſe gratiam, aves primo, mox deinde venatus aggerentem. Defuncta poſtremo, in rogum accenſum ejus injeciſſe ſeſe, & ſimul conflagraſſe. Quam ob cauſam incolæ, [b] quod vocant Heroum, in eo loco fecere, appellatum Jovis & virginis, quoniam illi Deo ales aſcribitur.

6 Semper celebris. *M.* eſt percelebre a. S u a. gloria eſſe ductam. *Ch.*

Cap.

datam & acuminatam in terram adigeret: nec illam ex hibernis moveri ſolitam; niſi prodiret univerſus exercitus. Had. Jun. cap. 2. 3. De legione, centuria, decuria, manipulo, vexillo, turma, cohorte, & id genus militari ordinum, ac poteſtatis differentia, Alex. ab Alex. cap. 5. 1. Idem de ſignis militarib. c. 2. 4. & cur aquilam Rom. cæteris omnibus antepoſuerint, & unde ſumpſerint. *Dal.*

a *Eſt percelebris apud Seſton urbem aquila gloria: educatam à Virgine, &c.*] Vetuſta exemplaria, *Sæpe celebris apud Seſton, &c.* Verbum *ſæpe* cum minore litera ſcriptum, fini præcedentis capitis annecte. Deinde lege cum majore, *Celebris apud Seſton urbem aquila gloria eſt, educatam, &c* Caſtigationem hanc confirmant Plinii verba inferius capite octavo: *Bellum internecinum gerit cum aquila, cohærenteſque ſæpe prehenduntur.* Pint.

b *Quod vocat Heroum.*] Monumentum. De hujus verbi ſignificatione multa Rhodigin. cap. 18. 17. Auſpicia ex aquilis & vulturibus vide apud Alex. ab Alex. c. 13. 3. *Dalec.*

a *Vultu-*

CAP. VI. *De vulturibus.*

1 attingit. M.

[a] VUlturum prævalent nigri. Nidos nemo [1] attigit. Ideo etiam fuere, qui putarent illos ex adverſo orbe advolare, falſo. [b] Nidificant enim in excelſiſſimis rupibus. Fœtus quidem ſæpe cernuntur fere bini. Umbricius Aruſpicum in noſtro ævo peritiſſimus, parere tradit ova [2] tria: uno ex iis reliqua ova nidumque luſtrare, mox abjicere. [c] Triduo autem ante [3] aut biduo volare [4] eos ubi cadavera futura ſunt.

2 tredecim. *Cb.*
3 aut biduo, *in V. d.*
4 eo. *Pint.*

CAP. VII. *De ſanguale.*

5 Sangualem. M. & *Cb.* Saquale. *Feſtus.*
6 magnæ quæſtioni. M. & *Cb.*
7 ſangualem. *Cb.*
8 ſangualem oſſifragum. *Cb.*
9 eſt, *in M. d.*

[5] SAngualem [d] avem, atque immuſſulum, [e] Augures Romani [6] in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & [7] ſangualem oſſifragæ. Maſſurius [8] ſangualem oſſifragam eſſe dicit, immuſſulum autem pullum aquilæ, priuſquam albicet cauda. Quidam poſt Mutium Augurem viſos non eſſe Romæ confirmavere: ego (quod veriſimilius [9] eſt) in deſidia rerum omnium non arbitror agnitos.

CAP.

a *Vulturum prævalent nigri.*] Magnas aves Plaut. in Rudente vocat:

Nam hercle ego te barba continuo arripiam & in ignem conjiciam,
Teque ambuſtulatum objiciam magnis avibus pabulum.

Cur his potiſſimum Romani uterentur ad auſpicia Plutarch. docet in Quæſt. Rom. 93. *Idem.*

b *Nidificant enim in excelſiſſimis rupibus.*] Credidit Juvenalis in arboribus nidos facere Satyr. 13.

Vultur jumento, & canibus crucibuſque relictis
Ad fœtus properat, partemque cadaveris adfert.
Hic eſt ergo cibus magni quoque vulturis, & ſe
Paſcentis, propria cum jam facit arbore nidos.

Idem.

c *Triduo autem ante.*] Plaut. in Truculento:

Illud eſt: vide ut jam, quaſi vulturii, triduo
Prius prædivinant quo die eſuri ſient.

Idem.

d *Sangualem avem*] Vide quod notatum eſt proxime ſequenti cap. 19. *Idem.*

e *Augures Romani.*] Homero μάντις, Augur, οἰωνιστὴς: ἱερεὺς vero, ἱεροσκόπος, Auruſpex: ὀνειροπόλος, ſomniorum interpres. Iliad. α.

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον.

Brod. cap. 1. lib. 6. *Idem.*

a *Acci-*

CAP. VIII. *De accipitribus.*

a ACcipitrum genera XVI. [1] invenimus: [2] b Ex iis circon claudum altero pede proſperrimi augurii c nuptialibus negotiis & pecuariæ rei. Triorchem à numero teſtium, cui principatum in auguriis Phœmonoë dedit: buteonem hunc appellant Romani, d familia etiam [3] ex eo cognominata, cum proſpero auſpicio in ducis navi ſediſſet. [4] Æſalona

1 novimus. Ex iis Circon proſperrimi V. 2 ex his Ægythum. *Ch*

3 ex eo, *in M d.* 4 Epilæon. M. Epilæum. *Ch. Vide Annot.*

a *Accipitrum genera ſedecim invenimus.*] Scribendum arbitror, *Accipitrum genera ſunt decem, non minus.* Ariſtoteles libro nono, cap. 36. *Genera non pauciora quam decem eſſe accipitrum, aliqui prodiderunt.* Pari locutionis modo uſus eſt infra cap. 12. *Itaque parvis in vicis non plus una conjugia ſunt.* Pintian.

b *Ex iis circon claudum altero pede, proſperrimi augurii nuptialibus negotiis & pecuariæ rei.*] Exclamare libet, populus quod clamat, Oſiri invento. O miſerandam ac multis proſequendam lacrymis præſtantiſſimi ſcriptoris vicem, in cujus monimenta æternitate digniſſima, tam fœde ſæveque graſſata eſt librariorum juxta ac correctorum imperitia & incuria, cum incredibili bonarum literarum jactura. Hæc enim verba nec ad materiam accipitrum, de quibus hic agitur, pertinent: nec ſi pertinerent, *circon*, ſcribendum erat, ſed *Aegithum*, ut vetus lectio rectiſſime habet: in utroque enim apographo *Aegithum* manifeſte ſcriptum eſt non *circon.* Confirmant veterem lectionem Ariſtotelis verba libro nono, capite XV. *Aegithus vita commoditate & partus numero commendatur, ſed alterius pedis claudicate cedit.* Theodorus *ſalus*, vertit. Sed ſi quis velit luce clarius noſſe, verba hæc aliunde huc eſſe advecta, (unde vero fuerint, poſtea oſtendemus) ſublatis illis è medio, legat principium hujus accipitrum tractatus, quod ſumetur à dictione *Triorchem*, & conferat cum Ariſtotelis verbis capitis 36. libri IX. videbit unum idemque eſſe, quod ab utroque ſcribitur. Præterea multa in hoc capite verba deſiderari, intelliget qui rem accurate diſpexerit. Nam ex X. generibus accipitrum, tot enim eſſe ex Ariſtotele præfatus eſt, duorum tantum meminit, aut eum circo trium, cum Ariſtoteles volumine IX cap. 36 diſtincte ſuis quæque nominibus perſequatur, *Triorchem, Aeſalonem, Circon, Aſteriam, Palumbarium, Pernem, Hypotriorchen, Percem, Spizam, Phrynolochon.* Cur enim hic Plinius facere neglexiſſet, quod in ſex aquilarum generibus tam exacte perſecutus eſt, præſertim cum inter aves tertium accipitri locum tribuat? *Idem.*

c *Nuptialibus negotiis.*] Nuptias advocatis duobus auſpicibus, & totidem ſignatoribus, ſpondebant ſtipulabanturque noctu, ac interdum luce prima diei, magna cautione, id ne fieret motu cœli, aut terræ, cœlo turbato, inquieto, procelloſoque die, publicis feſtis, Lemuriis, quibus occiſi Remi umbra placabatur, feralibus, ſive parentalibus, ancilibus nondum conditis, poſtridie nonas, idus, calendas, quoniam ii dies atri ſunt. Macrob. Alex. ab Alex. cap. 5. 2. Plautus in Prologo Caſinæ:

Argentum ſi quis dederit, ut ego ſuſpicor,
Ultro ibit nuptum, non manebit auſpices.

Dalecamp.

d *Familia etiam ex eo cognominata.*] M. Fabius Buteo à Livio nominatur lib. 23. & à Plutarcho in Fabio Maximo. Poſt Cannenſem pugnam dictatores fuiſſe M. Junium, & hunc Buteonem annalibus cognitum eſt. Buteonis oratoris meminit Seneca in controverſiis. Agathoclem κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸν πόρνον, Theopompus vocatum fuiſſe τελεόρχην ſcribit Rhod. cap. 4. lib. 24. Buteonis auſpicium fœlix. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. *Idem.*

e *Æſalona.*] Αἰσάλωνα, vocat Heſychius.

lona Græci vocant, qui ſolus omni tempore apparet: cæteri hieme abeunt. Diſtinctio generum ex
1 columbam. Ex Ariſt. aviditate. Alii non niſi ex terra rapiunt [1] avem: alii non niſi circa arbores volitantem: alii ſedentem in ſublimi: aliqui volantem in aperto. Itaque & columbæ novere ex iis pericula, viſoque concidunt, vel ſubvolant, contra naturam ejus auxiliantes ſibi. In inſula Africæ Cerne [a] in Oceano accipitres to-
2 Maſæſylim. Cb. tius [2] Maſſyliæ humi fœtificant: nec alibi naſcuntur, illis aſſueti gentibus. [b] In Thraciæ parte ſuper
3 Cedropolim. Ariſt. Amphipolim homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſilvis & harundinetis excitant aves: illi ſupervolantes deprimunt. Rurſus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum eſt,
4 ibi. ... miſſas in ſublime [4] ſibi excipere eos: [c] & cum tempus

chius. Vetuſta duo exemplaria habent, *Epileion Græci, &c.* Eſt autem ἐπίλειος, ἐπιχώριος, indigena, & qui minime abit. *Turneb.* Leios Ariſt. accipitris genus. De triorche tamen, vel, ut alii legunt, *Hippotriorche*, ſcribit Ariſtot. ὅτι διὰ παντὸς φαίνεται). Poſtea cap. 74. Æſalon parva avis dicitur. Vide locum. *Dalec.*

a *In Oceano accipitres totius Maſſyliæ humi fœtificant.*] Apographon Toletanum non *Maſſyliæ* legit, ſed *Maſæſyliæ*, rectius. Eſt enim *Maſæſylia* Africæ regio: contermina duabus Mauritaniis, auctore Stephano & reliquis. Sunt & Maſſyli gens Libyæ. Sed prior lectio magis caſta, quamvis aliter putet Hermolaus. Scribendum autem *Maſæſylia* per ſimplex utrobique *ſ*, & *æ*, diphthongon in ſecunda, ex eodem Stephano. *Pint.*

b *In Thraciæ parte ſuper Amphipolim, &c.*] Extat & id apud Ariſtot. libro περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. At in hiſtoria animalium ſic ſcribit: ἐν δὲ τῇ Θρᾴκης καλουμένῃ ποτὲ Κεδρόπολι. ἐν τοῖς ἕλεσι θηρεύουσιν ἄνθρωποι τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων. *Dalec.* *In Thraciæ parte ſuper Amphipolin, homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur.*] Hermolaus *Cedropolin*, non *Amphipolin* probat, ex Ariſtotelis libro nono cap. 36. ſic prodentis, *Thraciæ parte, quæ olim Cedropolis vocabatur, homines ſocietate accipitrum per paludes aucupantur.* Sed poteſt ſuſtineri *Amphipolin*, ex eodem Ariſtotele, circa Amphipolin contigiſſe hoc ſcribente in libro De admiranda auditione. Cujus operis teſtimonio uti, cur vitaverit Hermolaus non intelligo. An quod Theophraſti non Ariſtotelis putabat? at citaſſet Theophraſtum. ſunt enim argumenta quæ Theophraſti eſſe ſuadeant. An quod neutrius eſſe duxit? at is error eſt manifeſtarius. Nam præterquam quod dicendi character Ariſtotelem plane refert, apud Stephanum ſfamiliarem ſuum legiſſe Hermolaus potuit, non ſemel eam conſcriptionem pro Ariſtotelica citari. In eo igitur ſive Theophraſti, ſeu Ariſtotelis opere verba hæc leges: *In Thracia ſuper Amphipolin contingere monſtroſum quoddam narrant, ſupra quam credi queat ab his qui experti non ſunt. Prodeuntes enim pueros ex vicis regionibuſque finitimis ad aucupium avicularum in ſocietatem accipitres aſſumunt, &c.* Pint.

c *Et cum tempus ſit capturæ clangore ac volatus genere invitare ad occaſionem.*] Si hæc verba ad aves referantur, non conveniet Plinio cum Ariſtotele. Quapropter

pus ſit capturæ, clangore ac volatus genere invitare ad occaſionem. Simile quiddam lupi [1] apud Mæotin paludem faciunt. Nam niſi partem à piſcantibus ſuam accepere, [2] expanſa eorum retia lacerant. Accipitres avium non edunt corda. Nocturnus accipiter [3] cymindis vocatur, rarus etiam in ſilvis, interdiu minus cernens. Bellum [4] internecinum gerit cum aquila, cohærenteſque ſæpe [5] prehenduntur.

1 ad. *Cb.*

2 expaſſa. V.

3 cypindis. *Cb.* hyberis *Ariſt.*

4 internecinum. *Cb.*

5 prenduntur. *Cb.*

CAP. IX.

De coccyce, quæ à ſuo genere interimitur.

a COccyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram [6] mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, niſi perquam paucis diebus: [7] ipſeque modico tempore æſtatis viſus non cernitur poſtea. Eſt autem neque aduncis unguibus ſolus accipitrum, nec capite ſimilis illis, neque alio quam colore,

6 mutante, q. t. n. apparet, ut nec quidem reliqui. *ex Ariſt.*

7 Ipſe quoque. *Cb.*

pter ne diſcrepent inter ſe hi duo ſcriptores, quorum juniorem ab antiquiore mutuatum eſſe, in aperto eſt, legendum duxerim, non *clangore*, ſed *clamore*, nec *volatus*, ſed *vocatus*, & *invitari* potius quam *invitare*, ut totam rem ad pueros, non ad aves referas. Ariſtoteles id demonſtrat loco citato. *Hoc*, inquit, *faciunt ſic: Cum pervenerint ad locum opportunum vocant accipitres, nominatim clamantes. Illi voce puerorum audita advolant, aviculas in frutices compellunt. Ibi pueri lignis percutientes comprehendunt, & quod præ omnibus admirationem auget, accipitres cum aliquam cepere aviculiarum, eam aucupibus projiciunt. Pueri peracta captura, ex omni præda certa parte illis impertita abſcedunt.* Pint.

a *Coccyx ex accipitre videtur fieri.*] Cucullum ex accipitre fieri, qui in cuculli formam ſit mutatus, nonnulli putant, quoniam is accipiter, cui ſimilis eſt, nuſquam accipitur, cum cucullus apparet: Cæterum nec reliqui quidem accipitres tum videntur (ovis edendis & incubandis in ſolitudinibus occupati) cum cucullus canere incipit, niſi perquam paucis diebus Ariſt. cap. 7. lib. 5. hiſtor. Hæc Plinius confuſe & obſcure. Accipitrum minimo (hic Gallice *Emerillon*) magnitudine & volatu, cucullum ſimilem eſſe ibid. Ariſt. tradit. Cucullum veteres per convicium & opprobrium, fatuum, ſtolidum, inſipientem vocaverunt. Horat.

---- magna compellans voce cucullum.

Plaut. in Aſinaria:

At etiam cubat cucullus: ſurge amator, i domum.

In Mercat.

---- huic vero, ut mero cuculle,
Id certum eſt, mentiri ampliter.

In Pſeud.

Quid fles cuculle? vives.

In Perſa:

S. *Cadere tu hodie reſtibus.* P. *tua quidem, cuculle, cauſa.*

In Trinummo:

Ibi ille cucullus: Ocelle mi, fiat & iſtud.

Vide infra cap. 26. lib. 18. *Dalec.*

1 Aſpectu. *Alii.* ac viſu. M. ac victu. *Cb.*

colore, [1] [a] ac rictu columbi potius. Quin & abſumitur ab accipitre, ſi quando una apparuere: ſola omnium avis à ſuo genere interempta. Mutat autem & vocem: procedit vere, occultatur Caniculæ ortu: ſemperque parit in alienis nidis, [b] maxime palumbium, majori ex parte ſingula ova, quod nulla alia avis: raro bina. Cauſa ſubjiciendi pullos putatur, quod ſciat ſe inviſam cunctis avibus; nam [2] minutas quoque infeſtant: ita non fore tutam generi ſuo ſtirpem opinatur, ni fefellerit: quare nullum facit nidum, alioquin trepidum animal. [c] Educat ergo [3] ſubditum adulterato fœta nido. Ille avidus ex natura, præripit cibos reliquis pullis, itaq; pingueſcit, & nitidus in ſe nutricem convertit: illa gaudet ejus ſpecie, miraturque ſeſe ipſam, quod talem pepererit: ſuos comparatione ejus damnat, ut alienos, abſumique etiam ſe inſpectante patitur, donec corripiat ipſam quoque jam volandi potens. Nulla [5] tum avium [d] ſuavitate carnis comparatur illi.

2 minuta. *M. Alii.* minutæ, *ex V. & Ariſt.*

3 ſubditi- tium. *D.*

4 nixu. *V. & M.*

5 tamen. M.

CAP. X. *De milvis.*

Milvi ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notatum in his, rapaciſſimam & [e] famelicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere

a *Ac rictu columbi, &c.*] Vetus lectio, *ac victu columbi potius.* ut intelligamus, eam & leguminibus veſci, præter reliquorum accipitrum morem. *Gelen.* *Ac rictu columbi potius.*] *Ac viſu columbi potius*, exemplar Salmanticenſe. Scribendum reor, *Ambobus columbi potius* [ſcil. unguibus & capite.] ex Ariſtotele libro ſexto capite ſeptimo, *Eſt*, inquit, *neque aduncis unguibus ut accipiter neque capite accipitri ſimilis, ſed ea utraque parte columbum potius quam accipitrem repræſentat, neque alio quam colore imitatur accipitrem.* Pintian.

b *Maxime palumbium.*] Ariſtoteles περὶ ζώων ἱστορ. ς. *Dalec.*

c *Educat ergo ſubditum.*] De Curruca audienda ſunt hæc omnia, in cujus nido ſæpe Cucullus ova parit. *Idem.*

d *Suavitate carnis.*] Pinguis & ſuavis ſaporis eſt. Ariſtot. *Idem.*

e *Famelicam ſemper alitem.*] Plaut. in Menæch. *milvina menſa.* quæ cum aviditate maxima devoratur:

Madida quæ mihi appoſita milvinam menſam ſuggerant.

In Pſeudo idem:

An invenire poſtulas quemquam coquum,
Niſi milvinis aut aquilinis ungulis?

Idem perquam lepide in Pœn.

Teneo ſis me arcte mea voluptas: malo ego metuo milvom: mala
Illa beſtia eſt, ne forte me auferat pullum tuum.

Idem:

rapere unquam [a] ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ac ne ferentium quidem manibus, niſi lugubri municipiorum immolantium oſtento. Iidem [b] videntur artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus in cœlo monſtrante natura, [1] quid opus eſſet in profundo. Milvi & ipſi hibernis menſibus latent, non tamen ante hirundinem abeuntes. Traduntur autem & à ſolſtitiis affici podagra.

[1] quod. *M.* & *Cb.* quo. *V.*

CAP. XI. *Digeſtio avium per genera.*

VOlucrum prima diſtinctio pedibus maxime conſtat. Aut enim aduncos ungues habent, [c] aut digitos, aut palmipedum in genere ſunt, [2] uti anſeres & aquaticæ fere aves. Aduncos ungues habentia, carne tantum veſcuntur [d] ex parte magna.

[2] ut. *Cb.*

CAP. XII:

De inauſpicatis avibus, cornice, corvis, bubone.

COrnices & alio [3] pabulo. Atque duritiem nucis roſtro repugnantem, volantes in altum in ſaxa tegulaſve jaciunt iterum ac ſæpius, donec quaſſatam perfringere queant. [e] Ipſa ales eſt inauſpicatæ garrulitatis, [f] à quibuſdam tamen laudata. Ab Arcturi

[3] pabulo, ut quæ dur. &c. jaciant. *V. Pint.* & *Cb. lego*, ut quæ duritie nucem.

Idem:

Vidi petere milvium, etiam cum nihil auferret tamen.

Dalecamp.

a *Ex funerum ferculis.*] In funeribus cœna lauta apparabatur, quam ad rogum delatam cum defuncto cremarent. Virg.

---- congeſta cremantur

Thurea dona, dapes, fuſo crateres olivo.

Apulejus 4. Florid. *Exclamavit hominem vivere: procul ignes amolirentur: rogum demolirentur: cœnam feralem à tumulo ad menſam inferrent.* Silicernium ea dicitur, quod ſilentes umbræ eam cernant, vel quod qui adſtant, cernant, non attingant. Nam diis inferis libata qui ediſſet, vel bibiſſet, funeſtabatur. *Idem.*

b *Videntur artem gubernandi docuiſſe.*] Circaneam avem nominarunt ideo veteres, quod oberret ſemper, agros circando, κυκλεύουσι, ἀλινοστοῦσι, ἀλινδεύουσι. *Scalig. in Tibullum.*

c *Aut digitos.*] Aduncos, ut Gallinæ. *Dalec.*

d *Ex parte magna.*] Ariſt. cap. 3. lib. 8. hiſt. *Idem.*

e *Ipſa ales eſt inauſpicata garrulitatis.*] Hinc *cornicari* Perſio, preſſa & ſtrangulata voce muſſitare. Satyr. 5.

Neſcio quid tecum grave cornicaris inepte.

Cornicem humanum ſermonem diſcere monſtrat hic verſus Papinii in Silvis:

Quæque refert jungens iterata vocabula cornix. Idem.

f *A quibuſdam tamen laudata.*] Quoniam

Arcturi ſidere ad hirundinum adventum notatur eam (1 alibi. *M.*) in Minervæ lucis templiſque raro, [1] alicubi omnino non aſpici, ſicut Athenis. Præterea ſola hæc etiam volantes pullos aliquandiu paſcit: inauſpicatiſſima fœtus tempore, hoc eſt, poſt ſolſtitium. Cæteræ omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos ac volare cogunt, ſicut & corvi: qui & ipſi non carne (2 alunt. *M.*) tantum [2] aluntur, ſed robuſtos quoque fœtus ſuos fugant longius. [a] Itaque parvis in vicis [3] (3 non plus quam. V.) non plus bina conjugia ſunt: circa Cranonem quidem Theſſaliæ (4 ita ſingula. *V.*) [4] ſingula perpetuo: [b] genitores ſoboli loco cedunt. Diverſa in hac, & ſupradicta alite quædam. Corvi ante ſolſtitium generant, iidem ægreſcunt ſexagenis diebus, ſiti maxime, antequam fici coquantur autumno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corvi pariunt cum plurimum quinos. [c] Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur: [d] ideoque gravidas, ſi ederint corvinum ovum, per os partum reddere: atque in totum, difficulter parere, ſi tecto inferantur. Ariſtoteles negat, non hercule magis, quam in Ægypto Ibim: ſed illam exoſculationem quæ ſæpe cernitur, qualem in columbis, eſſe.

Corvi

niam magna ſit in eo avis genere concordia maris & fœminæ, & ab iis perpetua ſervetur conjugii lex ac fides: quamobrem ſolitariæ cornicis occurſus malum omen facit, & in nuptiis auſpicato ſocietatis præſagio accinebatur, ἐκκόρει κορὴ κορώνην. Ex Æliano 3. De animal. Oro, Apolline, Gregorio Nazianzeno, Politianus in Miſcellaneis. Rhod. cap. 18. 29. Had. Jun. cap. 1. lib. 1. Alex. ab Alex. cap. 5. 2. *Daiec.*

a *Itaque parvis in vicis non plus bina conjugia ſunt.*] Bina conjugia, quatuor faciunt corvos: nam ſingula ex binis conſtant corvis, mare & fœmina. At Ariſtoteles non quaternos morari corvos in parvis vicis ait, ſed binos tantum. Ergo hic, *una* legendum erit, non *bina*. Verba Ariſtotelis ſunt libro nono capite XXXI. *Corvi vicis arctioribus & ubi non ſatis cibi ſit pluribus, duo tantum incolunt.* Et in lib. de Admiranda auditione idem accidere circa Cranonem Theſſaliæ urbem confirmat, quod ſtatim Plinius refert. Poſſet etiam legi, *Binûm conjugia*, eodem ſenſu. *Pint.*

b *Genitores ſoboli loco cedunt.*] Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Daiec.*

c *Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur.*] Inde fellatores appellarunt. Martialis:

Corve ſalutator, quare fellator haberis?
In caput intravit mentula nulla tuum.

Ab Anaxagora id quidem fuit proditum, quod Ariſt. libro De animalibus ſimul & ridet, & refutat. Rhodig. cap. 25. 19. *Idem.*

d *Ideoque gravidas, ſi ederint corvinum ovum.*] Recte Plinius dixit vulgus id arbitrari. Eſt enim hoc fabuloſum. *Idem.*

a *Corvi*

[a] Corvi in auſpiciis ſoli videntur intellectum habere ſignificationum ſuarum. [b] Nam cum [1] Mediæ hoſpites occiſi ſunt, omnes è Peloponneſo & Attica regione [2] volaverunt. [c] Peſſima eorum ſignificatio, cum glutiunt vocem velut ſtrangulati. Uncos ungues & nocturnæ aves habent, ut noctuæ, bubo, ululæ. Omnium horum hebetes interdiu oculi. Bubo funebris, & maxime abominatus publicis præcipue auſpiciis, deſerta incolit: nec tantum deſolata, ſed dira etiam & inacceſſa: noctis monſtrum, nec cantu aliquo [3] vocalis, ſed gemitu. Itaque in urbibus aut omnino [d] in [4] luce viſus, dirum oſtentum eſt. Privatorum domibus inſidentem [5] plurimis ſcio non fuiſſe feralem. Volat nunquam, quo [6] libuit, ſed tranſverſus aufertur. Capitolii cellam ipſam intravit Sex. [7] Papellio Iſtro, L. Pedanio Coss. propter quod Nonis Martiis urbs luſtrata eſt eo anno.

1 Medi. *M.*
2 advolarunt. *V.*
3 vocali. *M.*
4 luco. *Pint.*
5 plurimum. *Parm.* & *Cb.*
6 libet. *M.*
7 Palpellio. *Cb.*

CAP. XIII. *De incendiaria ave.*

Inauſpicata eſt & [e] incendiaria avis, propter quam ſæpe numero luſtratam urbem in Annalibus invenimus, ſicut L. Caſſio, C. Mario Coss. quo anno & bubone viſo luſtrata eſt. Quæ ſit avis ea,

a *Corvi in auſpiciis ſoli videntur, &c.*] Alexandro Babylonem ingreſſuro, & Ciceroni fugienti ii obſtrepentes, mortem imminere ſignificarunt. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. *Dalec.*

b *Nam cum Mediæ hoſpites occiſi ſunt.*] Sumptum hoc ex Ariſt. lib. 9. hiſtor. Περὶ δὲ τὸν χρόνον ἐν ᾧ ἀπώλοντο οἱ Μηδείας ξένοι ἐν Φαρσάλῳ ἐρημία ἐν τοῖς περὶ Ἀθήνας καὶ Πελοπόννησον ἐγένετο κοράκων, ὡς ἐχόντων αἴσθησίν τινα τῆς παρ' ἀλλήλων δηλώσεως: quo loco Vict. cap. 2. 37. ξένους vertit, non *hoſpites*, ut Plinius, ſed *milites externos mercede conductos*, legendumque putat, δηλώσεως, non ἐδηδώσεως, intellectum ſignificationis habere, non pabuli. *Idem.*

c *Peſſima eorum ſignificatio.*] Tempeſtatum atrocium. Infra lib. 18. cap. ultimo. *Idem.*

d *In luce viſus, dirum oſtentum eſt.*] Ejus tamen conſpectus Agrippæ captivo regnum Judæorum portendit. Alex. ab Alex. lib 5 cap. 13. *Idem.*

e *Incendiaria avis*] Incendiaria avis, ambuſtanea, quæ circa buſta verſabatur. Ea ſi, ut inquit Servius, de buſto ſudem ad tectum detuliſſet, incendium portendebat: ſi cujus ædes inſediſſet, & vocem miſiſſet, ſignificabat mortem. Vide Scalig. in Feſtum, voce Buſtum. *Idem.*

a *Clivi-*

ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam eſſe quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus. Alii [1] ſpinturnicem eam vocant: ſed hæc ipſa quæ eſſet inter aves, qui ſe ſcire diceret, non inveni.

1 Spintharigem, σπινθάριγα. in quibuſdam exemplaribus corrupte σπινδαλίς.

Cap. XIV. *De clivina.*

[a] CLivinam [2] quoque avem ab antiquis nominatam, animadverto ignorari. Quidam clamatoriam dicunt, Labeo [b] prohibitoriam. Et apud Nigidium ſubis [3] appellatur avis, quæ aquilarum ova frangat.

2 Cliviam. *Ch.*

3 ſubter. *Ch.*

Cap. XV. *De avibus incognitis.*

SUnt præterea complura genera depicta in Hetruſca diſciplina, [4] ſeculis non viſa: quæ nunc defeciſſe mirum eſt, cum abundent etiam quæ gula humana populatur.

4 ſed ulli. *Tol. Pint.*

Cap. XVI. *De avibus nocturnis.*

EXternorum de auguriis peritiſſime ſcripſiſſe [5] Hylas nomine putatur. Is tradit noctuam, bubonem, picum arbores cavantem, [6] [c] trogonem, cornicem, à cauda de ovo exire, quoniam pondere capitum perverſa ova, poſteriorem partem corporum [7] fovendam matri applicent.

5 illas ac. *Ch.*

6 trygonam. *Ch.*

7 magis fovend. *V.*

Cap.

a *Clivinam quoque avem*] Cluinam, (à cluendo, id eſt, clamando.) Feſto avis certa non eſt, ſed quæcumque in auſpiciis voce aliquid fieri prohibet. *Dalec.*

b *Prohibitoria.*] Aves prohibitoriæ σκαιαὶ ὄρνιθες. quæ aliquid fieri prohibebant. Eædem & Feſto dicuntur Alteræ, præſertim cum ſuperveniunt, quæ auſpicio fœlici vitium faciant: Arculæ ab arcendo: Clivіæ, quoniam clivia, δύσβατα, difficilia. Enebræ & Inebræ, quod obſtaculum dant, ab inhibendo: Remores: Fecilytræ: Volſgræ, quia ſeſe vellendo malum auſpicium nuntiant. Statius:

— ſimul ora recurvo
Ungue ſecant rabida, planctumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, & plumea pectora cædunt.

Æſchylus in Perſis:

Μελάγχιμον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ
Πτεροῖς ἐφορμαίνοντα, καὶ χηλαῖς κάρα τίλλοντα.

Scalig. Eſt in auguriis Negritis infœlix vox, qua ægritudo ſignificatur. *Idem.*

c *Trogonem.*] Loxiam Geſnerus vocat. *Idem.*

a *Novem*

CAP. XVII. *De noctuis.*

NOctuarum contra aves ſolers dimicatio. Majore circundatæ multitudine, reſupinæ pedibus repugnant, collectæque in [1] arctum, roſtro & unguibus totæ teguntur. Auxiliatur accipiter [2] collegio quodam naturæ, bellumque partitur. Noctuas ſexagenis diebus hiemis [3] cubare, & [a] novem voces habere tradit Nigidius.

1 arcum. *Parm.*
2 conſortio. V.
3 ſubare. *Cb.*

CAP. XVIII. *De pico Martio.*

[b] SUnt & parvæ aves uncorum unguium, ut pici: Martio cognomine inſignes, & in [4] auſpiciis magni. Quo in genere arborum cavatores ſcandentes in ſubreptum felium modo: illi vero & ſupini, percuſſi corticis ſono, pabulum ſubeſſe intelligunt. [c] Pullos in cavis educant [5] avium ſoli. [6] Adactos cavernis eorum à paſtore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgo. Trebius auctor

4 auſpicatis. M.
5 arborum. V.
6 Adductus, &c. cuneus. M.

a *Novem voces habere.*] Auſpicatiſſimæ illæ fuerunt Athenienſibus. Pyrrhi regis contra Argivos euntis haſtæ inſidens noctua, exitii quod inſtabat augurium fuit. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. Noctuæ cantus videtur, *tu*, Syllabam exprimere. Inde feſtivus jocus apud Plautum in Menæch.

Tu iſthic, inquam, vin' afferri noctuam,
Quaſ; tu, tu, uſque dicat tibi? nam nos jam hoc defeſſi ſumus.

Dalec.

b *Sunt & parvæ aves uncorum unguium, ut Pici, Marcio cognomine inſignes & in auſpiciis magni. Quo in genere arborum cavatores ſcandentes in ſubrectum, felium modo: illi vero & ſupini.*] Locus inſigniter vitiatus, ita præpoſtero ac luxato ordine verborum, ut non caſu & temere, ſed conſulto, & malefico depravandi animo factum videatur. Nos ex Ariſtotele libro nono, capite nono, deperditum hunc locum reſtitui in integrum poſſe ſperamus. ſic igitur lego, *Sunt parvæ aves uncorum unguium, ſed in auſpiciis magnæ. Quo in genere pici, Martii cognomine inſignes, arborum cavatores. Illi vero & ſupini ſcandentes in ſubrectum ſtellionum modo.* Porro verbum Ariſtotelicum δρυοκολάπτης, Plinius *arborum cavatores* tranſtulit. *Pint.*

c *Pullos in cavis educant avium ſoli.*] Scribendum videtur, non *avium*, ſed *arborum*, ut oſtendunt verba quæ paulo poſt ſequuntur, *Clavum vel cuneum adactum quanta vi libeat in arbores in quibus nidum habeat, &c.* deſumpta ex Ariſtot. libro 9. capite 9. Nam cavis ſimpliciter picos tantum pullos nutrire, à veritate abhorret: cum idem faciant columbæ, paſſeres, cypſeli & meropes, qui & ſubterraneos cavos vel ad 4. cubita faciunt, auctore eodem Ariſtot. lib. 9 c. 13. & Throchilis, ut idem ſcribit, fruteta incoli & foramina. Æſtimandum item an ſit verior lectio *educunt*, hoc eſt, excludunt, quam *educant*. Idem.

a *In*

ctor eſt, clavum cuneumve adactum, quanta libeat vi, arbori in qua nidum habeat, ſtatim exilire, cum [1] crepitu arboris, cum inſederit [2] clavo aut cuneo. Ipſi principales Latio ſunt in auguriis, à rege, qui nomen huic avi dedit. Unum eorum præſcitum tranſire non queo. [a] In capite Prætoris urbani [3] L. Tuberonis, in foro jura pro tribunali reddentis, ſedit ita placide, ut manu [4] prehenderetur. Reſpondere vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur: at ſi exanimaretur, Prætori. Et ille avem protinus concerpſit: nec multo poſt implevit prodigium. Veſcuntur & glande in hoc genere, pomiſque multæ, [5] ſed quæ carne tantum non vivunt, excepto milvo: quod ipſum in auguriis dirum eſt.

1 ſtrepitu. *M. & Ch.*
2 *Hæc verba*, clavo aut cuneo, *in V. deſunt.*
3 Ælii. *Ch.*
4 apprehenderetur. *Parm.*
5 reliquæ carne. *D.*

Cap. XIX.

De uncos ungues habentibus & digitos.

Uncos ungues habentes omnino non congregantur, [6] & ſibi quæque prædantur. Sunt autem omnes fere altivolæ præter nocturnas: & magis, majores. Omnibus alæ grandes, corpus exiguum. Ambulant difficulter. In petris raro conſiſtunt, curvatura unguium prohibente. Nunc de ſecundo [7] ordine dicamus, qui in duas dividitur ſpecies, [b] Oſcines, & alites: illarum generi cantus

6 ſed ſibi quæque prædatur. *V.*
7 genere dicamus, quod. *Ch.*

a *In capite Prætoris, &c.*] Frontinus in Stratagem. hoc Cajo Cœlio ſive Lælio tribuit. *Dalec.*

b *Oſcines.*] Cicero lib. 6. Epiſt. ad Cæcinnam: *Non igitur ex alitis involatu, nec è cantu ſiniſtro oſcinis, ut in noſtra diſciplina eſt, nec è tripudiis ſoliſtimis aut ſomniis auguror, &c.* Canterus cap. 28. 4. legendum putat *occines*, ab occinendo, non *oſcines*, ab ore. *Oſcines* Feſto, quæ ore canentes faciunt auſpicium, ut corvus, cornix, noctua: *alites*, quæ volatu, ut aquila, buteo, vultur, immiſſulus. Sangualis. In ambobus generibus habentur Picus Martius, Feroniuſque, & Parra. (*Feronium* hic dici Picum puto, coloris nigri à furvo, quaſi furvonium) Vide Alex. ab Alex. cap. 13. & 19 lib. 5. Fuerunt & præpetes, inferæ, admiſſivæ, arculæ, cliviæ, inebræ, quæ quidquam vetabant. Plautus in Aſinaria:

Impetritum, inauguratum eſt, quodvis admittunt aves:
Picus & cornix eſt ab læva, corvos, parra ab dextra:
Conſuadent.

Præpetes augurium volatu faciunt, occines cantu. Et quoniam plurimi rapaces alis valent, κατ' ἐξοχὴν præpetes eæ vocantur. Turn. c. 4. 29. Virg.

--- quem

tus oris, his magnitudo differentiam dedit. Itaque [1] præcedent & ordine: 1 præcedent & ordine, omneſque relliquas. In his, &c. *Ch.*

Cap. XX.

De pavonibus, & quis eos primus cibi cauſa occiderit.

Omneſque reliquas in his pavonum genus; cum forma, tum intellectu ejus & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores, adverſo maxime Sole, quia ſic fulgentius radiant. Simul umbræ quoſdam repercuſſus cæteris, [2] qui in opaco clarius 2 qui & in. *Ch.* micant, conchata quærit cauda: omneſque in acervum contrahit pennarum, quos ſpectari gaudet oculos. Idem cauda annuis vicibus amiſſa [a] cum foliis arborum, donec renaſcatur [3] iterum cum flore, 3 alia. *Vi Pint.* pudibundus ac mœrens quærit latebram. Vivit annis xxv. Colores incipit fundere in trimatu. Ab auctoribus non glorioſum tantum animal hoc traditur, ſed & malevolum, ſicut anſer verecundum: quoniam has quoque quidam addiderunt notas in his, haud probatas mihi. Pavonem cibi gratia Romæ primus occidit [b] Orator Hortenſius, [c] aditiali cœna ſacerdotii. Saginare primus inſtituit circa noviſſi-

——*quem præpes ab Ida*
Sublimem rapuit pedibus Jovis armiger uncis.

Servio quæ aves pennis ac volatu faciunt omina, ſi proſperæ ſunt, Præpetes appellantur:. ſi adverſæ, Inebræ. Vide Feſtum in voce Enebræ: Eundem in voce Præpes, & Scaligerum in eum locum. Fuerunt & olim auctore Feſto auſpicia pedeſtria à vulpe, lupo, equo, ſerpente. Horatius:

Rumpet & ſerpens iter inſtitutum.

Turn. cap. 29. lib. 30. *Dalec.*

a *Cum foliis arborum*] Autumno & hieme, ad veris uſque finem, æſtatiſque initium: unde Proverbium, ἔαρ ἤδη, ϗ ὄθεν ὁ ταώς. Rhodig. capite 9. 16. *Idem.*

b *Orator Hortenſius.*] Varro cap. 6. 3. Ælianus cap. 2. 5. hiſt. qui addit, ob id factum Hortenſium κερθλῶαι, in jus vocatum fuiſſe, vel ut alii legunt; κατακερθλῶαι condemnatum. *Idem.*

c *Aditiali cœna.*] Affluente; lauta. Alii *adjiciali* legunt. Vide infra cap. 4. lib. 29. fere ab initio, ubi *epulum adjiciale* vocatur: nimirum ab adjiciendo. Fiebat inaugurandi gratia, aut in publica & feſta lætitia. Cornel. Tacitus 2. Annal. *Reſcuporis ſanciendo, ut dictitabant, fæderi convivium adjicit, tractaque in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentiam.* Adjicialis cœna adipalis & pontificalis, Macrobius lib. 3. cap. 13. In ea enim cœna dicis cauſa Pontifex epulari dicebatur, id eſt, religioſi ſolemniſque inſtituti cauſa, ut infra c. 2. l. 28. νόμου, ὁσίας, ὁσίου, ἀφοσιώσεως ἕνεκα, χάριν. *Idem.*

noviſſimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exque eo quæſtu [1] reditus ſeſtertiûm ſexaginta M. habuit.

1 reditus is ſeſt. V. reditus is ſexagena millia hab. *Ch.* ſeſtertia ſexagena. *M.*

CAP. XXI.

De gallis, & quomodo caſtrentur, & de gallinaceo locuto.

PRoxime gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, [a] quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque ſomno natura genuit. Norunt ſidera & ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaque caſtrenſi vigilia ad curas laboremque revocant. Nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, [b] diemque venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum [2] plauſu laterum. Imperitant ſuo generi, & regnum in quacunque ſunt domo, exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipſos, velut ideo tela agnata cruribus ſuis intelligentes: [3] nec finis ſæpe commorientibus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in victoria canunt, ſeque ipſi principes teſtantur. Victus occultatur ſilens, ægreque ſervitium patitur. [4] Et plebs tamen æque ſuperba, graditur ardua cervice, criſtis celſa: cœlumque ſola volucrum aſpicit crebro, in ſublime caudam quoque falcatam erigens: itaque terrori ſunt etiam [5] leonibus ferarum generoſiſſimis. Jam ex his [c] quidam ad bella tantum & prælia aſſidua naſcuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum,

2 Ploſu. *Merula ſuper Enn. pag.* 589.

3 nec finis ſæpe, niſi commorientibus. *Alii.*

4 expleto jamque certamine ſuperbe g. a. c. c. celſis.

5 leonibus dominis ferarum jam. *M.*

a *Quos excitandis, &c.*] Gallicinium propterea veteres appellarunt. *Dalecampius.*

b *Diemque venientem, &c.*] Hujus rei cauſam reddere conatur Cicero lib. 2. de Divinatione. Eam multis explicatam vide apud Rhodigin. cap. 16. 13. Inde ſcilicet Tragœdi, κήρυκας ἀλεκτρυόνας, tanquam vocales & clamoſos præcones appellant, ἀπὸ τῶ γηρύειν Euſtathio, à vociferando: quo etymo & ὀρυβόαι, ut Stentor, & ὀρυβόαται, ut Homeri præcones dici poſſunt, παρὰ τὸ ὀρυβοάζειν, quod eorum ſonora vox procul exaudiatur, Hadr. Jun. cap. 20. 5. *Idem.*

c *Quidam ad bella, &c.*] Ὄρτεγαν Heſychius vocat peculiari nomine. *Idem.*

2 *Tripu.*

dum, [1] ac Tanagram. Secundus eſt honos habitus Melicis, [2] ac Chalcidicis, ut plane dignæ aliti tantum honoris [3] præbeat Romana purpura. Horum ſunt [a] tripudia ſoliſtima. Hi [4] magiſtratus noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas claudunt [5] aut reſerant: hi faſces Rom. impellunt [6] aut retinent, jubent acies [7] aut prohibent, victoriarum [8] omnium toto orbe partarum auſpices: hi [9] maxime terrarum imperio [10] imperant, [11] extis etiam fibriſque haud aliter quam opimæ [12] victimæ Diis grati. [b] Habent [13] oſtenta & præpoſteri eorum veſpertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, [c] Bœotiis nobilem illam adverſus Lacedæmonios præſagivere victoriam, ita conjecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. Deſinunt canere caſtrati: quod duobus fit modis, [d] lumbis aduſtis candente ferro, aut imis [14] cruribus: mox hulcere oblito figlina creta: facilius ita [15] pingueſcunt. [e] Pergami omnibus annis ſpectaculum gallorum publice editur, [f] ſeu gladiatorum. Invenitur in Annalibus, in Ariminenſi agro, M. Lepido,

1 aut. *Ch.*
2 &. *Ch.*
3 perhibeat. *M. &* *Ch.*
4 magiſtros. *Ch.*
5 ac. *M.*
6 ac. *M.*
7 ac. *M.*
8 omnium, *in M. d.*
9 maximo. V.
10 imperitabant. M.
11 Ex iis etiam fibræ ſunt, &c. gratæ. V.
12 Victoriæ. *Alii.*
13 oſtenta ex ſe &. *M.*
14 calcaribus, *ex Varr. lib.* 3. *de re ruſt.*
15 pinneſcunt. *Ch.*

a *Tripudia ſoliſtima.*] Læta, cum prodeuntes è cavea cibum oblatum capere non recuſabant, & inter edendum nihil in terram ex ore decidebat. Horum alterutrum ſi accideret, triſte ac pernicioſum augurium cenſebatur. Feſtus in voce Puls. Vide Alex. ab Alex. c.29. lib 1. *Dalec.*

b *Habent oſtenta præpoſteri eorum veſpertinique cantus.*] Archetypum Toletanum, *Habent oſtenta præproperi eorum veſpertini cantus.* Confirmant eam lectionem verba quæ ſtatim ſequuntur, *Namque totis noctibus canendo*, &c. *Pint.*

c *Bœotiis nobilem illam, &c.*] Sic Themiſtocli priuſquam in Xerxem exercitum duceret, pridie auditus gallorum cantus victoriam promiſit. Gallinarum cantum, futurum incommodum, vel dirum quidpiam ſignificare putant. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. Quod de Bœotiis tradit Plinius, accidit cum ii de bello oraculum Trophonii conſulentes ſacra facerent. Idem Alex. ab Alexan. cap. 2. 6. *Dalec.*

d *Lumbis aduſtis.*] Parte poſtrema alvi, quæ in coitu procidit, Ariſtot. *Idem.*

e *Pergami omnibus, &c.*] Factum id & Athenis, Perſis à Themiſtocle victis. Commiſſæ quoque ſunt & ad certamen coturoices. Severi filii invicem contendebant edendis coturnicum & gallorum pugnis. Socrates Iphicrati duci animos adjecit monſtratis gallis coram Callia pennis ac roſtro dimicantibus. Chryſippus lib. de Juſtitia, gallorum exemplo ad fortitudinem nos excitari tradit. Rhod. c.13.16. & 32. 17. *Idem.*

f *Seu gladiatorum.*] Hinc ſumptum Alectoromachiæ exemplum in ſcholis noſtris circa Hilaria. Vide Ælianum. *Idem.*

Lepido, Q. Catulo Coſs. in villa Gallerii locutum gallinaceum, ſemel, quod equidem ſciam.

CAP. XXII.

De anſeribus, & quis primus jecur anſerinum comederit, & de adipe anſerino Comageno.

[1] EST & anſeri vigil cura, Capitolio teſtata defenſo, [a] per id tempus canum ſilentio proditis rebus. [2] Quamobrem cibaria anſerum [b] Cenſores imprimis locant. [c] Quin & fama amoris, Argis dilecta forma pueri [3] nomine Oleni, & Glauces Ptolemæo regi cithara canentis, quam [4] eodem tempore & aries [5] adamaſſe proditur. Poteſt & ſapientiæ videri intellectus [6] iis eſſe. Ita comes perpetuo adhæſiſſe Lacydi Philoſopho dicitur, nuſquam ab eo, non in publico, non in [7] balneis, non noctu, non interdiu digreſſus. Noſtri ſapientiores, qui eos jecoris bonitate novere. [d] Fartilibus in magnam amplitudinem creſcit: exemptum quoque lacte mulſo augetur. Nec ſine cauſa in quæſtione eſt, quis primus tantum bonum invenerit, [8] [e] Scipio Metellus vir Conſularis, an M. [9] Seſtius eadem ætate

1 Eſt, *in M. d. & 2 mi.*

2 Quam ob cauſam. *M. & Ch.*

3 genere Ocnii. *Theophraſt.*

4 ex eodem. *Ch.*

5 amaſſe. *Ch.*

6 ita iis eſſe. Comes. *M. Pint.*

7 balineis. *Ch.*

8 Scipio an Metellus. *M.*

9 Sejus. *Varro rei ruſt. lib. 3. cap. 10.* Seſejus. *Ch.*

a *Per id tempus canum, &c.*] Vide Livium & Gellium. *Dalec.*

b *Cenſores inprimis locant.*] Alex. ab Alex. cap. 13. 4. Jan. Duſ. ſuper Arbitr. lib. 2. c. 17. *Idem.*

c *Quin & fama amoris*] Sic apud Solos Ciliciæ formoſum puerum amatum à cane fuiſſe, & Spartæ adoleſcentem à graculo Rhodig ſcribit cap. 12. 13. Clearchus primo Eroticῶn Amphilochum Olenium ab anſere dilectum prodit. In Leucadia virginem à pavone euſque, ut illa vita functa moreretur: Nicander pincernam regis Bithyniæ à gallo, quem Centaurum vocabant. idem auctor c. 13. 16. Vide ſupra de Delphinis. *Idem.*

d *Fartilibus in magnam, &c*] Saginatis, præſertim ficubus. Jecur id συκωτὸν olim vocavere. Juvenalis Satyr. 5.

Anſeris ante ipſum magni jecur, anſeribus par.

Martialis:

Aſpice quam tumeat magno jecur anſere majus.

Perſius Satyra 6.

Ut tuus iſte nepos divi ſatur anſeris extis,
Cum moroſa vago ſingultiet inguine vena,
Patritiæ immejat vulvæ.

Minime fartos, herbaque tantum paſtos, & ideo graciliores, *herbiles* vocat Feſtus. Lucilius apud Servium:

Anſerus herbilis viris.

Idem.

e *Scipio Metellus, &c.*] Vide Sigonium de Conſulib. anno 750 creatis. Ejus mentio fit c. 10. 32. *Idem.*

a *A Mori-*

ætate eques Rom. Sed (quod conſtat) Meſſalinus Cotta, Meſſalæ Oratoris filius, [1] palmas pedum ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum criſtis condire reperit. Tribuetur enim à me culinis cujuſque palma cum fide. Mirum in hac alite, [2] [a] à Morinis uſquè Romam pedibus venire. Feſſi proferuntur ad primos: [b] ita cæteris ſtipatione naturali propellunt eos. [c] Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumigeri veſtiuntur: [3] molliorque, quæ corpori quam proxima: & è Germania laudatiſſima. Candidi ibi, verum minores, [4] ganzæ vocantur. Pretium plumæ eorum, in libras denarii quini. Et inde crimina plerumque [5] auxiliorum præfectis, à vigili ſtatione ad hæc aucupia dimiſſis cohortibus totis. Eoque deliciæ proceſſere, ut ſine hoc [6] inſtrumento [d] durare jam ne virorum quidem cervices poſſint. Aliud reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur: adipem eorum in vaſe æreo cum cinnamo nive multa [7] obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad uſum præclari medicaminis, quod ab gente dicitur [8] Comagenum. [e] Anſerini generis ſunt [9] chenalopeces, & quibus lautiores epulas non novit Britannia chenerotes, [10] fero anſere minores. [f] Decet tetraonas ſuus nitor, [11] abſolutaque nigritia, in ſuperciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Nec ulla ales excepto ſtruthiocamelo majus cor-

1 plantos. *M.*

2 à Thurinis. *Parm.* *prave.*

3 mollior quæ corpori proxima. *M.* & *Cb.*

4 gantæ. *Cb.*

5 auxilium. *M. V.*

6 ſtramento. *D.*

7 obruere ac r. g. macerare.

8 Commagum. *Cb.*

9 Penelopes. *V. prave.*

10 fere. *M.* cerenotes vero. *Cb.* chenerotes feræ anſeres. *Pint.*

11 abſolutamque nigritiam. *Cb.*

a *A Morinis uſque Romam, &c.*] Inde fortaſſis ea Galliæ pars dicta eſt Comitatus anſerum, *La Conte d'Oye.* Dalec.

b *Ita cæteris ſtipatione, &c.*] Agmine ſtipato Anſeres natura incedunt. E Morinis Romam producebantur, tum ut farto jecinore veſcerentur, (Horatius:
Pinguibus è ficis paſtum jecur anſeris albi,)
tum ut molles plumas vellerent, culcitris & cervicalibus implendis. *Idem.*

c *Candidorum alterum.*] Eos plurimum ob id laudant Columella & Varro. *Idem.*

d *Durare jam ne virorum, &c.*] Nam ex ea pluma cervicalia fiunt. *Idem.*

e *Anſerini generis.*] Vide infra cap. 3. lib. 29. circa finem. *Idem.*

f *Decet tetraonas ſuus nitor.*] Politianus cap. 37. Miſcel. hunc locum primus reſtituit. *Idem.*

corpore [1]implens pondus, in tantum aucta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos Alpes, & ſeptentrionalis regio. In [2]aviariis ſaporem perdunt. Moriuntur contumacia ſpiritu revocato. Proximæ [3]eis ſunt, quas Hiſpania aves tardas appellat, Græcia otidas, damnatas in cibis. Emiſſa enim oſſibus medulla, odoris tædium extemplo ſequitur.

1 implet. *D.*
2 vivariis. *Cb.*
3 his. *Cb.*

CAP. XXIII.

De gruibus, ciconiis, oloribus, & peregrinis avibus, & coturnicibus, & glottæ.

[a] INducias habet gens Pygmæa abſceſſu gruum (ut diximus) cum iis dimicantium. [b] Immenſus eſt tractus, quo veniunt, ſi quis reputet à mari Eoo. [4] [c] Quando proficiſcantur conſentiunt: [d] volant ad proſpiciendum alte: [e] ducem, quem ſequantur, eligunt: in extremo [5]agmine per vices, qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui [6]laxatus ſomno & decidens indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto providet collo, ac prædicit. Eædem manſuefactæ laſciviunt, gyroſque quoſdam inde-

4 Quando proficiſcuntur confertim volant, ad p. alta. *V.*
5 agmine, per viceſque acclamantes diſpoſitos. *Cb.*
6 laſſatus. *Cb.* laſſatis ſomno decidens. *V.*

a *Inducias habet gens.*] Vide ſupra c. 11. lib. 4. *Dalec.*

b *Immenſus eſt tractus.*] Ab ultimis Scytharum campis & Troglodytica regione advenire ſcribit Ariſtot. *Idem.*

c *Quando proficiſcantur conſentiunt: Volant alte.*] Hermolaus non *conſentiunt* legit, ſed *confertim*, & conjunctim cum verbo, ſequente, *confertim volant.* Cæterum duo noſtra exempl. *conſentiunt* agnoſcunt, non omnino malè. Nam poteſt hic ſignificare *conſentiunt*, conveniunt, coëuntque, & communi ſeu conſilio diſceſſuræ mutuo ſeſe operiuntur: ut de Pelecanibus Ariſtoteles tradit, de quibus ſimul & gruibus diſſerit libro octavo, capite duodecimo, & Plinius paulo infra de Ciconiis, *Abitura congregantur loco certo, ſimilique ratione anſeres & olores commeant.* Pint.

d *Volant ad proſpiciendum alte.*] Id eſt, altè volant ad proſpiciendum. *Salm.*

e *Ducem quem ſequantur eligunt: in extremo agmine per vices qui acclament diſpoſitos habent, &c.*] In extremo agmine eſt, qui cogit agmen: dux eſt qui præit. ad continendum agmen adclamare poſtremos qui hoc munus per vices ſortiuntur ſcribit Plinius. *Salmaſ.*

indecoro curſu vel ſingulæ peragunt. Certum eſt, Pontum tranſvolaturas, primum omnium anguſtias petere, inter duo promontoria Criumetopon, & Carambin: mox ſaburra ſtabiliri. Cum medium tranſierint, abjici lapillos è pedibus: cum attigerint continentem, & è gutture harenam. Cornelius Nepos, qui Divi Auguſti principatu obiit, cum ſcriberet turdos paulo ante cœptos ſaginari, addidit, ciconias magis placere, quam grues: [a] cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit [1] attigiſſe. Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quo ſe referant, incompertum adhuc eſt. E longinquo venire non dubium, eodem, quo grues modo: illas hiemis, has æſtatis advenas. Abituræ congregantur in loco certo: [2] comitatæque ſic, ut nulla ſui generis relinquatur niſi captiva [3] & ſerva, ſeu lege prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen diſcedentium, cum diſceſſurum appareat: nec venire, ſed veniſſe cernimus: utrunque nocturnis fit temporibus. Et quamvis ultra citrave pervolent, nunquam tamen adveniſſe uſquam, niſi noctu, exiſtimantur. [4] Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, ubi congregatæ inter ſe commurmurant, eamque quæ [5] noviſſima advenit, lacerant, atque ita abeunt. Notatum, poſt Idus [6] Auguſti non temere viſas ibi. Sunt qui ciconiis non ineſſe [7] linguas

1 tetigiſſe. V.

2 cunctatæ. *Pint.*

3 & ſerva *Pint. hæc obrepſiſſe ſuſpicatur.*

4 Pythonen vocant. V.

5 noviſſimo. V.

6 Auguſtas.

7 linguam. *Ch.*

a *Cum hac nunc ales inter primas, &c.*] Sempronium Ruffum menſis primum Ciconiam invexiſſe tradunt, ac de illo ſcriptos hos verſus:

Ciconiarum Ruffus iſte conditor,
Quanquam eſt duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.
Ciconiarum populus ultus eſt mortem.

Horatius:

Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,
Donec vos auctor docuit pratorius.

Ciconiam Petronius Arbiter his epithetis honeſtat:

Ciconia etiam grata peregrinhoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, coralliſtria.
(nempe à roſtri & pedum colore, ſimili corallo)
Avis exſul hiemis, titulus tepidi temporis.

Vide Hadr. Jun. cap. 15. 6. Jan. Duſ. ſuper Arbitrum lib. 1. cap. 17. Ciconias in auſpiciis concordiam polliceri, grues vero retrorſum à recto curſu deflectentes ac remeantes, procellas ac infandas tempeſtates notat Alex. ab Alex. cap. 13. 5. *Dalec.*

guas confirment. [a] Honos iis ſerpentium exitio
1 capitali. *Ch.* tantus, [b] ut in Theſſalia [1] capitale fuerit occidiſſe,
2 eadem. *Iff.* [2] eademque legibus pœna, quæ in homicidam. Simili anſeres quoque & olores ratione commeant: ſed horum volatus cernitur: liburnicarum modo roſtrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam ſi recta fronte impellerent: à tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigitur agmen, largeque impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus: feſſos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos
3 genitorum. *D.* eoſdem repetunt: [3] genitricum ſenectam invicem educant. [c] Olorum morte narratur flebilis cantus:
4 falſa. *al.* [4] falſo, ut arbitror, aliquot experimentis. Iidem mutua carne veſcuntur inter ſe. Verum hæc commeantium per maria terraſque peregrinatio non patitur differri minores quoque, quibus eſt natura ſimilis: utcunque enim ſupradictas magnitudo
5 poſſint. *Ch.* & vires corporum [d] invitare videri [5] poſſunt. Coturnices ante etiam ſemper adveniunt, quam grues, parva avis, & cum ad nos venit, terreſtris potius, quam ſublimis. Advolant & hæ ſimili modo non ſine periculo navigantium, cum appropinquavere
6 includunt. V. & *Ch.* terris. Quippe velis ſæpe [6] inſidunt, & hoc ſemper noctu, merguntque navigia. Iter eſt his per hoſpitia certa. Auſtro non volant, humido ſcilicet & graviore vento. Aura tamen vehi volunt, propter pondus corporum, vireſque parvas. Hinc volantium

a *Honos iis, &c.*] Juvenal Satyr. 13.
—— *ſerpente ciconia pullos*
Nutrit, & inventa per devia rura lacerta.
Dalec.

b *Ut in Theſſalia, &c.*] Ariſt. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. *Idem.*

c *Olorum morte narratur, &c.*] Κύκνειον ᾄδουσι, ſive ἐπᾴδουσι, qui ſpem omnem ſalutis abjecerunt. Julianus παραβάτης. Ἐνταῦθα τί προσήκειν ἐχρῆν ἄνδρα τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων; ἆρα περιορᾶν ἀνθρώπους ἀθλίους τοῖς κλέπταις ἐκδεδομένους, ἢ κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἀμύνειν, οἷμαι ὡς ἤδη τὸ κύκνειον ἐξᾴδουσι, διὰ τὸ θεομισὲς ἐργαστήριον τῶν τοιούτων. *Idem.*

d *Invitare videri poſſunt.*] Ut tam longo itinere ad nos commeent. *Idem.*

a *Con-*

tium illa [a] conqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo maxime volant ortygometra duce. Primam earum terræ appropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeantes [b] comitatum ſolicitant: abeuntque una [1] perſuaſæ glottis, & [2] otis, & cychramus. Glottis prælongam exerit linguam: unde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione avide [3] profectam, pœnitentia in volatu cum labore ſcilicet ſubit: reverti incomitatam piget, & ſequi: nec unquam plus uno die [4] pergit: in proximo hoſpitio deſerit. Verum invenitur alia, antecedente anno relicta: ſimili modo in ſingulos dies. [5] Cychramus perſeverantior feſtinat etiam pervenire ad expetitas ſibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonetque itineris. [6] Otis bubone minor eſt, noctuis major, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi: quidam Latine [c] aſionem vocant: [d] imitatrix alias avis ac paraſita, & quodam genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter, ut noctuæ, [7] intenta in aliquo, circumeunte alio. Quod ſi ventus agmen adverſo flatu cœperit inhibere, ponduſculis lapidum apprehenſis, aut gutture harena repleto, [8] ſtabilitæ volant. Coturnicibus [9] veneni ſemen gratiſſimus cibus: quam ob cauſam eas damnavere menſæ, ſimulque comitialem propter morbum deſpui [10] ſuetum, [e] quem ſolæ animalium ſentiunt, præter hominem.

1 per ſua ſigna. V.
2 otus. Cb. otus & ccochramis. M.
3 provectam. M.
4 peragit. V.
5 Cenchramis. V.
6 Otus. M. & reliq. Sic & Cb.
7 intentam in aliquem circumeunte alio. Cb. intenta in aliquem circumeunte alio. M.
8 ſtabilitæ. M & Cb.
9 veratri. Alii.
10 ſuetæ. M.

CAP.

a *Conqueſtio labore expreſſa.*] Ariſt. cap. 12. lib. 8. hiſt. *Dalec.*

b *Comitatum ſolicitant.*] Proſecuturas comites de diſceſſu admonent. *Idem.*

c *Aſionem vocat.*] A plumeis auribus, aſini modo eminentibus & exertis. *Geſnerus.* Mihi potius à voce, quæ rudentem aſinum æmulatur. Athenæus de hac ave multa lib. 9. *Dal.*

d *Imitatrix alias avis ac paraſita.*] Sic κόβαλον reddit Plinius, quanquam Dæmonas quoſdam Dionyſiacos olim κοβάλους appellaverunt, id eſt, aſperos ac immites: eodemque nomine illos, qui aſſimulato luſu fallerent. Rhod. c. 7. 2. *Id.*

e *Quem ſola animalium, &c.*] Addit & Plutarchus capram: quamvis Ariſtot. probl. Cur homini ſoli pervertuntur oculi, affirmet μόνους ἀνθρώπους ἐν τῷ τῶν ζώων γένει ἐπιλήπτους γίνεσθαι. Ego vero & canes, & feles, & arietem eo morbo periiſſe vidi. Rhodigin. cap 9. 6. Capras & oves eo modo vexari tradit Hippocrates, lib. περὶ τῆς ἱερῆς νόσου: equos Abſyrtus: accipitres & gracculos, Brod. c. 23. 3. *Idem.*

CAP. XXIV.

De hirundinibus, merulis, turdis, & ſturnis, turturibus, & palumbis.

ABeunt & hirundines hibernis menſibus, ſola carne veſcens avis ex iis quæ aduncos ungues non habent: ſed in vicina abeunt, [1] apricos ſecutæ montium receſſus: inventæque jam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Thebarum tecta ſubire negantur, quoniam urbs illa ſæpius capta ſit: [a] nec [2] Biziæ in Thracia, propter ſcelera Terei. Cecina Volaterranus equeſtris ordinis quadrigarum dominus, comprehenſas in urbem ſecum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes [b] illito victoriæ colore. Tradit & Fabius Pictor in Annalibus ſuis, cum obſideretur præſidium Romanum à [3] Liguſtinis, hirundinem à pullis [4] ad ſe allatam: ut lino ad pedem ejus alligato nodis ſignificaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & [c] merulæ, turdique, & ſturni ſimili modo in vicina. Sed hi plumam non amittunt, nec occultantur, [5] viſi ſæpe ibi, quo hibernum pabulum petunt: itaque in Germania [d] hieme maxime turdi cernuntur. [6] Verius [e] turtur occultatur, pennaſque amittit. Abeunt & palumbes, quonam & in iis incertum. Sturnorum generi [7] proprium catervatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum ſoli

1 Africos. *Ch.*

2 Bizicis. *Ch.*

3 Liguſticis. V.

4 cum epiſtola ad ſe. V. epiſtolam ad ſe. *M. lego*, à pullis ad ſe all. ut lino pro epiſtola, (*i. e. epiſtolæ loco.*)

5 niſi ſpe cibi, &c. putant. V.

6 Vere. *M.*

7 prius. *Ch.*

a *Nec Bizia in Thracia.*] Lege: *Nec Bizyos in Thracia.* Salm. 166. b.

b *Illito victoria colore.*] Melius, *Illita victoria colore.* hoc eſt, è conchula victoriæ colore expreſſa illitaque. Nam in Apographo Toletano *victoria* ſcriptum eſt, non *victoria.* Pint.

c *Merula.*] Merum, ſolum. Inde merula, quod ſola volat. Græci hanc avem ſurdam eſſe putant. Unde proverbium, κίχλης κωφότερος. Εὔβουλος ἐν Διονύσῳ μέμνηται). *Dalec.*

d *Hieme maxime turdi, &c.*] Juniperi, qui frequens ibi eſt, baccas hieme maturas & edules conſectantes. *Idem.*

e *Turtur.*] Turturem pro meretrice baſiis & ſuaviis illiciente, Plautus lepide dixit in Bacchid.

Ubi ego capiam pro machæra turturem. Idem.

a *Non-*

ſoli hirundini flexuoſi volatus, velox celeritas: quibus ex cauſis neque rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt. [1]Eadem demum ſola avium [a]nonniſi in volatu paſcitur.

[1] ea demum. M. & Ch.

Cap. XXV.

Quæ avium perennes, quæ ſemeſtres, quæ trimeſtres.

TEmporum magna differentia avibus. Perennes ut columbæ: ſemeſtres, ut hirundines: trimeſtres, ut turdi & turtures, & quæ, cum fœtum eduxere, abeunt, ut galguli, upupæ.

Cap. XXVI. *De avibus mira.*

AUctores ſunt, omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, & confligere [b]ad Memnonis tumulum, quas ob id [c]Memnonidas vocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopia circa regiam Memnonis, exploratum ſibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc eſt gallinarum genus, gibbe-

a *Nonniſi in volatu paſcitur.*] Muſcis & culicibus, quos eſcam vilem, id eſt, frequentem, Nonius interpretatur. Varro dicit in Virgula divina:

Ad quos tum volucres venit puſillos,
Uſque ad limina nidica eſca vilis.

Fritinniunt hirundines ſua minurritione, ut ait Feſtus, Attius apud Varr. 6. de ling. Lat. *Nefrende fritinni ſuaviter.* (Nefrende, *νωδὲ.*) Sic dicitur vel puer, qui per ætatem, vel ſenex, qui dentibus amiſſis cibum frangere non poteſt. *Scalig.*

b *Ad Memnonis tumulum.*] Prope Ptolemaida & Belum fluvium Memnonis ſepulchrum eſſe Joſephus tradit: Strab. lib. 13. ultra Eſapi oſtia, idemque alibi circa Paltum Syriæ juxta flumen Bandam, ex Simonide. De Memnonidib. Ovidius:

Præpetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictæ: cum Sol duodena peregit
Signa, parentali moritura more rebellant.

Memnonis, & Sarpedonis, Jovis filii, funebrem diem luctu & jejunio celebrari ſolitum, indicant verſus hi Comici veteris:

Πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαστίαν,
Ἡνίκ' ἂν πενθῶμεν ἢ δὲ τὸν Μέμνον', ἢ τὸν Σαρπηδόνα,
Σπένδεθ' ὑμεῖς, καὶ γελᾶτε.

Rhodig. cap. 5. 22. *Dal.*

c *Memnonidas vocant.*] Sunt accipitribus ſimiles, coloris nigri, feminibus tantum veſcentes. *Ælianus.* Cornicularum genus eſſe puto, quæ ex diverſis locis advolantes, & illi inter ſe obviæ dimicant, ut inter eas ſæpe fit. *Dal.*

a Seleu-

gibberum, variis ſparſum plumis: quæ noviſſimæ ſunt peregrinarum avium in menſas receptæ propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

CAP. XXVII. *De avibus Seleucidibus.*

[a] SEleucides aves vocantur, quarum adventum ab Jove precibus impetrant [b] Caſii montis incolæ, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec unde veniant quove abeant, compertum, nunquam conſpectis, niſi cum præſidio earum [1] indigetur.

1 indigent. V.

CAP. XXVIII. *De ibi.*

[c] INvocant & Ægyptii ibes ſuas contra ſerpentium adventum: & [2] Elei [d] Myiagron Deum, muſcarum multitudine peſtilentiam adferente: quæ protinus intereunt, [3] qua litatum eſt illi deo.

2 Cyrenaici Achorem. V. & Elitini Sacorem. *Ch.*
3 poſtquam litatum eſt ei deo. M. *Pint.* qua litatum eſt ei deo. *Ch.*

CAP. XXIX.

Quæ aves in quibus locis non ſunt, & quæ mutant colorem & vocem, & de luſciniis.

SEd in ſeceſſu avium & noctuæ paucis diebus latere traduntur: quarum genus [e] in Creta inſula non eſt: [4] etiam ſi qua invecta ſit, emoritur. Nam hæc quoque mira naturæ differentia: alia aliis locis negat,

4 & etiam. *M.*

a *Seleucides aves vocantur.*] De iis Galen. cap. 4. lib. 6. Loc. affect. Eloriorum genus eſſe arbitror. *Dalec.*

b *Caſii montis.*] Eſt is mons & in Ægypto, ubi Magni Pompeji tumulus: & in Syria Antiochene, ubi Seleucia cognomento Pieria, quæ vocabulum dedit avibus. *Super Seleuciam*, inquit Plinius lib. 5. cap. 22. *mons eſt eodem quo alius nomine, Caſius.* Herm. Barbarus.

c *Invocant & Ægyptii Ibes ſuas contra ſerpentium adventum: & Elei Myiagron.*] An *Elii Myiacoren Deum.* Hoc eſt Ἠλεῖοι τὸν Μυιακόρην, vel Μυιακόρην, Deum ſcil. muſcarum everritorem, ἀπὸ τοῦ καθαίρειν καὶ κορεῖν τὰς μυίας. Et paulo poſt: lege, *qua protinus intereunt, quam litatum eſt ei Deo.* Vide *Salm.* Plin. exerc. pag. 12. b.

d *Myiagron.*] Sic apud Strabonem lib. 13. Apollo σμινθεὺς & πορνοπίων à muribus, ἐρυθίβιος à rubigine vocatur; Hercules vero κορνοπίων à culicibus, & ἰποκτόνος à vermiculis tenella vitis germina rodentibus: μυιώδη auctor vocat eum Deum, cap. 6. lib. 29. ἀπόμυιον. Pauſanias lib. 5. *Dalec.*

e *In Creta inſula non eſt.*] Ælianus cap. 2. lib. 5. *Idem.*

a *Tranſla-*

negat, tanquam genera frugum fruticumve, [1] ſic & animalium: non naſci, [a] tranſlatitium, invecta emori, mirum. [b] Quid eſt illud unius generis ſaluti adverſum? [2] quæve iſta naturæ invidia? aut qui terrarum [3] dicati avibus termini? Rhodus aquilam non habet. Tranſpadana Italia juxta Alpes [c] Larium lacum appellat, amœnum arbuſto, [4] agro, ad quem ciconiæ [5] non permeant: ſicuti nec octavum [6] circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu, examina [d] gracculorum monedularumque, cui ſoli avi furacitas [7] auri argentique [8] præcipue mira eſt. Picus Martius in Tarentino agro negatur eſſe. [e] Nuper, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad urbem verſus cerni cœpere picarum genera, quæ longa inſignes cauda variæ appellantur. Proprium his calveſcere omnibus annis, cum ſerantur rapa. [f] Perdices non tranſvolant Bœotiæ fines in Attica: nec ulla avis [9] in Ponto, [g] inſula qua ſepultus eſt Achilles, [10] ſacratam ei ædem. In

Fide-

1 ſic & animalium non naſci, tranſlatitiorumque invecta mori. Mirum quidem eſt illud unius generis aliti. *Parm.* animalium naſci: tranſlatitiorum invecta mori mirum. Quid e. i. u. g. aliti. V. Quod illud eſt. *Ch.*

2 Quænam eſt iis. V.

3 dicti. *Ch.*

4 agrum. V.

5 tranſmeant. V.

6 citra. M.

7 argenti aurique præcipua. *Ch.*

8 præcipue mira eſt. *M.*

9 in Ponti inſula. M. 10 infeſtat ſacr. *M.*

a *Tranſlatitium.*] Vulgare, publicum, omnibus notum. *Dal.* Quid ſit *tranſlatitium* Salmaſius pag. 176. docte explicat.

b *Quid eſt illud unius generis ſaluti adverſum?*] Legendum reor, *Quid eſt illud unius generis aliti adverſum.* Sciendum tamen in Toletano exemplari hæc verba redundare. Item quæ ſtatim ſequuntur ſic ibi legi, *Quæ his naturæ invidia.* Pintianus.

c *Larium lacum amœnum arbuſto agro.*] Lego, *Arbuſtato agro.* Eſt enim *arbuſtare*, Plinio, agrum arboribus conſerere ad uſum maritandarum vitium, ut libro ſeptimodecimo, cap. 23. *Italia præter ſupradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino arbuſtat agros.* Idem.

d *Gracculorum.*] Τῶν κολοιῶν, qui ἀπὸ τοῦ κολῳᾶν, à tumultuando dicuntur. Avis eſt enim loquax & obſtrepera ac tumultuoſa, θορυβητικὴ, καὶ κραυγαστικὴ, de qua Pindarus, κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται). Agathocles κολοιὸς dictus eſt, vel ob ferocitatem, vel ob loquacitatem. Rhodig. c. 4. 24. *Dal.*

e *Nuper, & adhuc tamen rara.*] Hinc illud Martial. libr. 14. epiſt. 76.

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto,
Si me non videas, eſſe negabis avem.

Vide Jan. Duſ. ſuper Arbitr. lib. 1. c. 14. *Idem.*

f *Perdices non tranſvolant Bœotiæ fines in Atticam: nec ulla avis in Ponto, inſula qua ſepultus eſt Achilles, ſacratam ei ædem.*] Repetendum ex ſuperioribus, *tranſvolant.* ait, ergò nullam avem tranſvolare ædem Achilli ſacram, id eſt, volatu tranſcendere, ὑπερπέτεσθαι. *Salmaſ.*

g *Inſula qua ſepultus eſt Achilles.*] Albam Ptolemæus vocat. Sita eſt in ora Tartariæ minoris, ante Boryſthenis oſtium, ſupra c. 12. 4. *Dalec.*

a In

hieme ipſa non cernitur. Linguis earum tenuitas illa prima non eſt, quæ cæteris avibus. Pariunt vere primo cum plurimum ſena ova. [a] Alia ratio ficedulis: nam formam ſimul coloremque mutant. [b] Hoc nomen non niſi autumno habent: poſtea melancoryphi [1] vocantur. Sic & erithacus hieme, [c] idem phœnicurus æſtate. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus Poëta, [d] obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam ſubrigenſque per longitudinem capitis. Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet, exoriente Sirio occul-

[1] notantur. *M.*

a *Alia ratio ficedulis: nam formam coloremque mutant. Hoc nomen non niſi autumno habent, poſtea melancoryphi vocantur, &c. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus.*] Præpoſtera verba, permutatæ ſententiæ, omnia tranſpoſita & confuſa. Quod upuparum eſt ficedulis tribuitur: quod ficedularum, upupis. Quippe ficedulas formam mutare, à vero alienum eſt: hoc ſi upupis tribuas, vera locutus fueris. Ariſtoteles de ficedulis lib. 9. c. 49. *Sic & ficedula melancoryphi vicibus commutantur: fit enim ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus melancoryphus: nec inter eas diſcrimen aliquod niſi coloris & vocis eſt. Avem autem eſſe eandem conſtat, quia dum immutaretur hoc genus, utrumque conſpectum eſt nondum abſolute mutatum, nec alterutrum adhuc proprium ullum habens appellationis.* His verbis Ariſtoteles, non formam mutare ficedulam tradit, ſed vocem & colorem. Videamus rurſus quid de upupa idem auctor eodem loco ſcribat: *Nec non*, inquit, *upupa cum colore tum vero ſpecie immutatur.* Et capite quintodecimo ejuſdem voluminis: *Upupa nidum potiſſimum è ſtercore hominis facit. Mutat formam tempore æſtatis & hiemis.* Patet ergo ex antedictis, ficedulas colorem tantum & vocem mutare, upupas & colorem & formam. Si ergo verba, quæ de ficedularum formæ & coloris mutatione hic habentur, ad upupas transfers, & rurſus duo illa verba, à quibus de upupa incipit tractare, quæ ſunt, *Mutat &*, ad ficedulas, omnia debitum ordinem recipient. Legendum ergo videtur in univerſum ſic, *Pariunt vere primo, cum plurimum ſena ova. Mutant & ficedulæ. Hoc nomen non niſi autumno habent, poſtea Melancoryphi vocantur. Sic & Erithacus hieme, idem Phœnicurus æſtate. Alia ratio upupæ: nam formam ſimul coloremque mutat, ut tradit Æſchylus, &c.* Non ſum neſcius viſum hæc iri quibuſdam, ludibria potius præſtigiatorum, quam cenſorias caſtigationes. Sed meminerint humani lectores, in tanta verborum ſententiarumque prope dixerim ſtrage, violentia opus eſſe, & veritati quocumque diſcrimine viam patefaciendam, ſatiuſque eſſe, vi aliqua literæ allata, ſcire nos aliquid, quam immutare verba non audentes, omnia in dubium vocare, & falſa ſæpenumero pro veris admittere. *Pint.*

b *Hoc nomen non niſi autumno habent.*] Diſtingue: *Hoc nomen autumno: non habent poſtea: melancoryphi vocantur.* Salm. p. 238. a.

c *Idem Phœnicurus.*] Ariſtoteles libro nono, capite 49. *Phœnicurgus*, modo exemplar vitio careat. Heron auctor Græcus in Georgico de antipathia agens, *Phœnicurus*, cum Plinio. *Pint.*

d *Obſcœna alias paſtu avis*] *Paſtu*, redundare videtur. Paſtu enim ea obſcœna non eſt, ſed nido, quem è ſtercore, præcipue humano, conficit. Ariſtot. cap. 15. 9. Idem tamen c. 1. 6. hiſt. Upupam non nidificare ait, ſed in cavis arborum parere ſine ullo ſtramento. Pauſanias lib. 1. tradit upupam primum Megaris viſam ad Terei ſepulchrum. *Dal.*

a *Hal-*

occultata, ab occaſu ejuſdem prodit: quod miremur, ipſis diebus utrunque. Chlorion quoque, qui totus eſt luteus, hieme non viſus, circa ſolſtitia procedit.

CAP. XXX. *De Merulis.*

MErulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec uſquam aliubi, candidæ naſcuntur. Ibis circa Peluſium tantum nigra eſt, [a] cæteris omnibus locis candida.

CAP. XXXI. *Tempus avium genituræ.*

OScines, præter exceptas, non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut poſt autumnale: ante ſolſtitium autem dubios, poſt ſolſtitium vitales.

CAP. XXXII.

De halcyonibus, & de diebus earum navigabilibus, & gaviis, & mergis.

EO maxime ſunt inſignes [b] halcyones. Dies earum partus, [c] maria quique navigant, novere. Ipſa avis paulo amplior paſſere, [d] colore cyaneo ex parte

[c] qui maria quoque navigant. *M.*

a *Cæteris omnibus locis candida.*] Ægypti. Ariſt. cap.27. lib.9. hiſtor. *Dalec.*

b *Halcyones.*] Pacuvius in Teucro:

Flexanima, tanquam lymphata & Bacchi ſacris
Commota, in tumulis Teucrum commorans meum,
Alcyonis ritu littus pervolans feror.

Apollon. lib. 4. τήλοθι δ' οἴη
Αὐγρίῃσιν κατὰ πόντον ἅμα ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι.

Plaut. in prologo Caſinæ:

Tranquillum eſt: Alcedonia ſunt circa forum.

In Pſeudolo:

Jam hercle tu periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis,
Quam mare eſt olim, cum ibi alcedo pullos educit ſuos.

Vide Varron.6. De ling. Lat. *Idem.*

c *Colore cyaneo ex parte majore, tantum purpureis & candidis admiſtis pennis.*] Scribendum reor, *pallidis*, non *candidis*: nullus enim halcyoni candor, ſi Ariſtoteli fidem habemus. Ejus verba ſunt libro nono, capite 14. *Alcedo non multo amplior paſſere eſt, colore tum cæruleo, tum viridi, tum etiam leviter purpureo inſignis.* Et cap.14. Meropis colorem, halcyonis colori comparat. De Meropis vero coloribus ſic ſcribit, *Pennæ hujus avis inferiores pallidæ ſunt, ſuperiores cæruleæ, ut halcyonis, poſtrema pinnulæ rubræ habentur.* Et Plinius capite proximo: *Merops vocatur, genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo,*

noviſſimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exque eo quæſtu [1] reditus ſeſtertiûm ſexaginta M. habuit.

1 reditus is ſeſt.V.reditus is ſexagena millia hab. *Ch.* ſeſtertia ſexagena. *M.*

Cap. XXI.

De gallis, & quomodo caſtrentur, & de gallinaceo locuto.

PRoxime gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, [a] quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque ſomno natura genuit. Norunt ſidera & ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaque caſtrenſi vigilia ad curas laboremque revocant. Nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, [b] diemque venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum [2] plauſu laterum. Imperitant ſuo generi, & regnum in quacunque ſunt domo, exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipſos, velut ideo tela agnata cruribus ſuis intelligentes: [3] nec finis ſæpe commorientibus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in victoria canunt, ſeque ipſi principes teſtantur. Victus occultatur ſilens, ægreque ſervitium patitur. [4] Et plebs tamen æque ſuperba, graditur ardua cervice, criſtis celſa: cœlumque ſola volucrum aſpicit crebro, in ſublime caudam quoque falcatam erigens: itaque terrori ſunt etiam [5] leonibus ferarum generoſiſſimis. Jam ex his [c] quidam ad bella tantum & prælia aſſidua naſcuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum,

2 Ploſu. *Merula ſuper Enn. pag.* 589.

3 nec finis ſæpe, niſi commorientibus. *Alii.*

4 expleto jamque certamine ſuperbe g. a. c. c. celſis.

5 leonibus dominis ferarum jam. *M.*

a *Quos excitandis, &c.*] Gallicinium propterea veteres appellarunt. *Dalecampius.*

b *Diemque venientem, &c.*] Hujus rei cauſam reddere conatur Cicero lib. 2. de Divinatione. Eam multis explicatam vide apud Rhodigin. cap. 16 13. Inde ſcilicet Tragœdi, κήρυκας ἀλεκτρυόνας, tanquam vocales & clamoſos præcones appellant, ἀπὸ τοῦ γηρύειν Euſtathio, à vociferando: quo etymo & ὀρυβόαι, ut Stentor, & ὀρυβάται, ut Homeri præcones dici poſſunt, ἀπὸ τοῦ ὀρυβάζειν, quod eorum ſonora vox procul exaudiatur, Hadr. Jun. cap. 20. 5. *Idem.*

c *Quidam ad bella, &c.*] Ὄτρεγν Heſychius vocat peculiari nomine. *Idem.*

Tripu-

dum, [1]ac Tanagram. Secundus eſt honos habitus Melicis, [2] ac Chalcidicis, ut plane dignæ aliti tantum honoris [3] præbeat Romana purpura. Horum ſunt [a]tripudia ſoliſtima. Hi [4] magiſtratus noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas claudunt [5]aut reſerant: hi faſces Rom. impellunt [6] aut retinent, jubent acies [7] aut prohibent, victoriarum [8] omnium toto orbe partarum auſpices: hi [9] maxime terrarum imperio [10] imperant, [11] extis etiam fibriſque haud aliter quam opimæ [12] victimæ Diis grati. [b] Habent [13] oſtenta & præpoſteri eorum veſpertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, [c] Bœotiis nobilem illam adverſus Lacedæmonios præſagivere victoriam, ita conjecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. Deſinunt canere caſtrati: quod duobus fit modis, [d]lumbis aduſtis candente ferro, aut imis [14] cruribus: mox hulcere oblito figlina creta: facilius ita [15] pingueſcunt. [e] Pergami omnibus annis ſpectaculum gallorum publice editur, [f] ſeu gladiatorum. Invenitur in Annalibus, in Ariminenſi agro, M. Lepido,

1 aut. *Ch.*
2 &. *Ch.*
3 perhibeat. *M. & Ch.*
4 magiſtros. *Ch.*
5 ac. *M.*
6 ac. *M.*
7 ac. *M.*
8 omnium, *in M.d.*
9 maximo. *V.*
10 imperitabant. M.
11 Ex iis etiam fibræ ſunt, &c. gratæ. *V.*
12 Victoriæ. *Alii.*
13 oſtenta ex ſe &. *M.*
14 calcaribus, *ex Varr. lib. 3. de re ruſt.*
15 pinneſcunt. *Ch.*

a *Tripudia ſoliſtima.*] Læta, cum prodeuntes è cavea cibum oblarum capere non recuſabant, & inter edendum nihil in terram ex ore decidebat. Horum alterutrum ſi accideret, triſte ac pernicioſum augurium cenſebatur. Feſtus in voce Puls. Vide Alex. ab Alex. c.29. lib 1. *Dalec.*

b *Habent oſtenta præpoſteri eorum verſpertinique cantus.*] Archetypum Toletanum, *Habent oſtenta præproperi eorum veſpertini cantus.* Confirmant eam lectionem verba quæ ſtatim ſequuntur, *Namque totis noctibus canendo*, &c. *Pint.*

c *Bœotiis nobilem illam, &c.*] Sic Themiſtocli priuſquam in Xerxem exercitum duceret, pridie auditus gallorum cantus victoriam promiſit. Gallinarum cantum, futurum incommodum, vel dirum quidpiam ſignificare putant. Alex. ab Alex. cap. 13.5. Quod de Bœotiis tradit Plinius, accidit cum ii de bello oraculum Trophonii conſulentes ſacra facerent. Idem Alex. ab Alexan. cap. 2. 6. *Dalec.*

d *Lumbis aduſtis.*] Parte poſtrema alvi, quæ in coitu procidit, Ariſtot. *Idem.*

e *Pergami omnibus, &c.*] Factum id & Athenis, Perſis à Themiſtocle victis. Commiſſæ quoque ſunt & ad certamen coturnices. Severi filii invicem contendebant edendis coturnicum & gallorum pugnis. Socrates Iphicrati duci animos adjecit monſtratis gallis coram Callia pennis ac roſtro dimicantibus. Chryſippus lib. de Juſtitia, gallorum exemplo ad fortitudinem nos excitari tradit. Rhod. c.13.16. & 32. 17. *Idem.*

f *Seu gladiatorum.*] Hinc ſumptum Alectoromachiæ exemplum in ſcholis noſtris circa Hilaria. Vide Ælianum. *Idem.*

Lepido, Q. Catulo Coſs. in villa Gallerii locutum gallinaceum, ſemel, quod equidem ſciam.

Cap. XXII.

De anſeribus, & quis primus jecur anſerinum comederit, & de adipe anſerino Comageno.

[1] Est & anſeri vigil cura, Capitolio teſtata defenſo, [a] per id tempus canum ſilentio proditis rebus. [2] Quamobrem cibaria anſerum [b] Cenſores imprimis locant. [c] Quin & fama amoris, Argis dilecta forma pueri [3] nomine Oleni, & Glauces Ptolemæo regi cithara canentis, quam [4] eodem tempore & aries [5] adamaſſe proditur. Poteſt & ſapientiæ videri intellectus [6] iis eſſe. Ita comes perpetuo adhæſiſſe Lacydi Philoſopho dicitur, nuſquam ab eo, non in publico, non in [7] balneis, non noctu, non interdiu digreſſus. Noſtri ſapientiores, qui eos jecoris bonitate novere. [d] Fartilibus in magnam amplitudinem creſcit: exemptum quoque lacte mulſo augetur. Nec ſine cauſa in quæſtione eſt, quis primus tantum bonum invenerit, [8] [e] Scipio Metellus vir Conſularis, an M. [9] Seſtius eadem ætate

1 Eſt, *in M. d. & Pint.*

2 Quam ob cauſam. *M. & Ch.*

3 genere Ocnii. *Theophraſt.*

4 ex eodem. *Ch.*

5 amaſſe. *Ch.*

6 ita iis eſſe. Comes. *M. Pint.*

7 balineis. *Ch.*

8 Scipio an Metellus. *M.*

9 Sejus. *Varro rei ruſt. lib. 3. cap. 10.* Seſejus. *Ch.*

a *Per id tempus canum, &c.*] Vide Livium & Gellium. *Dalec.*

b *Cenſores inprimis locant.*] Alex. ab Alex. cap. 13. 4. Jan. Duſ. ſuper Arbitr. lib. 2. c. 17. *Idem.*

c *Quin & fama amoris*] Sic apud Solos Ciliciæ formoſum puerum amatum à cane fuiſſe, & Spartæ adoleſcentem à graculo Rhodig ſcribit cap. 12. 13. Clearchus primo Eroticōn Amphilochum Olenium ab anſere dilectum prodit. In Leucadia virginem à pavone eouſque, ut illa vita functa moreretur: Nicander pincernam regis Bithyniæ à gallo, quem Centaurum vocabant. idem auctor c. 13. 16. Vide ſupra de Delphinis. *Idem.*

d *Fartilibus in magnam, &c*] Saginatis, præſertim ficubus. Jecur id *συκωτὸν* olim vocavere. Juvenalis Satyr. 5.

Anſeris ante ipſum magni jecur, anſeribus par.

Martialis:

Aſpice quam tumeat magno jecur anſere majus.

Perſius Satyra 6.

Ut tuus iſte nepos divi ſatur anſeris extis,
Cum moroſa vago ſingultiet inguine vena,
Patritiæ immejat vulvæ.

Minime fartos, herbaque tantum paſtos, & ideo graciliores, *herbiles* vocat Feſtus. Lucilius apud Servium:

Anſeris herbilis viris.

Idem.

e *Scipio Metellus, &c.*] Vide Sigonium de Conſulib. anno 750. creatis. Ejus mentio fit c. 10. 32. *Idem.*

a *A Mori-*

ætate eques Rom. Sed (quod conſtat) Meſſalinus Cotta, Meſſalæ Oratoris filius, [1] palmas pedum ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum criſtis condire reperit. Tribuetur enim à me culinis cujuſque palma cum fide. Mirum in hac alite, [2] [a] à Morinis uſque Romam pedibus venire. Feſſi proferuntur ad primos: [b] ita cæteris ſtipatione naturali propellunt eos. [c] Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibuſdam locis bis anno. Rurſus plumigeri veſtiuntur: [3] molliorque, quæ corpori quam proxima: & è Germania laudatiſſima. Candidi ibi, verum minores, [4] ganzæ vocantur. Pretium plumæ eorum, in libras denarii quini. Et inde crimina plerumque [5] auxiliorum præfectis, à vigili ſtatione ad hæc aucupia dimiſſis cohortibus totis. Eoque deliciæ proceſſere, ut ſine hoc [6] inſtrumento [d] durare jam ne virorum quidem cervices poſſint. Aliud reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur: adipem eorum in vaſe æreo cum cinnamo nive multa [7] obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad uſum præclari medicaminis, quod ab gente dicitur [8] Comagenum. [e] Anſerini generis ſunt [9] chenalopeces, & quibus lautiores epulas non novit Britannia chenerotes, [10] fero anſere minores. [f] Decet tetraonas ſuus nitor, [11] abſolutaque nigritia, in ſuperciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Nec ulla ales excepto ſtruthiocamelo majus cor-

1 plantos. *M.*
2 à Thuriinis. *Palm.* *prave.*
3 mollior quæ corpori proxima. *M.* & *Ch.*
4 gantæ. *Ch.*
5 auxilium. *M. V.*
6 ſtramento. *D.*
7 obruere ac r. g. macerare.
8 Commagum. *Ch.*
9 Penelopes. *V.* *prave.*
10 fere. *M.* cerenotes vero. *Ch.* chenerotes feræ anſeres. *Pint.*
11 abſolutamque nigritiam. *Ch.*

a *A Morinis uſque Romam, &c.*] Inde fortaſſis ea Galliæ pars dicta eſt Comitatus anſerum, *La Conté d'Oye.* Dalec.

b *Ita cæteris ſtipatione, &c.*] Agmine ſtipato Anſeres natura incedunt. E Morinis Romam producebantur, tum ut farto jecinore veſcerentur, (Horatius: *Pinguibus è ficis paſtum jecur anſeris albi,*) tum ut molles plumas vellerent, cultris & cervicalibus implendis. *Idem.*

c *Candidorum alterum.*] Eos plurimum ob id laudant Columella & Varro. *Idem.*

d *Durare jam ne virorum, &c.*] Nam ex ea pluma cervicalia fiunt. *Idem.*

e *Anſerini generis.*] Vide infra cap. 3. lib. 29. circa finem. *Idem.*

f *Decet tetraonas ſuus nitor.*] Politianus cap. 37. Miſcel. hunc locum primus reſtituit. *Idem.*

1 implet. D. corpore [1] implens pondus, in tantum aucta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos 2 vivariis. Cb. Alpes, & ſeptentrionalis regio. In [2] aviariis ſaporem perdunt. Moriuntur contumacia ſpiritu revo- 3 bis. Cb. cato. Proximæ [4] eis ſunt, quas Hiſpania aves tardas appellat, Græcia otidas, damnatas in cibis. Emiſſa enim oſſibus medulla, odoris tædium extemplo ſequitur.

Cap. XXIII.

De gruibus, ciconiis, oloribus, & peregrinis avibus, & coturnicibus, & glotte.

[a] INducias habet gens Pygmæa abſceſſu gruum (ut diximus) cum iis dimicantium. [b] Immenſus eſt tractus, quo veniunt, ſi quis reputet à mari Eoo. [4] [c] Quando proficiſcantur conſentiunt: [d] volant ad proſpiciendum alte: [e] ducem, quem ſequantur, eligunt: in extremo [5] agmine per vices, qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui [6] laxatus ſomno & decidens indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto providet collo, ac prædicit. Eædem manſuefactæ laſciviunt, gyroſque quoſdam inde-

4 Quando proficiſcuntur confertim volant, ad p. alta. V.

5 agmine, per viceſque acclamantes diſpoſitos. Cb.

6 laſſatus. Cb. laſſatis ſomno decidens. V.

a *Inducias habet gens.*] Vide ſupra c. 11. lib. 4. *Dalec.*

b *Immenſus eſt tractus.*] Ab ultimis Scytharum campis & Troglodytica regione advenire ſcribit Ariſtot. *Idem.*

c *Quando proficiſcantur conſentiunt: Volant alte.*] Hermolaus non *conſentiunt* legit, ſed *conſertim*, & conjunctim cum verbo, ſequente, *conſertim volant*. Cæterum duo noſtra exempl. *conſentiunt* agnoſcunt, non omnino malè. Nam poteſt hic ſignificare *conſentiunt*, conveniunt, coëuntque, & communi ſeu conſilio diſceſſuræ mutuo ſeſe operiuntur: ut de Pelecanibus Ariſtoteles tradit, de quibus ſimul & gruibus differit libro octavo, capite duodecimo, & Plinius paulo infra de Ciconiis, *Abitura congregantur loco certo, ſimilique ratione anſeres & olores commeant.* Pint.

d *Volant ad proſpiciendum alte.*] Id eſt, altè volant ad proſpiciendum. *Salm.*

e *Ducem quem ſequantur eligunt: in extremo agmine per vices qui acclament diſpoſitos habent, &c.*] In extremo agmine eſt, qui cogit agmen: dux eſt qui præit. ad continendum agmen adclamare poſtremos qui hoc munus per vices ſortiuntur ſcribit Plinius. *Salmaſ.*

a Cum

indecoro curſu vel ſingulæ peragunt. Certum eſt, Pontum tranſvolaturas, primum omnium anguſtias petere, inter duo promontoria Criumetopon, & Carambin: mox ſaburra ſtabiliri. Cum medium tranſierint, abjici lapillos è pedibus: cum attigerint continentem, & è gutture harenam. Cornelius Nepos, qui Divi Auguſti principatu obiit, cum ſcriberet turdos paulo ante cœptos ſaginari, addidit, ciconias magis placere, quam grues: [a] cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit [1] attigiſſe. Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quo
1 tetigiſſe. V.
ſe referant, incompertum adhuc eſt. E longinquo venire non dubium, eodem, quo grues modo: illas hiemis, has æſtatis advenas. Abituræ congregantur in loco certo: [2] comitatæque ſic, ut nulla ſui generis relinquatur niſi captiva [3] & ſerva, ſeu lege prædicta die recedunt.
2 cunctatæ. *Pint.*
3 & ſerva *Pint. hæc obrepſiſſe ſuſpicatur.*
Nemo vidit agmen diſcedentium, cum diſceſſurum appareat: nec venire, ſed veniſſe cernimus: utrunque nocturnis fit temporibus. Et quamvis ultra citrave pervolent, nunquam tamen adveniſſe uſquam, niſi noctu, exiſtimantur. [4] Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, ubi congregatæ inter ſe commurmurant, eamque quæ [5] noviſſima advenit, lacerant, atque ita abeunt. Notatum, poſt Idus [6] Auguſti non temere viſas ibi. Sunt qui ciconiis non ineſſe [7] linguas
4 Pythonen vocant. V.
5 noviſſimo. V.
6 Auguſtas.
7 linguam. *Ch.*

a *Cum hac nunc ales inter primas, &c.*] Sempronium Ruffum menſis primum Ciconiam invexiſſe tradunt, ac de illo ſcriptos hos verſus:

Ciconiarum Ruffus iſte conditor,
Quanquam eſt duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem.
Ciconiarum populus ultus eſt mortem.

Horatius:

Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,
Donec vos auctor docuit prætorius.

Ciconiam Petronius Arbiter his epithetis honeſtat:

Ciconia etiam grata peregrinhoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, coraliſtria.

(nempe à roſtri & pedum colore, ſimili corallo)

Avis exſul hiemis, titulus tepidi temporis.

Vide Hadr. Jun. cap. 15. 6. Jan. Duſ. ſuper Arbitrum lib. 1. cap. 17. Ciconias in auſpiciis concordiam polliceri, grues vero retrorſum à recto curſu deflectentes ac remeantes, procellas ac infandas tempeſtates notat Alex. ab Alex. cap. 13. 5. *Dales.*

guas confirment. [a] Honos iis ſerpentium exitio
1 capitali. Ch. tantus, [b] ut in Theſſalia [1] capitale fuerit occidiſſe,
2 eadem. M. [2] eademque legibus pœna, quæ in homicidam. Simili anſeres quoque & olores ratione commeant: ſed horum volatus cernitur: liburnicarum modo roſtrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam ſi recta fronte impellerent: à tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigitur agmen, largeque impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus: feſſos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos
3 genitorum. D. dos eoſdem repetunt: [3] genitricum ſenectam invicem educant. [c] Olorum morte narratur flebilis cantus:
4 falſis. M. tus: [4] falſo, ut arbitror, aliquot experimentis. Iidem mutua carne veſcuntur inter ſe. Verum hæc commeantium per maria terraſque peregrinatio non patitur differri minores quoque, quibus eſt natura ſimilis: utcunque enim ſupradictas magnitudo
5 poſſint. Ch. & vires corporum [d] invitare videri [5] poſſunt. Coturnices ante etiam ſemper adveniunt, quam grues, parva avis, & cum ad nos venit, terreſtris potius, quam ſublimis. Advolant & hæ ſimili modo non ſine periculo navigantium, cum appropinquavere
6 includunt. V. & Ch. terris. Quippe velis ſæpe [6] inſidunt, & hoc ſemper noctu, merguntque navigia. Iter eſt his per hoſpitia certa. Auſtro non volant, humido ſcilicet & graviore vento. Aura tamen vehi volunt, propter pondus corporum, vireſque parvas. Hinc volantium

a *Honos iis, &c.*] Juvenal Satyr. 13.
— *ſerpente ciconia pullos*
Nutrit, & inventa per devia rura lacerta.

Dalec.

b *Ut in Theſſalia, &c.*] Ariſt. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. *Idem.*

c *Olorum morte narratur, &c.*] Κύκνειον ᾄδουσι, ſive ἐπᾴδουσι, qui ſpem omnem ſalutis abjecerunt. Julianus παραβάτης. Ἐνταῦθα τί προσῆκεν ἐχθρῶν ἄνδρα τῷ Πλάτωνος ϗ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δοξάζοντα; ἆρα περιορᾶν ἀνθρώπους ἀθλίους τοῖς κλέπταις ἐκδιδομένους, ἢ κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἀμύνειν, οἶμαι ὡς ἤδη τὸ κύκνειον ἐξᾴδουσι, διὰ τὸ θεομισὲς ἐργαστήριον τῶν τοιούτων. *Idem.*

d *Invitare videri poſſunt.*] Ut tam longo itinere ad nos commeent. *Idem.*

a *Con-*

tium illa [a] conqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo maxime volant ortygometra duce. Primam earum terræ appropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeantes [b] comitatum ſolicitant: abeuntque una [1] perſuaſæ glottis, & [2] otis, & cychramus. Glottis prælongam exerit linguam: unde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione avide [3] profectam, pœnitentia in volatu cum labore ſcilicet ſubit: reverti incomitatam piget, & ſequi: nec unquam plus uno die [4] pergit: in proximo hoſpitio deſerit. Verum invenitur alia, antecedente anno relicta: ſimili modo in ſingulos dies. [5] Cychramus perſeverantior feſtinat etiam pervenire ad expetitas ſibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonetque itineris. [6] Otis bubone minor eſt, noctuis major, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi: quidam Latine [c] aſionem vocant: [d] imitatrix alias avis ac paraſita, & quodam genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter, ut noctuæ, [7] intenta in aliquo, circumeunte alio. Quod ſi ventus agmen adverſo flatu cœperit inhibere, ponduſculis lapidum apprehenſis, aut gutture harena repleto, [8] ſtabilitæ volant. Coturnicibus [9] veneni ſemen gratiſſimus cibus: quam ob cauſam eas damnavere menſæ; ſimulque comitialem propter morbum deſpui [10] ſuetum, [e] quem ſolæ animalium ſentiunt, præter hominem.

1 per ſua ſigna. V.
2 otus. *Ch.* otus & cenchramis. *M.*
3 provectam. *M.*
4 peragit. V.
5 Cenchramis. V.
6 Otus. *M. & recte. Sic & Ch.*
7 intentam in aliquem circumeunte alio. *Ch.* intenta in aliquem circumeunte alio. *M.*
8 ſtabilitæ. *M & Ch.*
9 veratri. *Mil.*
10 ſuetæ. *M.*

CAP.

a *Conqueſtio labore expreſſa.*] Ariſt. cap. 12. lib. 8. hiſt. *Dalec.*

b *Comitatum ſolicitant.*] Proſecuturas comites de diſceſſu admonent. *Idem.*

c *Aſionem vocat.*] A plumeis auribus, aſini modo eminentibus & exertis. *Geſnerus.* Mihi potius à voce, quæ rudentem aſinum æmulatur. Athenæus de hac ave multa lib. 9. *Dal.*

d *Imitatrix alias avis ac paraſita.*] Sic κόβαλον reddit Plinius, quanquam Dæmonas quoſdam Dionyſiacos olim κοβάλους appellaverunt, id eſt, aſperos ac immites: eodemque nomine illos, qui aſſimulato luſu fallerent. Rhod. c. 7. 2. *Id.*

e *Quem ſola animalium, &c.*] Addit & Plutarchus capram: quamvis Ariſtot. probl. Cur homini ſoli pervertuntur oculi, affirmet μόνους ἀνθρώπους ἐν τοῖς τῶν ζώων ἠδὲ ἐπιλήπτους γίνεσθαι. Ego vero & canes, & feles, & arietem eo morbo periiſſe vidi. Rhodigin. cap 9. 6. Capras & oves eo modo vexari tradit Hippocrates, lib. περὶ τῆς ἱερῆς νόσου: equos Abſyrtus: accipitres & gracculos. Brod. c. 23. 3. *Idem.*

Cap. XXIV.

De hirundinibus, merulis, turdis, & ſturnis, turturibus, & palumbis.

ABeunt & hirundines hibernis menſibus, ſola carne veſcens avis ex iis quæ aduncos ungues non habent: ſed in vicina abeunt, [1] apricos ſecutæ montium receſſus: inventæque jam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Thebarum tecta ſubire negantur, quoniam urbs illa ſæpius capta ſit: [a] nec [2] Biziæ in Thracia, propter ſcelera Terei. Cecina Volaterranus equeſtris ordinis quadrigarum dominus, comprehenſas in urbem ſecum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes [b] illito victoriæ colore. Tradit & Fabius Pictor in Annalibus ſuis, cum obſideretur præſidium Romanum à [3] Liguſtinis, hirundinem à pullis [4] ad ſe allatam: ut lino ad pedem ejus alligato nodis ſignificaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & [c] merulæ, turdique, & ſturni ſimili modo in vicina. Sed hi plumam non amittunt, nec occultantur, [5] viſi ſæpe ibi, quo hibernum pabulum petunt: itaque in Germania [d] hieme maxime turdi cernuntur. [6] Verius [e] turtur occultatur, pennaſque amittit. Abeunt & palumbes, quonam & in iis incertum. Sturnorum generi [7] proprium catervatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum ſoli

1 Africos. *Ch.*

2 Bizicis. *Ch.*

3 Liguſticis. V.

4 cum epiſtola ad ſe. V. epiſtolam ad ſe. *M.* *lego*, à pullis ad ſe all. ut lino pro epiſtola, (*i. e. epiſtolæ loco.*)

5 niſi ſpe cibi, &c. putant. V.

6 Vere. *M.*

7 prius. *Ch.*

a *Nec Bizia in Thracia.*] Lege: *Nec Bizyes in Thracia.* Salm. 166. b.

b *Illito victoria colore.*] Melius, *Illita victoria colore.* hoc eſt, è conchula victoriæ colore expreſſa illitaque. Nam in Apographo Toletano *victoria* ſcriptum eſt, non *victoriæ*. Pint.

c *Merula.*] Merum, ſolum. Inde merula, quod ſola volat. Græci hanc avem ſurdam eſſe putant. Unde proverbium, *κίχλης κωφότερος. Εὔβουλος ἐν διονύσῳ μέρει*). *Dalec.*

d *Hieme maxime turdi, &c.*] Juniperi, qui frequens ibi eſt, baccas hieme maturas & edules conſectantes. *Idem.*

e *Turtur.*] Turturem pro meretrice baſiis & ſuaviis illiciente, Plautus lepide dixit in Bacchid.

Ubi ego capiam pro machæra turturem. Idem.

a *Non-*

ſoli hirundini flexuoſi volatus, velox celeritas: quibus ex cauſis neque rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt. [1]Eadem demum ſola avium [a]nonniſi in volatu paſcitur. [1 ea demum. M. & Ch.]

CAP. XXV.

Quæ avium perennes, quæ ſemeſtres, quæ trimeſtres.

TEmporum magna differentia avibus. Perennes ut columbæ: ſemeſtres, ut hirundines: trimeſtres, ut turdi & turtures, & quæ, cum fœtum eduxere, abeunt, ut galguli, upupæ.

CAP. XXVI. *De avibus mira.*

AUctores ſunt, omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, & confligere [b]ad Memnonis tumulum, quas ob id [c]Memnonidas vocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopia circa regiam Memnonis, exploratum ſibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc eſt gallinatum genus, gibbe-

a *Nonniſi in volatu paſcitur.*] Muſcis & culicibus, quos eſcam vilem, id eſt, frequentem, Nonius interpretatur. Varro dicit in Virgula divina:

Ad quos tum volucres venit puſillos,
Uſque ad limina nidica eſca vilis.

Fritinniunt hirundines ſua minurritione, ut ait Feſtus, Attius apud Varr. 6. de ling. Lat. *Nefrende fritinni ſuaviter.* (Nefrende, παιδὶ.) Sic dicitur vel puer, qui per ætatem, vel ſenex, qui dentibus amiſſis cibum frangere non poteſt. *Scalig.*

b *Ad Memnonis tumulum.*] Prope Ptolemaida & Belum fluvium Memnonis ſepulchrum eſſe Joſephus tradit: Strab. lib. 13. ultra Eſapi oſtia, idemque alibi circa Paltum Syriæ juxta flumen Bandam, ex Simonide. De Memnonidib. Ovidius:

Præpetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictæ: cum Sol duodena peregit
Signa, parentali moritura more rebellant.

Memnonis, & Sarpedonis, Jovis filii, funebrem diem luctu & jejunio celebrari ſolitum, indicant verſus hi Comici veteris:

Πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαςίαν,
Ἡνίκ' ἂν πενθῶμεν ἢ δὴ τὸν Μέμνον', ἢ τὸν Σαρπηδόνα,
Σπένδεθ' ὑμεῖς, καὶ γελᾶτε.

Rhodig. cap. 5. 22. *Dal.*

c *Memnonidas vocant.*] Sunt accipitribus ſimiles, coloris nigri, ſeminibus tantum veſcentes. *Ælianus.* Corniculartum genus eſſe puto, quæ ex diverſis locis advolantes, & illi inter ſe obviæ dimicant, ut inter eas ſæpe fit. *Dal.*

gibberum, variis ſparſum plumis: quæ noviſſimæ ſunt peregrinarum avium in menſas receptæ propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

Cap. XXVII. *De avibus Seleucidibus.*

[a] SEleucides aves vocantur, quarum adventum ab Jove precibus impetrant [b] Caſii montis incolæ, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec unde veniant quove abeant, compertum, nunquam conſpectis, niſi cum præſidio earum [1] indigetur.

1 indigent. V.

Cap. XXVIII. *De ibi.*

[c] INvocant & Ægyptii ibes ſuas contra ſerpentium adventum: & [2] Elei [d] Myiagron Deum, muſcarum multitudine peſtilentiam adferente: quæ protinus intereunt, [3] qua litatum eſt illi die.

2 Cyrenaici Achorem. V. & Elitini Sacorem. *Ch.*
3 poſtquam litatum eſt ei deo. M. *Pint.* qua litatum eſt ei deo. *Ch.*

Cap. XXIX.

Quæ aves in quibus locis non ſunt, & quæ mutant colorem & vocem, & de luſciniis.

SEd in ſeceſſu avium & noctuæ paucis diebus latere traduntur: quarum genus [e] in Creta inſula non eſt: [4] etiam ſi qua invecta ſit, emoritur. Nam hæc quoque mira naturæ differentia: alia aliis locis negat,

4 & etiam. *M.*

a *Seleucides aves vocantur.*] De iis Galen. cap. 4. lib. 6. Loc. affect. Eloriorum genus eſſe arbitror. *Dalec.*

b *Caſii montis.*] Eſt is mons & in Ægypto, ubi Magni Pompeji tumulus: & in Syria Antiochene, ubi Seleucia cognomento Pieria, quæ vocabulum dedit avibus. *Super Seleuciam*, inquit Plinius lib. 5. cap. 22. *mons eſt eodem quo alius nomine, Caſius.* Herm. Barbarus.

c *Invocant & Ægyptii Ibes ſuas contra ſerpentium adventum: & Elei Myiagron.*] An *Elii Myiacoren Deum.* Hoc eſt Ἠλεῖοι τ Μυιακόρην, vel Μυιοκόρην, Deum ſcil. muſcarum everritorem, ἀπὸ τ͂ καθαίρειν ἢ κορεῖν τοὺς μυιάς. Et paulo poſt: lege, *quæ protinus intereunt, quam litatum eſt ei Deo.* Vide *Salm.* Plin. exerc. pag. 12. b.

d *Myiagron.*] Sic apud Strabonem lib. 13. Apollo σμινθεὺς & παρνοπίων à muribus, ἐρυθίβιος à rubigine vocatur; Hercules vero κορνοπίων à culicibus, & ἰποκτόνος à vermiculis tenella vitis germina rodentibus: μυιώδη auctor vocat eum Deum, cap. 6. lib. 29. ἀπόμυιον. Pauſanias lib. 5. *Dalec.*

e *In Creta inſula non eſt.*] Ælianus cap. 2. lib. 5. *Idem.*

a *Tranſla-*

negat., tanquam genera frugum fruticumve, [1] ſic & animalium: non naſci, [a] tranſlatitium, invecta emori, mirum. [b] Quid eſt illud unius generis ſaluti adverſum? [2] quæve iſta naturæ invidia? aut qui terrarum [3] dicati avibus termini? Rhodus aquilam non habet. Tranſpadana Italia juxta Alpes [c] Larium lacum appellat, amœnum arbuſto, [4] agro, ad quem ciconiæ [5] non permeant: ſicuti nec octavum [6] circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu, examina [d] gracculorum monedularumque, cui ſoli avi furacitas [7] auri argentique [8] præcipue mira eſt. Picus Martius in Tarentino agro negatur eſſe. [e] Nuper, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad urbem verſus cerni cœpere picarum genera, quæ longa inſignes cauda variæ appellantur. Proprium his calveſcere omnibus annis, cum ſerantur rapa. [f] Perdices non tranſvolant Bœotiæ fines in Attica: nec ulla avis [9] in Ponto, [g] inſula qua ſepultus eſt Achilles, [10] ſacratam ei ædem. In

Fide-

1 ſic & animalium non naſci, tranſlatitiorumque invecta mori. Mirum quidem eſt illud unius generis aliti. *Parm.* animalium naſci: tranſlatitiorum invecta mori mirum. Quid e. i. u. g. aliti. V. Quod illud eſt. *Ch.*
2 Quænam eſt iis. V.
3 dicti. *Ch.*
4 agrum. V.
5 tranſmeant. V.
6 citra. M.
7 argenti aurique præcipua. *Ch.*
8 præcipue mira eſt. *M.*

9 in Ponti inſula. M. 10 infeſtat ſacr. *M.*

a *Tranſlatitium.*] Vulgare, publicum, omnibus notum. *Dal.* Quid ſit *tranſlatitium* Salmaſius pag. 176. docte explicat.

b *Quid eſt illud unius generis ſaluti adverſum?*] Legendum reor, *Quid eſt illud unius generis aliti adverſum.* Sciendum tamen in Toletano exemplari hæc verba redundare. Item quæ ſtatim ſequuntur ſic ibi legi, *Quæ his natura invidia.* Pintianus.

c *Larium lacum amœnum arbuſto agro.*] Lego, *Arbuſtato agro.* Eſt enim *arbuſtare*, Plinio, agrum arboribus conſerere ad uſum maritandarum vitium, ut libro ſeptimodecimo, cap. 23. *Italia præter ſupradicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino arbuſtat agros.* Idem.

d *Gracculorum.*] Τῶν κολοιῶν, qui ἀπὸ τοῦ κολῳᾶν, à tumultuando dicuntur. Avis eſt enim loquax & obſtrepera ac tumultuoſa, θορυβητικὴ, & κραυγαστικὴ, de qua Pindarus, κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται). Agathocles κολοιὸς dictus eſt, vel ob ferocitatem, vel ob loquacitatem. Rhodig. c. 4. 24. *Dal.*

e *Nuper, & adhuc tamen rara.*] Hinc illud Martial. libr. 14. epiſt. 76.

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto,
Si me non videas, eſſe negabis avem.

Vide Jan. Duſ. ſuper Arbitr. lib. 1. c. 14. *Idem.*

f *Perdices non tranſvolant Bœotiæ fines in Atticam: nec ulla avis in Ponto, inſula qua ſepultus eſt Achilles, ſacratam ei ædem.*] Repetendum ex ſuperioribus, *tranſvolant.* ait, ergò nullam avem tranſvolare ædem Achilli ſacram, id eſt, volatu tranſcendere, ὑπερπέτεσθαι. *Salmaſ.*

g *Inſula qua ſepultus eſt Achilles.*] Albam Ptolemæus vocat. Sita eſt in ora Tartariæ minoris, ante Boryſthenis oſtium, ſupra c. 12. 4. *Dalec.*

a In

Fidenate agro juxta urbem ciconiæ nec pullos nec nidum faciunt. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis advolat. Romæ [a] in ædem Herculis in foro Boario nec muſcæ, nec canes intrant. Multa præterea ſimilia, quæ prudens ſubinde omitto in ſingulis generibus, faſtidio parcens: quippe cum Theophraſtus tradat invectitias eſſe in

1 cervos. M. Aſia etiam columbas, & pavones, & [1] corvos, &

2 admiratio. Oſcines fere. M. in Cyrenaica vocales ranas. Alia [2] admiratio circa oſcines: fere mutant colorem vocemque [3] tempore

3 ut temp. Ch. anni, ac repente fiunt aliæ: quod in grandiore alitum

4 Hæ. Ch. genere grues tantum. [4] Eæ enim ſenectute nigreſcunt.

5 Merulæ ex nigra ruffeſcunt. Ch. Merula, &c. rubeſcit. M. [5] Merula ex nigra ruffeſcit, canit æſtate, [b] hieme balbutit, circa ſolſtitium [6] muta. Roſtrum quoque anniculis in ebur transfiguratur duntaxat maribus. Turdis color æſtate circa cervicem varius,

6 mutat. M. hieme concolor. Luſciniis diebus ac noctibus con-

7 garrulis. M. tinuis xv. [7] garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante

8 noviſſimis. Vet. Alii Vet. ſe frondium germine, non in [8] noviſſimum digna miratu ave. [c] Primum tanta vox tam parvo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in una per-

9 muſica. Ch. fecta [9] muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus: & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur

a *In ædem Herculis.*] Vide quæ notata ſunt c. 7. lib. 34. Herculi hinc bonorum decimam Romani dicabant, ſacrabant, ſolvebant: unde lepidus jocus Plauti in Bacchidibus:

Si frugi eſt, Herculem fecit ex parte: decumam partem ei
Dedit, ſibi novem abſtulit.

Cic. de Nat. Deor. *Neque Herculi decimam quiſquam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet.* Inde Plauto in Moſtel. Herculis divitiæ.

--- unus iſti ſervus eſt ſacerrimus Tranio, is vel
Herculis conterere quæſtum poſſiet.

Dalec.

b *Hieme balbutit.*] Turdos, merulas, ſturnos, turtures hieme latere ſcribit Ariſt. cap. 16. lib. 8. hiſt. *Idem.*

c *Primum tanta, &c.*] Luſciniarum cantus ſuavitatem & varietatem his verſibus eleganter Homerus expreſſit:

Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κόρη, ϗ χλωρεῒς ἀηδὼν
Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
Δένδρων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσι,
Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυήχεα φωνὴν, &c.

Feſtive Plautus in Bacchidibus,

Pol magis metuo, in monendo ne mihi defluat oratio.
BA. *Pol ego quoque metuo, Luſciniolæ ne deſluat cantio.* Dalec.

a *Steſi-*

riatur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto: [1] promittitur revocato, infuſcatur ex [2] inopinato: interdum & ſecum ipſe [3] murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extentus, ubi viſum eſt, vibrans, ſummus, medius, imus. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ tot exquiſitis tibiarum [4] tormentis ars hominum excogitavit: ut non ſit dubium hanc ſuavitatem præmonſtratam efficaci auſpicio, cum in ore [a] Steſichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet [5] artis eſſe, plures ſingulis ſunt cantus, [6] nec iidem omnibus, ſed ſui cuique. Certant inter ſe, palamque [b] animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſæpe vitam, ſpiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ [7] juniores, verſuſque quos imitentur accipiunt. Audit diſcipula intentione magna & reddit, vicibuſque [8] reticent. Intelligitur emendatæ [9] correctio & in docente quædam reprehenſio. Ergo ſervorum illis pretia ſunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio ſeſtertiis ſex, candidam alioquin, quod eſt prope inuſitatum, væniſſe, quæ Agrippinæ Claudii principis conjugi dono daretur. Viſum jam ſæpe, juſſas canere cœpiſſe, & cum ſymphonia alternaſſe: ſicut homines repertos, qui ſonum earum, addita in tranſverſas [10] harundines aqua, foramen inſpirantes, linguæque parva aliqua oppoſita mora, indiſcreta redderent ſimilitudine. Sed eæ tantæ tamque artifices argutiæ à xv. diebus paulatim deſinunt, nec ut fatigatas poſſis dicere aut ſatiatas. Mox æſtu aucto in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia. Mutatur & color. Poſtremo hieme

1 promittur, revocatur, infuſcatur ex inopinatu. *M.*

2 inopinatu. *M.*

3 memorat. *Cb.*

4 inſtrumentis. *D.*

5 artes eſſe plures ſinguls. *M.*

6 nec idem omnibus, ſed ſuas cuique. *M.*

7 juveniores. *Cb.*

8 recitant. *V. lego*, recitet.

9 correptio. *M. & Cb.*

10 aquas fronde harundinea, quaſi foramine, inſpirantis linguæ, ut parva. *Vet. & Parm. niſi quod hic habet*, in tranſlabias tranſverſas arundine aqua foramine inſpirantes, linguæve parva. *M. lego*, addita tranſverſim in os arundine, tanquam foramine inſpirantes linguæ parva,

a *Steſichori.*] Scripſit is Helenes epithalamium, ſive γαμήλιον λόγον, κατακοιμητικὸν potius, ut arbitror, quam διεγερτικὸν, veſpertinum, quam matutinum. Hæc enim epithalamiorum differentia eſt. Rhod. cap. 15. 28. *Dalec.*

b *Animoſa contentio eſt.*] Vide quod adnotatum eſt è Charmide cap. 1. lib. 29. *Idem.*

a *Alia*

hieme ipſa non cernitur. Linguis earum tenuitas illa prima non eſt, quæ cæteris avibus. Pariunt vere primo cum plurimum ſena ova. [a] Alia ratio ficedulis: nam formam ſimul coloremque mutant. [b] Hoc nomen non niſi autumno habent: poſtea melancoryphi [1] vocantur. Sic & erithacus hieme, [c] idem phœnicurus æſtate. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus Poëta, [d] obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam ſubrigenſque per longitudinem capitis. Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet, exoriente Sirio occul-

1 notantur. *M.*

a *Alia ratio ficedulis: nam formam coloremque mutant. Hoc nomen non niſi autumno habent, poſtea melancoryphi vocantur, &c. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus.*] Præpoſtera verba, permutatæ ſententiæ, omnia tranſpoſita & confuſa. Quod upuparum eſt ficedulis tribuitur: quod ficedularum, upupis. Quippe ficedulas formam mutare, à vero alienum eſt: hoc ſi upupis tribuas, vera locutus fueris. Ariſtoteles de ficedulis lib. 9. c. 49. *Sic & ficedulæ melancoryphi vicibus commutantur: fit enim ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus melancoryphus: nec inter eas diſcrimen aliquod niſi coloris & vocis eſt. Avem autem eſſe eandem conſtat, quia dum immutaretur hoc genus, utrumque conſpectum eſt nondum abſolute mutatum, nec alterutrum adhuc proprium ullum habens appellationis.* His verbis Ariſtoteles, non formam mutare ficedulam tradit, ſed vocem & colorem. Videamus rurſus quid de upupa idem auctor eodem loco ſcribat: *Nec non*, inquit, *upupa cum colore tum verò ſpecie immutatur.* Et capite quintodecimo ejuſdem voluminis: *Upupa nidum potiſſimum è ſtercore hominis facit. Mutat formam tempore æſtatis & hiemis.* Patet ergo ex antedictis, ficedulas colorem tantum & vocem mutare, upupas & colorem & formam. Si ergo verba, quæ de ficedularum formæ & coloris mutatione hic habentur, ad upupas transfers, & rurſus duo illa verba, à quibus de upupa incipit tractare, quæ ſunt, *Mutat &*, ad ficedulas, omnia debitum ordinem recipient. Legendum ergo videtur in univerſum ſic, *Pariunt vere primo, cum plurimum ſena ova. Mutant & ficedulæ. Hoc nomen non niſi autumno habent, poſtea Melancoryphi vocantur. Sic & Erithacus hieme, idem Phœnicurus æſtate. Alia ratio upupæ: nam formam ſimul coloremque mutat, ut tradit Æſchylus, &c.* Non ſum neſcius viſum hæc iri quibuſdam, ludibria potius præſtigiatorum, quam cenſorias caſtigationes. Sed meminerint humani lectores, in tanta verborum ſententiarumque prope dixerim ſtrage, violentia opus eſſe, & veritati quocumque diſcrimine viam patefaciendam, ſatiuſque eſſe, vi aliqua literæ allata, ſcire nos aliquid, quam immutare verba non audentes, omnia in dubium vocare, & falſa ſæpenumero pro veris admittere. *Pint.*

b *Hoc nomen non niſi autumno habent.*] Diſtingue: *Hoc nomen autumno: non habent poſtea: melancoryphi vocantur.* Salm. p. 238. a.

c *Idem Phœnicurus.*] Ariſtoteles libro nono, capite 49. *Phœnicurgus*, modo exemplar vitio careat. Heron auctor Græcus in Georgico de antipathia agens, *Phœnicurus*, cum Plinio. *Pint.*

d *Obſcœna alias paſtu avis*]. *Paſtu*, redundare videtur. Paſtu enim ea obſcœna non eſt, ſed nido, quem è ſtercore, præcipue humano, conficit. Ariſtot. cap. 15. 9. Idem tamen c. 1. 6. hiſt. Upupam non nidificare ait, ſed in cavis arborum parere ſine ullo ſtramento. Pauſanias lib. 1. tradit upupam primum Megaris viſam ad Terei ſepulchrum. *Dal.*

a *Hal-*

occultata, ab occaſu ejuſdem prodit: quod miremur, ipſis diebus utrunque. Chlorion quoque, qui totus eſt luteus, hieme non viſus, circa ſolſtitia procedit.

CAP. XXX. *De Merulis.*

MErulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec uſquam aliubi, candidæ naſcuntur. Ibis circa Peluſium tantum nigra eſt, [a] cæteris omnibus locis candida.

CAP. XXXI. *Tempus avium genituræ.*

OScines, præter exceptas, non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut poſt autumnale: ante ſolſtitium autem dubios, poſt ſolſtitium vitales.

CAP. XXXII.

De halcyonibus, & de diebus earum navigabilibus, & gaviis, & mergis.

EO maxime ſunt inſignes [b] halcyones. Dies earum partus, [1] maria quique navigant, novere. Ipſa avis paulo amplior paſſere, [d] colore cyaneo ex parte

[1] qui maria quoque navigant. *M.*

a *Cateris omnibus locis candida.*] Ægypti. Ariſt. cap. 27. lib. 9. hiſtor. *Dalec.*

b *Halcyones.*] Pacuvius in Teucro:

Flexanima, tanquam lymphata & Bacchi ſacris
Commota, in tumulis Teucrum commorans meum,
Alcyonis ritu littus pervolans feror.

Apollon. lib. 4. τῆλοθι δ' οἴη
Αυγρῇσιν κατὰ πόντον ἄρηγε ἁλκυόνεσσι φορεῦμαι.

Plaut. in prologo Caſinæ:

Tranquillum eſt: Alcedonia ſunt circa forum.

In Pſeudolo:

Jam hercle tu periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis,
Quam mare eſt olim, cum ibi alcedo pullos educit ſuos.

Vide Varron. 6. De ling. Lat. *Idem.*

c *Colore cyaneo ex parte majore, tantum purpureis & candidis admiſtis pennis.*] Scribendum reor, *pallidis*, non *candidis*: nullus enim halcyoni candor, ſi Ariſtoteli fidem habemus. Ejus verba ſunt libro nono, capite 14. *Alcedo non multo amplior paſſere eſt, colore tum cæruleo, tum viridi, tum etiam leviter purpureo inſignis.* Et cap. 14. Meropis colorem, halcyonis colori comparat. De Meropis vero coloribus ſic ſcribit, *Pennæ hujus avis inferiores pallidæ ſunt, ſuperiores cæruleæ, ut halcyonis, poſtrema pinnulæ rubra habentur.* Et Plinius capite proximo: *Merops vocatur, genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, ſuperne*

 cyaneo,

parte majore, tantum [1] purpureis & candidis admiſtis pennis, colló gracili ac procero. [a] Alterum genus earum [b] magnitudine diſtinguitur & cantu. Minores in harundinetis canunt. Halcyonem videre rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliarum occaſu & circa ſolſtitia [c] brumamve, nave aliquando circumvolata ſtatim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma, [d] qui dies halcyonides vocantur, placido mari per eos & navigabili. Siculo maxime. [e] In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus. Siculum [2] utique tractabile. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt. [f] Nidi earum admirationem habent pilæ figura, [3] paulum eminenti, [g] ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum [4] ſimilitudine: ferro intercidi non queunt, fran-

1 purpureas, (*forte* purpura) candidis admixta pennis. *Gb.*

2 utrinque. *M.* & *freto & oceano.*

3 paululum eminentiore perquam anguſta. M.

4 magnitudine. *D.*

cyaneo, primori ſubrutilo. Si quis objiciat in Græco Ariſtotelis codice, non *ochron*, hoc eſt, pallidum colorem halcyoni tribui, ſed chloron, hoc eſt, viridem ſeu luteum; ſciat duo hæc nomina pro ſe invicem poni apud Ariſtotelem: quod patet ex ejus verbis cap. tertiodecimo: *Lutea*, inquit, *dicta eſt à colore partis ſua inferioris pallido.* Et ubi Meropi, pallidum Plinius tribuit, ibi Ariſtoteles ochron. Ergo luteus & pallidus color, vel idem ſunt, vel ferme idem. *Pint.*

a *Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur & cantu.*] Lego, *Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur, nec canunt.* Ariſtoteles libro octavo, capite tertio: *Praterea genus alcedonum aquas adamat: quod duplex eſt. Alterum vocale, arundinibus inſidens, alterum mutum, quod ampliore corpore eſt.* Notandum in tranſitu ſuccurrit, in Ariſtotelis Græco codice atrocem inoleviſſe mendam. Pro *halcyonon* enim *aëdonon* ſcriptum invenies, hoc eſt *luſciniarum.* Idem.

b *Magnitudine diſtinguitur & cantu.*] Ariſtot. Maximis amplior magnitudo quam ſpongiæ. Sunt enim majores & minores. *Dalec.*

c *Brumamve.*] Vide infra c.36. lib. 18.

d *Qui dies halcyonides.*] Quinque Simonidi & Ariſtoteli: Demagoræ Samio, ſeptem: Philochoro, novem: quibuſdam quatuordecim, & iis ad octavum Calend. Martias. Vide Rhodig. c.11.14. Cum Cæyx Trachiniorum rex, ejuſque uxor Alcyon, tantum faſtu elati fuiſſent, ut ſuo contempto nomine, ille Jovem, hæc Junonem vocari ſe vellent, vindice Deorum ira extincti ſunt: hicque naufragio ſubmerſus in Cerylum, illa luctu exanimata ob mariti deſiderium, in avem cognominem mutata eſt. *Idem.*

e *In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus, Siculum utique tractabile.*] Horum verborum ſenſus, proximis duobus verbis, breviter quidem, ſed abunde redditus fuerat. Quapropter credi hæc Pliniana non eſſe, nullum eſſet piaculum. *Pint.*

f *Nidi earum admirationem, &c.*] Colore ſubruſi: Cucurbitulis medicorum longioris colli ſimiles eſſe ait Ariſtot. materia vero Pilæ marinæ & Haloſachne. *Dalec.*

g *Perquam anguſto.*] Ut etiamſi invertatur, mare non influat. Ariſtotel. *Idem.*

a Ut

franguntur ictu valido, [a] ut ſpuma arida maris. Nec unde confingantur, invenitur. [b] Putant ex ſpinis aculeatis: piſcibus enim vivunt. Subeunt & in amnes. Pariunt ova quina. [c] Gaviæ in petris nidificant, mergi & in arboribus. Pariunt plurimum terna: ſed gaviæ æſtate, mergi incipiente vere.

CAP. XXXIII.

De avium ſolertia in nidificando, hirundine, argatili, cinnamologis, & perdicibus.

HAlcyonum nidi figura, reliquarum quoque ſolertiæ [1] admonet: neque alia parte ingenia avium magis [2] admiranda. Hirundines luto conſtruunt, ſtramento roborant. Si quando inopia eſt luti, [3] madefactæ multa aqua pennis pulverem ſpargunt. Ipſum vero nidum mollibus plumis floccisque conſternunt tepefaciendis ovis, ſimul ne durus ſit infantibus pullis. In fœtu ſumma æquitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum: adultioreſque circumagi docent, & foris ſaturitatem emittere. Alterum genus hirundinum eſt ruſticarum & agreſtium, quæ raro in domibus, diverſos figura, ſed eadem materia, confingunt nidos, totos ſupinos, faucibus porrectis in angu-

1 nos adm. *M.*

2 adm. ſunt. *M.* & *Ch.*

3 madefactum. *M.* *V.* madefactis, &c. aſpergunt. *D.*

a *Ut ſpuma arida maris.*] Sic vocat ἁλοσάχνην: de qua vide cap. 8. lib. 32. Ariſtot. ἅμα δὲ κόπτοντι καὶ ταῖς χερσὶ θραύοντι, ταχὺ διαθρύπτεται, ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. *Dalec.*

b *Putant ex ſpinis aculeatis piſcibus enim vivunt.*] Scribo: *Putant ex ſpinis acus piſcis, Piſcibus enim vivunt.* De acu piſce qui Græce *belone* dicitur, Plinius ſupra lib. nono, capite quinquageſimo primo. Ariſtoteles quoque libro 3. cap. quartodecimo: *Ambigitur*, inquit, *ex quanam materia componatur. Videtur tamen ex ſpinis acus piſcis conſtitui. Piſcibus enim Alcedo vivit.* Confirmat id quoque Plutarchus in lib. qui inſcribitur De amore erga ſobolem. *Pint.*

c *Gaviæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna; ſed gaviæ æſtate, mergi incipiente vere.*] Hic quoque locus ex Ariſtotele tralatus eſt: quapropter ad ejus exemplar dirigendus eſt. Forte autem legendum commutatis verbis, *Gaviæ & Mergi in petris nidificant maritimis. Pariunt, &c.* Ariſtoteles lib. v. cap. 9. *Mergi & Gaviæ ſaxis maritimis ova bina ternave pariunt, ſed gaviæ æſtate, mergi à bruma ineunte vere.* Idem.

anguſtum, utero capaci: mirum qua peritia & occultandis habiles pullis, & [1] ſubſternendis molles. In Ægypti Heracleotico oſtio [a] molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt ſtadii fere unius ſpatio: quod humano opere perfici non poſſet. In eadem Ægypto [b] juxta oppidum Copton inſula eſt ſacra Iſidi, quam ne laceret amnis idem muniunt opere, incipientibus vernis diebus palea & ſtramento [2] [c] roſtrum ejus firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori conſtet. [3] Ea militia illis cum anno redit ſemper. Tertium eſt earum [4] genus, quæ ripas excavant, atque [5] ita interterram nidificant. Harum pulli ad cinerem ambuſti, [d] mortifero faucium malo, multiſque aliis morbis humani corporis medentur. Non faciunt hæ nidos, migrantque multis diebus ante, ſi futurum eſt, ut auctus amnis attingat. In genere [6] parrarum eſt, [e] cui nidus ex muſco arido ita abſoluta perficitur pila, ut inveniri non poſſit aditus. [7] Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. [f] Picorum aliquis [8] ſuſpendit

1 ſubſtratis. *D.*

2 roſtro firmantes, cont. triduo. *V.*

3 Eaque. *M. & Ch.*

4 genus. Excavant ripas. M.

5 in terra nidificant. V. intro nidificant. *Alii. V.* in terram fœtificant. *Alii.*

6 ripariarum, *Gaza.* parorum. *Geſn. id eſt, ægithalorum.*

7 Acanthyllis. *Ex Ariſt. lib.* 9. c. 13. Agatillis. *Ch.*

8 ſuſpenditur ſurc. *Ch.*

a *Molem continuatione.*] Veluti aggerem quendam Nilo coërcendo. Juriſconſultis ff. de extraordin. crimin. l. ſaccularii. ea munimenta χώματα vocant, Magius c. 10. lib. 1. *Dalec.*

b *Juxta oppidum Copton.*] Apud Apul. lib. 2. Aſini. quidam prophetam Ægyptium rogat per aggeſta Coptica, incrementa Nilotica, arcana Memphitica, ſiſtra Phariaca. *Idem.*

c *Roſtrum ejus firmantes.*] Inſulæ ſuperiorem partem, quæ irruentis Nili impetum excipit. *Idem.*

d *Mortifero faucium malo.*] Anginæ. Celſus lib. 4. *Idem.*

e *Cui nidus ex muſco arido.*] Talem reguli conficiunt. *Idem.*

f *Picorum aliquis, &c.*] De Galgulis id verum eſt. Pici omnes in arborum cavis nidificant. Verſus de Upupa Æſchyli apud Ariſtot. cap. 49. lib. 9. ſunt emendati:

Τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν,
Πεποικίλωκε ἀποδειλώσας ἔχει,
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ.
Ὃς ἦρι μὲν φανέντι διαπαλεῖ πτερὸν,
Κιῤῥὸν μὲν ἐπ' ἀρχῶ, δύο γὰρ οὖν μορφὰς διφανεῖς.
Παιδός γε αὐτοῦ μεθ' ἕπεται νήδυος,
Νέας δ' ὀπώρας, ἡνίκ' ἂν ξανθῇ στάχυς
Τίκτη, τότε ἀμφιέννυσ' ἀλλ' αὖθις πτέρα.

Hunc calamitatis Upupam teſtem ſuæ
Variam facit, tenetque perculſum metu,
Ferum antea, armatum petrarum nunc avem

Vere

dit in ſurculo primis in ramis [1] cyathi modo, ut nulla quadrupes poſſit accedere. [2] Galgulos quidem ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmant, quia tutiores ita ſe ſperent. Jam publicum quidem omnium eſt tabulata ramorum ſuſtinendo nido provide eligere, [3] cameraque ab imbri, aut fronde protegere denſa. [a] In Arabia [4] cinnamologos avis appellatur: [b] cinnami ſurculis nidificat. Plumbatis eos ſagittis decutiunt indigenæ, mercis gratia. [c] In Scythis avis magnitudine otidis, [5] binos parit, in leporina pelle ſemper in cacuminibus ramorum ſuſpenſa. Picæ cum diligentius viſum ab homine nidum ſenſere, ova [6] transferunt alio. Hoc in his avibus, quarum digiti non ſunt accommodati complectendis transferendiſque ovis, miro traditur modo. Namque ſurculo ſuper bina ova impoſito ac ferruminato alvi glutino, ſubdita [7] cervice medio, æqua utrinque libra deportant alio. Nec vero iis minor ſolertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis gravitate prohibitæ ſublime petere. Merops

1 *caluthi.* V.
2 Gangulos. *Ch.*
3 camerare. *Ch.* cameramque ab imbri fronde. M.
4 *Alii*, Cinamomus. *Vide Ariſt. c. 13. lib. 9. Hiſtor.* cinnamologus. *Ch.*
5 bina. *D. ſub.* ova.
6 tranſgerunt. *Ch. V. & M.*
7 cervice, media æque utrimque. V.

Vere appetente qua novo pennas quatit,
Ruffus in agris. Nam eſt figura duplici:
Unus quidem juveni color eſt pectoris,
Autumno, at illa flava cum peperit ſeges,
Mutata pennas rurſus alias induit.

Scaliger 2. verſu legit, ἀποδηλώσας: 4. φαίνοντι: 5. κίρκου λεπτάργου δύο γὰρ ἐν μορφὰς φανεῖ: 6. παιδὸς γὲ τ' αὐτοῦ νήδυος μιᾶς ἄπο: 7. τίκτει δὲ αὐτῆς κ' ἀμφινωμένου πτέρυξ: putatque hæc Cuculo convenire. Cuculumque ab Æſchylo cum upupa confuſum fuiſſe. Addend. ſunt, & hi verſus duo,

Α' εἰ δὲ μισεῖ τοῦ δὲ παλλεύκης τόκου
Δρυμοὺς ἐρήμους ἢ πάγους ἀποικίσει.

Quidam legunt: κ' ἀπεδήλωσεν βραχὺ δειλὸν πτερεῖον: nam timidiſſima eſt avis illa, non ὄρνις θρασοῦς: deinde verſ. 6. παῖς μὲν γ' αὐτὸς: & verſu proximo: ἡνίκ' ἀνανθῆ στάχυς. *Dal.*

a *In Arabia cinnamologos avis appellatur: cinnami ſurculis nidificat.*] An *Cinnamomos* legend. quod indubitatum. Vide *Salmaſ.* pag. 554. b. 555. a.

b *Cinnami ſurculis nidificat.*] Falſum hoc, minimeque probabile: in Arabia namque cinnamum non naſcitur. *Dalec.*

c *In Scythis avis magnitudine otidis binos parit.*] Scribendum arbitror. *In Scythis aves magnæ, nomine otides binos pariunt.* Ariſtoteles libro nono, capite 33. *In Scythia avium genus eſt otides. Hæ procreant pullos duos: & quæ peperit ova, non incubatu fovet, ſed condita in leporina aut vulpina pelle relinquit, atque ita obvoluta in ſumma arbore locat. Cumque à venatione vacet, cuſtodit ea: & ſi quis arborem ſcandat, oppugnat eum alis, aquilarum more everberans.* Sic Græci Ariſtotelis codices præferunt. Theodorus Plinium ſecutus, *magnitudine otidis* transfert, quod non probo. *Pint.*

rops vocatur, genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, [1] ſuperne cyaneo, [2] primori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu ſex pedum [3] defoſſa altitudine. [a] Perdices ſpina & frutice ſic muniunt receptaculum, ut contra [4] feras abunde vallentur. Ovis ſtragulum [5] molli pulvere contumulant, nec in quo loco peperere incubant: [6] neve cui frequentior converſatio ſit ſuſpecta, transferunt alio. Illæ quidem & maritos ſuos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum ova, ne incubando detineantur. Tunc inter ſe dimicant mares deſiderio fœminarum: victum ajunt Venerem pati. [7] Id quidem & coturnices; Trogus, & gallinaceos aliquando: perdices vero [8] à domitis feros & novos aut victos iniri promiſcue. Capiuntur quoque pugnacitate ejuſdem libidinis, [b] contra aucupis indicem exeunte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac ſubinde ſinguli. [c] Rurſus circa conceptum fœminæ capiuntur, contra aucupum fœminam exeuntes, ut rixando abigant eam. Neque in alio animali par opus libidinis. Si contra mares

1 Inferne cyaneo, ſuperne ſubrutilo.

2 ſuperiori. V. prioſi. M.

3 defoſſis. Ch.

4 feram. M. & Ch.

5 molle. M.

6 ne cui. M. Ch. neve cui frequentiore converſatione ſint ſuſpecta. Pint.

7 inquit, &c. V.

8 domitos à feris & ovantibus ut victos. V.

a *Perdices.*] Perdix, ἀπὸ τῦ πέρδειν, quoniam eum ſonum edit, aut imitatur volando. Eadem ad Venerem incitata κακκαβίζει. *Dalec.*

b *Contra aucupis indicem exeunte in prælium duce totius gregis.*] Scribendum videtur, *Contra aucupem illicem.* Vocatur enim illex, quæ conciliat aucupium, quamvis ſubeſt ſuſpicio quædam, ipſam etiam dictionem, *illicem*, adjectam eſſe. Satis enim erat dicere aucupem, ut paulo poſt appellat, Ariſtoteles venatorem vocat. Ejus verba ſunt libro nono, capite ſeptimo, *Perdicem venatorem dux ſilveſtrium primus invadit, pugnamque obviam conſerit: quo capto compage, alter occurrit, tum alius, atque ita ſingulis dimicatur, ſi mas ſit qui venatur. Sed ſi femina eſt, ubi dux ad ejus vocem occurrerit, cætera univerſa cum invadunt, feriunt. fugant ab ea fæmina, invidentes quod non ſibi, ſed illi acceſſerit.* Ex quibus Ariſtotelis verbis rurſus locus ſequens reſtituitur. *Pint.*

c *Rurſus circa conceptum femina capiuntur, contra aucupum feminam exeuntes, ut rixando abigant eum.*] Legendum enim, ut Plinius cum Ariſtotele concordet: *Rurſus circa concentum femina capiuntur, contra aucupem femina exeuntes, ut rixando abigant eum.* hoc ſenſu, prodeunte duce ad aucupem fœminam canentem, capi etiam perdices feminas, exeuntes ut rixando abigant ducem ab aucupe. Invident enim dolentque ſe contemni, & aucupem amari à duce. Mallem tamen legeres commutato ordine verborum: *Rurſus circa concentum feminæ, capiuntur feminæ, contra aucupem exeuntes ut rixando, &c.* Idem.

a Con-

mares ſteterint fœminæ, aura ab his flante prægnantes fiunt. Hiantes autem exerta lingua per id tempus æſtuant, [1][a] concipiuntque ſupervolantium afflatu, ſæpe [b] voce tantum audita maſculi. Adeoque vincit libido etiam fœtus charitatem, ut illa furtim & in occulto incubans, cum ſenſit [2] fœminam aucupis accedentem ad marem, [3] recanat revocetque, & ultro præbeat ſe libidini. [c] Rabie quidem tanta feruntur, [d] ut in capite aucupantium ſæpe cæcæ metu ſedeant. Si ad nidum is [4] cœperit accedere, [e] procurrit ad [5] pedes fœta, prægravem aut delumbem ſeſe ſimulans, ſubitoque in procurſu aut brevi aliquo volatu cadit [6] fracta aut ala aut pedibus: [7] procurrit iterum, jamjam prehenſurum effugiens, ſpemque fruſtrans, donec in diverſum abducat à nidis. [f] Eadem pavore libera ac materna vacans cura, in ſulco reſupina gleba ſe tetræ pedibus apprehenſa operit. Perdicum vita [8] ad ſexdecim annos durare exiſtimatur.

1 concipiunt & ſup. afflatu. *Cb.* concipiuntque ſup olfactu. *Alii ex Ariſt. de gen. anim. l. 3. c. 1.*
2 ad fœmin. aucupis accedentem marem. *D.*
3 recinat, *D.*
4 cœpit. *Cb.*
5 pedes ejus. *M. & Cb.*
6 ut fracta ala aut. M.
7 ac proc. M.
8 ad ſedecim. *Cb.*

CAP.

a *Concipiunt ſupervolantium afflatu.*] Ariſtoteles libro tertio. De generatione animalium, capite primo oſtendit, *olfactu* hic legendum, non *afflatu.* Nam afflatu prægnantes fieri perdices, ſtatim ante Plinius retulerat. Ariſtotelis verba ſunt: *Tum etiam perdices feminæ & quæ nondum coierint, quarum uſus in aucupiis, cum olfaciunt marem vocemque ejus audiunt, altera implentur, altera ſtatim pariunt.* Pint.

b *Voce tantum audita maſculi.*] Clearchus apud Athenæum lib. 9. Perdicem Indicam vulture majorem Strabo memorat lib. 15. *Dalec.*

c *Rabie quidem tanta feruntur.*] Lege, *Rabie quidem tanta feruntur, ut in capite aucupantium ſæpe cæcæ velut ſedeant.* Salmaſ. 152.

d *Ut in capite aucupantium ſæpe cæcæ metu ſedeant.*] Verbum, *metu*, Plinianum non eſt. Neque enim metu cæcæ, ſed rabie libidinis in aucupes ruunt, eorum capitibus inſidentes. Ariſtoieles lib. nono capite octavo: *Uſque adeo tum perdices, tum etiam coturnices copia libidinis gaudent, ut in aucupantes corruant, & ſæpenumero capitibus eorum reſidant.* Pint.

e *Procurrit ad pedes fœta, &c.*] Inde fictum Ariſtophani in Avib. verbum ἐκπερδικίζειν, id eſt aſtute elabi, periculumque vitare. Nam *πανοῦργον ὄρνεον πέρδιξ ἐστί.* Rhodig. c. 26. 29. *Dal.*

f *Eadem jam pavore libera ac materna vocante cura.*] Rectius: *Eadem in pavore libera, ac materna vocans.* Non enim narrat, quid perdix facere ſoleat abducto per dolum à nidis aucupe, (nam tunc volans ſe proripit) ſed quo ingenio adverſus illum alioqui utatur, cum aut non habet pullos, aut longè alio loco habet. *Gelen.*

Cap. XXXIV. *De columbis.*

1 Aves. *al.* Ab iis col. geſta ſpectantur maxime. *Parm.*

2 oſculatio. V.

3 colliquatam, *id eſt*, præmanſam. *Pint. ex Ariſt.*

4 collum. V.

1 Ab his [a] columbarum maxime ſpectantur ſimili ratione mores iidem: ſed pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. Conjugii fidem non violant, communemque ſervant domum. Niſi cœlebs aut vidua, nidum non relinquit. Et imperioſos mares, ſubinde etiam iniquos ferunt, quippe ſuſpicio eſt adulterii, quamvis natura non ſit. Tunc plenum querela guttur, ſævique roſtro ictus, mox in ſatisfactione [2] exoſculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor utrique ſobolis æqualis: ſæpe & ex hac cauſa caſtigatio, pigrius intrante fœmina ad pullos. Parturiènti ſolatia & miniſteria ex mare. [b] Pullis primo ſalſiorem terram [3] collectam gutture in ora inſpuunt, præparantes tempeſtivitatem cibo. [c] Proprium generis ejus & turturum, cum bibant, [4] colla non reſupinare, largeque bibere jumentorum modo.

Cap.

a *Columbarum maxime, &c.*] Columbam Veneri ſacram, quod libidinoſa ſit avis, Apollodorus ſcribit lib. περὶ θεῶν. Ideo vero περιστερὰν Græcis vocari ὅτι περισσῶς ἐρᾷ, interpres ejus tradit. Virgilius:

---- tum maximus heros
Maternas agnoſcit aves.

Æneæ ramum aureum optanti advolantes geminæ columbæ locum oſtenderunt ubi ſervabatur. Apud Apollon. lib. 3. Mopſus augur conſpectis iis avibus, bene ſperare jubet heroas. Quod Phineus prædixerat, placere Veneri, ut à periculoſa illa navigatione redeant. Victorius cap. 14. 3. *Dalec.*

b *Pullis primo ſalſiorem terram, &c.*] Ariſtot. lib. 9. hiſtoriar. excluſis pullis, in os mas inſpuit ὡς μὴ βασκανθῶσι, ne faſcinus officiat: Æliano vero lib. 1. de animalibus ἀπελαύνων αὐτῶν φθόνον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι᾽ ἀέρος. Livorem abigens, ne faſcinantium noceant imprecationes, Had. Jun. cap. 5. 6. Apud Ariſt. pro φροντίζει τ᾽ ἁρμοστιούσης τροφῆς, legendum ἁλμυρελξούσης. *Idem.*

c *Proprium generis ejus & turturum, cum bibant colla non reſupinare, large bibere jumentorum modo.*] Addendam puto particulam, *ni: Colla non reſupinare ni large bibère*, ut *bibere* ſit præteriti temporis. Poſtrema autem duo verba, *jumentorum modo*, Criticorum jure fungentes, familia Pliniana eximimus. Ariſtoteles libro nonô, capite ſeptimo: *Proprium columbarum, & palumbium, & turturum eſſe videtur, nec collum cum bibunt, reſupinent, ni ſatis hauſerint.* Pine.

a *Palum-*

CAP. XXXV. *De palumbibus.*

VIvere [a] palumbes ad xxx. annum, [1] aliquos ad XL. [2] habemus auctores, uno tantum incommodo unguium, eodem & argumento ſenectæ, qui circa perniciem reciduntur. Cantus omnibus ſimilis atque idem, trino conficitur verſu, [3] præterque in clauſula gemitu: hieme mutis, [4] [b] vere vocalibus. Nigidius putat, cum ova [5] incubat, ſub tecto nominatam palumbem relinquere nidos. Pariunt autem poſt [6] ſolſtitium. Columbæ [7] & turtures octonis annis vivunt.

CAP. XXXVI. *De paſſeribus.*

COntra paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par. Mares negantur anno diutius durare, argumento quia nulla veris initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. Fœminis longiuſculum ſpatium. Verum columbis ineſt quidam & gloriæ intellectus. Noſſe credas ſuos colores, varietatemque [8] diſpoſitam: quin etiam ex volatu quæritur plaudere in cœlo, [9] varieque ſulcare. Qua in oſtentatione, ut [10] vinctæ, præbentur accipitri, implicatis ſtrepitu pennis, qui non niſi ipſis pennis alarum humeris [11] eliditur, alioquin ſoluto volatu in multum [12] velociore. Speculatur [c] occultus fronde latro, & gaudentem in ipſa gloria rapit.

CAP. XXXVII. *De tinnunculo.*

OB id cum [13] iis habenda eſt avis, quæ [d] tinnunculus vocatur. Defendit enim illas, terretque.

1 reliquas & XL. *Ch.*
2 Ariſtoteles auctor eſt. *M.*
3 præterquam in clauſulæ gemitu. *V. legit*, & clauſulæ. *Ch.*
4 habere. *M. & Ch. lego*, at vere.
5 incubant. V. incubet. *Ch.*
6 ſolſtitia. *M.*
7 ut. *Ch.*
8 oppoſitu, quæ etiam in vol. creditur. *M.* creduntur. V.
9 aëremque. V.
10 victæ. *Ch.*
11 eliditur. Alioqui ſoluto volatu multo velociorem ſpeculatur. V.
12 velociores ſpeculatur. *Ch.*
13 his. *Ch.*

a *Palumbes.*] Palumbem lepide Plautus in Pœnulo vocat hominem peregrinum, ac hoſpitem, prædæ, inſidiiſque lenonis objectum, quo modo Galli *Pigeon* dicunt, & *Appigeonner*.
Nos tibi palumbem ad aream uſque adduximus,
Nunc te illum melius capere eſt, ſi captum eſſe vis.
Dalecamp.

b *Vere vocalibus.*] Auctor cap. 28. lib. 18. palumbum gemitus non niſi confecto peractoque ſolſtitio audiri ſcribit. *Idem.*

c *Occultus fronde latro.*] Columella cap. 8. lib. 8. *Idem.*

d *Tinnunculus.*] Cenchris vocatur. cap. 6. lib. 29. *Idem.*

retque accipitres naturali potentia, in tantum, ut viſum vocemque ejus fugiant. Hac de cauſa præcipuus columbis amor eorum. Feruntque, ſi in quatuor angulis [1] defodiantur [a] in ollis novis oblitis, non mutare ſedem columbas: [2] quod auro inſectis alarum articulis quæſiere aliqui, non aliter innoxiis vulneribus, multivaga alioquin ave. Eſt enim ars illis inter ſe blandiri & corrumpere alias, furtoque comitatiores reverti. Quin & internuntiæ in rebus magnis fuere, epiſtolas annexas earum pedibus obſidione Mutinenſi in caſtra Conſulum Decimo Bruto mittente. Quid vallum & vigil obſidio, atque etiam retia [b] amne prætenta profuere Antonio, per cœlum eunte nuntio? Et harum amore inſaniunt multi: ſuper tecta exædificant turres iis, nobilitatemque ſingularum & origines narrant, veteres jam exemplo L. Axius eques Romanus ante bellum civile Pompejanum denariis quadringentis ſingula paria [3] venditavit, ut M. Varro [4] tradit. Quin & patriam nobilitavere, in Campania grandiſſimæ provenire exiſtimatæ. Harum volatus in reputationem cæterarum quoque volucrum nos impellit.

1 pulli defod. V.
2 quod & & auro. *Cb.*
3 vendicavit. V.
4 tradidit. *M.*

Cap. XXXVIII. *De volatu & inceſſu avium.*

Omnibus animalibus reliquis certus & uniuſmodi, & in ſuo cuique genere inceſſus eſt: aves ſolæ vario meatu feruntur & in terra, & in aëre. Ambulant aliquæ, ut cornices: ſaliunt [5] aliquæ ut paſſeres, merulæ: currunt, ut perdices, [c] ruſticulæ: ante ſe pedes jaciunt, ut ciconiæ, grues: expandunt alas [d] pendenteſque raro intervallo quatiunt,

5 aliæ. *Cb.*

a *In ollis novis oblitis.*] Pullos ſic conditos in angulo columbarii Columella ſuſpendit. *Dalec.*

b *Amne.*] Pado. *Idem.*

c *Ruſticulæ.*] *Perdrix griſes.* Idem.

d *Pendenteſque raro intervallo quatiunt.*] Milvi. *Idem.*

tiunt, [a] aliæ crebrius, ſed & primas duntaxat pennas: [b] aliæ [1] & tota latera pandunt: quædam vero majore ex parte [c] compreſſis volant: percuſſoque ſemel aliquæ & [d] gemino ictu aëre [2] feruntur: vel ut incluſum eum prementes, [e] ejaculantur ſeſe in ſublime, in rectum, in pronum. [f] Impingi putes aliquas, aut rurſus [3] [g] ab alto cadere has, [h] illas [4] ſalire. [i] Anates ſolæ, quæque ſunt ejuſdem generis, in ſublime protinus ſeſe tollunt, [k] atque è veſtigio cœlum petunt, & hoc etiam ex aqua. Itaque in foveas quibus feras venamur, delapſæ ſolæ evadunt. Vultur, & [l] feræ graviores, niſi ex procurſu aut altiore [5] cumulo immiſſæ non evolant, cauda [6] reguntur. Aliæ circumſpectant, aliæ flectunt colla. [7] [m] Nonnullæ veſcuntur ea quæ rapuere pedibus. Sine voce non volant multæ: aut è contrario [n] ſemper in volatu ſilent. [o] Subrectæ, pronæ, obliquæ, in latera, in ora, [p] quædam & reſupinæ feruntur: ut ſi pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare videantur.

1 & totas alas tendunt. *V.*

2 feruntur velut. i. e. exprimentes Jaculantur. *V.*

3 ablati. *Ch.*

4 proſilire. *V.*

5 tumulo. *V.*

6 reguntur aliæ: circumſpectant aliæ, flectuntque colla. *V.* & *Ch.*

7 Nec nullæ. *M.* Nec ullæ veſcuntur ea quæ. *Ch.*

CAP. XXXIX. *De apodibus.*

PLurimum volant, quæ [8] apodes, quia careant uſu pedum: ab aliis cypſeli appellantur, hirundinum

8 apodes vocantur. *V.*

a *Aliæ crebrius.*] Ut Spiziæ, *Epeſviers.* Dal.

b *Aliæ & tota latera pandunt.*] Corvi. *Idem.*

c *Compreſſis volant.*] Pici. *Idem.*

d *Gemino ictu aëre feruntur.*] Carduelès. *Idem.*

e *Ejaculantur ſeſe in ſublime.*] Hirundines. *Idem.*

f *Impingi putes aliquas.*] Perdices. *Idem.*

g *Ab altere cadere has.*] Alaudæ. *Idem.*

h *Illas ſalire.*] Coturnices. *Idem.*

i *Anates ſolæ.*] Apud Nonium in Pecudes, Anates Varro *quaſſagipennas* appellat, quod veluti quaſſis pennis volent. Verba ejus ſunt, *Neque quaſſagipennas anates, tremipedas, buxeis roſtris, pecudes paluſtres, nocte nigra, ad lumina lampadis ſequens.* Idem.

k *Atque è veſtigio cœlum petunt.*] Expende an legi debeat *ſolum* potius quam *cœlum*, quia ſtatim ſequatur: *Itaque in foveas delapſæ, &c.* Pint.

l *Feræ graviores niſi ex procurſu, &c.*] Ut Grues, Otides. *Dalec.*

m *Nonnullæ veſcuntur ea, &c.*] Aquilæ. *Idem.*

n *Semper in volatu ſilent.*] Ardeæ. *Idem.*

o *Subrectæ, pronæ, obliquæ.*] Milvi, Gaviæ. *Idem.*

p *Quædam & reſupinæ feruntur.*] Ardeæ, infeſtante accipitre. *Idem.*

a *Capri-*

dinum ſpecie. Nidificant in ſcopulis. Hæ ſunt, quæ toto mari cernuntur: nec unquam tam longo naves, tamque continuo curſu recedunt à terra, ut non circumvolitent eas apodes. Cætera genera reſidunt & inſiſtunt: his quies, niſi in nido, nulla; aut pendent, aut jacent. Et ingenia æque varia, ad paſtum maxime.

CAP. XL.

De caprimulgis & plateis.

1 grandiores. *M. V.*

2 Pelecan. *Ariſt.* Platalæa, *Cicero.* Erodius. *Plutarch.*

3 excreans. V. excutiens. *Alii.* *Lego*, teſtis exuens, *quomodo & hoc Gaza apud Ariſt. tranſtulit.*

[a] CAprimulgi appellantur [1] grandioris merulæ aſpectu, fures nocturni: interdiu enim viſu carent. Intrant paſtorum ſtabula, caprarumque uberibus advolant ſuctum propter lactis: qua injuria uber emoritur, capriſque cæcitas, quas ita mulſere, oboritur. [2] Platea nominatur, advolans ad eas, quæ ſe in mari mergunt, & capita illarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem cum devoratis [b] ſe implevit conchis, calore ventris coctas evomit, atque ita ex iis eſculenta legit, [c] teſtas [3] excernens.

CAP.

a *Caprimulgi appellantur grandiores merulæ aſpectu.*] Scribendum puto permutatis verbis inſuperque caſtigatis, hoc pacto: *Caprimulgi appellantur à ſuctu, grandiores merula.* Ariſtoteles libro nono, capite XXX. *Quem caprimulgum appellant, avis montana eſt, magnitudine paulo major quam merula: fugit caprarum ubera advolans, unde nomen accepit.* Et paulo poſt Plinius: *Caprarumque uberibus advolant ſuctum propter lactis.* Pint.

b *Se implevit conchis.*] Ariſtotel. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dalec.*

c *Teſtas excernens.*] Recte qui pro *Excreans*, ut antea legebatur, *Excernens* correxerunt, ex Ariſtotele libro nono, capite decimo: & libro de admiranda auditione: ſuffragantibus etiam ambobus noſtris exemplaribus. Subit hoc loco mirari Plutarchum, ſummum alioqui & nunquam ſatis laudatum ſcriptorem, quod Ariſtoteles, Plinius, Cicero, Ælianus quintodecimo volumine De hiſtoria animalium, pelecani ſeu plateæ tribuunt, erodio aſcribentem, libro, Utra animalium ſolertiora. In ſimilem incidit lapſum & de vulpe marina loquens, quam tradit, devorato hamo ſeſe invertere, ex interioribus extera facientem, ut hamum excutiat. Nam quod de ſcolopendra marina legerat apud Ariſtotelem libro nono, & Plinius etiam repetit, ut ſuo loco viſum eſt, ipſe vulpi marinæ dat: quia videlicet de utroque animali aquatico eodem loco Ariſtoteles agit. *Pint.*

a *Villa-*

CAP. XLI. *De ingeniis avium.*

[a] VIllaribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ovo, [b] excutiuntque ſeſe, & circumactæ purificant, ac [c] feſtuca aliqua ſeſe, & ova luſtrant.

CAP. XLII.

De carduele, & pſittaco, & avibus quæ loquuntur.

MInimæ avium cardueles imperata faciunt, nec voce tantum, ſed pedibus & ore pro manibus. [1] Eſt quæ boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro taurus appellata, alioquin parva. Eſt quæ equorum quoque hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo adventu eorum pulſa [2] imitatur, ad hunc modum ſe ulciſcens. [3] [d] Super omnia humanas voces [4] reddunt, pſittaci quidem etiam ſermocinantes. India hanc avem mittit, [5] ſittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit verba, pronuntiat: in vino præcipue laſciva. Capiti ejus duritia eadem, quæ roſtro. [6] Hoc, cum loqui diſcit, ferreo verberatur radio: non ſentit aliter ictus. Cum devolat, roſtro ſe excipit, illi innititur, levioremque ſe ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, [e] ſed expreſſior loquacitas, certo generi picarum eſt.

1 eſt quæ, *in M. d.*

2 imitatur, equumque fugat advolans ad hunc, *ex Ariſt.*

3 *Ch. hinc novum caput orditur.*

4 reddunt pſittaci: quidam, etiam. *Pint.* pſittaci, & quidem ſermocinantes. V.

5 ſeptagen. *Ch.*

6 Hæc. *M.*

a *Villaribus gallinis & religio ineſt.*] Ariſtoteles non villaticis duntaxat gallinis hoc tribuit, ſed omnibus. Neque vocem Latinam receptamque exiſtimo eſt *Villares* à villa, ſed *Villaticus*: qua & M. Varro & Columella & cæteri utuntur. Ariſtoteles libro ſexto capite ſecundo: *Inhorreſcunt à coitu, ac ſe excutiunt. Sæpe etiam feſtuca aliqua ſeſe luſtrant, quod idem & edito ovo interdum faciunt.* Pint.

b *Excutiuntque ſeſe.*] Theophr. fragmento περὶ τῶν ζώων λεγομένων φθονεῖν. *Dalec.*

c *Feſtuca aliqua ſeſe & ova luſtrat.*] Περιαγνισμὸν vocat Plutarchus. *Idem.*

d *Super omnia humanas voces, &c.*] Legend. *Super omnia humanas voces reddunt pſittaci: quidam etiam ſermocinantes. India, &c.* Salmaſ. pag. 1013. b.

e *Sed expreſſior loquacitas, &c.*] In hac re memoratu digna recitatur à Plutarcho hiſtoria lib. de Animal. prudent. quam Victorius Latine reddidit c. 14. 9. de pica, quæ Romæ in officina tonſoris, ad Græcoſtaſin, tubarum cantum imitari didicit. *Dalec.*

eſt. Adamant verba quæ loquantur. Nec diſcunt tantum, ſed diligunt: meditanteſque intra ſemet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. Conſtat emori victas difficultate verbi, ac niſi ſubinde eadem audiant, memoria falli: [1] quærentes mirum in modum hilarari, ſi [2] interim audierint id verbum. Nec vulgaris iis forma, quamvis non ſpectanda. Satis illis decoris in ſpecie ſermonis humani eſt. Verum addiſcere alias negant poſſe, quam quæ ex genere earum ſunt, quæ glande veſcantur: & inter eas facilius, quibus quini [3] ſunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipſas, [4] niſi primis duobus vitæ annis. [5] Latior iis eſt lingua: omnibuſque in ſuo cuique genere, quæ ſermonem imitantur humanum: quanquam id pene in omnibus contingit. Agrippina [6] conjux Claudii Cæſaris turdum habuit (quod nunquam [7] ante) imitantem ſermones hominum, cum hæc proderem. [a] Habebant & Cæſares juvenes ſturnum, item luſcinias, Græco atque Latino ſermone dóciles: præterea meditantes in diem, & aſſiduè nova loquentes longiore etiam contextu. Docentur ſecreto, & ubi nulla alia vox miſceatur, aſſidente qui crebro dicat ea, quæ condita [8] velit, ac cibis blandiente.

1 quærenteſque. V.
2 iterum. M. V.
3 ſint. Ch.
4 niſi in V. d.
5 Latiores linguæ omnibus in ſuo. M. Pint
6 conjux, in Ch. d.
7 autem. Ch.
8 velit addivis. Tolet. velit addiſci, alioqui balbutiente. Pint. velit aliquo. Salm. Lego, ac cibo, velit ediſci, aliquo blandiente. V. velit addiſci aliquo. Parm.
9 atteſtata, non ſolum conſcia. V.

CAP. XLIII. *De corvorum intelligentia.*

Reddatur & corvis ſua gratia, indignatione quoque populi Romani [9] teſtata, non ſolum conſcientia. [b] Tiberio principe ex fœtu ſupra Caſtorum

a *Habebant & Cæſaris juvenes ſturnum.*] Papinius in Sylvis:

---- plangat Phœbeius alas
Auditaſque memor penitus dimittere voces
Sturnus, & Aonio verſæ certamine picæ:
Quique refert jungens iterata vocabula perdix,
Et quæ Biſtonio queritur ſoror orba cubili.

Ubi etiam Perdicem inter vocales referri audis. Et vero Plutarchus in Sympoſiacis ſermonem hominum diſcere Perdicem ſcripſit, ut & Athenæus, qui Ariſtomenem Athenienſem, Adriani libertum, appellatum ideo ſcribit A'πηγοπίροδηχα. quod eſſet hiſtrio veteris comœdiæ. *Dalec.*

b *Tiberio principe.*] Vide Macrob. l. 3. Saturn. *Idem.*

a *Funuſ-*

ſtorum ædem [1] genitus pullus, in [2] oppoſitam ſutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is mature ſermoni aſſuefactus, omnibus matutinis evolans in [3] roſtra, in forum verſus, Tiberium, dein Germanicum & Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntem populum Rom. ſalutabat, poſtea ad tabernam remeans, plurium annorum aſſiduo officio [4] mirus. Hunc ſive æmulatione [5] vicinitatis manceps proximæ ſutrinæ, ſive iracundia ſubita, ut voluit videri, excrementis ejus [6] impoſita calceis macula, exanimavit tanta plebei conſternatione, ut primo pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit, [a] funuſque innumeris aliti celebratum exequiis, conſtratum lectum ſuper Æthiopum duorum humeros, præcedente tibicine, & coronis omnium generum, ad rogum uſque, qui conſtructus dextra viæ Appiæ ad ſecundum lapidem, in campo [7] Rediculi appellato, fuit. Adeo ſatis juſta cauſa populo Romano viſa eſt exequiarum, ingenium avis, aut ſupplicii de cive Romano, in ea urbe, in qua multorum principum nemo [8] duxerat funus. Scipionis vero Æmiliani poſt Carthaginem Numantiamque deletas [9] ab eo, nemo vindicaverat mortem. Hoc geſtum M. Servilio, C. Ceſtio Coſſ. ad v. Kalend. April. Nunc quoque erat in urbe Roma, hæc prodente me, equitis Rom. cornix [10] è Bœtica, primum colore mira admodum nigro, deinde plura contexta verba exprimens, & alia atque alia crebro addiſcens. [b] Necnon & recens fama

1 genito. *Ch.*
2 appoſitam. M.
3 roſtra forum verſus. V.
4 meritus. M.
5 incitatus. V.
6 poſita. M. V *&* *Ch.*
7 Ridiculi. *Parm.* ridiceuli. *Ch.*
8 deduxerat. M. V. *&* *Ch.*
9 ab eo, *Pint. delet.*
10 à. *Tol. Pint.*

a *Funuſque innumeris aliti celebratum exequiis.*] Legendum forte, *Funuſque in humeris aliti celebratum.* Nam verbum ſequens *Exequiis*, adjectum reor ab eo qui *Innumeris* legebat, non *In humeris.* Statim enim ſequitur, *Super Æthiopum duorum humeros.* Pint.

b *Nec non & recens fama, &c.*] Lege: *Nec non & recens fama Crateri Monocerotis cognomine in Ereſia regione Aſia corvorum opera venantis, eo quod devehebat in ſilvas eos inſidentes corniculo humeriſque,* per cornicula palam eſt intelligi galeæ cornua quibus inſidebant corvi. atque inde monoceros cognomen habuiſſe videtur ille Craterus ab unico galeæ corniculo. Et pro *Erizena* leg. *Ereſia*, ab Ereſo urbe Lesbi inſulæ. Vide *Salmaſ.*

a Nec

[1] Trœzena. V. [2] venantis. Equo deveh. M. confidentes humeris. Atqui corniculos (*cuniculos*) illi veſtitabant. V. [3] inſidentes. *Ch.* [4] aquam dabat. M. [5] quantum potui. M. quæ poturo. V.

fama Crateri Monocerotis cognomine, in [1] Erizena regione Aſiæ corvorum [2] opera venantis, eo quod devehebat in ſilvas eos [3] confidentes corniculis humeriſque: illi veſtigabant agebantque, eo perducta conſuetudine, ut exeuntem ſic comitarentur & feri. Tradendum putavere memoriæ quidam, viſum per ſitim lapides congerentem in ſitulam monumenti, in qua pluvia [4] aqua durabat, ſed quæ attingi non poſſet: ita deſcendere paventem expreſſiſſe tali congerie, [5] quantum poturo ſufficeret.

CAP. XLIV. *De Diomedeis avibus.*

[6] & eis. V. & Ch. [7] candidas. M.

[a] NEc Diomedeas prætеribo aves: Juba catarractas vocat, [6] eis eſſe dentes, oculoſque igneo colore, cætero [7] candidis tradens. Duos ſemper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere. Scrobes excavare roſtro, inde crate conſternere, & operire terra, quæ ante fuerit egeſta: in his fœtificare. Fores binas omnium ſcrobibus: orientem ſpectare, quibus exeant in paſcua: occaſum quibus redeant. Alvum exoneraturas ſubvolare ſemper, & contrario flatu. Uno hæ in loco totius orbis viſuntur, in inſula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo atque delubro, [b] contra Apuliæ oram fulicarum ſimiles. Advenas barbaros clangore infeſtant, Græcis tantum adulantur, miro diſcrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes: ædemque eam quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atque purificant: unde origo fabulæ, Diomedis ſocios in earum effigies mutatos.

CAP.

a *Nec Diomedeas, &c. oculoſque igneo colore, &c.*] Scribe: *& eis eſſe dentes oculoſque igneos, colore cetero candidas tradens.* quod catarractas ait Plinius Jubæ vocari, id epitheton omnium eſſe poſſit rapacium & impeteiarum avium. *Salmaſ.* p. 92. *Nec Diomedeas præteribo aves.*] Ariſt. *Charadrios* in inſula una ex Diomedeis, mari Adriatico, quam vocant *Santa Maria de Tromiti*, nunc Artenæ vocantur. *Dalec.*

b *Contra Apuliæ oram.*] Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσ. *Idem.*

a πτε

CAP. XLV. *Quæ animalia nihil diſcant.*

NOn omittendum eſt, cum de ingeniis diſſerimus, è volucribus hirundines eſſe indociles, è terreſtribus mures: cum elephanti juſſa faciant, leones jugum ſubeant, in mari vituli, totque piſcium genera miteſcant.

CAP. XLVI. *De potu avium.*

BIbunt aves [1] ſuctu, ex his quibus longa colla, intermittentes, & capite reſupinato velut [2] infundentes ſibi. Porphyrio ſolus morſu [3] bibit. Idem eſt proprio genere, omnem cibum aqua ſubinde tingens, deinde pede ad roſtrum, veluti manu, afferens. Laudatiſſimi in Comagine. Roſtra iis & prælonga crura rubent.

1 ſuctu cæteræ & ex iis. V. cæteræ. Sed ex iis. *Parm.*
2 infundentib. *Ch.*
3 bibit, idem è proprio. *M.* Lege, idem proprio. Idem è pr. *Parm.*

CAP. XLVII.

De himantopode, & onocrotalis, & de peregrinis avibus.

HÆc quidem & [4] himantopodi, multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Naſcitur in Ægypto. Inſiſtit ternis digitis. Præcipue ei pabulum muſcæ. Vita in Italia paucis diebus. Graviores omnes [a] fruge veſcuntur, altivolæ carne tantum. Inter aquaticas mergi [5] ſoliti ſunt devorare, quæ cæteræ reddunt. Olorum ſimilitudinem onocrotali habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius [6] uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut ſit capacitas. Mox perfecta rapina, ſenſim inde in os reddita, [7] in veram alvum ruminantis [8] modo refert. Gallia hos ſeptentrionali proxima Oceano mittit. [b] In Hercynio Germaniæ ſaltu inuſi-

4 hæmatopodi. V. emantopodi. *Ch.*
5 ſolita ut devoravere. *Ch.*
6 ventris. *D.*
7 inferam in alvum. *Parm.*
8 more fertur. *M.* modo defert. V.

a *Fruge veſcuntur.*] Σπερμολόγοι. *Dalec.*

b *In Hercynio Germaniæ, &c.*] Lege: *In Hercynio Germaniæ ſaltu inviſitata genera alitum accep.* minus rectè legitur *inuſitata*, quod verbum & aliis locis pro illo poſitum frequens occurrit. *Salmaſ.* 230. a.

1 inviſitata. Ch. [a] [1] inuſitata genera alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus: in cæteris nihil præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit.

Cap. XLVIII.

De multarum avium nominibus & natura.

PHalerides in Seleucia Parthorum, & in Aſia aquaticarum laudatiſſimæ: rurſus Phaſianæ in Colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt ſubriguntque. Numidicæ in parte Africæ Numidia, [2] omneſque jam in Italia. [b] Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe, Apicius docuit, nepotum omnium altiſſimus gurges. Attagen maxime Ionius [3] celebratur, vocalis alias, captus vero obmuteſcens, quondam [4] extimatus inter raras aves. Jam & in Gallia Hiſpaniaque capitur, & per Alpes etiam, ubi & phalacrocoraces aves, Balearium inſularum peculiares: ſicut Alpium pyrrhocorax, luteo [5] roſtro: & præcipuo ſapore lagopus: [6] pedes leporino villo nomen ei hoc dedere, cætero candidæ, columbarum magnitudine. Non extra [7] terram eam veſci facile, quando nec [8] viva manſueſcit, & corpus occiſæ ſtatim marceſcit. [c] Eſt & alia nomine eodem, à coturnicibus magnitudine tantum differens, croceo tinctu cibis gratiſſima. Viſam in Alpibus ab ſe peculiarem Ægypti ibin M. Egnatius Calvinus præfectus earum prodidit.

2 omnique. V.
3 celeber. M.
4 exiſtimatus. M. æſtimatus. Pint.
5 roſtro niger &c. M. roſtro niger & præcipuo. Ch.
6 pedes leporini villi nomen hoc. M.
7 terram, in qua naſcitur, eam. V.
8 vita. Ch.

Cap.

a *Inuſitata genera alitum accepimus.*] Eæ ſunt Garruli Boëmici Geſneri, quorum pennæ in ſumma cauda luteæ, in extremis pennis cocco nitentes, ſubluſtri nocte lucent. *Dalec.*

b *Phœnicopteri linguam, &c.*] Vide Suetonium in Caligula, Spartianum in Heliogabalo. *Idem.*

c *Eſt & alia nomine eodem.*] Alpinis, *Gelabre.* Idem.

a Venere

CAP. XLIX. *De novis avibus & fabuloſis.*

[a] VEnêre in Italiam [b] Bebriacenſibus bellis ci-
vilibus trans Padum & [c] novæ aves (ita enim
adhuc vocantur) turdorum ſpecie, paulum infra co-
lumbas magnitudine, ſapore gratæ. Baleares inſu-
læ nobiliorem etiam ſupra [1] dicto porphyrionem 1 dictis. V.
mittunt. Ibi & buteo accipitrum generis in honore
menſarum eſt: item vipiones: [2] ſic enim vocant 2 ſic vocant. M.
minorem gruem. Pegaſos equino capite volucres,
& [3] [d] gryphas [4] aurita aduncitate roſtri fabuloſos 3 grypas. Ch.
reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia. [e] Equidem 4 auritos. V.
& tragopanadem, de qua plures affirmant; majo-
rem aquila, cornua in temporibus curvata haben-
tem, ferruginei coloris, tantum capite phœniceo.
Nec Sirenes impetraverint fidem: licet [5] affirmet 5 affirmet licet Dinon. M.
Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India
eſſe: mulcerique earum cantu, quos gravatos ſomno 6 lacerant. V.
[6] lacerent. Qui [7] credit iſta, & Melampodi pro- 7 credat. Ch.
fecto [8] aures lambendo, dediſſe intellectum avium 8 augures. Ch.
ſermonis dracones non [9] abnuet: vel quæ Democri- 9 abnuat. Ch.
tus

a *Venere in Italiam Bebriacenſ. bellis civil. trans Padum & novæ aves, &c.*] Loquitur de Bello civili Othoniano, quod cladem ad Bebriacum Galliæ Ciſalpinæ oppidum, Bebriacenſe nominat. Cæterum aves ipſæ *novæ* appellatæ ſunt, cum recens adveniſſent, ac deinde appellatio manſit, etiam poſt multos annos ab earum adventu. id quod ſatis indicare poterat vel titulus capitis, *De novis avibus.* Gelen.

b *Bebriacenſibus.*] Bebriacum, vicus ſitus inter Cremonam & Veronam, vulgo *Labina*, ad quem Othonianos Vitelliani ſuperarunt. Sueton. in Othone. Tacitus lib. 18. In exemplaribus Tranquilli manuſcriptis, *Betriacum*, ſive *Bretiacum* legitur. Apud Plutarchum in Othone, *Betriacum.* Turn. cap. 36. 24. Huc pertinent Juvenalis verſus, Sat. 2.

Et curare cutem ſummi conſtantia civis,
Bebriaci in campo ſpolium affectare palati.

Onuphrius in ſua Roma Bebriacum Hoſtiliam vocari, propinquum Veronæ pagum. *Dalec.*

c *Novæ aves.*] Turdi montani. Caryocatactæ Geſnero. *Idem.*

d *Gryphas.*] Gryphum meminerunt Solinus, Pauſanias in Arcadicis, Ælianus ex Cteſia, Philoſtratus in vita Apollonii. Pegaſos ſcribit Solinus præter aures nihil equinum habere. *Idem.*

e *Equidem & tragopanadem.*] Lege: *Equidem & Tragopanem, quem plures affirmant majorem aquila* Salmaſ. p. 399, a. *Equidem & tragopanadem.*] Lege: *Tragopana.* Nomen impoſitum, quia Pan cornutus. Pomponio Melæ aves illæ dicuntur *Tragopomones.* Solino avis Æthiopica cornibus arietinis armato capite. Ab hirco quidam dictam volunt. *Dalec.*

tus tradit, nominando aves, quarum confuſo ſanguine ſerpens gignatur: quem quiſquis ederit, intellecturus ſit alitum colloquia: quæque de una ave galerita privatim commemorat, etiam ſine his immenſa vitæ ambage circa auguria. Nominantur ab Homero [a] ſcopes, avium genus: neque harum ſatyricos motus, [1] cum inſident, pleriſque memoratos facile conceperim mente: neque ipſæ jam aves [2] naſcuntur. Quamobrem de confeſſis diſſeruiſſe præſtiterit.

1 cum aſſidieutur plerique. *Ch.* cum incedunt. *V.*
2 noſcuntur. *Alii.*

CAP. L.

Quis gallinas farcire inſtituerit. De aviariis, & quis ea primus inſtituerit.

[b] GAllinas ſaginare Deliaci cœpere: unde peſtis exorta, opimas aves & ſuopte corpore unctas devorandi. [c] Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum invenio jam [d] lege C. Fannii Cos.

a *Scopes.*] Homeri verſus eſt:
Σκῶπές, ἰρηκές τε, τανύγλωσσοί τε κορῶναι,
Odyſſ. lib. ε, σκῶπας, vel ut Ariſt. Alexander Myndius & alii plerique κῶπας, vocarunt, quaſi, σκαιὰν ὄπα, id eſt, ἀτερπῆ φωνὴν ἔχοντας. Tyranion, tanquam σκιῶπας, ὅτι ἐν σκιᾷ ἔχουσιν ὄπα, quoniam in tenebris canunt. Rhodig. cap. 14. lib. 12. aut quod varia geſticulatione tanquam irridendo, (σκώπτοντες) venatorum & ſpectatorum motus imitentur. Callimachus dici vult, ὅτι φωνὴν ἀφιᾶσιν ἐπισκώπτουσαν, quaſi auribus illudentem, nempe ingratam & injucundam: κόβαλος, inquit Ariſt. καὶ μιμητὴς ἀντορχούμενος ἁλίσκεται, ludificator, & imitator contra ſaltando capitur. Vide quod not. eſt c. 11. lib. 35. *Dalec.*

b *Gallinas ſaginare Deliaci cœpere.*] Cicero 2. Academicarum: *Videſne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures ſalvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæſtus cauſa ſolerent. Hi cum ova inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant.* Petronio Arbitro, *Deliaci gallinarum curatores. Molles, veteres, Deliaci, manu reciſi*, id eſt, caſtrati. *Scal.* Vide Varr. c. 9. 3. Columel. *Idem.*

c *Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum invenio.*] In exempl. Tol. non *Cœnarum* legitur, ſed *Eranon.* Dictio eſt Græca, ſignificans quod à ſingulis amicis contribuitur ad cœnam, conviviumve celebrandum. Nec memini me alibi in Plinio eam aliove Latino auctore legere. *Pint.*

d *Lege C. Fannii Cos.*] Lege Fannia permittebatur ludis Romanis, plebeiis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus, in dies ſingulos centum æris inſumi, decem aliis diebus ſingulorum menſium tricenos, cæteris omnibus, deno s. C. Fannio & M. Val. Meſſala Coss. factum eſt Senatuſconſultum, ut civitatis principes ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitantes, id eſt, mutua convivia agitantes, verbis conceptis jurarent apud conſules,

Coſ. XI. annis ante tertium Punicum bellum, ne quid [1] volucrum [2] poneretur præter unam gallinam, quæ non eſſet altilis: quod deinde caput tranſlatum, [a] per omnes leges ambulavit. Inventumque diverticulum eſt, [3] in fraude earum [b] gallinaceos quoque paſcendi [4] lacte madidis cibis: multo ita gratiores approbantur. Fœminæ quidem ad ſaginam non omnes eliguntur, nec niſi in cervice pingui cute. Poſtea culinarum artes, ut clunes ſpectentur, [5] [c] ut dividantur in tergora, [6] ut à pede uno dilatatæ repoſitoria occupent. Dedêre & Parthi cocis ſuos mores. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet: hic clune, alibi pectore tantum laudatis. Aviaria primus inſtituit, incluſis omnium generum avibus, [d] M. Lælius Strabo Brundiſii equeſtris ordinis. Ex eo cœpimus carcere anima-

1 volucre. *Ch. Fulv. Urſin. app. Ciacc. p.* 94.
2 proponeretur. *M.*
3 fraudem. *M.*
4 lacte addito: multo &c. *M.* lacte addito cibis. *V.*
5 ut divaricentur. *Alii*, diſtendantur.
6 & à pede una. *Alii*, ut à pede imo.

ſules, in ſingulas cœnas ſumptus ſe amplius facturos non eſſe, quam centenos vicenoſque æris, præter olus, far, vinum: vinoque patrio ſe uſuros, non alienigena, argentique in convivio plus pondo, quam libras centum, non illaturos. Sigonius ex Gellio. Macrobius ex Gellio hiſtoriographo tradit, Fanniam legem latam fuiſſe anno ab urbe condita 88. eique ſimilem fuiſſe Orchiam, qua cœnantium numerus cohibebatur. *Dalec.*

a *Per omnes leges ambulavit.*] Inter omnes alias leges ſumptuarias, poſtea diverſis temporibus publicatas, ſumptuariæ leges fuerunt Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Antia, Julia. de quibus Alex. ab Alexand. c. 11. lib. 3. *Idem.*

b *Gallinaceos quoque paſcendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores approbantur.*] Neutrum ex ſcriptis exemplaribus, ullumve (quod ſciam) ex impreſſis hoc verbum *Madidis* agnoſcit, ſed *Lacte additis cibis*, legunt. Romana impreſſio & aliæ, *Lacte addito cibis.* In Salmanticenſi exemplari verbum *Cibis* non habetur, recte ut ſentio. Ad hunc igitur modum legendum cenſeo hunc locum, *Gallinaceos quoque paſcendi lacte, addito mulſo. Ita gratiores approbantur.* Plinius ſupra cap. 22. de jecore anſerino: *Exemptum quoque lacte mulſo augetur.* Et Columella libro octavo, capite ſeptimo: *Jam illi qui volunt non ſolum opimas, ſed etiam teneras aves facere, mulſa recente aqua prædicti generis farinam conſpargunt, & ita farciunt.* Heron quoque Georgici volumine XIV. anſeres melicrato ſaginari tradit. *Pint.*

c *Ut dividantur in tergora.*] Juvenalis Satyr. 5.

---- Nec minimo ſane diſcrimine refert,
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.

Seneca ad Lucil. *Alius pretioſas aves ſcindit, & per pectus & clunes certis ductibus circunferens eruditam manum, in fruſta excutit.* Dalec.

d *M. Lælius Strabo.*] Videtur legendum, *Lenius*, non *Lælius.* Varro libro tertio, capite quinto: *In quo*, inquit, *diceris longe viciſſe non modo archetypum inventoris noſtri ornithotrophion M. Lenii Strabonis, qui Brundiſii hoſpes noſter primus in periſtylo habuit exhedra concluſas aves quas paſceret.* Et ſupra capite proximo. *Pint.*

animalia coërcere, [1] [a] quibus natura cœlum aſſignaverat.

1 quib. rebus naturæ. *Ch.*

Cap. LI. *De Æſopi patina.*

[b] Maxime tamen inſignis eſt in hac memoria, [c] Clodii Æſopi tragici hiſtrionis [d] patina, [2] ſexcentis H-S. taxata: in qua poſuit aves cantu aliquo aut humano ſermone vocales, [3] nummis [4] ſex ſingulas coëmptas: nulla alia inductus ſuavitate, niſi ut in his imitationem hominis manderet, ne quæſtus quidem ſuos reveritus illos opimos & voce meritos: dignus prorſus filio, à quo devoratas [e] diximus margaritas. [5] Non ſit tamen (ut verum fatear) facile inter duos judicium turpitudinis: [6] [f] niſi quod minus eſt, ſummas rerum naturæ opes, quam [7] hominum linguas, cœnaſſe.

2 centum H-S. *ex auctore c.* 12. *lib.* 35. *hoc eſt*, 15000. *aureis.* Budæus.
3 in his VI. ſing. *Ch.* millib. V. *ex Bud.*
4 Sexcentis. *Hott. de re num. pag.* 258.
5 Non ſic tamen ut verum facere inter. *Ch.*
6 ſed quidem minus eſt. V.
7 Avium. *V. ut & Hott, ex ingenio, de re num. pag.* 259.

Cap. LII.

De generatione avium, & præter aves quæ quadrupedes ova pariant.

Generatio avium ſimplex videtur eſſe, cum & ipſa ſua habeat miracula, [g] quoniam & quadrupe-

a *Quibus natura cœlum aſſignaverat.*] Ambo noſtra exemp. *Quibus rebus natura cœlum aſſignaverat.* Scribo: *Quibus rerum natura cœlum aſſignaverat.* Diximus & alibi familiare Plinio eſſe jungere duo hæc verba, *rerum natura*: ut in fine capitis ſequentis: *Summas rerum naturæ opes.* & paſſim tibi exempla occurrent. *Pint.*

b *Maxime tamen inſignis eſt, &c.*] Lege: *Maxime tamen inſignis eſt in hac memoria Clodii Æſopi patina C. ſeſtertiis taxata, in qua poſuit aves cantu aliquo aut humano ſermone vocales*, IIS. VI. *ſingulas coëmptas.* Sex autem ſeſtertia, ut notum eſt, ſunt ſex millia nummum, hoc eſt, aurei noſtri centum & quinquaginta. diverſum itaque patinæ ipſius manupretium fuit, diverſum avium pretium quæ in ea patina appoſitæ ſunt. *Salmaſ.* Tertull. pall. 457.

c *Clodii Æſopi.*] De Æſopi filio id narrat Val. c. 1. lib. 9. *Dalec.*

d *Patina.*] Macrobius lib. 3. Saturnal. *Idem.*

e *Diximus.*] Lib. 9. cap. 35. *Idem.*

f *Niſi quod minus eſt ſummas rerum naturæ opes quam hominum linguas cœnaſſe.*] Utrunque exemplar, *Si quod minus eſt ſummas, &c.* Scribendum puto, *Si quidem minus eſt ſummas rerum naturæ opes, quam avium linguas cœnaſſe? Avium* namque non *Hominum* lego, cum nota etiam interrogationis ducentis ad negationem. *Pint.*

g *Quoniam & quadrupedes ova gignunt.*] Commodior lectio archetypi Toletani, *Quin & quadrupedes ova gignunt.* Idem.

a *Ova*

drupedes [a] ova gignunt, chamæleontes, lacertæ, & quæ diximus [1] inter ſerpentes. [b] Pennatorum autem infœcunda ſunt, quæ aduncos habent ungues: cenchris ſola ex his ſupra quaterna edit ova: tribuit hoc avium generi natura, ut fœcundiores eſſent fugaces earum, quam fortes. Plurima pariunt ſtruthiocameli, gallinæ, perdices, [c] ſali. Coitus avibus duobus modis: fœmina humi conſidente, ut in gallinis: aut ſtante, ut in gruibus. Ovorum alia ſunt candida, ut columbis, perdicibus: alia pallida, ut aquaticis: [2] [d] alia punctis diſtincta, ut [3] meleagridi: alia rubri coloris, ut phaſianis, cenchridi. Intus autem omne ovum volucrum bicolor. Aquaticis [e] lutei plus quam albi, idque ipſum magis [4] luridum quam cæteris. Piſcium [5] unus color, [f] in quo nil candidi. Avium ova ex calore fragilia, ſerpentium ex frigore [6] lenta, piſcium ex liquore mollia. Aquatilium rotunda, reliqua fere faſtigio [7] cacuminata. Exeunt à rotundiſſima ſui parte dum pariuntur molli putamine, ſed protinus dureſcente, quibuſcunque emergunt portionibus. [g] Quæ oblonga ſint

1 Item. *Ch.*

2 *Alii locum hunc ita ex Ariſt. legunt*, Alia punctis diſtincta, ut meleagridi, & Phaſianis: alia rubri coloris, ut cenchridi.

3 meleagridum. *Ch.*

4 lividum. *Parm.* alveum. *Alii.*

5 unicolor, in quo plus. *Pint. ex Ariſt. c.* 10. *lib.* 6. *hiſt.*

6 levia. *Ch.*

7 cacuminata exeunt, &c. ſui parte. Dum, &c. *M.*

a *Ova gignunt.*] Ennius,

Ova parire ſolet genus pennis condecoratum,

Non animas.

ἀρχαϊκῶς pro *animans*. Scalig. in Feſtum voce, commentans. *Dalec.*

b *Pennatorum infœcunda ſunt quæ aduncos habent ungues. Cenchris ſola, &c.*] Eam eſſe voluit, quam *Tinnunculi* nomine alibi idem Plinius appellat, columbis amicam avem. Non ſanè id mirum in Plinio, ut diverſas nominibus aves faciat, quæ reapſe eædem ſunt, quia neſcivit Tinnunculum & Cenchrida eſſe eaſdem. *Salmaſ.* 340. a.

c *Sali.*] Ægillii. *Dalec.*

d *Alia punctis diſtincta, ut meleagridi: alia rubri coloris, ut phaſianis, cenchridi.*] Scribendum alio ordine, & aliis verbis: *Alia punctis diſtincta, ut meleagridum & phaſianorum: alia rubri coloris, ut cenchridi.* Ariſtoteles libro ſexto, capite ſecundo. *Differunt & colore & inter ſe ova avium. Sunt enim alia candida, ut columbarum & perdicum: Alia pallida, ut paluſtrium: Alia punctis diſtincta, ut meleagridum & phaſianorum. Rubrum cenchridis eſt, modo minii.* Pint.

e *Lutei pluſquam albi.*] Τὸν λήκυθον, καὶ τὸ χρυσοῦν Græci vocant. *Dal.*

f *In quo nil candidi.*] Imo, *In quo plus candidi*, ſi Ariſtoteli credimus lib. 6. cap. 10. *Ovum*, inquit, *piſcium non bicolor ut avium, ſed unicolor omnium eſt, & plus albi trahens quam lutei, tam ante quam poſtea cum fœtus inſidet.* Nec tamen pœnitenda eſſet lectio, pro *In quo nil candidi*, *Æquabili candido.* Idem tertio De generatione animalium, capite primo: *Quam ob rem omnia piſcium ova unicolora ſunt: atque ad lutea, candida, ad candida, lutea eſſe dixeris.* Pint.

g *Quæ oblonga ſint ova, &c.*] Horat. Sermon.

ſint ova, gratioris ſaporis putat Horat. Flaccus. [a] Fœminam edunt, quæ rotundiora gignuntur, reliqua marem. Umbilicus ovis à cacumine ineſt, ſeu gutta eminens in putamine.

CAP. LIII.

De ovorum generatione, incubatu avium, & coitu.

[b] QUædam omni tempore coëunt, ut gallinæ, & pariunt præterquam duobus menſibus hiemis brumalibus. Ex iis [1] juvencæ plura, quam veteres, ſed minora & in eodem fœtu prima ac noviſſima. Eſt autem tanta fœcunditas, ut aliquæ & ſexagena pariant, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur. [c] Hadrianis laus maxima. Columbæ decies anno pariunt, quædam & undecies: in Ægypto [2] etiam brumali menſe. Hirundines & merulæ, & palumbi, & turtures bis anno pariunt: cæteræ aves fere ſemel. Turdi in cacuminibus arborum luto [3] nidificantes, [d] pene contextim in ſeceſſu generant. [e] A coitu x. diebus

1 juvenes. *Pint. ex M.*

2 vero etiam. *Cb.*

3 nidos ædificantes. *Pint. ex M.*

Sermon. 2. Satyr. 4.

Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis,
Ponere, namque marem cohibent colloſa vitellum. Dalec.

a *Fœminam edunt, &c.*] Idem Columella lib. 1. *Cum deinde*, inquit, *volet aliquis quam plurimos mares excludi, longiſſima quæque & acutiſſima ova ſubjiciet, & rurſus, cum fœminas, rotundiſſima.* Contra Ariſt. in hiſtor. εἶναι τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν θήλεα, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ ἄρρενα: qua in re multa philoſophatur Albertus Rhodig. cap. 17. 27. Ad hunc locum parum ſpectat, quod ex præparandi varietate, medici ova dicunt ῥοφητὰ, τρομητὰ ſeu ἁπαλὰ, πεπηγισὰ, πνικτά. Item quod apud Græcos inter bellaria, quæ τραγήματα, ἐπιδείπνιδας, ἐπιδορπίσματα, μεταδόρπια, ἐπιφορήματα, ἐπίκλεια, ἐπιτραπέζιματα vocant, ova fuerunt: apud Romanos prima menſa apponebantur. Unde proverbium: *Ab ovo uſque ad malum.* Rhod. ibidem. Brodæus c. 25. 3. *Idem.*

b *Quædam omni tempore coëunt, ut gallinæ, & pariunt, præterquam duobus menſibus hiemis brumalibus.* Scribendum mutato verborum ordine, *Quædam omni tempore coëunt & pariunt, ut gallinæ, &c.* Ariſtoteles libro ſexto, capite primo: *Aves autem ova pariunt omnes, ſed tempus coëundi pariendive non idem eſt omnibus: quippe cum alia coëant & pariant omni fere tempore, ut gallina, ut columba. Gallina enim toto anno, præterquam duobus menſibus brumalibus, parit.* Pint.

c *Hadrianis laus maxima.*] Pumilis, nanis, proximo ſequenti cap. 56. *Dalec.*

d *Pene contextim.*] Opere continuato, ut quaſi nidorum quædam catena videatur. Ariſt. cap. 1. lib. 6. hiſt. *Idem.*

e *A coitu x. diebus ova matureſcunt in utero.*] De gallinis tantum id Ariſt. cap. 2. lib. 6. hiſt. *Idem.*

a *Omni-*

diebus ova matureſcunt in utero. [1] Vexatæ autem gallinæ & columbæ penna evulſa, aliave ſimili injuria, diutius. [a] Omnibus ovis medio vitelli parva ineſt velut ſanguinea gutta, quod eſſe cor avium exiſtimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ovo [2] certe gutta ſalit, palpitatque. Ipſum animal [b] ex albo liquore ovi corporatur. Cibus ejus in [3] luteo eſt. Omnibus intus caput majus toto corpore: oculi compreſſi capite majores. Increſcente pullo, candor in medium vertitur, luteum circumfunditur. Viceſimo die, ſi moveatur ovum, jam viventis intra putamen vox auditur. Ab eodem tempore plumeſcit, ita poſitus, ut caput ſupra dextrum pedem habeat, dextram vero alam ſupra caput. Vitellus paulatim deficit. [c] Aves omnes in pedes naſcuntur, contra quam reliqua animalia. Quædam gallinæ [4] omnia gemina ova pariunt, & geminos interdum excludunt, ut Cornelius Celſus

auctor

1 Vexatis. *M. Ch.*

2 certe ea ſalit. *Pint. ex M.*

3 luto *Ch.*

4 omnia, *in M. 4.*

a *Omnibus ovis medio vitelli parva ineſt veluti ſanguinea gutta, quod eſſe cor avium exiſtimant, primum in omni corpore id gigni opinantes. In ovo certe gutta ſalit palpitatque.*] Lege, *In medio albi*, non *in medio vitelli*: nam pullus ex albo corporatur, in vitello cibum habet, teſte Ariſtotele & Plinio mox paulo; etſi non ignoro contra ſentire Hippocratem in libro De natura fœtus. Præterea verba illa, *In ovo certe gutta*, falſa ſunt & adulterina, & ſine illis reliqua optime cohærent. Si cum Plinio Ariſtotelis verba conferas, omni dubitatione liberaberis. Is ſexto libro, capite tertio ita ait: *Gallinis porro tertia die ac nocte poſtquam cœpere incubare, indicium præſtare incipiunt. At majorum avium generi plus præterea temporis neceſſe eſt: minori autem minus ſufficit. Effertur per id tempus luteus humor ad cacumen qua principium ovi eſt, atque ovum detegitur ea parte, & cor quaſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtit; quod punctum ſalit jam & movetur, ut animal.* Scribendum autem, *Ea ſalit palpitatque.* ex utroque antiquo exemplari. *Pintian. Omnibus ovis medio vitelli parva ineſt.*] Græci τὰ χρυσοῦ καὶ τὰ ὠχρὰ τῶν ὠῶν vocant. Athen. lib. 9. ἐν λεπτίδι ῥοδωνία, καὶ τῶν ὠῶν τὰ χρυσοῦ, μεθ' ἔλαιον, γάρον, πέπερι, οἶνον. Victor. cap. 4. 38. *Dalec.*

b *Ex albo liquore ovi corporatur.*] Aliter ſentit Hippocr. lib. de natur. fœtus. *Idem.*

c *Aves omnes in pedes naſcuntur, contra quam reliqua animalia.*] Cum duplex ſit avium ortus, prior ex utero in ovo, potentia: poſterior ex ovo actu, jam animal, ut omnis amphibolia tollatur, meliorem duxerim lectionem, *Ova omnia* quam *Aves omnes*, ex Ariſtotele, unde translata hæc à Plinio evidentiſſimum eſt, libro tertio De generatione animalium, capite ſecundo: *Partus ovorum contra atque animalium evenit. Animal enim in caput, ſuumque principium naſcitur. At ovum quaſi in pedes converſum exit. Cujus rei cauſa quod diximus eſt, quod ovum ea parte qua principium continetur, adhæret.* Pint.

a *Plus*

auctor eſt, alterum majorem. Aliqui negant omnino geminos excludi. [a] Plus vicena quina incubanda ſubjici vetant. Parere à bruma incipiunt. Optima fœtura ante vernum æquinoctium. Poſt ſolſtitium nata non implent magnitudinem juſtam, tantoque minus, quanto ſerius [1] provenere.

1 pervenere. V.

Cap. LIV.

De vitiis & remediis incubantium.

Ova incubari [a] intra x. dies edita utiliſſimum, [b] vetera aut recentiora infœcunda. Subjici impari numero debent. Quarto die poſtquam cœpere [3] incubari, ſi contra lumen cacumine ovorum apprehenſo una manu, purus & uniuſmodi perluceat color, ſterilia exiſtimantur eſſe, proque eis alia ſubſtituenda. Et in aqua eſt experimentum: [c] inane fluitat: itaque ſidentia, hoc eſt, plena, ſubjici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confuſis vitalibus venis. Incubationi datur initium poſt novam Lunam, quia prius inchoata non proveniant. Celerius excluduntur calidis [4] diebus. Ideo æſtate undeviceſimo educunt fœtum, hieme xxv. Si [5] incubatu [6] tonuerit, ova pereunt: & accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra [7] tonitrum, clavus ferreus ſub ſtramine ovorum poſitus, aut terra ex aratro. Quædam autem & citra incubitum, [8] ſponte naturæ gignunt, ut [d] in Ægypti fimetis. [9] Scitum de quodam [10] potore reperitur, Syracuſis tamdiu potare ſolitum, donec

a infra. V.
3 incubare. M.
4 diebus ideo æ. u. educente. M.
5 incubitu. Pint. ex M. ſic & Ch.
6 tonuit. M & Ch.
7 tonitruum. M. tonitrus. Ch.
8 ſponte natura gignit. V.
9 ſcriptum. V.
10 potore. in Tol. d. Pint.

a *Plus vicena quina incubanda ſubjici vetant.*] Vide Varronem lib. 3. & Columell. lib. 8. *Dalec.*

b *Vetera aut recentiora infœcunda.*] Quæ *requieta* veteres appellabant. Rhod. cap. 17. lib. 27. *Idem.*

c *Inane fluitat.*] Τὸ ἀφανισθὲν, καὶ ἐξικμάσαν, ut integrum ἀπαθές. Cauſam vide apud Rhodigin. cap. 17. 27. Vocant & Græci ὑπηνέμιον, ut Latini *ſubventaneum*, οὔριον, ἀνεμιαῖος ἐστιν. Inde Homero, οὐρῆες, muli, διὰ τὸ ἄγονον, quoniam illorum genitura infœcunda & ſubventanea eſt. *Idem.*

d *In Ægypti fimetis.*] Nunc in eadem provincia furnis tepido calore foventibus magna induſtria & miranda. *Idem.*

[1] [a] donec cooperta terra fœtum [2] ederent ova. Quin & ab homine perficiuntur.

CAP. LV. *De auguriis ovorum.*

[3] JUlia [b] Auguſta, prima ſua juventa Tiberio Cæſare ex Nerone gravida, cum parere virilem ſexum admodum cuperet, hoc uſa eſt puellari augurio, ovum in ſinu fovendo, atque cum deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo, ne [4] intermitteretur tepor. [5] Nec falſo augurata [6] proditur. Nuper inde fortaſſe inventum, ut ova in calido loco impoſita paleis igne modico foverentur, homine verſante, [7] pariterque & ſtato die illinc erumperet fœtus. Traditur quædam ars gallinarii cujuſdam, dicentis quod ex [8] quaque eſſet. Narrantur & mortua gallina mariti earum viſi ſuccedentes invicem, & reliqua fœtæ more facientes, abſtinenteſque ſe à cantu. Super omnia eſt anatum ovis ſubditis atque excluſis [9] admiratio, primo non plane agnoſcentis fœtum: [c] mox [10] incertos incubitus ſolicite convocantis: poſtremo lamenta circa piſcinæ ſtagna, mergentibus ſe pullis natura duce.

CAP. LVI. *Quæ gallina optima.*

GAllinarum generoſitas ſpectatur criſta erecta, interdum & gemina [d] primis nigris, ore rubicundo,

1 donec ab eo coop. V.
2 edere. Ch.
3 Livia Aug. *Mitalerius.*
4 interimeretur. V.
5 Nec Auguſta falſa proditur. *Pint. ex Tol. Habent & Auguſta Veteres.*
6 proditur imperatoris inde fœta. Sed inventum. V.
7 pariter nocte ac die, & ſtatuto die illinc erumpere. *V.*
8 quoque (ſub. ovo.) V.
9 admiratio prima. V.
10 incerti concubitus. V.

a *Donec cooperta terra fœtum ederent ova.*] Scribendum videtur, *Cooperta ſtorea,* non *Cooperta terra.* Ariſtoteles libro ſexto, capite ſecundo: *Syracuſis potator quidam ovu ſub ſtorea in terra poſitu, tamdiu potabat, donec ova ederent fœtum.* Pintian.

b *Livia Auguſta.*] Vetus lectio, *Julia Auguſta.* Nec erat mutanda; nam tametſi hæc ipſa gentilitio nomine Livia primum dicta eſt; tamen jam natu grandior, ut marito tam honorifica appellatione æquaretur, *Auguſta* conſalutata & peræque honoris gratia in gentem Juliam aſcita, *Julia Auguſta* vocari cœpit, relicto priore nomine, quemadmodum ex Tacito diſcere licet. *Gelen.*

c *Mox incertos incubitus ſolicite convocantis: poſtremo lamenta, &c.*] Archetypum Tolet. *Mox incertis incultus ſolicite, &c.* Lego, *Mox incerti ſingultus ſolicite, &c.* Ut gradatim creſcat oratio. Primo admiratio, deinde incerti ſingultus, poſtremo lamenta. *Pint.*

d *Primis nigris, ore rubicundo.*] Legendum *Pinnis*, non *Primis*, ex M. Varrone, qui etiam inter generoſitatis notas plumam rubicundam, non os memorat.

cundo, digitis imparibus, aliquando & ſuper quatuor digitos tranſverſo uno. Ad rem divinam, luteo roſtro pedibuſque puræ non videntur: [a] ad opertanea ſacra, nigræ. Eſt & [b] pumilionum genus non
1 minus quod. Ch. ſterile [1] in iis, quod non in alio genere alitum, [c] ſed
2 contra. M. certo. V. quibus [2] certa fœcunditas rara, & incubatio ovis noxia.

Cap. LVII. *De morbis earum, & remediis.*

INimiciſſima autem omnium generi [d] pituita,
3 meſſes. M. maximeque inter [3] meſſis & vindemiæ tempus.
4 cubitus. Ch. Medicina in fame, & [4] cubatus in fumo, utique ſi ex lauro aut herba ſabina fiat: penna per tranſverſas
5 emota. M. inſerta nares, & per omnes dies [5] mota: cibus al-
6 maducerit. Ch. lium cum farre, aut aqua perfuſus, in qua [6] laverit
7 ac. Ch. noctua, aut cum ſemine [e] vitis albæ coctus: & [7] quædam alia.

Cap. LVIII.

De conceptu & numero fœtus avium.

COlumbæ proprio ritu oſculantur ante coitum. Pariunt fere bina ova: ita natura moderante,
8 fœtus. M. & Ch. ut aliis crebrior ſit [8] partus, aliis numeroſior. Palum-

rat. Ejus verba ſunt libro tertio de re ruſtica, capite nono, *E queis in parando eligat oportet fœcundas plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, criſta erecta, ampla. Hæ enim ad partiones ſunt aptiores.* Columella item octavo libro capite ſecundo: *Ea ſint rubicunda vel fuſca pluma, nigriſque pinnis.* Pint.

a *Ad opertanea ſacra.*] Quæ Opi fiebant in abdito, ne prophanorum oculis polluerentur, & ſecluſa quoque vocabantur. *Dalec.*

b *Pumilionum genus.*] Hadrianas Ariſt. vocat, cap. 1. lib. 6. hiſt. & auctor ipſe paulo ante cap. 53. hujus libri. *Idem.*

c *Sed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ovis noxia.*] Scribend. reor alio ordine, *Sed quibus certa fœcunditas incubatio ovis noxia, & rara.* Ut ſit ſenſus: Incubationem gallinarum, quibus certa fœcunditas ſit, noxiam eſſe ovis. Item raram incubationem nocere etiam ovis. Quorum alterum Ariſtotelicum eſt libro tertio De generatione animalium, capite ſecundo: *Et ut vinum*, inquit, *æſtu aceſcit fecibus in ſublime aſcendentibus, ſic ovum luteo quod eſt terreſtre contingit: & hoc in gallinis multiparis, cum nequeant æqualem ovis impertire calorem, ſed aliis plus, minus aliis quam opus eſſet.* Alterum vero Plinius ipſe docet infra capite 60. *Urina*, inquit, *fiunt, incubatione derelicta, quæ alii cynoſura dixero.* Pint.

d *Pituita.*] E cerebro in nares & fauces deſcendens. *Dalec.*

e *Vitis albæ.*] Aut Staphyſagriæ Columell. *Idem.*

a *Palum-*

[a] Palumbes & [1] turtures plurimum terna: nec plus quam bis fere pariunt: atque ita ſi prior fœtus corruptus eſt: & quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus [2] educunt. [3] Tertium quod irritum eſt, [b] urinum vocant. Palumbes incubat fœmina poſt meridiana in matutinum, cætero mas. [c] Columbæ marem ſemper & fœminam pariunt, priorem marem, poſtridie fœminam. Incubant in eo genere ambo, interdiu mas, noctu fœmina. Excludunt [4] xx. die. Pariunt à coitu quinto. Æſtate quidem [5] interdum binis menſibus terna [6] edunt paria; nam XVIII. die excludunt, ſtatimque concipiunt. Quare inter pullos ſæpe ova inveniuntur, & alii provolant, alii erumpunt. [d] Ipſi deinde pulli quinquemeſtres fœtificant. Et ipſæ autem inter ſe (ſi mas non ſit) fœminæ æque ſaliunt, pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur: quæ hypenemia Græci vocant.

1 turtur. *M.* Palumbis & turturi. *Ch.*

2 educant *M.* & *Ch.*

3 Tertium irritum eſt, Urinum vocat. *M.*

4 XXV. *M.*

5 interdum, *in M.* *del.*

6 educunt. M. & *Ch.*

CAP. LIX. *De pavone & anſeribus.*

PAvo à trimatu parit. Primo anno unum aut alterum ovum, ſequenti quaterna quinave, cæteris duodena, non amplius, intermittens binos dies ternoſve parit, & ter anno, ſi gallinis ſubjiciantur [7] incubanda. Mares ea frangunt deſiderio incubantium. Quapropter noctu & in latebris pariunt, aut

7 incubando. *Ch.*

a *Palumbes & turtures plurimum terna, nec plus quam bis fere pariunt.*] Scribendum non *fere*, ſed *vere*. Ariſtoteles libro ſexto capite quarto: *Columbæ omni tempore (ut dictum eſt) pariunt. Turtur & palumbes vere nec plus quam bis: atque ita ſi prior fœtus corruptus eſt; frangunt enim ova mares avium complures.* Pint.

b *Urinum.*] Κυνόσουρον & οὔριον. *Dalec.*

c *Columbæ marem ſemper & fœminam pariunt. Priorem marem, poſtridie fœminam.*] Scribe *Sæpe*, non *Semper*: & *Poſt triduum*, non *Poſtridie*. Ariſtoteles lib. 6. cap. 4. *Columbæ magna ex parte marem & fœminam generant: priorem marem, poſteriorem fœminam: & cum pepererint primum ovum, uno interpoſito die ſecundum pariunt.* Poſſet etiam legi *poſteriorem*, non *poſtridie*: ut liquet ex Ariſtotelis verbis paulo ante citatis. *Pint.*

d *Ipſi deinde pulli quinquemeſtres fœtificant.*] Legendum videtur *Semeſtres* potius quam *Quinquemeſtres*. Ariſtot. eodem loco: *Coëunt intra annum columbæ, quippe quæ ſemeſtres neſſe incipiant Venerem.* Idem.

a Aut

[a]aut in excelſo cubantes: & niſi molli ſtrato excepta, franguntur. Mares ſinguli quinis ſufficiunt conjugibus. Cum ſingulæ aut binæ fuere, corrumpitur ſalacitate fœcunditas. Partus excluditur diebus ter novenis, aut tardius [1]viceſimo. [b]Anſeres in aqua [2]coëunt, pariunt vere: aut ſi bruma coivere, poſt ſolſtitium, [3]quadraginta prope. [4][c]Bis anno, ſi priorem fœtum gallinæ excludant: alias plurima ova [5]ſedecim, [6]pauciſſima, ſeptem. Si quis ſurripiat, pariunt [d]donec rumpantur. Aliena non excludunt. Incubanda ſubjici utiliſſimum IX. aut XI. Incubant fœminæ tantum tricenis diebus. [e]Si vero tepidiores ſint, vigintiquinque. Pullis eorum urtica contactu mortifera, [7]nec minus aviditas, nunc ſatietate nimia, nunc ſuamet vi: quando [f]apprehenſa radice, morſu ſæpe conantes avellere, ante colla ſua abrumpunt. Contra urticam remedium eſt, ſtramento ab [8]incubatu ſubdita radix earum.

1 triceſimo. *Ch. ſic & antea legebatur.*

2 coëunt à bruma poſt quadrageſimo prope die (Kal. Mart. *Colum.*) pariunt, & incubant, uſque ad ſolſtitium. *ex Colum.*

3 dieb. quadr. V. quadrageſimo. *M. Tol. & Salm.*

4 Ter anno. *Columel. Varro, Conſtant.*

5 duodecim. *Colum.*

6 qui hoc minus, ſeptem, qui hoc plus, quindecim. *Varro.*

7 nimiaque herbarum aviditas *D.*

8 incubitu. *Ch.*

CAP.

a *Aut in excelſo cubantes.*] Particula *Aut* ſuperfluit. Nam pavones majore ex parte in excelſo cubantes pariunt. Columella libro octavo, capite undecimo: *Maximeque temporibus his quibus parturiunt, pluribus ſtramentis exaggerandum eſt aviarium, quo tutius integri fœtus excipiantur. Nam fere pavones cum ad nocturnam requiem venerunt, prædictis perticis inſiſtentes, enituntur ova, quæ quo propius ac mollius deciderint, illibatam ſervant integritatem.* Pint.

b *Anſeres in aqua coëunt.*] Lepide Plautus in Truculento:

Sed eſt huic unus ſervus violentiſſimus,
Qui ubi quamque noſtrarum videt prope ædes haſce egrediens,
Item ut de frumento clamore anſeres abſterret, abigit. Dalec.

c *Bis anno ſi priorem fœtum gallinæ excludant.*] Columella ter ſcribit, non *bis*, libro octavo, capite decimoquarto, his verbis *Singulaque ter anno pariunt, ſi prohibeantur fœtus ſuos excludere.* Scripſit idem etiam ante eum M. Varro libro tertio, capite decimo; *Singula*, ait, *non plus quam ter in anno pariunt.* quamvis in Varrone *quater* mendoſe pro *quam ter*, ſcriptum invenias. Eandem tuetur ſententiam Heron Græcus auctor, Georgici ſui libro 14. *Pariunt*, inquit, *anno ter, uſque ad duodecim ova.* Nec me deterret comparativum, quod ſequitur, *priorem*; ſæpe enim apud Plinium proximum præcedentemve ante actum ſignificat. Cujus rei ignorantia errandi materiam forte præſtitit correctoribus, ut pro *ter* ſubſtituerent *bis*. Pint.

d *Donec rumpantur.*] Niſi ſubjectis etiam ſuis. Columell. *Dalec.*

e *Si vero tepidiores ſint, viginti quinque.*] Lego, *Vicenis quinis.* Dixit enim ante, *Tricenis diebus.* & paulo infra, *Aquila incubat tricenis diebus, minores vicenis.* Pint.

f *Apprehenſa radice.*] Sic Varro. Columella vero frutice aut herba duriore. *Dalec.*

CAP. LX.

De ardeolis, & quomodo ſerventur optime ova.

ARdeolarum tria genera, leucon, aſterias, pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidem cum vociferatu ſanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus ægre pariunt gravidæ. [a] Aquila tricenis diebus incubat, & fere majores alites: minores vicenis, ut milvus & accipiter. [b] Singulos fere parit, nunquam plus ternos, [1] is qui [2] ægolios vocatur, quaternos: corvus aliquando & quinos: incubant totidem diebus. Cornicem incubantem mas paſcit. Pica novenos, melanchoryphus ſupra XX. parit, ſemper numero impari: [3] nec alia plures: tanto fœcunditas [c] major parvis. [d] Hirundini cæci primo

1 *Hæc clauſula in M. deeſt, uſque* corvus, &c.
2 Ægornos. *Ch. Ariſtoteles Æ*tolium *vocat, ſi emendata ſint exemplaria: eumque milvorum generi videtur attribuere.*
3 nec alias in pluribus tanta fœcunditas, major tamen in parvis. *V. Ariſt. c. 4. l. 4. de gener.*

a *Aquila tricenis diebus incubat, & fere majores alites; minores vicenis, ut milvus & accipiter.*] Scribendum non *minores* ſed *mediocres*, ex Ariſt.ad literam lib. 6. cap.6. *Aquila*, inquit, *tricenis diebus, & cateris quoque magnis alitibus tempus incubandi tantundem à natura ſtatutum eſt, ut anſeri, ut tardæ. Mediocribus viceni perficiunt incubationem, ut accipitri, ut milvo.* Ex quibus Ariſtotelis verbis & ex ordine quo aves monſtrant, adducor ut putem permutatis dictionibus legendum apud Plinium, *Ut accipiter & milvus.* Sic enim (nec aliter) quadrabit ad unguem correctio ſequentium verborum. *Pintian.*

b *Singulos fere parit, nunquam plus ternos.*] Scribendum enim opinor, *Sed hic binos fere parit, nunquam plus ternos.* ut pronomen *hic*, milvum referat, quem hoc loco Plinium indicare exiſtimaverim. Ariſt. libro ſexto, capite ſexto, *Pariunt milvi bina magna ex parte, interdum tamen & terna, totidemque excludunt pullos.* Idem.

c *Major parvis.*] Romana lectio, *Paris*, non *Parvis*. quæ nec placet nimis, nec rurſus diſplicet. Sed ſi ea lectio recipitur, aliter verba quæ præcedunt, legenda ſunt. Nam uterque codex ſcriptus *tanta* legunt, non *tanto*. Eſt porro avicula Parus, Græce dicta ægithalos, magnæ fœcunditatis, ut infra pateblt. Cæterum Ariſtoteles libro de generatione animalium quarto, capite quarto, animalia tradit, quo majore ſint corpore, eo minus eſſe fœcunda. Et Plinius id infra repetit, adducta ad probationem Acanthide exigua avicula, quæ duodenos pariat. Illud autem attentiore cura advertendum, verba illa quæ capite octavo hujus voluminis, ut perperam locata, ex illo loco ſubmovenda diximus, quæ ſunt, *Ex his Ægithum claudum altero pede, &c.* ad hunc locum pertinere. Nam Ariſtoteles volumine nono, capite 15. poſt Melancoryphum ſtatim Ægithum ſubjicit, his verbis: *Parus ova plurima edit, ut ajunt. Atricapillam etiam plurima edere aliqui referunt, ſed poſt Africanum ſtruthionem. Jam & decem & ſeptem atricapilla ova reperta ſunt, ſed plura etiam quam viginti parit, & numero impari ſemper, ut narrant Nidificat ea quoque in arboribus, & vermiculis alitur. Proprium & hujus luſcinia prater cateras aves, ut lingua ſumma acumine careant. Ægithus & vita commoditate & partus numero commendatur; ſed alterius pedis claudıtate cedit.* Idem.

d *Hirundini cæci primo pulli.*] Ariſt. cap.2. lib.6. hiſtor. *Dalec.*

a *Aut*

primo pulli, & fere omnibus quibus numeroſior [1] partus. Irrita ova, quæ hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, [a] aut pulvere: nec columbæ tantum, ſed & gallinæ, perdices, pavones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem ſterilia, & minora, ac minus jucundi ſaporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de cauſa etiam Zephyria appellantur. [2] Hæc autem, [3] vere tantum. Urina fiunt, incubatione derelicta, quæ alii [b] cynoſura dixere. Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per annulos tranſeant. Servari ea in lomento, aut hieme in paleis, æſtate in furfuribus, utiliſſimum. Sale exinaniri creduntur.

1 fœtus. Ch. & M.

2 Urina autem vere tantum fiunt. Ch.

3 vere: æſtate urina fiunt ab incubatione. *Ariſt.*

CAP. LXI.

Quæ volucrum ſola animal pariat, & lacte nutriat.

VOlucrum animal parit veſpertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ uni. Eadem ſola volucrum lacte nutrit: ubera admovens: [4] geminos volitat amplexa infantes, ſecumque [5] deportat. [c] Eidem coxendix una traditur, & in cibatu culices gratiſſimi.

4 parens geminos. M. & Ch. Parit hæc geminos. Volitat. *Pint.*

5 portat. Ch.

CAP.

a *Aut pulvere.*] Ariſtot. duplex eſt cauſa hæc ova gignendi, altera Favonii vere afflatus, quamobrem & Zephyria vocant: τὸ τῇ χειρὶ ψηλαφᾶν fricare, contrectare, palpare (clunes, dorſum, collum, pectus, caudam, & fortaſſis podicem, id quod velut ineuntis maris imaginem affert) Initus fœminarum inter ſe, libidinoſæ imaginationis, pulveris nullam mentionem facit Ariſtot. Plinius pro ψηλαφὴ, videtur legiſſe ἀφὴ. Eſt autem ἀφὴ pulvis, & non quivis, ſed qui luctatoribus poſt unctionem inſpergitur. *Dal.*

b *Cynoſura.*] Κυνόσουρα: quod caniculæ tempore, ἐπὶ τῷ κυνοσούρας, gignantur. Ariſtot. cap. 2. lib. 3. de gener. *Idem.*

c *Eidem coxendix una traditur.*] Sine genuum, malleolorum, & pedum articulis. *Idem.*

a Vipera

Cap. LXII.

De conceptu viperæ & partu, & quæ terreſtrium ova pariant.

Rurſus in terreſtribus ova pariunt ſerpentes: de quibus nondum dictum eſt. Coëunt complexu, adeo circumvolutæ ſibi ipſæ, ut una exiſtimari biceps poſſit. [a] Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit ova unius coloris & mollia, ut piſces. [b] Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde ſingulos ſingulis diebus parit, viginti fere numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, [c] perrumpunt latera, [d] occiſa parente. [e] Cæteræ ſerpentes contecta ova in terra incubant, & fœtum ſequente excludunt anno. Crocodili vicibus incubant mas & fœmina. Sed reliquorum quoque terreſtrium reddatur generatio.

Cap. LXIII. *De generatione terreſtrium.*

Bipedum ſolus homo animal gignit. Homini tantum primi coitus pœnitentia, augurium ſcilicet

a *Viperæ mas caput inſerit in os.*] Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Verum quod abrodere ſcribit, è poëtarum fabulis ſumptum potius eſt, quam ex hiſtoria Ariſtotelis. *Dalec.*

b *Tertia die intra uterum, &c.*] Brodæus cap 11. lib. 3. non tantum viperas vivos fœtus parere ſcribit, unde & nomen impoſitum, ſed & Ceraſtas: quod facile nolim ei credere *Idem.*

c *Perrumpunt latera.*] Fabuloſum hoc Ariſtot. cap. ult. lib. 5. *Vipera catulos parit, obvolutos membranis, (ſecundis) quæ tertio die rumpuntur. Contingit vero nonnunquam, ut qui adhuc in utero ſunt eroſis membranis prorumpant,* Idem.

d *Occiſa parente.*] Ob id parricidæ culeo cum vipera, cane, gallo, ſimia, inſuti necabantur. A catulis viperam exedi, & interfici, tradunt Nicander, Plutarch. Apulejus in Magia, D. Hieronymus, Baſilius Magnus, Horus lib. 2. qui ſcribit viperæ fœtum, ἐκβιβρώσκοντα τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς ἐκπορεύεσθαι. Præterea Grammatici etymolog. ἔχιδναν dictam interpretantur, ὅτι γονὴν ἔχει ἐν ἑαυτῇ ἄχρι θανάτου. Ælianus lib. 1. de Animal. At, quod veriſſimum eſt, Apollonius apud Philoſtratum, & Maximus Tyrius ſupereſſe partui ſuo viperam tradunt, eumque fœtum editum lambendo polire, &, ut auctor ait, purificare Vide Rhodig. cap. 13. vide & notata cap. 44. lib. 11. *Idem.*

e *Cæteræ ſerpentes contecta ova in terra incubant, & fœtum ſequente excludunt anno*] Ambo antiqua exemplaria, *Contexta* agnoſcunt, non *Contecta*, veriſſima lectione. Ariſtoteles libro quinto, cap. 34. *Cæteræ ſerpentes ova pariunt foris contexta, ad moniliis, hoc eſt ornamenti mulierum, quod ambit collum, ſimilitudinem. Incubant quæ pepererint in terra, & fœtum ſequente excludunt anno.* Pint.

ſcilicet vitæ à pœnitenda origine. [a] Cæteris animalibus [1] ſtati per tempora anni concubitus, homini (ut dictum eſt) omnibus horis dierum noctiumque. Cæteris [2] ſatietas in coitu, homini prope nulla. Meſſalina Claudii Cæſaris conjux, [3] hoc regalem exiſtimans palmam, elegit in id certamen [4] nobiliſſimam è proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis, eamque [5] die ac nocte ſuperavit quinto ac viceſimo concubitu. [b] In hominum [6] genere maribus [c] diverticula Veneris excogitata, omnia [7] ſcelere naturæ; fœminis vero abortus. Quantum in hac parte multo nocentiores quam feræ ſumus? Viros avidiores Veneris hieme, fœminas æſtate, [d] Heſiodus prodidit. Coitus [8] averſus [e] elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, daſypodi, cuniculis, quibus averſa genitalia. Cameli etiam ſolitudines, aut ſecreta [9] certe petunt: neque intervenire datur ſine pernicie. Coitus tota die [10] eſt tantum iis, ex omnibus, quibus ſolida ungula. In quadrupedum genere mares olfactus [11] accendit. Avertuntur & canes, phocæ, lupi, in medioque coitu, invitique etiam cohærent. [f] Supradictorum pleriſque fœminæ priores ſuperveniunt, reliquis mares.

1 ſtatuti. *M.*
2 ſatias. *Ch.*
3 hanc. V. regalem. hanc. *Ch.*
4 Viliſſimam. V.
5 nocte ac die. *Ch.*
6 genere manibus. *Tol. Salm.*
7 ſcelera. *M.*
8 averſis. *V. & Ch. & M.*
9 certa. *M.*
10 & his tantum. *Ch.*
11 antecedit. *V. & Ch.*

a *Cæteris animalibus, &c.*] In hunc locum multa Rhodiginus accurate ſcripſit cap. 11. lib. 1. *Dalec.*

b *In hominum genere maribus diverticula.*] In ambobus exemplaribus non *Maribus*, ſed *Manibus* habetur, forte rectius: ut perſtringat (honor ſit auribus) quos maſturbatores appellant. *Pint.*

c *Diverticula.*] Aliæ partes, quam quas natura exercendæ Veneri deſtinavit. *Dalec.*

d *Heſiodus prodidit.*] Verſus Heſiodi ſunt ἐν Ἔργοις,

— θέρεος καματώδεος ὥρη
Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρόταται δέ τε ἄνδρες (ριος ἄζει.
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα σει-

Vide quod adnotatum eſt lib. 12. cap. 22. *Idem.*

e *Elephantis*] De elephantis & camelis aliter Ariſtot. cap. 2. lib. 5. hiſtor. *Idem.*

f *Supra dictorum pleriſque fœminæ priores ſuperveniunt, reliquis mares.*] Dura caſtigatio, non diſſimulanda tamen. Puro enim ſcribendum, *Daſypodum maribus fœminæ priores ſuperveniunt, reliquis mares.* Ariſtoteles libro quinto, capite ſecundo: *Sed quæ retro urinam mittunt, averſa coëunt, ut leones, daſypodes, lynces. Daſypodum etiam fœmina marem prior ſupervenit. Cæterorum magna ex parte modus coeundi idem eſt: plurima enim quadrupedes more coeunt juſto, fœminam ſcilicet mare ſupergrediente.* Pint.

a *Urſi*

mares. [a] Urſi autem, ut dictum eſt, humanitus ſtrati, herinacei [1] ſtantes ambo inter ſe complexi: feles mare ſtante, fœmina ſubjacente: vulpes in [2] latera projectæ maremque fœmina amplexa. Taurorum cervorumque fœminæ vim non tolerant: ea de cauſa ingrediuntur in [3] coitu. Cervi viciſſim ad alias tranſeunt, [4] & ad priores redeunt. Lacertæ, ut ea quæ ſine pedibus ſunt, [5] circumplexu Venerem novere. Omnia animalia quo [6] majore corpore, hoc minus fœcunda ſunt. Singulos gignunt elephanti, cameli, equi: acanthis duodenos, avis minima. Ocyſſime pariunt, quæ plurimos gignunt. Quo majus eſt animal, tanto diutius formatur in utero. Diutius geſtantur quibus longiora ſunt vitæ ſpatia. Neque creſcentium tempeſtiva ad generandum ætas. Quæ ſolidas habent ungulas, ſingulos: quæ biſulcas, & geminos pariunt. Quorum in digitos pedum fiſſura diviſa eſt, ea numeroſiora in fœtu. Sed ſuperiora omnia perfectos edunt partus, hæc inchoatos: In quo ſunt genere [7] leænæ, urſæ, & vulpes. Informia etiam magis, quam ſupradicta, [8] urſæ pariunt: rarumque eſt videre parientes. Poſtea lambendo calefaciunt fœtus omnia ea, & figurant. Pariunt plurimum quaternos. [b] Cæcos autem gignunt canes, lupi, pantheræ, thoës. [c] Canum plura

1 ſtantes. Ita inter ſe. *M.*
2 latere. V.
3 conceptu. M. & *Ch.*
4 *Hæc ultima in* M. *deſunt.*
5 Circumflexu. M. & *Ch.*
6 majora. *Ch*
7 leænæ, vulpes, urſæ. Informes hæ etiam magis quam ſupradicta pariunt. *Pint.*
8 urſa parit. r. e. v. parientem. M. & *Ch.*

a *Urſi autem* (ut dictum eſt) *humanitus ſtrati.*] Neque dictum eſt humanitus ſtratos coire urſos, neque ſi dixiſſet, vera dixiſſet. Libro enim octavo, c. 36. urſos ſcripſit coire, ſed ambobus cubantibus complexiſque. Sumpſit id ex Ariſt. libro quinto, cap. ſecundo, tradente urſos venerem exercere cubantes, applicatis marium partibus ſupinis ad fœminarum pronas. At humanus concubitus non ita fit, ſed applicatis mutuo complexu, ſupinis utriuſque ſexus partibus. Quapropter ſcribendum hic cenſeo, non *Humanitus ſtrati*, ſed *Humi ſtrati*. Ariſtoteles libro ſexto, cap. trigeſimo: *Urſi coëunt (ut dictum eſt) non conſcendentes, ſed humi ſtrati.* Pint.

b *Cæcos autem gignunt canes, lupi, panthera, thoës.*] Lego non *Panthera*, ſed *Pantheres*. Diverſum omnino hoc animal à panthera. Theodorus *lupum canarium* vertit. Ariſtoteles libro ſexto, capite trigeſimoquinto: *Panther item, hoc eſt lupus canarius, cæcos parit luporum ritu, numero quum plurimum quatuor. Quin etiam Thos coitu ut canes impletur, & cæcos generat, numero duos aut tres, aut quatuor.* Idem.

c *Canum plura genera.*] Columellæ villatici, paſtorales, venatici, & omnes

muti

plura genera. Laconicæ octavo menſe utrinque generant. Ferunt [1] ſexaginta diebus, & plurimum tribus. Cæteræ canes & ſemeſtres coitum patiuntur. Implentur omnes uno coitu. Quæ ante juſtum tempus concepere, diutius cæcos habent catulos, nec omnes totidem diebus. Exiſtimantur in urina attollere crus fere ſemeſtres: id eſt ſignum conſummati virium roboris: fœminæ hoc idem ſidentes. Partus duodeni, quibus numeroſiſſimi, cætero quini, ſeni, aliquando ſinguli, quod prodigioſum putant, ſicut omnes mares, aut omnes fœminas gigni. Primos quoque mares pariunt: in cæteris alternant, [2] ſi ineant opportuno & recto menſe. Ineuntur à partu ſexto menſe. a Octonos Laconicæ pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Vivunt Laconici annis denis, fœminæ duodenis: cætera genera xv. annos, aliquando [3] xx. nec tota ſua ætate generant, fere à xii. deſinentes. b Felium & ichneumonum reliqua, ut canum. Vivunt annis ſenis. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant, ſicut lepores. c A partu ſtatim implentur. Concipiunt quamvis ubera ſiccante fœtu. Pariunt [4] non cæcos. Elephanti, ut diximus, pariunt ſingulos, magnitudine vituli trimeſtris. Cameli duodecim menſibus ferunt: trimatu pariunt vere,

1 ſeptuaginta d. & p. tribus menſibus. V.

2 *Hæc ad Ineuntur, deſunt in Tol. & Salm.*

3 & vig. *Ch.*

4 *Negatio videtur abundare, ex Ariſt. lib.6. cap. 33. hiſt.*

muti cuſtodes. Lepide Plaut. in Captivis:

— Prolatis rebus, paraſiti venatici
Sumus: quando rure redierunt moloſſici,
Odioſique & multi incommodiſtici.

Dalecamp.

a *Octonos Laconicæ pariunt. Propria in in eo genere maribus laboris alacritas.*] Scribe, *Octonos Laconicæ pariunt. Propria in eo genere major poſt laborem ſalacitas.* Ariſtoteles libro ſexto, capite vigeſimo: *Peculiare generis Laconici eſt, ut cum laborarint, coire melius quam per ocium poſſint.* Pint.

b *Felium.*] Feles Columella & Varro noſtras fovinas appellare videntur, quæ ſunt generis muſtelarum. *Dalec.*

c *A partu ſtatim implentur. Concipiunt quamvis ubera ſiccante fœtu.*] Impleri & concipere idem eſt. Itaque alterum ex duobus verbis redundet neceſſe eſt. Puto verbum; *concipiunt*, expoſitionem fuiſſe illius, *implentur.* Idem diſpice an caſtigatior ſit lectio, *Suctante* quam *Siccante.* Ariſtoteles libro ſexto, capite 33. *Habet fœmina lac antequam pariat, & à partu continuo repetit coitum, & lactans adhuc concipit fœtum.* Pint.

a *Cogunt-*

vere, iterumque poſt annum implentur à partu. Equas autem poſt tertium [1] annum, aut poſt unum ab enixu utiliter [2] admitti putant, [b] coguntque invitas. [3] Et mulier [4] ſeptima die concipere facillime creditur. Equarum jubas tondere præcipiunt, ut aſinorum [5] in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria ſuperbire. A coitu ſolæ animalium [c] currunt ex adverſo [6] Aquilonum Auſtrorumve, prout marem aut fœminam concepere. [d] Colorem illico mutant rubriore pilo, vel quicunque ſit, pleniore hoc argumento deſinunt admittere etiam [7] volentes. Nec impedit partus quoſdam ab opere, falluntque gravidæ. Viciſſe Olympia prægnantem [8] Echecratidis Theſſali invenimus. Equos, & canes, & ſues initum matutinum appetere, fœminas autem [9] poſt meridiem [10] blandiri diligentiores tradunt. Equas domitas [11] LX. diebus equire, antequam gregales: ſues tantum coitu ſpumam ore fundere: verrem ſubantis audita voce, niſi admittatur, cibum non capere [12] uſque in maciem: fœminas autem in tantum [13] efferari, ut hominem [14] lacerent, candida maxime veſte indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturæ aſperſo. Aviditas coitus putatur [15] & cibis fieri: ſicut viro eruca, pecori cæpa. Quæ ex feris mitigentur, non concipere, ut anſeres: apros vero tarde, & cervos, nec niſi ab infantia [16] educatos. Mirum eſt: quadrupedum præ-

1 diem. M. & Ch.
2 admittere. D.
3 Et equa. V. Ch.
4 ſeptime. M. & Ch.
5 coitum patiantur humilitate. Ch.
6 Aquilonem, Auſtrumve. M. & Ch.
7 nolentes. Ch.
8 Echecratis. *Alii*, Echecratidæ.
9 poſt meridianum. *Pint.*
10 blandiri diligentius. M.
11 XL, M.
12 uſque ad. V.
13 afferri. Ch.
14 lancinent. *Pint. ex Tol. Sic & Ch.*
15 ex. M.
16 educatos, mirum eſt. Quadr. &c. Ch.

a *Coguntque invitas.*] Feſto id *teſticulari* dicitur, nempe mares equos fœminis, vel maribus fœminas admovere. *Dalec.*

b *Mulier ſeptima die concipere facillime creditur.*] Portentum verius quam menda. Scribendum non *Mulier*, ſed *Aſina*: de mutis enim hic animantibus, non de homine agitur. Ariſtoteles libro ſexto, capite 23. de aſina: *A partu die ſeptimo mari jungitur, eoque die juncta maxime recipit initum.* Et Plinius libro octavo, cap. 44. *Fœminas à partu optime ſeptimo die impleri obſervatum eſt.* Pint.

c *Currunt ex adverſo, &c.*] Ante coitum id facere tradit Ariſtot. cap 18. lib. 6. hiſt ad Venerem incitatas & furioſo procurſu marem quærentes, neque id unquam ad orientem vel occidentem. *Dalec.*

d *Colorem illico mutant rubriore pilo, &c.*] Legendum arbitror, *Raviore pilo*. Nam rubram equam quis vidit? niſi forte pictam. *Pint.*

prægnantes Venerem arcent, præter equam & ſuem. [a] Sed ſuperfœtant daſypus & lepus tantum.

CAP. LXIV.

De varia generatione animalium.

1 alia in utero porrecta. *Ch.*

QUæcunque animal pariunt, in capita gignunt circumacto ſub enixum fœtu, [1] alias in utero porrecto. Quadrupedes geſtantur extenſis ad longitudinem cruribus, & ad alvum ſuam applicatis: homo in ſemet conglobatus, inter duo genua naribus ſitis. Molas, [b] de quibus ante diximus, gigni putant, ubi mulier non ex mare, verum ex ſemetipſa tantum conceperit: ideo nec animari, quia non ſit ex duobus: altricemque habere per ſe vitam illam, quæ ſatis arboribuſque contingat.

CAP. LXV. *De murium fœtu.*

2 *In M. hinc ducitur initium hujus capitis: cætera ad ſuperius pertinent.*

EX omnibus, quæ perfectos fœtus, [c] ſues tantum & numeroſos edunt, item plures, [d] contra naturam ſolidipedum, aut biſulcorum. [2] [e] Supra cuncta eſt murium fœtus, haud ſine cunctatione dicendus,

a *Sed ſuperfœtant daſypus, &c*] Mures quoque ſuperfœtare pro certo habetur. *Dalec.*

b *De quibus ante diximus.*] Cap. 15. lib. 7. *Dalec.*

c *Sues tantum & numeroſos edunt: item plures contra naturam, &c.*] Senſus ineptus & Plinio indignus. Quid enim ſignificat, *numeroſos edunt. Item plures?* Quod ſi verbum, *plures*, ad alia animalia referri dicas, cur dixit *Sues tantum?* Re igitur curioſius penſitata, puto ſic ſcribendum, *Ex omnibus quæ perfectos fœtus, ſues tantum unum & duos edunt, item plures, &c.* Ariſtoteles libro de generatione animalium quarto, capite ſexto, *Sola inter multipara ſus parit perfectos, eaque una evariat. Generat enim multos more multifidi generis, cum & biſulcum & ſolipes ſit: ſunt enim locis quibuſdam ſues ſolida ungula. Partus igitur numeroſa eſt, quoniam alimentum quod in corporis magnitudinem abſumeretur, in excrementum ſeminale decedit. Id enim ut ſolipes magnitudine caret. Quin & potius quaſi ambigens, cum natura ſolidipedum biſulcum eſt. Hac igitur cauſa, & unum parit, & duos, &, quod plurimum, multos.* Pint.

d *Contra naturam ſolidipedum.*] Nam ut cap. 63. ſcripſit, *quæ ſolidam ungulam habent, ſingulos: quæ biſulcam, binos: ſus vero nonnunquam decem edit.* Dalec.

e *Supra cuncta eſt murium fœtus.*] Mures ſalaciſſimos eſſe Ælianus lib. 12. de animalibus oſtendit, citatis multis ſcriptorum locis. Inde Cavum murinum Epicrati de libidinoſiſſima muliere. Martial.

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicis.

Polit. c. 96. Miſcellan. *Idem.*

a *Gene-*

cendus, quanquam [1] ſub auctore Ariſtotele & Alexandri Magni [2] militibus. [a] Generatio eorum lambendo conſtare, non coitu, dicitur: ex una genitos CXX. tradiderunt: apud Perſas vero [3] prægnantes & in utero parentis repertas. Et ſalis guſtatu fieri prægnantes opinantur. Itaque deſinit mirum eſſe, unde vis tanta meſſes populetur murium agreſtium: in quibus illud quoque adhuc latet, quonam modo illa multitudo repente occidat. Nam nec exanimes reperiuntur, neque extat qui murem hieme in agro effoderit. Plurimi [4] ita ad [5] Troadem proveniunt: & jam inde fugaverunt incolas. [b] Proventus eorum [6] ſiccitatibus tradunt: & jam obituris vermiculum in capite gigni. [c] Ægyptiis muribus durus pilus, ſicut herinaceis. Iidem [d] bipedes ambulant, ſeu [7] [e] Alpini. Cum [8] diverſi generis coivere animalia, ita demum generant, ſi tempus naſcendi par habent. Quadrupedum ova gignentium [9] lacertam ore parere (ut creditur vulgo) Ariſtoteles negat: neque incubant eædem, oblitæ quo ſint in loco enixæ, quoniam huic animali nulla memoria. Itaque [10] catuli per ſeſe erumpunt.

1 ſub *in M. d.*
2 militibus, generatio e. l. c. n. c. dicatur. *M.*
3 prægnantes in utero Venerem patientis parentis repertas. *Parm.* in prægnantis ventre parientis. *Ch.*
4 itaque. *M.*
5 Troada. *Ch.*
6 ſiccitatibus. Tradunt etiam. *Pint.* M.
7 Alpini quoque. *Ch.*
8 diverſi quæque. M. quoque. V.
9 lacertas. *Ch.*
10 per ſe catuli. *Ch.*

CAP. LXVI.

De ſpina hominis anguem naſci.

ANguem ex medulla hominis ſpinæ gigni, [11] accepimus à multis. Pleraque enim occulta & cæca origine proveniunt, etiam in quadrupedum genere.

11 accipimus. *M. & Ch.*

CAP.

a *Generatio eorum lambendo conſtare.*] Vide quod adnotatum lib. 29. cap. 1. *Dalec.*

b *Proventus eorum ſiccitatibus, &c.*] Theophr. περὶ τῶν αἰθρίων φαινομένων ζῴων. *Idem.*

c *Ægyptiis muribus.*] Ariſtoteles ſub finem libri 6. hiſtor. *Idem.*

d *Bipedes ambulant.*] Μυωξὸς vocat Epiphanius libro Anchorato & contra Origenem & Galenus lib. 3. Aliment. *Idem.*

e *Alpini.*] De certo murium Africanorum genere id ſcribit Herodotus. *Idem.*

a *Huic*

CAP. LXVII. *De Salamandra.*

SIcut Salamandra, animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam, niſi magnis imbribus, proveniens, & ſerenitate [1] deficiens. [a] Huic tantus rigor, ut ignem [2] tactum extinguat, non alio modo, quam glacies. Ejuſdem ſanie, quæ lactea ore vomitur, [b] quacunque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili: idque quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat.

1 deſinens. *M.* & *Cb.*
2 tactu reſtinguat. *Cb.*

CAP. LXVIII.

De iis qui naſcuntur ex non genitis: & quæ nata nihil gignunt.

QUædam [3] vero gignuntur ex non genitis, & ſine ulla ſimili origine, ut ſupra dicta: & [4] quæcunque æſtas, aut ver [5] ſtatumque tempus anni generant. Ex iis quædam nihil gignunt, [c] ut ſalamandræ.

3 ergo. *Cb.*
4 quæcunque anni tempus, *lego*, tepor generat. *Pint. ex Tol.*
5 ſtatutum. *M.*

a *Huic tantus rigor ut ignem tactum extinguat.*] Id quidem Ariſtoteles ſcribit cap. 19. lib. 5. hiſtor. ſed Dioſcorides refragatur. Theophraſtus lib. de igne, ubi de Salamandra, quæ ignem extinguere dicitur: Ψυχρὸν γὰρ τῇ φύσει τὸ ζῷον, καὶ ἡ ἀπορρέουσα ὑγρότης γλισχρὰ, καὶ ἅμα χυλόν τιν' ἔχουσα τὸν αὐτὸν, ὥστε διϊκνεῖσθαι πορρωτέρω. σημεῖον δὲ καὶ τὸ ὕδατα ὀλέθρια γίνεσθαι, καὶ τοὺς καρποὺς ἐὰν καταμιχθῇ, καὶ μᾶλλον τεθνεώσης. ἔτι δὲ καὶ τὸ νωθὲς τῆς πορείας συνεργεῖ, πλεῖον γὰρ χρόνον ἐπιμένον μᾶλλον σβέννυσιν, ἡ δὲ σβέσις οὐκ ἐᾷ ὁποσονοῦν ἦν τὸ πῦρ, ἀλλ' ἐὰν σύμμετρον πρὸς τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν. Id eſt, ut Turnebus vertit, *nam beſtia frigida eſt ſua natura humore, qui effluit, lento, eumque habente ſuccum, qui penitus pervadat. Argumento eſt letales reddi aquas & fructus, ſi miſceatur, magiſque ea mortua. Sed & inceſſus quoque languor confert, diutius morante, magiſque reſtinguente, nec ignem quantumcunque reſtinguit, ſed pro naturæ viriumque modo.* Et ad eundem ſenſum Franciſcus Rabeleſius medicus ait ignem quidem ex palea levem & infirmum id animal non lædere, ſed ignem validum id conſumere. Vide Doctiſſimi *Jacobi Palmerii* Exercit. pag. 613. ubi diverſas Doctorum de Salamandra opiniones recenſet.

b *Quacunque parte corporis humani contacta toti defluunt.*] Scribo, *Totius defluunt pili*, hoc eſt totius corporis. Plinius libro 29 capite quarto: *Quippe cum ſaliva ejus, quacunque parte corporis, vel in pede imo reſperſa, omnis in toto corpore defluat pilus.* Pint.

c *Ut ſalamandra.*] Gravida Salamandra menſe Martio pede & baculo eliſa, lactea ſanies ex omnibus corporis partibus, capite, dorſo, alvo, cauda, pedibus exiliit, non aliter quam ex papilla uberis, digitis compreſſa: tum etiam ex dirupto ventre plus quam triginta fœtus adhuc palpitantes & in aqua nantes, ac plus quam triginta ova prodierunt. Ego quidem fœminam diſſecui prægnantem, tum

dræ. Neque eſt iis genus maſculinum fœmininumve, ſicut neque in anguillis, omnibuſque quæ nec animal, nec ovum ex ſeſe generant. Neutrum eſt & oſtreis genus, & cæteris adhærentibus vado vel ſaxo. Quæ autem [a] per ſe generantur, ſi in mares ac fœminas deſcripta ſunt, generant quidem aliquid [1] coitu, ſed imperfectum [2] & diſſimile, & ex quo nihil amplius gignatur, ut vermiculos muſcæ. Id magis [3] declarant naturæ eorum, quæ inſecta dicuntur, arduæ explanationis omnia, & [b] privatim dicato opere narranda. Quapropter [4] ingenium prædictorum, & reliqua ſubtexetur [5] diſſertatio.

1 ea coitu. *Parm.*
2 ac. *Ch.*
3 declaravit natura. *Ch.*
4 ut ing. pr. ita & r. ſubtexet. *V.*
5 ediſſertatio. *Ch.*

CAP. LXIX. *De ſenſibus animalium.*

EX ſenſibus ante cætera homini tactus, dein guſtatus: reliquis ſuperatur à multis. Aquilæ clarius cernunt: vultures ſagacius odorantur: liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo atque ſurdo naturæ elemento. Præterea [6] voce omnium in ſublime tendente ſermonem exaudiunt: & ſi de iis loquare, intelligere etiam dicuntur, & profugere. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus: nec ſunt naturaliter ſurdi, ut non iidem ſint & muti. In marinis oſtreis auditum eſſe, non eſt veriſimile: ſed ad ſonum mergere ſe [7] ſolent. Ideo & ſilentium in mari piſcantibus.

6 voce hominum. *V.* Voce omni, &c. tendentes. *Ch.*
7 dicuntur ſolere. *Ch.* dicuntur. Solent ideo. *Pint.*

CAP. LXX. *Auditum & olfactum eſſe piſcibus.*

PIſces quidem auditus nec membra habent nec foramina, audire tamen eos palam eſt: [8] utpote cum

8 ut paret cum, &c. aſſuetudine ſpectetur. *M.*

tum ovis tum catulis plenam, aliis inchoatis tantum, aliis jam perfectis, gradientibus, & in aqua natantibus: ut falſum eſſe quod tradit Plinius, nihil eas gignere, manifeſtum ſit. *Dalec.*

a *Per ſe generantur.*] Ex putri materia. Ariſtot. c. 1. lib. 5. hiſtor. *Idem.*

b *Privatim dicato opere narranda.*] Libro ſequenti. *Idem.*

1 Aſſuetum. *Tol.* aſſuetudine. *Cb.*
2 quoſdamque. *Tol.* & *Cb.*

cum plauſu congregari feros ad cibum [1] conſuetudine in quibuſdam vivariis ſpectetur: & in piſcinis Cæſaris [a] genera piſcium ad nomen venire, [2] quoſdam ſingulos. [b] Itaque produntur etiam clariſſime audire, mugil, lupus, ſalpa, chromis, & ideo in vado vivere. Olfactum iis eſſe manifeſte patet. Quippe non omnes eadem eſca capiuntur: & prius, quam appetant, odorantur. Quoſdam & ſpeluncis latentes, [c] ſalſamento illitis faucibus ſcopuli piſcator expellit, [3] veluti ſui cadaveris [4] agnitionem fugientes. Conveniuntque ex alto etiam ad quoſdam odores, ut ſepiam uſtam, & polypum: quæ ideo [5] conjiciuntur in naſſas. Sentinæ quidem navium odorem procul fugiunt: maxime tamen piſcium ſanguinem. Non poteſt petris avelli polypus: idem [6] cunila admota, ab [7] odore protinus reſilit. Purpuræ quoque fœtidis capiuntur. Nam de reliquo animalium genere quis dubitet? [d] Cornus cervini odore ſerpentes fugan-

3 velut. *Cb.*
4 agnitione. *Pint.*
5 coguntur in maſſas. M. coguntur in naſſas. *V.* *Lego* congeruntur.
6 cunicula. *Cb.*
7 ab odore *in* M. *deſunt.*

a *Genera piſcium ad nomen venire.*] Lucianus in oratione de Syria Dea, ὅ τοι δὲ καὶ ὀνόματα ἔχουσι καὶ ἔρχονται κεκλημένοι. *Noſtri principes*, inquit Cic. epiſt. ad Attic. *digito cœlum ſe putant attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant.* Dalec.

b *Itaque produntur clariſſime audire, Mugil, Lupus, Salpa, Chromis.*] Quatuor hic piſces nominantur qui clariſſime audiunt: cum tamen apud Ariſtotelem quinque ſint libro quarto, capite octavo, his verbis: *Sunt vero qui liquidius inter piſces audiant, Mugilis, Chremps, Lupus, Salpa, Chromis. cætera piſcium genera minus audiunt, quam ob rem imis gurgitibus verſari potius ſolent* Sic habetur in Græcis Ariſtotelis exemplaribus. In tralatione vero Theodori & *Minus* pro *Imis*, & *chremps piſcis*, ſicuti apud Plinium, deſideratur. Expendendus igitur hic locus accuratius, nihilque temere ſtatuendum. Athenæus ſeptimo, *cremyos* piſcis meminit, qui lapidem in capite habeat, citatque Ariſtotelem, apud quem tamen *Chromis* eſt, non *cremys*. Pint.

c *Salſamento illitis faucibus, &c.*] Imo vero captos odore, ad eſcam ſalſamentorum objectam allectos, ac libenter prodeuntes. Ariſtot. 4. de hiſtor. animal. ἔτι δὲ πολλοὶ τῶν ἰχθύων διατρίβουσιν ἐν σπηλαίοις, οὓς ἐπειδὰν βούλωνται προσκαλέσασθαι εἰς ἄγραν οἱ ἁλιεῖς, τὸ στόμα τοῦ σπηλαίου περιαλείφουσι ταριχηραῖς ὀσμαῖς, πρὸς ἃς ἐξέρχονται ταχέως. Victorius cap. 1. lib. 9. *Dalec.*

d *Cornus cervini odore ſerpentes fugantur.*] Fugari ſerpentes incenſo cervino cornu, res eſt exploratiſſima, à Plinio ſupra tradita libro octavo, capite trigeſimo ſecundo, & Dioſcoride ſecundo, Varrone tertio, Columella octavo, pluribuſque aliis Græcis juxta Latiniſque ſcriptoribus. Verum hic haud dubie non *Serpentes* legendum, ſed *Inſecta*. Oſtendit liquido id Ariſtoteles, cujus fulgor tanquam clariſſimi ſideris in emetiendo hoc Pliniano gurgite ſubinde proſpectari debet. Is libro quarto, capite octavo ſic ſcribit,

[1] fugantur, ſed maxime ſtyracis: origani, aut calcis, aut ſulphuris formicæ necantur. Culices acida petûnt: ad dulcia non advolant.

CAP. LXXI. *Tactum communem eſſe omnibus.*

TActus [2]ſenſus omnibus eſt, etiam quibus nullus alius: nam & oſtreis, & [3] terreſtribus vermibus quoque. Exiſtimaverim omnibus ſenſum & guſtatus eſſe. Cur enim alios alia ſapores [4] appetûnt? in quo vel præcipua naturæ [5] architectio. Alia dentibus prædantur, alia unguibus, alia roſtri aduncitate carpunt, alia latitudine [6] ruunt, alia acumine excavant, alia ſugunt, alia lambunt, ſorbent, mandunt, vorant. Nec minor varietas in pedum miniſterio, ut rapiant, diſtrahant, teneant, premant, [7] pendeant, tellurem ſcabere non ceſſent.

CAP. LXXII. *Quæ venenis vivant, & quæ terra.*

VEnenis capreæ & coturnices ([a] ut diximus) pingueſcunt, placidiſſima animalia: at ſerpentes ovis, ſpectanda quidem draconum arte: [b] aut enim ſolida hauriunt, ſi jam fauces capiunt, quæ deinde in ſemet convoluti frangunt intus, atque ita putamina [8] excutiunt: aut ſi tenerior eſt, [9] & catuli adhuc ætas, orbe apprehenſa ſpiræ, ita ſenſim vehementerque præſtringunt, ut amputata parte ſeu ferro, [10] reliquam quæ amplexu tenetur ſorbeant. Simili modo avibus devoratis ſolidis, [c] [11] contentione plumas & oſſa revomunt. Scorpiones

1 fugantur. Sed maxime ſtyracis, origani. *Parm. Apud Ariſtot.* ſtyracis & calcis *non leguntur.*

2 alius oſtreis. Nam & terreſtrium vermibus quoque exiſtimaverim. M.

3 terreſtrium. *Ch.*

4 appetant. *Ch.*

5 architectique vis. M. architectatio.

6 eruunt. V.

7 pendant. V. prendant. *Pint. lego* ſuſpendant.

8 extuſſiunt. *Ch. Quidam, non recte*, ejiciunt.

9 eſt catulis adhuc ætas. *Ch.*

10 reliqua. *Ch.*

11 contritione plumas & cætera oſſa. *V.* contione pluri, & cita, & oſſa. M. *prave. Lego*, coctione perfecta plumas & oſſa, contentione plurima, & cætera oſſa. *Parm.* contentione plurima. *Ch.*

ſcribit, *Sulfuris item odore genera inſectorum multa intereunt. Ad hæc formicæ origani ſulfuriſque pulviſculo inſperſo ſuas relinquunt cavernas, alioque migrant. Cornus præterea cervini facto incenſu plurima inſectorum pars fugiunt.* Pint.

a *Ut diximus.*] Sub finem cap. 23. hujus libri. *Dalec.*

b *Aut enim ſolida hauriunt.*] Sumptum ovum ſerpens iterum atque iterum ſibi admovet, quoad ſummam partem rectam ſtatuat, & tum parum contractum ſe colligit, ut diſtento corpore hauſtum ovum deorſum labatur. Ariſt. cap. 3. 8 hiſt Plin. hoc aliter. *Idem.*

c *Contentione plumas & oſſa revomunt.*] Lego, *Contentione plumam excitam & oſſa revomunt:* ex utroque antiquo exemplari,

nes terra vivunt. Serpentes cum occaſio eſt, vinum præcipue appetunt, cum alioqui exiguo indigeant potu. [1] [a] Eædem minimo & pene nullo cibo, cum adſervantur incluſæ, ſicuti aranei quoque, alioqui ſuctu viventes. Ideo nullum interit fame aut ſiti venenatum. Nam neque [2] calor his, neque ſanguis, neque ſudor, quæ aviditatem [3] naturali ſale augent. In quo genere omnia magis exitialia, ſi ſuum genus edere, antequam noceant. Condit in theſauros maxillarum cibum ſphingiorum. & ſatyrorum genus: mox inde ſenſim ad mandendum manibus [4] expromit: & quod formicis in annum ſolenne eſt, [5] his in dies vel horas.

1 edunt. M. Eædem minimi, & pene nullius cibi. V.

2 caloris vim, neque ſanguinis, neque ſudoris. M.

3 naturali ſale. *V. Alii*, naturalem ſola. *Ego nihil muto*, naturalique incitamento *interpretor, & tanquam aviditatis ſtimulo, non arte quæſito, ſed fame ſponte oblato condimento.*

4 exprimit. M *prave. ſic tamen Ch.*

5 his dies vel hora. M.

CAP. LXXIII. *De cibo & potu quorundam.*

UNum animal digitos habentium herba alitur, [6] lepus: ſed & fruge ſolidipedes, & è biſulcis [b] ſues [c] omni cibatu & radicibus. Solidipedum volutatio propria. Serratorum dentium carnivora ſunt omnia. Urſi & fruge, fronde, vindemia, pomis vivunt & apibus, cancris etiam [7] & formicis. Lupi, [d] ut diximus, & terra in fame. Pecus potu pingueſcit: ideo ſal illis [8] aptiſſimus: item veterina, quanquam & fruge & herba, ſed ut bibere, [9] ſecedunt. Ruminant præter jam dicta, ſilveſtrium cervi, cum à nobis aluntur: omnia autem jacentia potius quam ſtantia, & hieme magis quam æſtate, ſeptenis fere menſibus. [e] Pontici quoque mures ſimili

6 lepus: herba, & f. f. & biſulci. V.

7 ac. *Cb.*

8 aptiſſimum M.

9 *Alii legunt*, ſic edunt, *ex Ariſt. lib. & c. 8. & ſic Cb.*

plari, quanquam in Salmanticenſi non *Contentione*, ſed *Certione* habeatur: præcedente vacua areola, ut conjiciam *Excreatione* legendum Item in Toletano duo illa verba, *& oſſa*, deſunt. *Pint.*

a *Eædem minimo & pene nullo cibo.*] Theophr. cap 4. libro 4. hiſtor. *Dalec.*

b *Sues.*] Sues quomodo ſaginandi & naturam earum, vide ſupra c. 51 l. 8. *Idem.*

c *Omni cibatu.*] Et quavis colluvie: unde Feſto *Colluviares porci.* Aluntur tamen fere in piſtrinis furfuribus: unde piſtores *ſcrophipaſcos* Plautus appellat in Captivis. *Colluviares* Varro lib. 6. de ling. Lat. vocat & *volutares:* Appion Grammaticus χαμευνάδας. *Scalig.* Vide quæ notata ſunt c. 51. lib. 8. *Dal.*

d *Ut diximus.*] Lib. 8. cap. 22. *Idem.*

e *Pontici quoque mures.*] Vulgo, *Roſereaux, Hermines, Menus verds.* Dal.

a *In*

mili modo remandunt. [1] In potu, quibus ſerrati dentes, lambunt: & mures hi vulgares quamvis ex alio genere ſint. Quibus continui dentes, ſorbent, ut equi, boves. Neutrum urſi, ſed aquam quoque morſu vorant. [a] In Africa major pars ferarum æſtate non bibunt inopia imbrium: quam ob cauſam capti mures Libyci, ſi [2] biberint, moriuntur. Orygem perpetuo [3] ſitientia Africæ generant, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia ſitientium. Namque Getuli latrones [4] eo durant auxilio, repertis in corpore [5] eorum ſaluberrimi liquoris veſicis. Incidunt in eadem Africa pardi condenſa [6] arborum, occultatique earum ramis, in prætereuntia deſiliunt, atque è volucrum ſede graſſantur. Feles quidem quo ſilentio, quam [7] levibus veſtigiis obrepunt avibus! quam [8] occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt! Excrementa ſua effoſſa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.

1 In potu autem quibus. *Ch.*
2 bibere. *Ch.*
3 ſitientem Africa generat, ex natura loco potu carente. *V. & M.* *niſi quod hic habet*, ex naturali loco potu.
4 cum eo. *M.*
5 earum. *V.*
6 arbore oc. ejus. *M.* arbore oc. earum. *Ch.*
7 lenibus. *V.*
8 occulte ſpeculatæ. *Ch.*

Cap. LXXIV.

Quæ inter ſe diſſideant, & quæ inter ſe conveniant.

Ergo & alios quoſdam ſenſus eſſe, quam ſupra dictos, haud difficulter apparet. Sunt enim quædam his bella amicitiæque, unde & affectus, præter illa quæ de quibuſque eorum ſuis diximus locis. Diſſident olores & aquilæ: [b] [9] corvus & chlorio, [c] noctu invicem ova exquirentes. Simili modo corvus & milvus, illo præripiente huic cibos: cornices [10] & noctua: aquilæ & [11] [d] trochilus (ſi credimus)

9 Pipra & chloreus. *Turn. ex Ariſtot.* choreus. *Ch.*
10 atque. *M. & Ch.*
11 orchilus *in quibuſdam Ariſt. codic.* Turn.

a *In Africa.*] Ἡ μὴ ὑδρηλὴ τῆς Λιβύης. Theophr. c.4. lib.4. *Dalec.*

b *Corvus & Chlorio noctu invicem ova exquirentes.*] Ariſtoteles avem pipram vocat libro nono, capite primo. Hanc Plinius ſoricem, ut paulo poſt conſtabit, Theodorus piponem vertit. Quare hic non *corvus* ſed *ſorex* forte legendum ex Ariſtotele loco ante dicto: *Et Sorex*, inquit, *& Chloreus, nam ova ſibi ad invicem devorant.* Pint.

c *Noctu invicem ova exquirentes.*] Mirum, cum aves illæ noctu non volent. *Dalec.*

d *Trochilus.*] Trochilum Ariſtot. cum noctua inimicitias gerere tradit. *Idem.*

a *Aqua-*

mus) quoniam rex appellatur avium: noctuæ, [1] & cæteræ minores aves. Rurſus cum terreſtribus muſtela & cornix: turtur & pyralis, [2] ichneumones, veſpæ & phalangia aranei. [a] Aquaticæ, anates & gaviæ. [b] Harpe & triorches accipiter. Sorices & ardeolæ, invicem fœtibus inſidiantes. Ægithus avis minima cum aſino. [3] Spinetis enim ſe ſcabendi cauſa atterens, nidos ejus diſſipat: quod adeo pavet, ut voce omnino rudentis audita, ova ejiciat, pulli ipſi metu cadant. Igitur advolans hulcera ejus roſtro excavat. Vulpes [4] & Nili angues: muſtelæ & ſues. [c] Æſalon vocatur parva avis, ova corvi frangens, cujus pulli infeſtantur à vulpibus. Invicem hæc catulos ejus ipſamque vellit. Quod ubi viderunt corvi, contra auxiliantur, velut adverſus communem hoſtem. Et acanthis in ſpinis vivit: idcirco aſinos & ipſa odit, flores ſpinæ devorantes. [d] Ægithum vero [6] anthus in tantum, ut ſanguinem eorum credant non coire, multiſque [7] ob id veneficiis infament. Diſſident thoës ac leones, & minima æque ac maxima. Formicoſam arborem [8] ſorices cavent. Librat araneus ſe filo in caput [9] ſerpentis porrectæ ſub umbra arboris ſuæ tantaque vi morſu cerebrum appre-

1 atque. *M.*

2 ichn. & veſp. phal. & ar. *Parm.* ichn. veſpæ, phal. & ar. *M.* *Nihil muto accipioque veſpas dictas ichneumonas & araneos vocatos phalangia.*

3 Spinis. *M.*

4 & niſi (*ſic circos vocat*) angues, muſtelæ & ſues. *Turn. ex Ariſt.* milvi, angues & mu. V. & Mili angues. *Ch.*

5 prava. *Quidam vide ſupra cap.* 8.

6 Acanthis.

7 ideo. *M.*

8 urucæ. *M. & V. & Ch.*

9 lacertæ. *Ariſt. c.* 30. *lib.* 9. *hiſt.*

a *Aquatica anates & gavia. Harpe & triorches accipiter.*] Scribo; *Aquatica anates, gavia & Harpe, Triorches accipiter.* Ariſtoteles lib 9. cap. 1. *Inimica ſunt etiam ſibi mutuo quæ in aquis degunt, ut Anas, Gavia, Harpe.* Quod autem ſequitur de Triorche, hoc eſt Buteone, locus eſt (ut cenſeo) mutilatus, multaque hic verba librarii indiligentia omiſſa videntur. Nam Ariſtoteles Buteonem adverſari ait ranis, rubetis, anguibus: devorat enim ea. Triorche igitur præmiſſo, conſequens erat ut animalia ſubtexeret quibuſcum bellum ei eſt. *Pintianus.*

b *Harpe & triorches accipiter.*] Ariſtoteles dicit Harpam & Triorchen: (lego *Brenthum*) Rubetam & Serpentem, Piponem (in Ariſtotel. exemplaribus legitur ἴωπιν) & Ardeam mutuis ſe odiis proſequi. *Dalec.*

c *Æſalon vocatur parva avis.*] Falſum hoc. Æſalon enim vel Suida & Geſnero teſtibus, accipitris genus, quod nos vocamus *Emerillon*, ideoque parvam avem à Plinio dictam putat Geſnerus. *Idem.*

d *Ægithum vero anthus, &c.*] Plutarchus Περὶ φθόνου. πολεμοῦσι δ' ἀετοὶ καὶ δράκοντες, κορῶναι τε γλαῦκος, αἰγιθαλλοὶ καὶ ἀκανθυλλίδες, ὥστε τούτων γε φασὶ μηδὲ τὸ αἷμα κίρνασθαι σφαττομένων, ἀλλὰ κἂν μίξῃς, ἰδίᾳ πάλιν ἀποῤῥεῖ διακερνόμενον. *Idem.*

apprehendit, ut ſtridens ſubinde ac vertigine rotata, ne filum quidem deſuper pendentis rumpere, adeo non fugere queat: nec finis ante mortem eſt. Rurſus amici pavones & columbæ, turtures & pſittaci, [a] merulæ [1] & turdi, cornix & ardeolæ; contra vulpium genus communibus inimicitiis. Harpe & milvus contra [2] triorchem. [3] Quid, non & affectus indicia ſunt etiam in ſerpentibus, immitiſſimo animalium genere? [b] Dicta ſunt, quæ Arcadia narrat de domino à Dracone ſervato, [4] & agnita voce hominis. [c] De aſpide miraculum [5] Philarcho redditur: is enim auctor eſt, cum ad menſam cujuſdam veniens in Ægypto aleretur aſſidue, enixam catulos; quorum ab uno filium hoſpitis interemptum illam reverſam ad conſuetudinem cibi, intellexiſſe culpam, & necem intuliſſe catulo, nec poſtea in tectum [6] id reverſam.

CAP. LXXV. *De ſomno animalium.*

SOmni quæſtio non obſcuram conjectationem habet. In terreſtribus, omnia [7] quæ conniveant, dormire manifeſtum eſt. Aquatilia quoque exiguum quidem, etiam qui de cæteris dubitant, dormire tamen [8] exiſtimant: non oculorum argumento, quia non habent genas: verum [9] ipſa quiete cernuntur placida, ſeu ſoporata, neque [10] aliud, quam caudas moventia, & ad tumultum aliquem [11] expaventia. De thynnis confidentius affirmatur. Juxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani autem piſcium in vado, ut manu ſæpe tollantur. Nam Delphini, balænæque ſtertentes etiam audiuntur.

1 & turtures. *Cb.*
2 triorchim. *M.*
3 quin & effectus indicia. *M.*
4 & agnita voce draconis. *Cb.*
5 a Philarcho traditur. *V.*
6 id, *in V. del.*
7 quæ conluentur. *M.* quæ cor habent. *V.* *priori lectioni adſtipulatur quod ſequitur*, non oculorum argumento.
8 æſtimant M.
9 in ipſa; V.
10 alio quam caudis ſe mov. *V in vulgata lectione legitur*, caudis. *Cb.*
11 expaveſcentia. M. *&* *Cb.*

Inſecta

a *Merulæ & turdi.*] Ariſtot. hiſtor. animal. lib. 9. cap. 1. ſic habet: φίλει κόττυφος καὶ τρυγών. Unde & hic legendum videtur *Merulæ & Turtures.* Adde ex Oppiano in Halieuticis non ſolum Merulas & Turtures aves mutuo ſe amare, ſed etiam piſces iiſdem nominibus. *Dalec.*

b *Dicta ſunt.*] Cap. 17. lib. 8. *Idem.*

c *De aſpide miraculum Philarcho*] Vult Plinius fidem rei quam narrat, penes auctorem Philarchum eſſe. *Gelen.*

a Somniat

Inſecta quoque dormire ſilentio apparet, quia ne luminibus quidem admotis excitentur. Homo genitus premitur ſomno per aliquot menſes: deinde longior in dies vigilia. [a] Somniat ſtatim infans. Nam & pavore expergiſcitur, & ſuctum imitatur. Quidam vero nunquam; [b] quibus mortiferum fuiſſe ſignum [c] contra conſuetudinem [1] ſomnium, invenimus exempla. Magnus hic [2] invitat locus, & diverſis refertus documentis, utrumne ſint aliqua præſcita animi quieſcentis: qua fiant ratione, an fortuita res ſit, ut pleraque. Et ſi exemplis agatur, profecto paria fiant. [3] A vino & à cibis proxima, atque [d] in [4] redormitatione vana eſſe viſa, prope conve-

1 ſomnum. Ch.
2 In vita. Ch.
3 Autumno. Ch.
4 redormitione. M. & Ch.

a *Somniat ſtatim infans.*] Infantes non ſtatim ſomniare, auctor eſt Ariſtoteles libro de inſomniis, capite tertio: & libro de animalium hiſtoria quarto, capite decimo. Idem tamen libro ſeptimo, ſomniare aſſerit. At rurſus negat libro de divinatione per inſomnium. Familiare hoc Ariſtoteli, ut ſæpenumero repugnantia ſibi loquatur. Quod qui ignorat, parum ſe in ejus lectione verſatum oſtendit. Non quod ſua ipſius placita Ariſtoteles refellar, reſcindatve, ſed quod varia & interdum diſſidentia diverſorum auctorum dogmata literis mandare, utile & è republica literaria eſſe duxerit. *Pint.* *Somniat ſtatim infans.*] Negar hoc Ariſtoteles lib. 4. de Hiſt. Anim. *Nuper*, inquit, *in lucem editi, & infantes ante quartum aut quintum ætatis annum fere non ſomniant.* Sed cur pavore expergiſcuntur & ſuctum imitantur? Reſpondet de Animal. gen. lib. 5. *Infantes*, inquit, *dum vigilant non rident: cum dormiunt, & rident & flent quandoque.* Numquid ergo ſomniare dici poſſunt, qui ea dormientes faciunt, quæ nunquam fecere vigilantes? Igitur ſomnis, inquit, non ſunt quæcunque dormiendo aguntur, ſed præter ſomnia: ut iis qui dormientes reſurgunt, ambulant & loquuntur ridentque, inquir, eodem modo, quo qui vigilant, accidunt hæc, & obſervantur quidem penitus, ſed non ut ſomnia. Idem tamen auctor lib. 7. *Infantes*, inquit, *ſomniant, ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginum.* Quid igitur; contradicit ipſe ſibi Ariſtoteles? minime. ſed hoc ſentit, quod infantes, ſi minus proprie loquendum ſit, ſomniant: ſi proprie, non ſomniant. Sed hæc alibi fuſius ediſſerenda ſunt. *Hermolaus Barbarus.*

b *Quibus mortiferum fuiſſe ſignum contra conſuetudinem ſomnium, &c.*] Exemplar Salmanticenſe, *Contra conſuetudinem ſomniorum.* Lego, *Contra conſuetudinem ſomniare.* Poteſt tamen legi *Somnium*, idemque eſt ſenſus; nec aliter apographum Toletanum legit, ſed neſcio qua ratione implet magis animum *ſomniare.* Pint. *Quibus mortiferum, &c.*] Ut Cleon ex Daulia, & Thraſymedes. Plutarch. lib. de oraculis. Rhodig. cap. 16. 27. Tertullianus lib. de anima. Leopardus cap. 2. 8 *Daiec.*

c *Contra conſuetudinem.*] Neronem nunquam ſomniare ſolitum, tradit Suetonius, ſub extremum vitæ tempus evidentibus oortentis ſomniorum territum fuiſſe. *Idem.*

d *In redormitatione vana eſſe viſa.*] Horat.

Atque ego cum Græcos facerem, natus mare citra
Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Poſt mediam noctem viſus, cum ſomnia vera. Idem.

a *Equos,*

convenit: Eſt autem ſomnus nihil aliud, quam animi in medium ſeſe receſſus. Præter hominem ſomniare, [a] equos, canes, boves, pecora, capras, palam eſt. Ob hoc creditur [1] & in omnibus, quæ animal pariant. De iis, quæ ova gignunt, incertum eſt: ſed dormire ea, certum. Verum ad inſecta [2] tranſeamus.

1 & omnia. V.
2 tranſeamus. Hæc namque reſtant. M.

a *Equos, canes, boves.*] Stantes: unde feſtive Plautus in Menæch. *Certe hæc mulier cantherino ritu adſtans ſomniat.* Dalec.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XI.

RESTANT *immenſæ ſubtilitatis animalia: quando aliqui ea neque ſpirare, & ſine* [1] *ſanguine eſſe etiam prodiderunt.*

1 ſanguine etiam carere. *M.*

CAP. I. *De inſectorum genere.*

MUlta hæc & [2] multigena terreſtrium [3] volucriumque [4] vita. Alia pennata, ut apes: alia utroque modo, ut formicæ: aliqua & [a] pennis & pedibus carentia: jure omnia [b] inſecta appellata ab inciſuris; quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi [5] præcincta ſeparant membra tenui modo [c] fiſtula cohærentia. Aliquibus vero non [6] tota inciſura [7] eas ambiente rugas, ſed in alvo, aut ſuperne tantum, imbricatis [8] flexilibus vertebris, nuſquam alibi ſpectatiore naturæ rerum artificio.

2 Multigenera. *Turn. M. & Cb.*
3 volucrum. *M.* volucrumque. *Cb.*
4 vita. Alia pedibus gradiuntur, ut aſelli: alia pennata.
5 præcinctu, *ὑποζώματι διαιροῦσι. Ariſt. de cicadis.*
6 tota inciſura eorum. *V.*
7 eam ambiente ruga. *Turn. & Cb.*
8 flexili. *Turn. Ego nihil muto.*

CAP. II. *De ſubtilitate in his natura.*

IN magnis ſiquidem corporibus, aut certe majoribus [d] facilis officina ſequaci materia fuit. [9] In his tam parvis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio? ubi tot ſenſus collocavit in culice? & ſunt alia dictu minora. Sed ubi

9 In his vero tam. *M.*

a *Pennis & pedibus carentia.*] Ut lumbrici. *Dalec.*

b *Iſnecta.*] Græcis ἔντομα. *Idem.*

c *Fiſtula.*] Meatu fiſtuloſo cibi & ſpiritus. *Idem.*

d *Facilis officina, &c.*] Animalium procreatio ac effectio, perfectio, ut paulo poſt. *Idem.*

a *Pralen-*

ubi viſum in eo prætendit? ubi guſtatum applicavit? ubi odoratum inſeruit? ubi vero truculentam illam & portione maximam vocem ingeneravit? qua ſubtilitate [1] pennas adnexuit? [a] prælongavit pedum crura? diſpoſuit jejunam caveam, uti alvum? avidam ſanguinis, & potiſſimum humani ſitim accendit? Telum vero perfodiendo tergori, quo ſpiculavit ingenio? Atque ut in capaci, cum cerni non poſſit exilitas, ita [b] reciproca [2] geminavit arte, ut fodiendo acuminatum pariter, ſorbendoque fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad perforanda robora cum ſono teſte dentes affixit? Potiſſimumque è ligno cibatum fecit. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros taurorumque colla, & truces in ſublime jactus tigrium rapinas, leonum jubas, cum rerum natura nuſquam magis, quam in minimis, tota ſit. Quapropter quæſo, [3] ne hæc legentes, quoniam ex his [4] ſpernunt multa, etiam relata faſtidio damnent, cum in contemplatione naturæ nihil poſſit videri ſupervacuum.

1 plumas adnexit. *Ch.*

2 generavit. *M.* & *Ch.* reciprocam geminavit. *Dal.*

3 ne noſtra legentes. *M.*

4 ſpernuntur. *V.*

CAP. III.

Utrum ſpirent, an habeant ſanguinem.

INſecta multi negarunt ſpirare, idque [5] ratione perſuadentes, quoniam [6] viſceri interiori [c] nexus ſpirabilis non ineſſet. Itaque vivere ut fruges, arboreſque: ſed plurimum intereſſe, ſpiret [7] aliquid, an vivat. Eadem de cauſa nec ſanguinem iis eſſe, qui ſit [8] nullis carentibus corde atque jecore. Sic nec ſpirare ea, quibus pulmo deſit. [d] Unde numeroſa quæſtionum ſeries exoritur. Iidem enim & vocem

5 ea ratione. *M.*

6 per viſcera interiora nexus. *M.* viſcera interiora nexus. *Ch.* viſceri interior nexus. *V.*

7 aliquis. *M.*

8 nullus. *M.*

a *Prælongavit pedum crura.*] Obſerva. *Dalec.*

b *Reciproca geminavit arte.*] Duplici, mutuo ſibi conſentiente. *Idem.*

c *Nexus ſpirabilis non ineſſet.*] Arteriæ, per quam ſpiramus, connexus ac contextus. *Idem.*

d *Unde numeroſa quæſtionum, &c.*] Ariſtotelem tacite carpit cap. 4. lib. 4. hiſtor. *Idem.*

cem eſſe his negant, in tanto murmure apum, cicadarum ſono, & aliis quæ ſuis æſtimabuntur locis. [1] Nam mihi contuenti ſe perſuaſit rerum natura, nihil incredibile exiſtimare de ea. Nec video, cur [2] magis poſſint non trahere animam talia, & vivere quam ſpirare, ſine viſceribus: quod etiam in marinis [a] docuimus, quamvis arcente [3] ſpiritum denſitate & altitudine humoris. Volare quidem aliqua, & [b] animatu carere [4] in ipſo ſpiritu viventia, habere ſenſum victus, generationis, operis, atque etiam de futuro curam: & quamvis non ſint [5] membra, quæ velut carina ſenſus invehant, [c] eſſe tamen his auditum, olfactum, guſtatum, eximia præterea naturæ dona, ſolertiam, animum, artem, quis facile crediderit? Sanguinem non eſſe his fateor, ſicut ne terreſtribus quidem cunctis, verum ſimile quiddam. Ut [6] ſepiæ in mari ſanguinis [7] vicem atramentum obtinet, purpurarum generi infector ille ſuccus: ſic & inſectis quiſquis eſt vitalis humor, hic erit & [8] ſanguis, donec æſtimatio ſua cuique ſit. Nobis propoſitum eſt, naturas rerum manifeſtas indicare, non cauſas [9] judicare dubias.

1 nam contuenti ſemper ſuaſit. *M.*
2 magis non poſſint trahere animam talia, & ſpirare quam vivere. *Dal.*
3 ſpiratum. *M. Tol.*
4 ſine ipſo. *D.* & in ipſo. *Ch.*
5 membra, velut marinis, quæ ſenſus. *D.*
6 ſepia. i. m. ſ. vice. *V.*
7 vires. *M.* & *Ch.*
8 Sanguis. Sed. *V.*
9 indagare. *M.*

Cap. IV. *De corpore eorum.*

INſecta, ut intelligi poſſit, non videntur nervos habere, nec oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes, [10] ne cruſtam quidem fragilem, ut quædam marina, [11] nec quæ jure dicatur cutis: ſed mediæ cujuſdam inter omnia hæc naturæ corpus, arenti ſimile, nervo mollius, in reliquis partibus ſiccius [12] verius, quam durius. Et hoc ſolum [13] his eſt, nec præterea aliud. [14] Nihil intus, niſi admodum paucis inteſtinum implicatum. Itaque

10 nec. M.
11 neque jure dicetur. *M.*
12 fere. *Turn.* vero. *Ch.*
13 in his eſt. *M.*
14 *Legendum videtur,* Nihil intus, niſi inteſtinum, admodum paucis replicatum, *ex Ariſt. l. 4. animal. c. 7.*

a *Docuimus.*] Capite 7. lib. 9. *Dalec.*

b *Animatu carere in ipſo, &c.*] Obſervatione dignum. *Idem.*

c *Eſſe tamen his auditum, &c.*] Hos ſenſus inſectis Ariſtoteles tribuit cap. 7. lib. 4. hiſt. *Idem.*

que divulſis præcipua vivacitas, & partium ſingularum palpitatio. Quia quæcunque eſt ratio vitalis, illa non certis ineſt membris, ſed toto in corpore, minime tamen [1] capite, ſolumque non movetur, niſi cum pectore avulſum. In nullo genere plures ſunt pedes. Et quibus ex his plurimi, diutius vivunt divulſa, ut in ſcolopendris videmus. Habent autem oculos, [2] præterque è ſenſibus tactum atque guſtatum: aliqua & odoratum, pauca & auditum.

1 caput, ſolumque. *M.*

2 præterque ſenſus. *Parm.*

CAP. V. *De apibus.*

SEd inter omnia ea principatus apibus, & jure præcipua admiratio, ſolis ex eo genere hominum cauſa genitis. Mella contrahunt, ſuccumque dulciſſimum atque ſubtiliſſimum, ac ſaluberrimum. [3] Favos confingunt & ceras. Illæ ad uſus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, conſilia privatim ac duces gregatim: & quod maxime mirum ſit, mores habent. Præterea, [a] cum ſint neque manſueti generis, neque feri: [4] tamen tanta eſt natura rerum, ut prope ex umbra [5] minimi animalis, incomparabile effecerit quiddam. Quos efficaciæ induſtriæque tantæ comparemus nervos? quas vires? quos rationi medius fidius viros? hoc certe præſtantioribus, quo nihil novere, niſi commune! non ſit de anima quæſtio: conſtet & de ſanguine, quantulum tamen eſſe in tantulis poteſt. Æſtimemus poſtea ingenium.

3 *Alias ſic:* Favos confingunt & ceras, mille ad uſus vitæ. Laborem tolerant, &c. *Sic & Ch.*

4 tamen, *in M. d.* tantum naturaver. *Ch.*

5 minima animalis, incorporabile. *Tol. non recte.*

6 ratione. *Ch.*

CAP. VI. *Qui ordo naturæ in eis.*

HIeme conduntur. Unde enim ad pruinas niveſque, & Aquilonum flatus perferendos vires? Sane

a *Cum ſint neque manſueti generis, &c.*] Apum feram eſſe naturam Juſtinianus in Inſtit. *tit. de rerum diviſione*, & Cajus *l.* 5. *ff. de acquirendo rer. dom.* Auctor poſthac cap. 18. eas diſtinguit in ruſticas ſive ſilveſtres & urbanas: Varro in feras & cicures. Ariſtoteles ſex earum genera recenſet. Apes feras novit Paulus in *l. Si apes. ff. de furtis.* Magius cap. 3. lib. 1. *Dalec.*

Sane & inſecta omnia: ſed minus diu, quæ parietibus noſtris occultata mature tepeſiunt. Circa apes aut temporum locorumve ratio mutata eſt, aut erraverunt priores. Conduntur à Vergiliarum occaſu, ſed latent ultra exortum: adeo [a] non ad veris initium, ut dixere, [1] nec ut quiſquam in Italia [2] de alveis exiſtimat. Ante fabas florentes [3] non exeunt ad opera & labores, nulluſque cum per cœlum licuit, otio perit dies. Primum favos conſtruunt, ceram fingunt, hoc eſt, domos cellaſque faciunt. Deinde ſobolem, poſtea mella, ceram ex floribus, [b] melliginem è lachrymis arborum, quæ glutinum pariunt, ſalicis, ulmi, harundinis, ſucco, gummi, reſina. [c] His primum alveum ipſum intus [4] totum, ut quodam tectorio, illinunt, & aliis amarioribus ſuccis contra aliarum beſtiolarum aviditates: id ſe facturas conſciæ, quod concupiſci poſſit. [d] His deinde fores quoque latiores [5] circumſtruunt.

1 nec quiſquam in It. de eis aliter (de aliis. *Cb*) exiſt. *Turn.*
2 de aliis. *M. lego*, de illis.
3 non *in M. deeſt neque legitur in Cb. ſed* neque *Turneb. agnoſcit.*
4 totum, ac etiam pavimentum, *Ariſt. c. 4. lib. 9. hiſt.*
5 circum obſtruunt è *Varrone & loco cit. Ariſt.*

CAP.

a *Non ad veris initium.*] Quod Homerus ἔαρ νέον ἐχομβρίας μελλίτλας, veris tempus innui ſignificarique Porphyrius cenſet, quo ad opus laboremque apes exeunt: νέον enim τὸ ἔαρ dixerunt. Pythagoras autem hiemem πατέρα τῶν χειρῶν vocat. Rhodig. capite 35. 23. *Dalec.*

b *Melliginem.*] Materiam è qua fit Commoſis, Piſſoceras, Propolis. Vide aliam melliginis ſignificationem cap. 27. lib. 12. *Idem.*

c *His primum alveum ipſum, &c.*] Primum tectorium κόμμωσις eſt, gummitio. Materia ex qua fit, amara & glutinoſa, Ariſtot. μίτυς, Varroni lib. 3. Erithace, Plinio Melligo. Colligitur ea ex ſucco gummi, reſinæ, ſalicis, ulmi, arundinis: Ariſtoteli quaſi ceræ excrementum, valde nigra, acris odoris, ad plagas & ſuppurationes utilis, & longe Piſſocero valentior. *Idem.*

d *His deinde fores quoque latiores circumſtruunt.*] Verbum *His* ſuperfluit, ex exemplari Toletano: & videtur mihi aptiorem *Arctiores*, quam *Latiores*. Pint. Ariſtoteles: καὶ τὰς εἰσόδους περιοικοδομοῦσιν ἐὰν εὐρεῖαι ὦσιν.

a *Commo-*

CAP. VII. *De vocabulis operis.*

PRima fundamenta [1] [a] commoſin vocant periti, ſecunda [b] piſſoceron, tertia [c] propolin, [d] inter coria [2] ceraſque magni ad medicamina uſus. [3] Commoſis cruſta eſt prima, ſaporis amari. [e] Piſſoceros ſuper eam venit, picantium modo ſeu dilutior, [f] ceræ initium plerumque è mitiore gummi. [g] Propolis craſſioris jam materiæ, [h] additis floribus, nondum tamen cera, ſed favorum ſtabilimentum, [4] qua omnes frigoris aut injuriæ aditus obſtruuntur, [i] odore & ipſa etiamnum gravi, ut qua plerique pro galbano utantur. Præter hæc convehitur erithace, quam aliqui ſandaracham, alii cerinthum vocant.

1 Mityn. V.

2 ceramque. D.

3 Metys. V. Mitys. *Ariſt.*

4 qua aditus injuriæ frigoris omnes obſtruuntur. *Alii.*

Hic

a *Commoſin vocant periti.*] Corium primum. Quidam legunt κόνισιν vel κονίασιν, nimirum tectorium, & illitionem, quæ favorum primum fundamentum eſt. καλοῦσι δὲ οἱ μελιττουργοὶ τὴν κόνιζιν, inquit Ariſtot. μίτυς Ariſtot. commoſi Plinii reſpondere videtur, nempe illitus quidam præter imum tectorium. Heſychio tamen κόμμωσις eſt, ὁ τοῦ σώματος ἀρεγισμὸς, καὶ ὑπὸ τῶν μελιττουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις. Turneb. cap. 12. lib. 23. Adverſ. κόμμωσιν Græci ἀπὸ τοῦ κόμμεως gummoſi & glutinoſi ſucci illitum. *Dalec.*

b *Piſſoceron.*] Corium ſecundum. *Idem.*

c *Propolin.*] Vide cap. 24. libro 22. *Idem.*

d *Inter coria ceraſque, &c.*] Inter cruſtas duas priores & favorum ceram. *Idem.*

e *Piſſoceros ſuper eam venit picantium modo ſeu dilutior cera, &c.*] Scribendum puto, *Picatus*, non *Picantium* & *Dilutioris cera* caſu patrio potius quam *Dilutior cera*, in recto. Nam cum præierit verbum *Venit*, commodius redditur nomen *Picatus*, quam participium *Picantium*, præcipue cum verbalibus quartæ inflexionis libentiſſime Plinius utatur, ut ſunt *luctatus*, *cogitatus*, *vocatus*, *ſpiratus*, *guſtatus*, & id genus aliis. Verba autem illa, *ſeu dilutioris cera* etymologiam compoſitionemque dictionis, *Piſſoceros*, monſtrant. *Pint.*

f *Ceræ initium plerumque è mitiore gummi.*] Scribo, *E vitium, populorumque mitiore gummi.* ex utroque exemp. Nam qua ratione tolerari poteſt, *ceræ initium?* cum de tertia cruſta quæ in opere mellificii propolis dicitur, ſequatur paulo poſt, *Nondum tamen cera*. Legendum vero eſſe, ut dixi, *Picatum* non *Picantium*, Theodori etiam tralatio confirmat. *Piſſoceron* enim vertit, *cereum picatum*, libro nono, capite 40. *Idem.*

g *Propolis.*] Cap. 8. lib. 24. è gutta, quam in foliis populi ferunt, Propolin apes faciunt. *Dalec.*

h *Additis floribus.*] Euripides in Iphigenia:

Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόρρυτον γάνος
Ξανθῆς μελίσσης εἰς πῦρ ἐμβαλῶ σέθεν.

Cap. 8. lib. 24. è gutta, quam in foliis populi ferunt, Propolin apes faciunt. *Idem.*

i *Odore & ipſa etiamnum gravi.*] Dioſcorides Propolin eſſe vult jucundi odoris, & ad ſtyracem accedentis, quod Plinio repugnat. Qui vero pro Galbano utuntur, facultatem ejus tantum, non odorem ſpectant, id quod Plinium fefellit. *Idem.*

Hic erit apum dum operantur, cibus, qui ſæpe invenitur in favorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari [1] ſaporis. [a] Gignitur autem rore verno, & arborum ſucco, gummi modo, Africi minor, Auſtri flatu nigrior, Aquilonibus melior & rubens, plurimus [2] in [b] Græcis nucibus. Menecrates florem eſſe dicit futuræ meſſis indicium: [c] ſed nemo præter eum.

1 ſaporis cibus. M. ſaporis, ſed plenus humoris cibus. V.

2 ex. D.

CAP. VIII. *Ex quibus floribus opera fiant.*

CEras ex omnium arborum ſatorumque floribus confingunt. Excepta rumice [3] & [d] chenopode. Herbarum hæc genera. Falſo excipitur & [e] ſpartum, quippe cum in Hiſpania multa in ſpartariis mella herbam eam ſapiant. [f] Falſo & oleas excipi arbitror, quippe olivæ proventu plurima examina gigni certum eſt. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus inſidunt. Operantur intra [4] ſexaginta paſſus. Et ſubinde conſumptis in proximo floribus, ſpeculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehenſæ in expeditione excubant ſupinæ, ut alas à rore protegant.

3 & Echinopode. M. & Ch.

4 quadraginta. M.

CAP.

a *Gignitur autem rore verno.*] Mel gigni rore verno, non Erithacem, Ariſtoteles, Plinius & alii acervatim auctores produnt. Quapropter verior hic erit lectio, *Rore marino*, quam *Rore verno.* Nam inter arbuſculas quæ conſeri debent circa apiarium, ros marinus memoratur à Columella libro nono, cap. quinto. Item Varro libro tertio, capite ſexto decimo, ex alia materia aliud mel fieri tradit, liquidum ex ſiſeris flore, è contrario ſpiſſum è rore marino. & Plinius infra capite 16. *Marino è rore ſpiſſum.* Pint.

b *Græcis nucibus.*] Amygdalis. *Dal.*

c *Sed nemo præter eum.*] Decepit Menecraten ambiguus Cerinthi ſignificatus, quo nunc herbam floremque intelligimus, nunc vel apum cibum, vel gluten, quo favorum obturant foramina. *Idem.*

d *Chenopode.*] Equinopode. Quidam Tribulum interpretantur, alii Echion, alii ſpinæ genus. Ejus mentio fit in veteri diſticho:

Ὡς ἀν' ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ἄκανθαν

Φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Turnebus c. 12. lib. 23. Adverſ. *Idem.*

e *Spartum.*] Non quidem juncus ſterilis, & flore fructuque privatus deſcriptus c. 2. 19. ſed geniſta, iiſdem locis, quibus & ille naſcens, flore apibus jucundiſſimo. Vide quæ notata ſunt in eum locum. *Idem.*

f *Falſo & oleas excipi arbitror.*] Verùm tamen id eſſe affirmat cap. 12. libro 21. *Idem.*

a Ad

CAP. IX. *De amatoribus earum.*

NE quis miretur amore earum captos, Ariſtomachum Solenſem duodeſexaginta annis nihil aliud egiſſe: Philiſcum vero Thaſium in deſertis apes colentem Agrium cognominatum: qui ambo ſcripſere de his.

CAP. X. *Ratio operis.*

RAtio operis [1] hæc: interdiu ſtatio ad portas more caſtrorum, noctu quies in matutinum, donec una excitet [2] gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. Tunc univerſæ provolant, ſi dies mitis futurus eſt. Prædivinant enim ventos imbreſque, & [3] tunc ſe continent tectis. Itaque temperie cœli (& hoc inter præſcita habent) cum agmen ad opera proceſſit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttaſque lanugine totius corporis. [4] Quibus eſt earum adoleſcentia, [a] ad opera exeunt, & ſupradicta convehunt, ſeniores intus operantur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura [5] ſcabra, pedes priores roſtro: totæque onuſtæ remeant ſarcina pandatæ. Excipiunt eas ternæ, [6] aut quaternæ, atque exonerant. Sunt enim [7] intus quoque officia diviſa. Aliæ ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerunt, aliæ cibum comparant ex eo, quod allatum eſt. Neque enim ſeparatim veſcuntur, ne inæqualitas [8] operis [9] & cibi fiat & temporis. [10] [b] Struunt orſa ea concameratione alvei,

1 hæc, *in M. d.*
2 excitet omnes gem. M.
3 tunc, *in M. d. Pint.* & in ſe. *Ch.*
4 Quarum adoleſcentiores ad op. M. Adoleſcentiores ad op. *Sal. Pint. lego,* Harum adoleſcentiores.
5 ſcabri pedes priores vicini roſtro. M.
6 quaternæque exonerant. *Ch.*
7 in iis. *M.*
8 temporis & cibi & operis quoque fiat. *D.*
9 aut cibi. V.
10 *Alii* Struunt orſus. *Turnebus vero* ſtruunt orſæ à concameratione alvei, textumque velis ad ſumma tela. *Lego,* textumque velis uſque ad imum ſolum deducunt. *ex Ariſt.*

a *Ad opera exeunt.*] Ex operariis apibus alias dici σειρῆνας, alias ἐργοφόρους, alias ἡγεμόνας, alias πλάστιδας, Ælianus adnotavit: κηφῆνας vero nunc apes maſculas ἀπραγίλους, nunc ἀκέντρους, & ſteriles, interpretantur. Rhodig. cap. ult. 23. *Dalec.*

b *Struunt orſa ea concameratione alvei, textumque vel uſque ad ſumma tecta perducunt.*] Scribendum videtur, *Struunt orſa à concameratione alvei, textuque vel uſque ad ima telas deducunt.* Nam & in Salmanticenſi exemplari, *Tela* legitur, non *Tecta.* Ariſtoteles libro nono, capite 40. *Exordium operis à tecto alvei, textuſque ad pavimentum perpetuo ſtabilimento agitur, pluresque ad pavimentum tela deducuntur.* Pint.

alvei, textumque vel uſque ad ſumma tecta deducunt, [a] limitibus binis circa ſingulos [1] arcus, ut aliis intrent, aliis exeant. [b] Favi ſuperiore parte affixi, & paululum etiam lateribus ſimul hærent & pendent una. Alveum non contingunt, [c] nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter [2] popoſcit alveus: aliquando & duorum generum: cum duo examina concordibus populis diſſimiles habuere [3] ritus. [d] Ruentes ceras fulciunt, [4] pilarum [e] intergerinis à ſolo [5] fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciendum. Primi fere tres verſus inanes ſtruuntur, ne promptum ſit quod invitet furantem. Noviſſimi maxime implentur melle: ideoque [6] averſo alveo favi eximuntur. Gerulæ ſecundos flatus captant. Si cooriatur procella, [7] apprehenſi [f] ponduſculo lapilli ſe librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt. Juxta vero terram volant in adverſo flatu vepribus [8] hebetato. Mira obſervatio operis. Ceſſantium inertiam notant, [9] caſtigant mox, & puniunt morte. Mira munditia. [10] Amoliuntur omnia è medio, nullæque inter opera ſpurcitiæ jacent. Quin & excrementa operantium

1 ictus. M. Turn. Ch.
2 poſcit. V.
3 ſitus. D.
4 pilarum inſtar interg. V.
5 formatis. M. prave.
6 inverſo. D. ideo averſa alvo. Ch.
7 adprehenſis ponduſculo lapillis librant. Ch.
8 evacuatis. M. hebetatis. Ch. lego, evitatis.
9 caſtigant, mox &c. Ch.
10 emoliuntur. Ch.

a *Limitibus binis circa ſingulos arcus.*] Ariſtoteles ſcribit favos conſtrui ſimilitudine poculorum geminos habentium fundos, & in diverſa patentium, quæ Martialis hoc verſu deſignat:

Hi duo cenſentur longævo Neſtore fundi.

Græci vocant ἀμφικύπελλα. Ejus verba ſunt περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσίν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων. *Dalec.*

b *Favi ſuperiore parte affixi.*] Mel olei craſſitudine, abſque favis, in Cappadocia confici ab apibus traditur. Apud Medos ab arboribus mel ſtillare Euripides in Bacchis ſcribit. Apud Ciceronem defluere dulces è ramis guttas memoriæ proditum, ſicut & Thracia mel in arboribus naſci & in Hyrcaniæ pagis fortunatis. Diodoro iiſdem in locis ἀνθηδὼν ape minor aliquanto, in ſaxorum rimis aut arborum cavis favos ſtruit, & mellificat. In Mycone apes nullæ ſunt, & ſi quæ inferantur, emori certum eſt. Rhodig. cap. ult. lib. 23. *Idem.*

c *Nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter poſcit alveus.*] Legendum puto, *nunc oblongi, nunc rotundi, qualiter poſcit alveus.* Nam quæ vicinitas comparative eſt, inter obliquum & rotundum. Columella libro nono, capite 15. *Cæterum figura cerarum talis eſt, qualis & habitus domicilii. Nam & quadrata & rotunda ſpatia, nec minus longa ſuam ſpeciem velut forma quadam favis præbent.* Pint.

d *Ruentes ceras fulciunt.*] Favos cadentes erigunt, fulturam ſubjicientes, ſic ut ſubire poſſint. Ariſtot. *Dalec.*

e *Intergerinis.*] Qui ſint intergerini parietes notatur cap. 12. lib. 13. *Idem.*

f *Ponduſculo lapilli ſe librant.*] Idem Ælianus. *Idem.*

a *Unum*

tium intus, ne longius recedant, [a] unum congeſta in locum, turbidis diebus & operis otio egerunt. Cum adveſperaſcit in alveo ſtrepunt minus ac minus, donec una circumvolet eodem, quo excitavit, bombo, ſeu quietem capere imperans: & hoc caſtrorum more. [1] Tunc repente omnes conticeſcunt. 1 Tum. *Ch.*

CAP. XI. *De fucis.*

DOmos primum [2] plebeis exædificant, deinde regibus. Si ſperatur [3] largior proventus, adjiciuntur [4] contubernia & fucis. [5] His cellarum minimæ, ſed [6] ipſi majores apibus. Sunt autem fuci, [b] ſine aculeo, velut imperfectæ apes, [7] noviſſimæque à feſſis & jam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſervitia verarum apum, quamobrem imperant iis, primoſque in opere expellunt, tardantes ſine clementia puniunt. Neque in opere tantum, ſed in [8] fœtu quoque adjuvant eas, multum ad calorem conferente turba. Certe quo major [9] fuerit multitudo, eo major fiet examinum proventus. Cum mella cœperunt matureſcere, abigunt eos: multæque ſingulos aggreſſæ trucidant. Nec id genus, niſi vere, conſpicitur. Fucus ademptis alis in alveum rejectus, ipſe cæteris adimit. [c] Regias impera-

2 Plebei. *Ch.* 3 longior. *Ch.* 4 contubernio. & fuci. *Dal.* 5 Hæ. *Ch.* 6 ipſis. *D.* 7 noviſſime. *Alii.* 8 fœtu coadjuvant. *Parm.* 9 fuerit multitudo eorum. *Tol.* eorum fuit mult. hoc major. *Ch.*

a *Unum congeſta in locum.*] In favi ſemotam partem. *Dalec.*

b *Sine aculeo.*] Κόθουροι, οὐρὰν κόλ-θουρες. Heſiodus:

Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, κὴ ἀνέρες ὅσκεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμὴν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ
Ἔσθοντες.

Idem.

c *Regias imperatoribus futuris in una parte alvei extruunt amplas, magnificas, ſeparatas, tuberculo eminentes.*] Videtur Columell. ſequi libro IX. cap. II. ita ſcribentem, *Tum denique ceræ, quæ ſemina pullorum continet, partem recidere, in qua regii generis proles animatur. Eſt autem facilis conſpectu, quoniam fere ipſo fine cerarum, velut papilla uberis, apparet, eminentior & laxioris fiſtula quam ſint reliqua foramina, quibus popularis notæ pulli detinentur.* Hæc Columella. Cujus verbis illis *Fere ipſo fine cerarum,* ductus forte Plinius, non *Una parte,* ſed *Ima parte,* ut conjecturare licet, ſcriptum reliquit. Cæterum, cum dixit, Columella: *Ipſo fine cerarum*, non intellexiſſe imam partem alvei, ſed extremum favorum circuitum, monſtrant Celſi & Higinii opiniones, quas ſtatim refert:

peratoribus futuris in una parte alvei extruunt amplas, magnificas, ſeparatas, tuberculo eminentes: [a] quod ſi exprimatur, non gignuntur ſoboles. Sexangulæ omnes cellæ, [1] à ſingulorum [2] eæ pedum operæ. Nihil horum ſtato tempore, ſed rapiunt diebus ſerenis munia. [b] Et melle uno alterove ad ſummum die cellas replent.

1 à, *in M. d.*
2 ea, *in Tol. d.*

CAP. XII. *Quæ natura mellis.*

VEnit hoc ex aëre, & maxime ſiderum exortu, præcipueque ipſo Sirio [3] explendeſcente fit, nec omnino prius [c] Vergiliarum exortu [d] ſublucanis temporibus. Itaque [4] tum prima aurora folia arborum melle roſcida inveniuntur: ac ſi qui matutino ſub dio fuere, unctas liquore veſtes, capillumque concretum ſentiunt. Sive ille eſt cœli ſudor, ſive quædam ſiderum ſaliva, ſive purgantis ſe aëris [5] ſuccus, utinamque eſſet & purus ac liquidus, & [e] ſuæ naturæ, qualis defluit primo: nunc vero è tanta cadens altitudine, multumque dum venit, ſordeſcens, & obvio terræ halitu infectus, [6] præterea è fronde ac pabulis potus, & in uterculos congeſtus apum (ore

3 explendeſcit. *Ch.*
4 cum. *Parm.*
5 ſuccus, ſive aquæ, purus. *M.* ſive aquæ eſt, & purus. *Parm.* ſuccus. Ecqui eſſet purus, &c. primo? *Pint. ex Vet.*
6 præterea fronde ac pab. epotus. *V. Alii*, fronde, apumque pab. epotus.

refert: *Celſus*, inquit, *affirmat in extremis favis tranſverſas fiſtulas eſſe, quæ contineant regios pullos. Higinius quoque auctoritatem Græcorum ſequens negat ex vernaculo ut cæteras apes fieri ducem, ſed in circuitu favorum paulo majora quam ſint plebei ſeminis inveniri recta foramina repleta quaſi ſorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur* Pint. Vide Senecam c. 19. lib. 1. de Clementia.

a *Quod ſi exprimatur, non gignuntur ſoboles.*] Scribo, *Eximatur*, non *Exprimatur*. Ariſtoteles libro quinto cap. 21. *Sunt qui fucorum quidem fœturam comportari ab aliquo ex his quæ modo dixi arbitrentur, ſed apum generi ortum præſtari à ducibus.* Et mox: *Argumento referunt, quod fucorum fœtus editur etiam ſine duce, apum nunquam* Idem.

b *Et melle uno alterove, &c.*] Sic legenda & cum ſequenti capite continuanda: *At melle uno alterove die cellas replent. Venit hoc aëre, & maximè ſiderum exortu, præcipueque ipſa Iri impendente. Nec fit omnino prius Vergiliarum exortu. Sublucanis temporibus itaque, cum prima aurora folia arborum melle roſcida inveniuntur.* Vide Salmaſ. p. 1020. b.

c *Vergiliarum exortu.*] Oriuntur octavo Calend. Aprilis, id eſt, 23. Martii, in octava parte Arietis, Columel. cap. 14. lib. 9. *Dalec.*

d *Sublucanis temporibus.*] Apud Athenæum pag. 321. verſu 36. Mel Alcman. vocat ὀπώρινον κηρίνον, ceræ, vel cereum fructum. Epicharmus vero πόντον ὄρθριον, matutinum mare, quod diluculo, ſublucano tempore ex aëre fluat. *Id.*

e *Suæ naturæ.*] Vide quæ adnotata ſunt ad cap. 24. lib. 42. *Idem.*

a *Cœle-*

(ore [1] enim vomunt) ad [2] hæc ſucco florum corruptus, & alveis maceratus, totieſque mutatus, magnam tamen [a] cœleſtis naturæ voluptatem affert.

1 eum vomunt. *Ch.*
2 hoc. *Ch.*

CAP. XIII. *Quæ optima mella.*

IBi [3] optimus ſemper, ubi optimorum [4] doliolis florum conditur. Atticæ regionis [5] hic, & Siculæ, [6] Hymetto, & Hybla ab locis, mox Calidna inſula. Eſt autem initio mel, ut aqua, dilutum, & primis diebus fervet, ut [7] muſtum, ſeque purgat: viceſimo die craſſeſcit, mox obducitur tenui membrana, quæ fervoris ipſius ſpuma concreſcit. [8] Sorbetur optimum, & minime fronde infectum, è quercus, tiliæ, harundinum foliis.

3 optimum. *M.*
4 caliculis. *D.*
5 hoc. *M. & Ch. ſub.* mel.
6 Hymetti & Hyblæ editis locis, *D.*
7 muſta. *Ch.*
8 Servatur. *Pint.*

CAP. XIV. *Quæ genera mellis in ſingulis.*

SUmma quidem [9] bonitatis natione conſtat (ut ſupra diximus) pluribus modis: Aliubi [10] enim favi cera ſpectabiles gignuntur, ut in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, ut in Creta, Cypro, Africa: aliubi magnitudine, ut in Septentrionalibus, viſo jam in Germania octo pedum longitudinis favo, in cava parte nigro. In quocunque tamen tractu terna ſunt mellis genera. [b] Vernum ex floribus [11] conſtructo favo, quod ideo vocatur anthinum. Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat ſoboles. Alii ex nullo minus apibus relinquunt, quoniam magna ſequatur ubertas [c] magnorum ſiderum exortu. Præterea [12] Solſtitio, cum thymum & uva florere incipiunt, præcipua cellarum materia: eſt autem in eximendis favis neceſſaria diſpenſatio, quo-

9 nationis bonitate. *Tol. Pint.* bonitas. *V.*
10 enim ceræ. *M.*
11 collectum à Favonio, quod.
12 *Quidam legunt,* ſolſti. *vocem* mellis *ſubaudientes. quod non probo:* Turn. *tamen ſic legitur in Ch.*

a *Cœleſtis naturæ, &c.*] Alludit ad id Virgilianum:
Protinus aërii mellis cœleſtia dona.
Dalec.

b *Vernum.*] Vergiliarum exortu, Varro. *Idem.*

c *Magnorum ſiderum exortu.*] Sirii, Caniculi, Arcturi, quæ magnam in cœlo & univerſo rerum ſtatu mutationem efficiunt. *Idem.*

a *Ac*

quoniam inopia cibi deſperant moriunturque aut [1] effugiunt: contra copia ignaviam affert: [a] ac jam melle, non erithace paſcuntur. Ergo diligentiores ex hac vindemia [2] xii. partem apibus relinquunt. Dies ſtatus inchoandi, [3] ut quadam lege naturæ, ſi ſcire aut obſervare homines velint, xxx. ab educto examine: fereque Majo menſe includitur hæc vindemia. Alterum genus eſt mellis æſtivi, quod ideo vocatur horæum, à tempeſtivitate præcipua, [b] ipſo Sirio explendeſcente [c] poſt ſolſtitium diebus xxx. fere. Immenſa circa hoc [4] ſubtilitas naturæ mortalibus patefacta eſt, niſi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. [d] Nanque ab exortu ſideris cujuſcunque, ſed nobilium maxime, aut cœleſtis arcus, ſi non ſequantur imbres, ſed ros tepeſcat Solis radiis, [5] medicamenta, non mella, gignuntur, [e] oculis, hulceribus, interniſque viſceribus, dona cœleſtia. Quod ſi ſervetur hoc Sirio exoriente caſuque congruat in eundem diem, ut ſæpe, Veneris, aut Jovis, Mercuriive exortus, non alia ſuavitas, [6] viſque mortalium malis à morte vocandis, quam divini nectaris, fiat.

1 diffugiunt. *M.*

2 xv. *Ch.* x. *Fulv. Urſin. not. ad Varr. de re ruſt. lib.* 3. *c.* 13.

3 &c. *D.*

4 ſublimitas. *M.*

5 medicata mella. *D.*

6 viſque in malis mortalibus à morte vindicandis, quam. *D. pro* vindic. *alii legunt* revocandis.

7 fluxit. *M. & Ch.*

Cap. XV. *Quomodo probentur mella.*

MEl plenilunio uberius capitur, ſerena die pinguius. [f] In omni melle, quod per ſe [7] fluit, ut

a *Ac jam melle non erithace paſci.*] Hoc eſt, ſi copia mellis adſit, faſtidiri erithacen in cibo ab apibus. *Gelen.*

b *Ipſo Sirio exſplendeſcente*] Æſtate acta, priusquam totus Arcturus oriatur. *Dalec.*

c *Poſt ſolſtitium diebus xxx. fere.*] Sub vigeſimumtertium Julii. *Idem.*

d *Nanque ab exortu ſideris cujuſcunque*] Leg *Namque ab exortu ſideris cujuſcunque, ſed nobilium maxime, aut cœleſtis arcus ſi non ſequantur imbres, ſed ros tepeſcat ſolis radiis, medicamenta non mella gignuntur oculis, ulceribus, &c.* Atqui *Exortus* de ſideribus, non de cœleſti arcu dicitur. At *cœleſti arcu* ſignificat, quum cœleſtis arcus apparet. Inter omnes porro fermè convenit mel apum ex illo roſcido humore qui venit ex aëre confici. Vide *Salmaſ.* pag. 1020. b.

e *Oculis, hulceribus, &c*] De melle albo, quod è ſincero thymo confectum non eſt, id Ariſt. ſcribit. *Dalec.*

f *In omni melle, &c.*] Lege: *In omni melle quod per ſe fluxit ut muſtum oleumque appellatur Acetum. Maxime laudatum eſt æſtivum omne rutilum, ut ulceribus aptiſſimum. In æſtimatu eſt è thymo coloru au-*

ut muſtum [1] oleumque, appellaturque [a] acœton, [2] maxime laudabile eſt. [3] Æſtivum omne rutilum, ut diebus confectum ſiccioribus. [b] Aptiſſimum [4] exiſtimatur è thymo, coloris aurei, ſaporis gratiſſimi, [c] quod fit palam [5] doliolis, pingue, [6] [d] marino è rore ſpiſſum. Quod concreſcit autem, [7] hoc minime laudatur. Thymoſum non coit, & tactu prætenuia fila mittit: quod primum [8] gravitatis argumentum eſt. Abrumpi ſtatim & reſilire guttas, vilitatis indicium habetur. Sequens probatio, ut ſit odoratum, [9] ex dulci acre, glutinoſum, perlucidum. Æſtiva mellatione [e] decimam partem Thaſio Dionyſio apibus relinqui placet, ſi [10] pleni fuerint alvei: ſi minus, pro rata portione: aut ſi inanes, omnino non attingi. Huic vindemiæ Attici ſignum

1 oleumque appellatur acœtum. *Turn.* *& Ch.*
2 maximeque. *D.*
3 Etiam omne rutilum ut ulceribus aptiſſimum, in æſtimatu eſt è thymo. *ex Ariſt & cap. ſequenti, Manuſcr. etiam adſtipulante.*
4 exiſtimamus è thymo eximii coloris. *Pint. habet & V.* coloris eximii.
5 *Lego* foliolis. *Vide Annot.*
6 matutino è rore. *Alil.* 7 hoc, *in M. d.* 8 nobilitatis. *V. ut opponatur* τὸ vilitatis, *quod ſequitur.* Levitatis. *Pint.* 9 & ex. *Ch.* 10 plenæ fuerint alvi. *Ch.*

ris aurei, ſaporis gratiſſimi *Sic in nota vivunt*, qui in ignominiâ vitam agunt. Græci quoque dicunt ἐν ὀνειδ. Vide *Salmaſ.* pag 1008. Lege: *In omni melle quod per ſe fluxit, ut muſtum oleumque appellatur acœtum. Maxime laudabile eſt etiam omne rutilum.* Gronov. Obſerv. lib. 2. cap. 16.

a *Acœton.*] Ex Græco ἀκητὸν. Alii, ſed meo judicio peperam, *Atticum.* Ἀκητὸν, id eſt, κράτιστον. Ἀκηδὸν dicebant quod citra operam hominum fluxiſſet ſponte, voce compoſita, ex α particula privativa & κήδομαι. Quidam legunt ἀκοιτον, ſic dici putantes, quod ſtatim fluxiſſet, nec diu jacuiſſet in vinaceis, fracibus, favo. κοίτην enim in oleo amurcam, in vino ſic fæcem dici volunt, quaſi purioris ſucci lectum ſtratum, cubile: hinc ἀκοιτος, defecatum, purum, excrementi ac ſedimenti expers. Ego vero legendum puto vel *acedes*, ἀκηδὴς vel *acedeſton*, ἀκήδεστον, curioſo ſtudioſoque nullo labore confectum. Sic & horti, *acedaria*, dicuntur cap. 4. lib. 13. Pintianus quidem legit, *acedon.* Dalec.

b *Aptiſſimum exiſtimatur.*] Vide c. 10. lib. 21. *Idem*

c *Quod fit palam doliolis.*] Nam ut mel θυμώδες eſſe monſtrarent, Thymi folia miſcebant, quod etiam aſtu & fraude fieri ſolitum ab impoſtoribus Galenus meminit. *Idem.*

d *Marino è rore ſpiſſum.*] Vel ex Roſmarino herba, ex qua mel apes colligunt, ut è Thymo, vel afflatu & halitu maris. Quod enim fit in locis marinis, præſtantius mel eſt. Alii legunt, & appoſitè, *matutino è rore.* Roſmarinum prope alvearia ſeri, Varro præcipit. *Idem.*

e *Decimam partem Thaſio Dionyſio apibus relinqui placet.*] Legendum, non *Thaſio*, *ſed Caſſio:* tum ex vetere lectione, tum etiam ex M. Varrone in præfatione librorum de Re ruſtica: *Hos nobilitatos Mago Carthaginienſis præteriit Pœnica lingua, quod res diſperſas comprehendit libris duodetriginta, quos Caſſius Dionyſius Uticenſis vertit libris viginti Græca lingua, quos Sextilio prætori miſit.* Dionyſium vero hunc, eum eſſe qui Magonem tranſtulit, ex indice etiam apparet. Meminit & Columella libro primo. *Pint.*

a *Capri-*

ſignum [1] dedere initium [2] [a] Caprificialem diem Vulcano ſacrum.

CAP. XVI.

De tertio genere mellis, & quomodo apes probentur.

TErtium genus mellis, minime probatum, ſilveſtre, quod ericæum vocant. Convehitur poſt primos autumni imbres, cum erice ſola floret in ſilvis, [b] ob id harenoſo ſimile. Gignitur id maxime [3] Arcturi exortu à pridie Idus Septemb. Quidam æſtivam mellationem ad Arcturi exortum proferunt, [c] quoniam ad æquinoctium autumni ab eo [4] ſuperſint dies [5] XIV. & ab æquinoctio ad Vergiliarum occaſum diebus XLVIII. plurima [6] ſit [7] erice. Athenienſes [8] [d] tetralicem appellant, Eubœa [9] ſiſaram, quam putant apibus eſſe gratiſſimam, fortaſſis quia nulla tunc alia [10] ſit copia. Hæc ergo mellatio ſine vindemiæ & Vergiliarum occaſu, Idibus Novembr. fere includitur. Relinqui ex ea duas partes apibus ratio perſuadet, & ſemper eas partes favorum, quæ habeant erithacen. A bruma ad Arcturi exortum diebus [11] LX. ſomno aluntur ſine ullo cibo. Ab Arcturi exortu ad æquinoctium vernum tepidiore tractu jam vigilant: ſed etiam tunc alveo ſe continent, ſervatoſque in id tempus cibos repetunt. In Italia vero hoc idem à Vergi-

1 dedere initium Africi, alii diem Vulcano ſacrum. *Turn.* initii dedere. Caprificialem, *id eſt, nonas Julii. Dal.*

2 Caprificiorum diem Junoni. *Girald.* Caprifici. alii Vulc. &c. *Ch.*

3 ab Arcturi exortu, pridie. *D.*

4 ſemper ſint. M.

5 XII. *Pint.* Ego, XIII.

6 floret. *D.*

7 erithacæ. *Ch.*

8 eam tetr. *Ch.*

9 ſyſyrum. *Ch.*

10 ſic florum copia. *D.* quia nullius tunc alius ſit copia. *Alii.*

11 nonaginta. *D.*

a *Caprificialem diem Vulcano ſacrum.*] Nonas Julii, quas & Caprotinas & vulgi fugam vocabant, quibus Romulus è vita exceſſit. Primus is dies eſt ab exortu Caniculæ. Vide Plutarchum, Alex. ab Alex. cap. 4. Lil. Gyraldum *Dalec.*

b *Ob id harenoſo.*] Arenoſo ſimile eſt, quia humilis Ericæ flos harena, quam imber cadens excitat, conſpergitur. *Idem.*

c *Quoniam ad æquinoctium autumni ab eo ſuperſunt dies* XIIII.] Lego *dies* XII. non XIIII. Nam Arcturus exoritur pridie Septembris, hoc eſt duodecimo Septembris die, ut hoc loco tradit Plinius, & repetit libro decimo octavo: æquinoctium vero autumnale, ut eodem libro prodit, fit octavo Calendas Octobris, id eſt, 24. die Septembris. à duodecimo igitur Septembris ad 24. ejuſdem menſis, dies interſunt duodecim. *Pint.*

d *Tetralicem appellant.*] Alia eſt ſpinoſa & aculeatis foliis pungens *tetralix* Theophraſto c.4. lib. 6. hiſtor. memorata ab auctore c.16. lib.21. *Dalec.*

a Nimio

Vergiliarum exortu faciunt, & in eum dormiunt. Alveos quidam in eximendo melle expendunt, ita [1] diribentes quantum relinquant. Æquitas ſiquidem etiam in eis obſtringitur: feruntque ſocietate fraudata alveos mori. In primis ergo præcipitur ut lauti purique eximant mella. Et furem mulierumque menſes odere. Cum eximuntur mella, apes abigi fumo utiliſſimum, ne iraſcantur, aut ipſæ avide vorent. Fumo [2] crebriore etiam ignavia earum excitatur ad opera. [3] Nam niſi incubavere, favos lividos faciunt. Rurſus [a] nimio fumo [4] inficiuntur: quarum injuriam celerrime ſentiunt mella, vel minimo contactu [5] roris aceſcentia. Et ob id inter genera ſervatur, quod acapnon vocant. [6] Album mel non fit, [7] quod bithymum eſt, ſed oculis & hulceribus aptiſſimum exiſtimatur. Fœtus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos & ſubtilis quæſtio fuit. Apum enim coitus viſus eſt nunquam. Plures exiſtimavere [8] oportere confici floribus compoſitis apte atque utiliter. Aliqui coitu unius, qui rex in quoque appellatur examine. Hunc eſſe ſolum marem, præcipua magnitudine, ne faſciſcat. Ideo fœtum ſine eo non edit: apeſque reliquas, tanquam marem fœminas comitari, non tanquam ducem: quam probabilem alias ſententiam fucorum proventus coarguit. Quæ enim ratio, ut idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios? Propior vero prior exiſtimatio fieret, ni rurſus alia difficultas occurreret. Quippe naſcuntur aliquando in extremis favis apes grandiores, quæ ceteras fugant. Oeſtrus vocatur hoc malum: quonam modo naſcens, [9] ſi ipſæ fingunt? Quod certum eſt, gallinarum modo incubant. Id quod excluſum eſt, primum

1 dirimentes. *M.* dimetientes. *V.*

2 rariore. *Pint.*

3 Nam ubi. *V. Lego,* Sed ſi incub.

4 afficiuntur. V.

5 oris. *Pint.*

6 *Hæc periodus in antiquis exempl. non reperitur.* Pint.

7 quod è mero thymo eſt. *V. Lego,* quod è thymo eſt. *nam mel è thymo luteum potius ſpectatur.*

8 procreari. V. apportari. *Alii. V. Lego ex Ariſt.* exiſtimavere confici ex apportatis floribus cerinthi, ſalicis. *Alii. Aliii* Oleæ.

9 ſi ipſi ſe. *Ariſt.* ſi ipſæ ſe. V.

a *Nimio fumo inficiuntur.*] Σφόδρα πονοῦσι, vehementer offenduntur. Ariſt. cap. 40. 9. hiſt. *Dalec.*

mum [1] vermiculus videtur candidus, jacens tranſverſus, adhærenſque ita ut [2] paſcere videatur. Rex ſtatim mellei coloris, ut [3] electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, ſed ſtatim penniger. Cætera turba cum formam capere cœpit, nymphæ vocantur: [4] [a] ut fuci, ſirenes, aut cephenes. Si quis alterutris capita demat, priuſquam pennas habeant, pro gratiſſimo ſunt pabulo matribus. Tempore procedente inſtillant cibos, atque incubant, maxime murmurantes, caloris (ut putant) faciendi gratia, neceſſarii excludendis pullis, donec ruptis membranis, quæ ſingulos cingunt ovorum modo, univerſum agmen emergat. Spectatum hoc Romæ conſularis cujuſdam ſuburbano, alveis cornu laternæ tranſlucido factis. Fœtus intra XLV. diem peragitur. [b] Fit in favis quibuſdam, qui vocatur [5] clerus, amaræ duritia ceræ, cum fœtum inde non eduxere morbo aut ignavia, aut infœcunditate naturali. Hic eſt abortus apum. Protinus autem educti operantur quadam diſciplina cum matribus: regemque juvenem æqualis turba comitatur. Reges plures

1 vermiculus eſt, qui parvus tranſverſim in favo jacet, deinde ſua vi ſeſe erigens cibum capit, ſed favo ita adhærens, ut retineri videatur. *Ariſt.* *Lego*, tranſverſus, erectus, deinde ita paſcitur ut adhæreſcere videatur.

2 retineri, *ex Ariſt. c. 22. lib 5. Pint. legit*, pendere.

3 ut ex elec. fl. in omni. *D.*

4 *Lego*, ut fuci, quos cephenas vocant, Seirenes.

5 ſclerus. *Ch.*

a *Ut fuci, ſirenes, aut cephenes.*] Alii legunt, *ut Sirenes fuci, quos cephenas vocant.* (ἀπὸ τῦ σείρεσθαι) quod intra membranam contracti & curvati jaceant. Nymphæ ſunt apum, veſparum, crabronum, Sirenes fucorum. *Idem.*

b *Fit in favis quibuſdam qui vocatur clerus, amara duritia cera, cum fœtum inde non eduxere morbo, aut ignavia, aut infœcunditate naturali. Hic eſt abortus apum.*] Lege *Sclerus*, non *Clerus*: ſic enim Græci durum appellant, quam lectionem Plinius agnoſcere videtur, ſubjungens, *Amara duritia cera.* Item particula *Cum*, per majorem literam ſcribenda eſt, ut ſit initium alterius ſenſus: & quod conſequitur pronomen *Hic*, cum minore, & annectendum ſuperioribus, ut intelligantur duo eſſe morbi *Sclerus* & *abortus apum*, non unus tantum. Ariſtoteles libro nono, capite 40. *Morbo examina valentiora potiſſimum infeſtantur, Sclero: ſic enim vocant vermiculos, qui in pavimento naſcuntur, è quibus creſcentibus velut aranea alveo toti obducitur, & favi carie pereunt.* De abortu ibidem, *Incubant apes ſuis favis & concoquunt: quod niſi fecerint, vitiari ex aranea favos ajunt. Quod ſi de cætero ſe continere potuerint, ut incubitus perſeverent, partû quaſi abortus fit: ſin minus, toti pereunt favi.* Nec me fugit ſuperiorem morbum *Cleron* ab eodem Ariſtotele vocari libro 8. cap. 27. Plinius etiam infra duos facit morbos capite decimo nono, *Sunt* (inquit) *& operis morbi, cum favos non explent, Cleron vocant: iidem blapſigoniam: ſi fœtum non peragunt.* Quod ſi admittimus, dicendum erit vocari utroque modo & *Scleron* & *cleron*: ut *Smicros*, *micros*, & pleraque alia Græce. *Pint.*

a *Rex*

plures inchoantur, [1] ne deſint. Poſtea ex his ſoboles cum adulta eſſe [2] cœpit, concordi ſuffragio deterrimos necant, ne diſtrahant agmina. Duo autem genera eorum, [3] melior rufus, [4] quam niger variuſque. Omnibus forma ſemper egregia, & duplo quam cæteris major, pennæ breviores, crura [5] recta, ingreſſus celſior, in fronte macula quodam diademate candicans. Multum etiam nitore à vulgo differunt.

1 nec deſunt. *Ch.*
2 cœperit c. ſ teterrimos. *M.*
3 melior variuſque omnibus. Forma, &c. *Ch.*
4 quam nigro varius. *V.*
5 arcta. V.

CAP. XVII. *Quæ regiminis ratio.*

QUærat nunc aliquis, unuſne Hercules fuerit, & [6] quod Liberi patris ſepulchrum, & reliqua vetuſtatis ſitu obruta? Ecce in re parva, villiſque noſtris annexa, cujus aſſidua copia eſt, non conſtat inter auctores: [a] rex nullumne ſolus habeat aculeum, majeſtate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, ſed uſum ejus illi [7] tantum negaverit. Illud conſtat, imperatorem aculeo non uti. Mira plebei circa eum obedientia. Cum procedit, una eſt totum examen, circaque eum [8] conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore, cum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. Circa eum ſatellites quidam lictoreſque, [9] aſſidui cuſtodes auctoritatis. Procedit foras non niſi migraturo examine. Id multo intelligitur ante, aliquot diebus murmure intus ſtrepente, apparatus [10] indice diem tempeſtivum eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum proceſſere, ſe quæque proximam illi cupit eſſe, & [b] in officio conſpici

6 quot Liberi patres, ſep. M. quo liberi patres ſep. *Ch.*
7 tamen. V.
8 globatur. *Ch.*
9 aſſidua cuſtodientes auctoritate. V.
10 judicio. V.

a *Rex nullumne ſolus habeat aculeum.*] Seneca cap. 19. lib. 1. de Clementia: *Iracundiſſima ac pro corporis captu pugnaciſſima ſunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipſe ſine aculeo eſt.* Baſilius Homil. η. ἐςὶ μ κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ἐ χρῆται τέτῳ πρὸς ἄμυναν; Brod. c. 10. 4. *Dalec.*

b *In officio conſpici gaudet.*] Id eſt, quod ait Homerus, βοτρυδὸν πέτονται. Rhod. cap. ult. lib. 13. *Idem.*

ſpicâ gaudet. Feſſum humeris ſublevant: validius fatigatum ex toto portant. [1] Si qua laſſata deficit, [a] aut forte aberravit, odore perſequitur. Ubicunque ille conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt. Tunc oſtenta faciunt privata ac publica, [2] uva dependente in [b] domibus templiſve, ſæpe expiata magnis eventibus. Sedere [c] in ore [3] infantis tum etiam Platonis, ſuavitatem illam prædulcis eloquii portendentes. [d] Sedere in caſtris Druſi Imperatoris, cum proſperrime pugnatum apud Arbalonem eſt, haud quaquam perpetua aruſpicum conjectura, qui dirum id oſtentum [4] exiſtimant ſemper. Duce prehenſo totum tenetur agmen: amiſſo dilabitur, migratque ad alios. Eſſe utique ſine rege non poſſunt. Invitæ autem interimunt eos, cum plures fuere, potiuſque naſcentium domos diruunt, ſi proventus deſperatur: [e] tunc & fucos abigunt. Quanquam de iis video dubitari, propriumque iis genus eſſe aliquos exiſtimare, [f] ſicut furibus grandiſſimis inter illas, ſed nigris, lataque alvo: ita appellatis, quia furtim devorent mella. Certum eſt, ab apibus fucos inter-

1 Si qua laſſatus. V.

2 una dependentes. *M.*

3 infantis Platonis tum etiam. *M.*

4 exiſtimant. Semper duce preuſo. *Ch.*

a *Aut forte aberravit.*] Si ab examine Rex aberravit, veſtigantes excurrunt, quoad odore invenerint. Ariſt. l.9. *Dal.*

b *Domibus templiſve.*] Secundo bello Punico Q. Fabio Max quartum, M. Claudio Marcello tertium Coss. apum examen in foro viſum, Livius lib. 4. Decad. 3. *Idem.*

c *In ore infantis tum etiam Platonis.*] Valerius cap. 6. lib. 1. Sic in ore Steſichori luſcinia. Supra cap. 29. lib. 10. Aluiſſe Pindarum apes domo patria ejectum, ſcribit Ælianus cap. 45. 12. hiſt. Dionyſio vero portendiſſe regnum c. 46. lib. ejuſdem. *Idem.*

d *Sedere in caſtris Druſi Imperatoris.*] Dion lib. 54. Druſum ait imprudentibus hoſtibus regionem peragraſſe, Viſurgim etiam tranſiturum, niſi alimentorum inopia, hiemis propinquitas & viſum in caſtris apum examen deterruiſſet. Idem ſcribit Julius Obſequens, qui & infeliciter pugnatum ſcribit. Tacitus lib. 1. tradit, Germanicum ad aras barbaras contra Germanos proſpere dimicaſſe. Quamobrem quidam legunt, *In caſtris Germanici Imper. cum proſp. pugnatum apud Aras barbaras eſt, &c.* Quidam Arbalonem Salam Germaniæ fluvium eſſe putant, ad quem Druſus Auguſti privignus inſignem cladem accepit, auctore Munſtero cap. de Weſtphalia lib. 3. Quidam *Arfeld.* Weſtphaliæ oppidum, quod magis placet ob nominis vicinitatem, quidam *Aruſperg,* urbem ejuſdem provinciæ. *Idem.*

e *Tunc & fucos abigunt.*] Si mellis inopiam futuram præſciant, aut ad prolis incubatum eorum auxilio proſpiciant non futurum opus. *Idem.*

f *Sicut furibus, &c.*] Φῶρες Ariſt. vocat cap. 40. hiſtor. *Idem.*

a *Maxi-*

interfici. Utique regem non habent. [1] Sed quomodo ſine aculeo naſcantur, in quæſtione eſt. Humido vere melior fœtus, ſicco mel copioſius. Quod [2] ſi defecerit alicujus alvei cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ propoſito. At illæ contra dirigunt aciem, & ſi cuſtos adſit, alterutra pars, quæ [3] ſuis favere ſentit, non appetit eum. Ex aliis quoque ſæpe dimicant cauſis, [4] caſque acies contrarias duo imperatores inſtruunt, [a] maxime rixa in convehendis floribus exorta, & ſuos quibuſque evocantibus. Quæ dimicatio [b] injectu pulveris aut fumo tota diſcutitur. [5] Reconciliantur vero lacte vel aqua mulſa.

1 Hi. M.
2 ſi defecit aliquas, alvos cib. Ch.
3 ſibi. M. ſibi favere ſenſit. Ch.
4 duraſque. M.
5 Reconciliatur. Ch.

CAP. XVIII.

De genere apum, & quæ inimica apibus.

APes ſunt & ruſticæ ſilveſtreſque, [c] horridæ aſpectu, multo [d] iracundiores, ſed opere ac labore præſtantes. Urbanarum duo genera: optimæ breves, variæque, & in rotunditatem compactiles: deteriores longæ, & quibus ſimilitudo veſparum: etiamnum [6] deterrimæ ex iis [e] piloſæ. In Ponto ſunt quædam albæ, quæ bis in menſe mella faciunt. [f] Circa Thermodoontem autem fluvium duo genera: aliarum, quæ in arboribus mellificant, aliarum, quæ ſub terra, triplici cerarum ordine uberrimi proventus. Aculeum apibus natura dedit ventri conſertum. Ad unum ictum hoc infixo, qui-

6 teterrimæ. M.

a *Maxime rixa in convehendis floribus exorta & ſuos quibuſque evocantibus. Quæ dimicatio injectu pulveris, &c.*] Nunquam mihi hæc lectio ſatisfecit, neque viſa eſt digna Pliniano lepore, aptior videtur, *Maxima rixa in convehendis floribus exhortantibus ſuos quibuſque evocantibuſque. Dimicatio injectu pulveris, &c.* Pint.

b *Injectu pulveris, &c.*] Virgil. *Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcit.* Dalec.

c *Horridæ aſpectu.*] Δασύτεραι, hirſutiores. Ariſt. *Idem.*

d *Iracundiores.*] Χαλεπώτεραι, infeſtiores. *Idem.*

e *Piloſæ.*] Nihil Ariſtoteles. Aut fucos ſignificat, aut fures. *Idem.*

f *Circa Thermodoontem.*] In Themiſcyra. Ariſt. *Idem.*

[a] quidam eas ſtatim emori putant. Aliqui non niſi in tantum adacto, [b] ut [1] inteſtini quippiam ſequatur: ſed fucos poſtea eſſe, nec mella facere, velut caſtratis viribus, pariterque & nocere & prodeſſe [2] deſinere. Eſt in exemplis, equos ab iis occiſos. Odere fœdos odores, proculque fugiunt, [3] ſed & infectos. Itaque [c] unguenta redolentes infeſtant, ipſæ plurimorum animalium injuriis obnoxiæ. Impugnant [4] eos naturæ ejuſdem degeneres veſpæ, atque crabrones, [5] & è culicum genere, qui vocantur [d] muliones: populantur hirundines, & quædam aliæ aves. Inſidiantur aquantibus [6] ranæ, quæ maxima earum eſt operatio tum, cum ſobolem faciunt. Nec hæ tantum, quæ ſtagna rivoſque obſident, verum & rubetæ veniunt ultro, adrepenteſque foribus per eas [7] ſufflant: ad hoc provolant, confeſtimque abripiuntur. Nec ſentire ictus apum ranæ traduntur. Inimicæ & oves, difficile ſe à lanis earum explicantibus. Cancrorum etiam odore, ſi quis juxta coquat, exanimantur. Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt. Index eorum triſtitia torpens, & cum ante fores in [8] tepore Solis promotis aliæ cibos miniſtrant, cum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exequias. Rege [9] peſte conſumpto mœret plebs ignavo dolore, non cibos [10] convehit, non procedit, triſti tantum murmure glomeratur circa corpus ejus: Subtrahitur itaque [11] deductæ multitudini:

1 inteſtinum. *Ariſt.*
2 diem deſinere. V.
3 ſed & fictos. *Salm. M. & Cb.*
4 eas. *Cb.*
5 etiam. *Cb.*
6 ranæque. Maxima. *Cb.*
7 inflantur & provolantes eas confeſtim abripiunt. *Ariſt.* per eas afflat, ac hoc ſpacio provolantes confeſtim abrip. *M.* opertas ſufflant, ab hoc ſpatio provolant, & confeſtim abrip. V. ſufflant, ab hoc ſpatio provolant. *Cb.*
8 tepore. *M*
9 à peſte. M. hac peſte. V. ea peſte. *Cb.*
10 convehunt, non procedunt, tr. m. glomerantur. *M.* convehens non procedens, &c *& in* M. *& Cb.*
11 diductæ. *Sal.* diducta multitudine. M. diductæ multitudine. *Cb.*

a *Quidam eas ſtatim emori putant.*] Seneca cap. 19. lib. 1. de Clement. *Utinam quidem eadem homini lex eſſet, quæ apibus, & ira cum telo frangeretur, nec ſæpius liceret nocere quam ſemel. Facile enim laſſaretur furor, ſi per ſe ſibi ſatisfaceret, & mortis periculo ſi vim ſuam effunderet.* Dalec.

b *Ut inteſtini quippiam ſequatur.*] Ariſtoteli eæ proferre aculeum non poſſunt, quin ſimul inteſtinum elidatur. *Id.*

c *Unguenta redolentes infeſtant.*] Ariſtotel. περὶ θυμιαμ. ἀκμα. Theophraſt. cap. 4. lib. 6. de cauſſ. plant. *Idem.*

d *Muliones.*] Ἐμπίδες Ariſtot. c. 19. lib. 5. hiſtor. qui onuſtos in via mulos æſtatis tempore vexant. *Idem.*

tudini: alias ſpectantes exanimem, luctum non minuunt. Tunc quoque ni ſubveniatur, fame moriuntur. Hilaritate igitur & nitore ſanitas æſtimatur.

CAP. XIX. *De morbis apum.*

SUnt & operis morbi: cum favos non explent,
[1] cleron vocant. Item blapſigoniam, ſi fœtum 1 ſcleron, *ut* 7 *cap.* 16.
non [2] peragant. Inimica eſt & echo reſultanti ſono, 2 peragunt. M.
qui pavidas alterno [3] pulſat ictu: inimica & nebula. 3 pulſet. *Ch.*
Aranei quoque vel maxime hoſtiles, cum prævaluere [a] ut intexant, enecant alveos. [b] Papilio etiam
[4] hic ignavus & inhonoratus, luminibus accenſis 4 hic, *in* M. *d.*
advolitans, peſtifer, nec uno modo. Nam & ipſe ceras depaſcitur, & relinquit excrementa, quibus
teredines gignuntur: [5] filis etiam araneoſa, quacun- 5 Fila. *Ch.*
que [6] inceſſit, [c] alarum maxime lanugine obtexit. 6 inceſſerit. V.
Naſcuntur [7] & in ipſo ligno teredines, quæ ceras 7 & in ipſis alveis erucæ, teredines vocatæ, quæ. *Ariſt.*
præcipue appetunt. Infeſtat & aviditas paſtus nimia florum ſatietate, verno maxime tempore [d] alvo cita. Oleo quidem non apes tantum, ſed omnia inſecta exanimantur, præcipue ſi capite uncto in Sole ponantur. Aliquando & ipſæ contrahunt mortis ſibi cauſas, cum ſenſere eximi mella avide vorantes. Cætero præparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non ſecus ac pigras atque ignavas proturbent. Nocent & ſua mella ipſis, [e] illitæ- 8 averſa. *Pint.* prona.
que ab [8] adverſa parte moriuntur. Tot hoſtibus, 9 quotam portionem eorum commemoro? *Ch.*
tot caſibus, & [9] quota portione eorum commemorata?

a *Ut intexant.*] Vel intra alveum, vel in ejus aditu. Novellas enim apes intercipiunt & occidunt. *Dalec.*

b *Papilio.*] Ὁ ἠπίαλος. Lanuginem quandam reſpiratu is gignit, nec ab apibus gignitur, fumoque tantum fugatur. Ariſt. *Idem.*

c *Alarum maxime lanugine obtexit.*] Quæ alæ veluti pulverulentæ ſunt. *Idem.*

d *Alvo cita.*] Præſertim cum ulmi Samera, aut Tithymali flore veſcuntur. Columel. *Idem.*

e *Illitaque ab adverſa, &c.*] Alis ut viſco implicatis, & fiſtula, quæ oris loco eſt, obturata, ademptoque cibi ac ſpiritus uſu, eo impedimento. *Idem.*

rata? tam munificum animal expoſitum eſt. Remedia dicemus ſuis locis: nunc enim ſermo de natura eſt.

CAP. XX.

De continendis apibus, & quomodo reparentur.

1 æris & fictilium. *Ariſt.* GAudent plauſu atque tinnitu [1] æris, eoque convocantur. Quo [2] manifeſtum, auditus quo- 2 manifeſtum eſt. *Ch.* que ineſſe ſenſum. Effecto opere, educto fœtu, 3 functo. *Ch.* [3] functæ munere omni, exercitationem [4] tum ſolem- 4 tamen. V. nem habent: ſpaciatæque in aperto, & in altum 5 elatæ. [5] datæ gyris volatu editis, tum demum [6] ad cibum 6 ad cibum, *in M. del.* redeunt. Vita eis longiſſima, ut proſpere inimica 7 cedant. *M. & Ch.* ac fortuita [7] cadant, ſeptenis annis univerſa. Alveos nunquam ultra decem annos duraſſe proditur.[a] Sunt qui mortuas, ſi intra tectum hieme ſerventur, deinde 8 totidem tepide. *Ch.* Sole verno torreantur, ac ficulneo cinere [8] toto die foveantur, putent reviviſcere. In totum vero amiſſas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius [b] juvencorum corpore exanimato, ſicut [c] equorum veſpas atque crabrones, ſicut aſinorum ſcarabæos, mutante natura ex aliis quædam in alia. Sed horum omnium coitus cernuntur. Et tamen in fœtu eadem prope natura, quæ apibus.

CAP. XXI. *De veſpis & crabronibus.*

9 in his. *Ch.* 10 aut. *Ch.* VEſpæ in ſublimi [d] è luto nidos faciunt, & [9] in iis ceras: crabrones in cavernis, [10] ac ſub terra. Et

a *Sunt qui mortuas.*] Hyginus apud Columel. *Dalec.*

b *Juvencorum corpore exanimato.*] Inde *βουγονεῖς apud Varron. Callimac. Ἄρμενα παρ' Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέων. *Idem.*

c *Equorum veſpas, &c.*] Nicander in Theriacis:
Ἵπποι δὴ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.
Marc. Varr. lib. 3. de re ruſt. verſum eum tribuit Archelao. Lib. 1. Epigrammatum ex Pallada citatur. Philo in compoſitione Philonii verſibus deſcripti, mel vocat νέκταρ θυγατέρων ταύρων, liquorem filiarum taurorum. *Idem.*

d *E luto nidos faciunt.*] In columnas, vel aliquid aliud quod foramen habeat, ibique pariunt. *Idem.*

Et horum omnium ſexangulæ cellæ. [a] Cætera autem [1] è cortice & harena. Fœtus ipſe inæqualis [2] ut barbaris, alius evolat, alius in nympha eſt, alius in vermiculo. Et autumno, [3] non vere omnia ea. Plenilunio maxime creſcunt. Veſpæ, quæ ichneumones vocantur (ſunt autem minores, quam aliæ) unum genus ex araneis perimunt, phalangium appellatum, & in nidos ſuos ferunt, [4] deinde illinunt, & ex iis incubando ſuum genus procreant. Præterea omnes carne [5] veſcuntur, contra quam apes, quæ nullum corpus attingunt. [b] Sed veſpæ muſcas grandiores venantur: & amputato iis capite, reliquum corpus auferunt. [c] Crabronum ſilveſtres in arborum cavernis degunt: hieme, ut cætera inſecta conduntur: [d] vita bimatum non tranſit. Ictus eorum haud temere ſine febri eſt. Auctores ſunt, ter novenis punctis interfici hominem. [6] Aliorum, qui mitiores videntur, duo genera: opifices minores corpore, qui [e] moriuntur hieme: matres, quæ biennio durant: ii & clementes. [f] Nidos [7] vere faciunt, fere quadrifores, in quibus opifices generentur. Iis eductis, alios deinde nidos majores fingunt, in quibus matres futuras producant. Jam tum opifices funguntur munere, & paſcunt eas. Latior matrum ſpe-

1 cortice manent. *Ch.*
2 & barbarus. *M. & Ch.*
3 non verno. Omnia ea plenilunio. *M. & Ch.*
4 deinde luto illinunt, & ibi pariunt. Præterea, &c. *Ariſt.*
5 veſcuntur. Contraque apes nullum. *M.*
6 Veſparum, quæ, *ex Ariſt.*
7 vero. *M.*

a *Cætera autem è cortice & harena.*] Archetypum Toletanum, *Cara autem cortice araneoſe.* Scribo, *Cera autem cortice araneoſiſve.* Ariſtoteles libro quinto, capite 23. *Cellis ſexangulis favos extruunt omnes ut apes, ſed ex materia corticea quadam & araneoſa.* Et mox paulo: *Verum non in omnibus cellis ineſt æquabilis fœtus, ſed aliis tam grandiuſculus, ut vel queat volare, aliis in nympha eſt, aliis in vermiculo.* Hæc Ariſtoteles: quæ omnia hoc modo legis apud Plinium fere ad literam, ut culpam effugere nequeant, qui pro *Araneis Harena* ſubſtituerunt. *Pintian.*

b *Sed veſpæ muſcas, &c.*] De crabronibus id Ariſt. *Dalec.*

c *Crabronum ſilveſtres.*] Crabrones terra egeſta alveos conſtruunt. Verum amiſſo duce, aut ſi forte ab alveo aberraverint, ad aliquam arborem ſe colligunt, & favos ibi conſtruunt. Ariſtot. cap. 42 lib. 9. hiſt. 23. lib. 5. *Idem.*

d *Vita bimatum non tranſit.*] De veſpis matribus id Ariſtot. *Idem.*

e *Moriuntur hieme.*] Νεκύδαλον Gaza *invalidum* vertit. Ego vero *ſepultum, & tanquam emortuum:* ὑπονηφελαστικῶς, οἷον ιέκυω *Idem.*

f *Nidos vere faciunt.*] Favos & veluti veſparia, κηρία καὶ οἷον σφηκωνεῖς. Ariſt. *Idem.*

1 exeruntur. *Vide Annot.*
2 reges plures, aut exam. *ex Ariſtot. c. 42. lib. 9. hiſt.*
3 velut ſale peruncτos. *Ariſt.*
4 palliodiores. *Ariſt.*
5 *alii ex Ariſt. lib. 5. hiſt. c. 19. legunt*, E grandioro vermiculo, gemina protendente cornua, ſui generis. Hinc erucæ fiunt, &c. *Cui lectioni adſtipulari videtur Ch. in quo legitur*, cornuum uricas ſit. Dein, &c.

ſpecies: dubiumque an habeant aculeos, quia [a] non [1] egrediuntur. [b] Et his ſui fuci. Quidam opinantur [c] omnibus his ad hiemem decidere aculeos. [d] Nec crabronum autem, nec veſparum generi [2] reges aut examina: [e] ſed ſubinde renovatur multitudo ſobole.

Cap. XXII.

De bombycibus, & bombylio, & necydalo, & quis primus bombycinam veſtem invenerit.

Quartum inter hæc [f] genus eſt bombycum, in Aſſyria proveniens, majus quam ſupra dicta. Nidos luto fingunt, [3] ſalis ſpecie, applicatos lapidi, tanta duritie, ut ſpiculis perforari vix poſſint. In iis & ceras [4] largius, quam apes, faciunt: deinde majorem vermiculum. [g] Et alia horum origo [5] [h] è grandiore vermiculo, gemina protendens ſui generis

a *Non egrediuntur.*] Videntur ut apum reges, habere aculeos, ſed nec exſtringere, nec ferire. Ariſt. ut hic *exeruntur*, quemadmodum monuimus, videatur legendum. *Dalec.*

b *Et his ſui fuci.*] Veſparum quædam carent aculeo, & fuci. Ariſt. *Idem.*

c *Omnibus his ad hiemem, &c.*] Pleriſque ex iis quæ habent. Ariſt. *Idem.*

d *Nec crabronum autem.*] Duces & reges tum veſpis eſſe, tum crabronibus, Ariſtoteles plurimis locis apertiſſime ſcribit. *Idem.*

e *Sed ſubinde renovatur.*] Subnaſcentes ſemper novellæ illic manent. *Idem.*

f *Genus eſt bombycum.*] Veſparum grandiorum, quas à bombyzatione, ut eſt apud Feſtum ſic vocarunt. Nec omnium tamen hic intelligit, ſed quorundam tantum. Ariſtot. c. 24. lib. 5. *Idem.*

g *Et alia horum origo.*] Lege: *& alia horum origo: è grandiore vermiculo gemina ſui generis protendente cornua urica fit, dein quod vocatur bombylis, ex ea necydalus. Urica* ab urendo ſic dicta. Bombyx igitur & bombylius tunc vocitatur, quum teſta ſua, ſive ſepulcro textili incluſa eſt, nec movens ſeſe nec ſonans, ita ut à bombo vel ſono dicta videri non queat, ut bombyx veſpa. certè à figura ſic appellata eſt. *Salmaſ.*

h *E grandiore vermiculo.*] Ariſtotel. cap. 19. 5. Hiſt. ἐκ δέ τινος σκώληκος μεγάλου, ὃ ἔχει οἷον κέρατα, καὶ διαφέρει τῶν ἄλλων, γίνεται πρῶτον μὲν μεταβαλόντος τοῦ σκώληκος κάμπη, ἔπειτα βομβύλιος, ἐκ δὲ τούτου νεκύδαλος. ἐν δ' ἓξ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας, ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζώου καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνουσι. πρώτη δὲ λέγεται ὑφῆναι ἐν Κῷ Παμφίλη Λατῴου θυγάτηρ. *Ex quodam magno verme qui cornua habet, & ab aliis differt, primum quidem, cum is mutatus eſt naſcitur Eruca, deinde Bombylius, atque ex illo Necydalus. Sex porro menſibus in has omnes formas mutatur. Ex hoc animali bombycia mulieres quædam carminando reſolvunt, ac texunt. In Co prima texuiſſe Pamphila dicitur, Latoi filia.* Lego κάμπη ἔπειτα νεκύδαλος, ἐκ δὲ τούτου βομβύλιος, & prorſus ille ordo eſt. *Dal.*

a Bom-

ris cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde, quod vocatur [a] bombylius, ex eo necydalus, ex hoc in ſex menſibus [b] bombyx. Telas [c] araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas [1] redordiri, rurſuſque texere invenit [2][d] in Ceo mulier Pamphila, [3] Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, [e] ut denudet fœminas [4] veſtis.

1 . retorquere. M.
2 in Coo. M. & Ch.
3 Λατῶς θυγάτηρ. *Ariſt.* Platis *vertit Gaza.* Platæ. *Ch.*
4 veſtis bombyca, & in Co inſ. M.

Cap. XXIII. *De bombyce Coa.*

[f] Bombycas & in Co inſula naſci tradunt, cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decuſſum terræ halitu animante. Fieri autem primo [5] papiliones parvos nudoſque; mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, & adverſum hiemem tunicas ſibi [6] inſtaurare denſas, pedum aſperitate [g] radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi ſubigique unguium carminatione, mox trahi [7] inter ramos, [8] tenuari ſeu pectine. Poſtea

5 vermes parvos: deinde erucas nudas, mox frig. &c. *D.*
6 Comparare. *Quidam.*
7 in terram. *Tol. non probo.*
8 tenuarique. V.

a *Bombylius.*] Theophr. cap. 8. lib. 1. Cauſſ. νεκύδαλον vocat χρυσαλλίδα, à colore tegminis & velleris, Bombylium vero ſive Bombycem, τὴν ψυχὴν, Papilionem. *Dalec.*

b *Bombyx.*] Bombycas à Græcis *Seras* vocari tradit Pauſan. in Eliac. ſed eorum ortum ac naturam inſcitè narrat. *Idem.*

c *Araneorum.*] Aranearum. Araneæ retia ſunt, quibus muſcæ captantur, Aranei vero illorum textores. Cum araneis comparantur illæ telæ, raritate texturæ, & macularum pervia latitudine, nobis *Crepe*, & *Crepiline.* Idem.

d *In Ceo*] Ἐν κῷ. Ariſt. Unde *Coa veſtis.* Tibullus:

Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa
Texerat.

Ovidius:

Sive erit in Cois, Coa decere putat.

Erat autem pellucida, ſub qua fere corpus tranſpareret. Tales Spartianis virginibus φαινομηρίδες, quas διαφανεῖς induebant, dum ſaltarent & exercerentur. Vide ὑμεσηρ in diction. Conſtant. & ſupra cap. 17. lib. 6. *Idem.*

e *Ut denudet fœminas veſtis.*] Ac ſi dicat, nihil abſurdius fieri poſſe, quam cum veſtis, ad tegendum partes, quibus pudor debetur, inventa, eadem ad nudandum eas adhibeatur pellucida. *Gelen.*

f *Bombycas & in Co inſula, &c*] Bombycum naturam & lanificii ſolertiam ſtrictim indicavit Alexand. ab Alex. c. 9. lib. 4. *Dalec.*

g *Radentes foliorum, &c.*] Lege: *foliorum lanuginem vellere, hanc ab his cogi, unguium carminatione mox trahi, inter ramos tenuari ſeu pectine, poſtea adprehenſa involvi nido corpori volubili.* Vide *Salm.* in Tert. pall p. 233. *Radentes foliorum lanuginem.*] Fallitur Plinius. Lanuginem enim tenuem & ſubtilem, qua nidus obvolvitur, Papilio non è foliis radit, quibus inſidet, ſed ex alvo ſua promit. *Dalec.*

a *Volu-*

1 apprehenſa nidum involvi corpori advolutum. *D.*

2 capta. V.

3 has veſtes etiam viros levitate uſurpare propter onera æſtiva. V. levitate. *Parm.*

4 deceſſere mores, ut onere ſit etiam veſtis. *Ch.*

Poſtea [1] apprehenſam corpori involvi nido [a] volubili. Tum ab homine tolli fictilibuſque vaſis tepore & furfurum eſca nutriri: atque ita ſubnaſci ſui generis plumas, quibus veſtitos [b] ad alia penſa dimitti. [c] Quæ vero [2] cœpta ſint lanificia, [d] humore lenteſcere, [e] mox in fila tenuari junceo fuſo. [f] Nec puduit [3] has veſtes uſurpare etiam viros, levitatem propter æſtivam. In tantum à lorica gerenda [4] diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam veſtes. Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.

CAP. XXIV.

De araneis & generatione eorum.

5 præcipue. M.

[g] ARaneorum his non abſurde jungatur natura, digna vel [5] præcipua admiratione. Plura autem ſunt genera, nec dictu neceſſaria in tanta notitia. [h] Phalangia ex his appellantur, quorum

noxii

a *Volubili.*] Tereti, oblongo, ovato. *Dalec.*

b *Ad alia penſa dimitti.*] Ut eodem ordine vermiculos gignant, unde fiant erucæ, quæ neant alia vellera. *Idem.*

c *Quæ vero cœpta ſint lanificia.*] Lege: *Quæ vero capta ſit lanitia humore lenteſcere. Lanitiam* dixit lanitium. lanitiam quæ capta eſt, vocat lanuginem illam hirſutam & hiſpidam bombycis, quæ adhæret cortici bombycini folliculi, quæque ſic implexa & implicita eſt, ut evolvi expedirique nequeat, niſi prius humore lenteſcat. Vide *Salmaſ.* in Tertull. Pall.

d *Humore lenteſcere.*] Aquæ tepentis. *Dalec.*

e *Mox in fila tenuari junceo fuſo.*] Lege: *Mox in fila tenuari juncto foco.* Inhærens igitur & implexa bombycis lanugo primum aqua adſpergebatur, ut lenteſceret, ut facilior lentiorque fieret ad evolvendum, deinde etiam adjuncto & adhibito foco tenuabatur in fila. Vid. *Salmaſ.* in Tertull. pall. p. 138.

f *Nec puduit has veſtes, &c.*] Seneca epiſt. 123. *Nonne videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum fœminis veſtem? &c.* Idem epiſt. 115. veſtem eam *pellucentem* vocat. Plura de hac re Clemens Alexand. c. 3. lib. 3. Pædag. εἰς τοὺς καλλωπιζομένους. Apud Tacit. lib. 3. Annal. Tiberius accuſat promiſcuas virorum & fœminarum veſtes. *Dalec. Nec puduit, &c. levitatem propter æſtivam.*] Primum fœminarum laſcivia his uſa eſt, quæ gauderent nuditatem ſuam per eas adſpectari. Deinde viri quoque uſurpare cœperunt, ob delicatam levitatem æſtati convenientem. *Gelen. Nec puduit, &c.*] Lege: *Nec puduit has veſtes uſurpare etiam viros, levitate propterea æſtiva. In tantumque à lorica, &c.* De bombyce Coa ita ſcribit cap. 22. ejuſdem libri: *telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum quæ bombycina appellatur. prima eas retorqueri rurſuſque texere invenit in Coo mulier Pamphile Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminas veſtis.* Vide *Salmaſ.* in Tertull. pall. p. 226. 227.

g *Araneorum his non abſurde, &c.*] Ariſt. hiſt. cap. 39. lib. 9. *Dalec.*

h *Phalangia.*] Phalangiorum genera exactius diſtinguuntur cap. 4. l. 29. *Idem.*

a Noxii

[a] noxii morſus, corpus exiguum, varium, acuminatum, [b] aſſultim [1] ingredientium. [c] Altera eorum ſpecies, nigri, prioribus cruribus longiſſimis. Omnibus internodia terna in cruribus. Luporum [2] nomine minimi, non texunt. Majores [3] in terra cavernis exigua veſtibula præpandunt. [d] Tertium eorundem genus erudita operatione conſpicuum. Orditur telas, tantique operis materiæ uterus ipſius ſufficit: [e] ſive ita corrupta alvi natura ſtato tempore (ut Democrito placet) ſive eſt quædam intus lanigera fertilitas: tam moderato ungue, tam tereti filo, & tam æquali deducit ſtamina, ipſo ſe pondere uſus. Texere à medio incipit, [f] circinato orbe [g] ſubtegmina annectens: maculaſque paribus ſemper intervallis, ſed ſubinde creſcentibus, ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas [h] ſcutulato [4] rete graſſantes? [i] quam non ad hoc videtur pertinere [5] cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, [k] ipſa per ſe tenax ratio tramæ? quam laxus ad flatus, [6] [l] non ad reſpuenda, quæ

1 ingredientia. *D.*
2 nomine *in M. & Ch. d. neque agnoſcit Turn.*
3 in terra cavernarum. *V.* internæ cavernæ. *Turn.* interna & cavernis) exig. *Ch.* in terra & ſepibus. *Ariſt.*
4 rete ad capiendas muſcas, circa graſſantes. *V.* circumcurſantes. *Pint. quod non placet. Alii*, craſſeſcentes. *Alii*, creſcentes, *& rectiùs.*
5 cribr. plexitas t. & q. politura, artis i. p. ſ. t. r. textrinæ. *V.*
6 ac non. *M. & Ch.*

a *Noxii morſus.*] Δηκτικοὶ. *Dalec.*

b *Aſſultim ingredientium.*] Πηδητικοὶ. *Idem.*

c *Altera eorum ſpecies.*] Phalangiorum alterum hoc genus eſt, morſu non infeſtum. Ariſtot. *Idem.*

d *Tertium eorundem genus erudita, &c.*] Σοφώτατον Ariſt. vocat. Eſt & alterum Araneorum genus morſu non infeſtum. *Idem.*

e *Sive ita corrupta*] Eam Democriti opinionem Ariſtoteles improbat, araneamque non ex interiore corpore reddi putat tanquam excrementum, ſed exteriore velut corticem quendam, qui in filum tenuatus netur. *Idem*

f *Circinato orbe, &c.*] Circinatum vocat tam abſolutum, ut circino ductus videri poſſit. *Gelen.*

g *Subtegmina annectens.*] Quæ ſtamina ſubtus tegunt, κρόκας, tramam Ariſtot. *Idem.*

h *Scutulato.*] Vide quod annotatum eſt ad cap. 48. lib. 8. *Dalec.*

i *Quam non ad hoc videtur pertinere.*] Lege: *Quam non ad hoc videtur pertinere crebratæ pexitas telæ, &c. Crebrata* tela eſt densè texta, & multo ſubtemine farta, quæ res pexitatem floccorum facit. *Samaſ.* 391. a.

k *Ipſa per ſe tenax ratio tramæ?*] Id eſt villoſa & lanuginoſa filorum natura. Turneb. denſitas. Panni enim cum pexi ſunt tractis lanæ filis denſiores fiunt ac tectiores. Ad araneos domeſticos potius, quam phalangia, pertinet hæc orationis ſplendida expoſitio. *Dalec.*

l *Non ad reſpuenda.*] Heſiodus:

Τῇ γὰρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης.

Hac enim net fila in aëre ſuſpenſus araneus. Idem.

a *Dere-*

quæ veniant, ſinus: [a]derelicta [1] laſſo prætenti ſumma parte, ut arbitrari licet illa quæ difficile cernuntur: atque ut in plagis lineæ offenſæ præcipitant in ſinum? ſpecus ipſe qua concameratur architectura, & contra frigora quanto villoſior? quam remotus à medio, aliudque [2] agenti ſimilis? incluſus vero ſic, ut ſit, nec ne, intus aliquis, cerni non poſſit? [3] Age, firmitas quanta irrumpentibus ventis? qua pulverum mole degravante? Latitudo telæ ſæpe inter duas arbores, cum exercet artem & diſcit texere: longitudo fili à culmine, ac rurſus à terra per illud ipſum [4] velox reciprocatio: ſubitque pariter ac fila [5] deducit. Cum vero captura incidit, quam vigilans, & paratus [6] ad curſum? licet extrema hæreat plaga, ſemper in medium currit: [7] quia ſic maxime totum concutiendo implicat. Sciſſa protinus reficit, [8] ad polituram ſarciens. Namque & lacertarum catulos venantur: [9] hos primum tela involventes, & tunc demum labra utraque morſu apprehendentes, amphitheatrali ſpectaculo cum contigit. Sunt ex eo & auguria. Quippe incremento amnium futuro telas ſuas altius tollunt. Iidem ſereno [10] non texunt, nubilo texunt. Ideoque [11] multæ araneæ imbrium ſigna ſunt. [b] Fœminam putant eſſe quæ texat, marem qui venetur: ita paria fieri merita conjugio. Aranei conveniunt clunibus: [c] pariunt vermiculos ovis ſimiles. Nam nec horum differri poteſt genitura, quoniam inſectorum vix ulla alia narratio eſt. [12] [d] Pariunt autem ova ea in telas, ſed ſparſa,

1 laxe prætendenti, ſumma parte, ut architectari liceat fila, quæ difficile cernuntur, & quæ. *D. vel ex Tol.* ut arbitrere licia, & fila quæ, &c. laſſo prætendi ſumma parte arbitrari liceat, illa difficile cernuntur. *Turn. & Ch.*

2 agentis. *Ch.*

3 Age, firmitas: quando rumpentibus. *Tol. & M.*

4 felix. *Tol.* velut. *V.*

5 reducit. *Dal.*

6 accurſus. *Ch.*

7 Ex quo ſic, &c. implicet. *V.*

8 abolita reſarcit. *Tol.*

9 *Lege*, os primum tela involventes, *ex Ariſt. hiſt. anim. c. 27. & Ch. niſi quod habet* involvente.

10 retexunt. *Ch.*

11 multa aranea. *Ch.*

12 Pariunt autem omnia in tela (*ſic Ch.*) expanſa. *Parm.* tela. *Vet.*

a *Derelicta laſſo prætenti, &c.*] Senſus erit: prætentæ telæ ſummam partem imperfectam præ laſſitudine ab araneo derelictam. *Gelen.*

b *Fœminam putant eſſe quæ texat.*] Ariſtoteli fœmina venatur & texit, mas capturæ particeps eſt. Ariſtot. *Dalec.*

c *Pariunt vermiculos ovis ſimiles.*] Eos unguento Nardino dilutos ad dentium dolorem Archigenes valde probat lib. 5. κτ̀ τόπους *Idem*

d *Pariunt autem ova ea in telas.*] Alii ſubtili & brevi, alii craſſiore, alii in rotundo telæ ſinu. Ut quiſque pullus exit protinus ſalit, & filum emittit. Ariſtot. Hæc Plinius pervertit. *Idem.*

a *Sem-*

ſparſa, quia ſaliunt, atque ita emittunt. [1] Phalangius tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero: qui ut [2] emerſerit, matrem conſumit, ſæpe & patrem: adjuvat enim [3] incubare. Pariunt autem & [4] tricenos, cæteræ pauciores. Et incubant triduo. Conſummantur aranei quater ſeptenis diebus.

CAP. XXV. *De ſcorpionibus.*

SImiliter [5] his & ſcorpiones terreſtres, vermiculos ovorum ſpecie pariunt, ſimiliterque [6] pereunt: peſtis importuna [7] veneni ſerpentium, niſi quod graviore ſupplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali ſemper ictu, & fœminis fere in totum: viris autem matutino, [8] exeuntes cavernis, priuſquam aliquo fortuito ictu [9] jejunum egerant venenum. [a] Semper cauda in ictu eſt: nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. Ferit & obliquo ictu [10] [b] & inflexo. Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus auctor eſt, [c] in novem genera deſcriptis, per colores maxime ſupervacuos, quoniam non eſt ſcire, quos minime exitiales prædixerit. Geminos [11] quibuſdam aculeos eſſe [12] mareſque ſæviſſimos. Nam coitum [13] iis tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die, cum incan-

1 Phalangia, &c. incubant magnum numerum. *Ch.* Phalangium, &c. *Alii.*
2 emerſit. *Ch.*
3 incubatum. *V.* incubautem. *Dal.*
4 *Alii*, trecenos *ſive* trecentos: *ex eodem Ariſt. loco jam citato.*
5 his, *in M. d.*
6 perimunt. *M.*
7 Veneno. *Dal.*
8 exeuntibus è. *D.* cum exeunt è. *V.*
9 jejuni. *D.* jejunum. *V. & Ch.*
10 inflexu. *V. M.*
11 quibuſdamque.
12 maribuſque.
13 his tribuunt. *Ch.*

a *Semper cauda in ictu eſt.*] Lucilius apud Nonium in Tenta.
Muſcipula ut tenta, atque ut ſcorpius cauda ſublata. Dalec.
b *Et inflexo.*] Præſertim cum retrocedunt, ac, ut ait Plautus in Caſina receſſim:
Receſſim cedam ad parietem, imitabor Nepam.
Idem.
c *In novem genera deſcriptis, per colores maxime ſupervacuos, quoniam non eſt ſcire, &c.*] Legendum reor, *In novem genera deſcriptu per colores maxime. Supervacuo, quoniam non eſt ſcire, &c.* Deſcribit etiam in novem genera Apollodorum, ſeu Apollodori ſectatorem ſecutus Avicennas auctor quidem ut barbarus ſane eximius, ſed qui ab ipſis barbaris medicis, qui ex illo hauriunt, quique divinis tantum non honoribus colunt, minime percipiatur, culpa tum peſſimi tralatoris, tum etiam ſcriptorum & impreſſorum ignorantia, innumeris ſcatens erroribus, qui à doctioribus medicis, Græce & Latine peritis ſubinde deprehenduntur. Tradit id ſectione 6.1.4. tractatu 5. Quod etiam feciſſe videtur ſequente documento, *Pennas ineſſe quibuſdam.* Pint.

a *Con-*

incanduere Solis ardoribus. Itemque cum ſitiunt, [1] inexplebiles potu. [a] Conſtat & ſeptena caudæ internodia ſæviora eſſe. Pluribus enim ſena ſunt. Hoc malum Africæ volucre etiam Auſtri faciunt, [2] pandentibus brachia, ut remigia ſublevantes. Apollodorus idem [3] plane quibuſdam ineſſe pennas tradit. Sæpe Pſylli, qui reliquarum venena terrarum invehentes quæſtus ſui cauſa peregrinis malis implevere Italiam, hos quoque importare conati ſunt: ſed vivere intra Siculi cœli regionem non potuere. Viſuntur tamen aliquando in Italia, ſed innocui, multiſque aliis in locis, [b] ut circa Pharum in Ægypto. [c] In Scythia interimunt etiam ſues, alioquin vivaciores contra venena talia: nigras quidem [4] celerius, ſi in aquam ſe immerſerint. Homini icto putatur eſſe remedio [d] ipſorum cinis [5] potus in vino. Magnam adverſitatem oleo merſis [e] & ſtellionibus putant eſſe, innocuis duntaxat iis, qui & ipſi carent ſanguine lacertarum figura. Atque ſcorpiones

1 inexplebili. *Ch.*
2 pandentes br. ut remigio. *D.* & ut remigio ſe ſubl. *Alii.*
3 plene. *Ch.*
4 celerius & quoſvis ſi in. *ex Ariſt.*
5 potatus. *M.*

a *Conſtat & ſeptena, &c.*] Diſſentit à Plinio Avicennas allegato loco, quoſdam tradens ſex habere in cauda ſpondylos, & eſſe lethales, alios vero pauciores. Sed, ut puto, menda eſt in Avicenna, legendumque in eo *ſeptem*, non *ſex*. Confirmat hoc Ælianus lib. 8. de Hiſt. animal., Nicandri quoque interpres in Theriacis ex Apollodori auctoritate *ſeptem* quibuſdam internodia eſſe ſcribit cum Plinio. *Pintian.*

b *Ut circa Pharum, &c.*] Vide c. 29. lib. 8. Ariſt. hiſtor. *Dal.*

c *In Scythia interimunt etiam ſues.*] Scorpionem gigni in Scythia frigidiſſima regione, haud ſimile vero eſt, cum etiam in Italia tanto minus aëris inclementiæ obnoxia, raro (Plinio teſte) viſantur. Legendum igitur, *In Caria interimunt etiam ſues.* Ariſtot. lib. 8. c. 28. *Morſus beluarum ex locorum diverſitate plurimum differunt, ut in Pharo lociſque aliis ſcorpiones non lædunt. At in aliis & præcipue in Caria multi & magni & nocui ſunt, & ſi vel hominem, vel quamvis beſtiam percuſſerint, interimunt. Nec ſues evadere poſſunt, quanquam cæteros violentos ictus minime ſentiunt. Et nigri eorum potiſſimum interimuntur: quiſque tamen celerrime interit, ſi ictus adierit aquam.* Hæc Ariſtoteles, in cujus Latina tralatione non *Caria*, ſed *Scythia*, ut in Plinio, legas. Ita puto de induſtria faciente Theodoro, quod auctoritatem Plinianorum exemplarium ſequi, quam Græcorum maluerit. Sed rem non recte perſpexit: nam Græcam lectionem veram eſſe, Latinam vero falſam, & à veritate diſſidentem, & ratio & natura ipſa clamitat. *Pintian.*

d *Ipſorum cinis potus in vino.*] Conſtat quotidianis experimentis ſcorpium in oleo demerſum, ac ſuffocatum ſi teratur & vulneri à ſcorpione illato imponatur, remedium eſſe præſentiſſimum. *Dalec.*

e *Stellionibus.*] Τοῖς ἀσκαλαβώταις. vide cap. 4. 29. *Idem.*

a *Ab*

piones in totum [1] nulli nocere, quibus non ſit ſan- 1 nulli. *Dal.*
guis. Quidam & [a] ab ipſis fœtum devorari arbi-
trantur. Unum modo relinqui ſolertiſſimum, & qui
ſe ipſius matris clunibus imponendo, tutus & à cau-
da & à morſu loco fiat. Hunc eſſe reliquorum ulto-
rem, qui poſtremo genitores [2] ſuperne conficiat. 2 ſupremus. *Dal.*
Pariuntur autem undeni.

CAP. XXVI. *De ſtellionibus & cicadis.*

3 CHamæleonum [b] ſtelliones [4] quodammodo 3 Chamæleones ſtellionum. *Dal.*
[c] naturam habent, rore tantum viventes, 4 hi quodam. nat. *Ch.*
præterque [d] araneis. Similis cicadis vita: quarum
duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, &
[5] noviſſime pereunt: [e] ſunt autem mutæ. Sequens 5 noviſſimæ. *V.*
eſt volatu rara. Quæ [6] canunt, vocantur [7] [f] achetæ: 6 cantant. *M.*
& quæ minores [8] ex eis ſunt, tettigoniæ: ſed illæ 7 Echetæ. ἠχῆται. *Dal.*
magis canoræ. Mares canunt in utroque genere: 8 his. *Ch.*
fœminæ ſilent: gentes veſcuntur iis ad Orientem,
etiam Parthi opibus abundantibus. Ante coitum
[g] mares præferunt, à coitu fœminas, ovis earum
[9] correptis quæ ſunt candida. Coitus ſupinis. Aſpe- 9 corrupti. *M. Ch.* & *Pint.* id eſt, illecti, deliniti. *Lego*, ejus utero collectis.
ritas præacuta in dorſo, qua excavant fœturæ locum
in terra. Fit primo vermiculus, dein ex eo, quæ
vocatur tettigometra, cujus cortice rupto circa ſol-
ſtitia evolant, noctu ſemper: primum nigræ atque
duræ.

a *Ab ipſis fœtum, &c.*] Pelli interficique à prole tradit Ariſtot. *Dalec.*

b *Stelliones*] Stelliones dictos quidam volunt, quod eorum tergus velut ſtellis notatum ſit. At Verrius apud Feſtum, quod cibo virus ſtillet. Tertullianus de cibis Judæorum: *Quis ſtellionem?* (repete comedit) *ſed maculas execratur, prædam de aliena morte quærentes?* Idem.

c *Naturam habent.*] Cap. 30. lib. 5. hiſt. Ariſt. *Idem.*

d *Araneis.*] Inter ſtellionem & araneum bellum eſſe ſcribit Ariſtot. cap. 1. lib. 9. hiſt. *Idem.*

e *Sunt autem mutæ.*] Sunt autem magis mutæ, & volatu raræ: ſequuntur majores quæ noviſſimæ. Prodeunt & primæ pereunt ac cum canunt vocantur Echetæ, ut quæ minores. Ex Ariſtot. cap. 30. lib 5. hiſt *Idem.*

f *Acheta.*] Echetæ ἠχῆται. Pauſaniæ Echetæ ſunt maximæ cicadæ: minima vero κερκώπης, & κολλαμιδία. Grammatici quidam *Echetas* mares eſſe volunt, *Tettigonias* vero, vel, ut aliqui ſcribunt, *Titigonias*, ἀπὸ τοῦ τιτίζειν, fœminas mutas. Sunt & Suidæ τέττιγες ἀκανθίαι ſic dictæ quod in ſpinis vivant. Vide Rhod. c.6.17. *Idem.*

g *Mares præferunt.*] In cibo ſuaviores ſunt. Ariſtot. *Idem.*

duræ. Unum hoc ex iis quæ vivunt, & ſine ore eſt. [a] Pro eo quiddam [1] aculeatum linguis ſimile, & [b] hoc in pectore, quo rorem lambunt. [c] Pectus ipſum fiſtuloſum: hoc canunt achetæ, [2] ut diximus. De cætero in ventre [3] nihil eſt. Excitatæ cum ſubvolant, humorem reddunt, quod ſolum argumentum eſt rore [4] eaſdem ali. Iiſdem ſolis nullum ad excrementa corporis foramen. [5] Oculi tam hebetes, ut ſi quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, tranſeant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum: ſurculariam, quæ ſit grandior: frumentariam, quam alii avenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus.

1 aculeatarum. *Ch.* aculeatorum *ex Ariſt. Dal.*
2 echetæ. *Dal.*
3 excrementi nihil eſt *ex Ariſt.*
4 Eas. *Ch.*
5 Oculis. *V.*

CAP. XXVII.

Cicadæ ubi non ſint, & ubi mutæ.

Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum: idcirco [6] ſunt Cyrenis [d] circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis aut umbroſis [7] nemoribus. Eſt quædam & iis locorum differentia. In Mileſia regione paucis ſunt locis. Sed in [8] Cephalenia amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit. [e] At in Rhegino agro ſilent omnes: [f] ultra flumen in Locrenſi canunt. Pennarum illis natura quæ apibus, ſed pro corpore amplior.

6 non ſunt. *Ch.*
7 nec nemorib. *Ch.*
8 Cephalaia. *Ch.*

CAP.

a *Pro eo quiddam, &c.*] Quiddam longum, adnexum, eorum linguæ ſimile, quæ aculeum in ore habent. Ariſt. cap. 7. 4. hiſt. *Dalec.*

b *Hoc in pectore.*] Nihil Ariſtoteles. *Idem.*

c *Pectus ipſum fiſtuloſum.*] Diſtinguuntur, quod Echetæ infra ſuccinctum diviſi ſunt, & conſpicuam membranam oſtendunt, non item Tettigoniæ. Ariſtot. *Idem.*

d *Circa oppidum.*] Circa oppidum, ſed nullæ in campis. Ariſt. *Idem.*

e *At in Rhegino, &c.*] Idem & Pauſanias in Eliacis. *Idem.*

f *Ultra flumen.*] Cæcinum, quod Rheginum agrum dividit à Locrenſi. *Idem.*

a *Scara-*

CAP. XXVIII.

De pennis inſectorum, & [a] ſcarabæorum generibus.

INſectorum [1] quædam binas gerunt pinnas, ut muſcæ; quædam quaternas, ut apes. Membranis & cicadæ volant. Quaternas habent, [b] quæ aculeis in alvo armantur. Nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis advolat pennis. Illis enim ultionis cauſa [2] datum eſt, his aviditatis. Nullis eorum pennæ reviviſcunt avulſæ. Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt. [c] Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſupervenit, ut [3] ſcarabæis, quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus: [d] ſed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, biſulcis dentata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad morſum coëuntibus, [4] [e] infantum etiam remediis ex cervice ſuſpenduntur. [5] [f] Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus, qui è fimo [6] ingenteis pilas averſi pedibus [7] volutant, parvoſque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fœtus ſui [g] nidulantur. [h] Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. [i] Alii focos & prata crebris foraminibus excavant nocturno ſtridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium [8] colore

1 autem quædam. M. & Ch.

2 datum, & his. Ch.

3 Tauris. Ariſt. c. 19. lib. 5. hiſt. ſcarabæis. Quorum tenuior f. penna, his, &c. V.

4 infantium. Ch.

5 Lucanos. Ch.

6 fingentes. Dal.

7 volitant. M.

8 candore. Pint. fulgore. Alii.

a *Scarabæorum generibus.*] Scarabæorum genera ſunt, Lucani, Stercorarii, κηπεϱίονες, Fullones. cap. 11. lib. 30. Virides cap. ult. lib. 29. Mylagrides, ſive Mylabrides: Grylli: Blattæ piſtrinariæ. Mololonthæ, χϱυσίζουσαι: Rutuli prægrandes: Longipedes: Tauri, eoſdem cum Lucanis quidam eſſe putant, à cornibus dictos. c. 19. lib. 5. hiſt. *Idem.*

b *Quæ aculeis in alvo armantur.*] Ut apes, veſpæ, fuci, crabrones. *Idem.*

c *Quibuſdam.*] Τοῖς κολεοπτέϱοις. *Idem.*

d *Sed in quodam, &c.*] Tauris: hi procreantur ex verme in arido ligno naſcente, & Praſocourides gignunt. Ariſtot. cap. 19. lib. 5. hiſt. *Idem.*

e *Infantium etiam remediis ex cervice ſuſpenduntur.*] Heic *remedia* ſunt amuleta, φυλακτήϱια. *Salmaſ.* 439. a.

f *Lucanos vocat hos Nigidius.*] Scaliger comment. in Varr. legi poſſe credit, *Lucas vocat hos Nigidius, &c.* qua forma elephantos appellarunt Lucas boves, eadem ut Lucas ſcarabæos nominent. *D.*

g *Nidulantur.*] Velut in nido reponunt & recondunt. *Idem.*

h *Volitant alii magno, &c.*] Vide dictionem κϱέκω in Diction. Conſtant. *Idem.*

i *Alii.*] Grylli. *Idem.*

tum, poſtremo adultas: deſertoris pœna in eum, qui ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Gracculos quoque ob id colunt, adverſo volatu occurrentes earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox earum proficiſci ab [1] occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere [a] quaſi dentes exiſtimantur, eoſque inter ſe terendo ſtridorem edere, [2] circa duo æquinoctia maxime, ſicut cicadæ circa ſolſtitium. Coitus locuſtarum, qui & inſectorum omnium quæ coëunt, marem portante fœmina, [3] in eum fœminarum ultimo caudæ reflexo, tardoque digreſſu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

1 occipitii videtur eo loco ubi commiſſura ſcapularum. Habere. *D.*
2 circa duo maxime æquinoctia. *Pint.*
3 in alvum. *D.*

CAP. XXX. *De formicis noſtratibus.*

PLurima inſectorum vermiculum gignunt. Nam & [b] formicæ ſimilem [4] ovis vere: & hæ communicantes laborem, [5] ut apes: ſed illæ faciunt cibos, hæ condunt. [6] Et ſi quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires eſſe majores. Gerunt ea morſu. Majora averſæ poſtremis pedibus moliuntur, humeris obnixæ. Et iis Reip. ratio, memoria, cura. Semina arroſa condunt, ne rurſus in fruges exeant è terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt atque ſiccant. Operantur & noctu [7] plena Luna. Eædem interlunio ceſſant. Jam in opere qui labor? quæ

4 apib. *Pint. ex M.*
5 ut apes laborem: ſed apes utiles faciunt. *V. & M. Quædam manuſc. verba illa*, laborem ut apes: ſed illæ, *non habent.*
6 Ac ſi. *Ch.*
7 plenæ Lunæ. *Ch.*

a *Quaſi dentes.*] Ariſt. cap. 9. lib. 4. hiſtor. πηδάλια vocat, quaſi navium clavos & gubernacula. *Dal.*

b *Et formica.*] Theocritus,

Μυρμάκων ὅτι πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μυχοῖσιν.

Idem:

Μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.

Idem:

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.

Eleganter Apulejus lib. 6. Aſini, undas populorum ſepedum vocat formicarum herbam, quæ ſex pedibus ambulant. *Id.*

a *Indica*

quæ ſedulitas? Et quoniam ex diverſo convehunt altera alterius [1] ignara, certi dies ad recognitionem mutuam [2] nundinis dantur. Quæ tunc earum concurſatio? quam diligens cum obviis quædam collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere ſemitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit quantulacunque aſſiduitas. [3] Sepeliuntur inter ſe viventium ſolæ, præter hominem. Non ſunt in Sicilia pennatæ.

1 ignaræ. *Ch.* ignara, ut ſigna invicem recognoſcant, certi. *V.*
2 velut nundinis. *D.*
3 Sepeliunt. *Ch.*

CAP. XXXI. *De Indicis.*

[a] INdicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cavernis egerunt terræ, in regione ſeptentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Ipſis color [4] felium, magnitudo Ægypti [5] luporum. Erutum hoc ab iis tempore hiberno, [b] Indi furantur æſtivo fervore, conditis propter vaporem in [6] cuniculos formicis: quæ tamen odore ſolicitatæ provolant, crebreque lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritaſque eſt cum amore auri.

4 fœdus. *M.*
5 Vulpium. *Strab.*
6 cuniculis. *M.*

CAP. XXXII. *De diverſitate inſectorum.*

MUlta autem inſecta & aliter [c] naſcuntur, [7] atque in primis ex rore. Inſidet hic [8] raphani folio primo vere, & ſpiſſatus Sole [9] in magnitudinem milii cogitur. [10] Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo [11] [d] eruca: quæ adjectis diebus accre-

7 atque aſilus in primis. *M.* papilio. *Ariſt.*
8 braſſicæ. *Dioſc.*
9 minus milio. ex *Ariſt.*
10 Inde porro gignitur. *Dal.*
11 uruca. *Ch.*

a *Indicæ formicæ cornua.*] Nearchus apud Strabon. lib. 15. formicæ id genus pellem ſibi viſam refert, pardi pelli ſimilem. Addit poſtea Strabo, ex iis formicis quaſdam alatas eſſe. In Pephno inſula candidas eſſe tradit Pauſanias in Laconicis. *Dalec.*

b *Indi furantur æſtivo fervore.*] Et fugientes ferarum carnem huc illuc abjiciunt, quæ inſequentes detineat. Strabo. *Idem.*

c *Naſcuntur.*] Quod de univerſo quodam genere inſectorum Ariſtoteles prodidit, Plin. hic de papilione particulatim refert. *Idem.*

d *Eruca.*] Eruca, quæ immobilis accreſcit, ſed adjectis diebus, duro tecta cortice & araneis obſita, ad tactum tantum movetur. Hujus erucæ, quam tum chryſalidem appellant, rupto cortice evolat papilio: ex Ariſt. *Idem.*

 a *Viven-*

rata? tam munificum animal expoſitum eſt. Remedia dicemus ſuis locis: nunc enim ſermo de natura eſt.

CAP. XX.

De continendis apibus, & quomodo reparentur.

1 æris & fictilium. *Ariſt.* 2 manifeſtum eſt. *Cb.* 3 functo. *Cb.* 4 tamen. V. 5 elatæ. 6 ad cibum, *in M. del.* 7 cedant. *M. & Cb.*

GAudent plauſu atque tinnitu [1] æris, eoque convocantur. Quo [2] manifeſtum, auditus quoque ineſſe ſenſum. Effecto opere, educto fœtu, [3] functæ munere omni, exercitationem [4] tum ſolemnem habent: ſpatiatæque in aperto, & in altum [5] datæ gyris volatu editis, tum demum [6] ad cibum redeunt. Vita eis longiſſima, ut proſpere inimica ac fortuita [7] cadant, ſeptenis annis univerſa. Alveos nunquam ultra decem annos duraſſe proditur.[a] Sunt qui mortuas, ſi intra tectum hieme ſerventur, deinde Sole verno torreantur, ac ficulneo cinere [8] toto die foveantur, putent reviviſcere. In totum vero amiſſas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius [b] juvencorum corpore exanimato, ſicut [c] equorum veſpas atque crabrones, ſicut aſinorum ſcarabæos, mutante natura ex aliis quædam in alia. Sed horum omnium coitus cernuntur. Et tamen in fœtu eadem prope natura, quæ apibus.

8 totidem tepide. *Cb.*

CAP. XXI. *De veſpis & crabronibus.*

9 in his. *Cb.* 10 aut. *Cb.*

VEſpæ in ſublimi [d] è luto nidos faciunt, & [9] in iis ceras: crabrones in cavernis, [10] ac ſub terra. Et

a *Sunt qui mortuas.*] Hyginus apud Columel. *Dalec.*

b *Juvencorum corpore exanimato.*] Inde Βυγενεῖς apud Varron. Callimac. Ἄρμενα πὰρ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βυγενέων. *Idem.*

c *Equorum veſpas, &c.*] Nicander in Theriacis:
Ἵπποι δὴ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.
Marc. Varr. lib. 3. de re ruſt. verſum eum tribuit Archelao. Lib. 1. Epigrammatum ex Pallada citatur. Philo in compoſitione Philonii verſibus deſcripti, mel vocat νᾶμα θυγατέρων ταύρων, liquorem filiarum taurorum. *Idem.*

d *E luto nidos faciunt.*] In columnas, vel aliquid aliud quod foramen habeat, ibique pariunt. *Idem.*

Et horum omnium ſexangulæ cellæ. [a] Cætera autem [1] è cortice & harena. Fœtus ipſe inæqualis [2] ut barbaris, alius evolat, alius in nympha eſt, alius in vermiculo. Et autumno, [3] non vere omnia ea. Plenilunio maxime creſcunt. Veſpæ, quæ ichneumones vocantur (ſunt autem minores, quam aliæ) unum genus ex araneis perimunt, phalangium appellatum, & in nidos ſuos ferunt, [4] deinde illinunt, & ex iis incubando ſuum genus procreant. Præterea omnes carne [5] veſcuntur, contra quam apes, quæ nullum corpus attingunt. [b] Sed veſpæ muſcas grandiores venantur: & amputato iis capite, reliquum corpus auferunt. [c] Crabronum ſilveſtres in arborum cavernis degunt: hieme, ut cætera inſecta conduntur: [d] vita bimatum non tranſit. Ictus eorum haud temere ſine febri eſt. Auctores ſunt, ter novenis punctis interfici hominem. [6] Aliorum, qui mitiores videntur, duo genera: opifices minores corpore, qui [e] moriuntur hieme: matres, quæ biennio durant: ii & clementes. [f] Nidos [7] vere faciunt, fere quadrifores, in quibus opifices generentur. Iis eductis, alios deinde nidos majores fingunt, in quibus matres futuras producant. Jam tum opifices funguntur munere, & paſcunt eas. Latior matrum ſpe-

1 cortice manent. *Ch.*

2 & barbarus. *M. & Ch.*

3 non verno. Omnia ea plenilunio. *M. & Ch.*

4 deinde luto illinunt, & ibi pariunt. Præterea, &c. *Ariſt.*

5 veſcuntur. Contraque apes nullum. *M.*

6 Veſparum, quæ. *ex Ariſt.*

7 vero. *M.*

a *Cætera autem è cortice & harena.*] Archetypum Toletanum, *Cara autem cortice araneoſe.* Scribo, *Cera autem cortice araneoſi ſive.* Ariſtoteles libro quinto, capite 23. *Cellis ſexangulis favos extruunt omnes ut apes, ſed ex materia corticea quadam & araneoſa.* Et mox paulo: *Verum non in omnibus cellis ineſt æquabilis fœtus, ſed aliis tam grandiuſculus, ut vel queat volare, alius in nympha eſt, aliis in vermiculo.* Hæc Ariſtoteles: quæ omnia hoc modo legis apud Plinium fere ad literam, ut culpam effugere nequeant, qui pro *Araneis Harena* ſubſtituerunt. *Pintian.*

b *Sed veſpæ muſcas, &c.*] De crabronibus id Ariſt. *Dalec.*

c *Crabronum ſilveſtres.*] Crabrones terra egeſta alveos conſtruunt. Verum amiſſo duce, aut ſi forte ab alveo aberraverint, ad aliquam arborem ſe colligunt, & favos ibi conſtruunt. Ariſtot. cap. 42 lib. 9. hiſt. 23. lib. 5. *Idem.*

d *Vita bimatum non tranſit.*] De veſpis matribus id Ariſtot. *Idem.*

e *Moriuntur hieme.*] Νεκύδαλον Gaza *invalidum* vertit. Ego vero *ſepultum*, *& tanquam emortuum:* [illegible], οἷον νέκυω *Idem.*

f *Nidos vere faciunt.*] Favos & veluti veſparia, κηρία καὶ οἷον σφηκωνεῖς. Ariſt. *Idem.*

ſpecies: dubiumque an habeant aculeos, quia [a] non [1] egrediuntur. [b] Et his ſui fuci. Quidam opinantur [c] omnibus his ad hiemem decidere aculeos. [d] Nec crabronum autem, nec veſparum generi [2] reges aut examina: [e] ſed ſubinde renovatur multitudo ſobole.

1 exeruntur. *Vide Annot.*

2 reges plures, aut exam. *ex Ariſtot. c.* 42. *lib.* 9. *hiſt.*

3 velut ſale perunctos. *Ariſt.*

4 pallidiores. *Ariſt.*

5 *alii ex Ariſt. lib.* 5. *hiſt. c.* 19. *legunt*, E grandiore vermiculo, gemina protendente cornua, ſui generis. Hinc erucæ fiunt, &c. *Cui lectioni adſtipulari videtur Ch. in quo legitur*, cornuum uricas ſit. Dein, &c.

Cap. XXII.

De bombycibus, & bombylio, & necydalo, & quis primus bombycinam veſtem invenerit.

Quartum inter hæc [f] genus eſt bombycum, in Aſſyria proveniens, majus quam ſupra dicta. Nidos luto fingunt, [3] ſalis ſpecie, applicatos lapidi, tanta duritie, ut ſpiculis perforari vix poſſint. In iis & ceras [4] largius, quam apes, faciunt: deinde majorem vermiculum. [g] Et alia horum origo [5] [h] è grandiore vermiculo, gemina protendens ſui generis

a *Non egrediuntur.*] Videntur ut apum reges, habere aculeos, ſed nec exſtringere, nec ferire. Ariſt. ut hic *exeruntur*, quemadmodum monuimus, videatur legendum. *Dalec.*

b *Et his ſui fuci.*] Veſparum quædam carent aculeo, & fuci. Ariſt. *Idem.*

c *Omnibus his ad hiemem, &c.*] Pleriſque ex iis quæ habent. Ariſt. *Idem.*

d *Nec crabronum autem.*] Duces & reges tum veſpis eſſe, tum crabronibus, Ariſtoteles plurimis locis apertiſſime ſcribit. *Idem.*

e *Sed ſubinde renovatur.*] Subnaſcentes ſemper novellæ illic manent. *Idem.*

f *Genus eſt bombycum.*] Veſparum grandiorum, quas à bombyzatione, ut eſt apud Feſtum ſic vocarunt. Nec omnium tamen hic intelligit, ſed quorundam tantum. Ariſtot. c. 24. lib. 5. *Idem.*

g *Et alia horum origo.*] Lege: *& alia horum origo: è grandiore vermiculo gemina ſui generis protendente cornua urica fit, dein quod vocatur bombylis, ex ea necydalus.* *Urica* ab urendo ſic dicta. Bombyx igitur & bombylius tunc vocitatur, quum teſta ſua, ſive ſepulcro textili incluſa eſt, nec movens ſeſe nec ſonans, ita ut à bombo vel ſono dicta videri non queat, ut bombyx veſpa. certè à figura ſic appellata eſt. *Salmaſ.*

h *E grandiore vermiculo.*] Ariſtotel. cap. 19. 5. Hiſt. ἐκ δέ τινος σκώληκος μεγάλου, ὃ ἔχει οἷον κέρατα, καὶ διαφέρει τῶν ἄλλων, γίνεται πρῶτον μὲν μεταβαλόντος τοῦ σκώληκος κάμπη, ἔπειτα βομβύλιος, ἐκ δὲ τούτου νεκύδαλος. ἐν δ' ἓξ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας, ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζώου καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνουσι. πρώτη δὲ λέγεται ὑφαίνειν ἐν Κῷ Παμφίλη Λατῷς θυγάτηρ. *Ex quodam magno verme qui cornua habet, & ab aliis differt, primum quidem, cum is mutatus eſt naſcitur Eruca, deinde Bombylius, atque ex illo Necydalus. Sex porro menſibus in has omnes formas mutatur. Ex hoc animali bombycia mulieres quædam carminando reſolvunt, ac texunt. In Co prima texuiſſe Pamphila dicitur, Latoi filia.* Lego κάμπη ἔπειτα νεκύδαλος, ἐκ δὲ τούτου βομβύλιος, & prorſus ille ordo eſt. *Dal.*

ris cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde, quod vocatur [a] bombylius, ex eo necydalus, ex hoc in ſex menſibus [b] bombyx. Telas [c] araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas [1] redordiri, rurſuſque texere invenit [2] [d] in Ceo mulier Pamphila, [3] Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, [e] ut denudet fœminas [4] veſtis.

1 retorquere. M.
2 in Coo. M. & Ch.
3 Λατῶς θυγάτηρ. Ariſt. Platis vertit Gaza. Platæ. Ch.
4 veſtis bombyca, & in Co inſ. M.

CAP. XXIII. *De bombyce Coa.*

[f] BOmbycas & in Co inſula naſci tradunt, cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decuſſum terræ halitu animante. Fieri autem primo [5] papiliones parvos nudoſque; mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, & adverſum hiemem tunicas ſibi [6] inſtaurare denſas, pedum aſperitate [g] radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi ſubigique unguium carminatione, mox trahi [7] inter ramos, [8] tenuari ſeu pectine. Poſtea

5 vermes parvos: deinde erucas nudas, mox frig. &c. D.
6 Comparare. Quidam.
7 in terram. Tol. non probo.
8 tenuarique. V.

a *Bombylius.*] Theophr. cap. 8. lib. 1. Cauſſ. νεκύδαλον vocat χρυσαλλίδα, à colore tegminis & velleris, Bombylium vero ſive Bombycem, τὴν ψυχὴν, Papilionem. *Dalec.*

b *Bombyx.*] Bombycas à Græcis *Seras* vocari tradit Pauſan. in Eliac. ſed eorum ortum ac naturam inſcitè narrat. *Idem.*

c *Araneorum.*] Aranearum. Araneæ retia ſunt, quibus muſcæ capiantur, Aranei vero illorum textores. Cum araneis comparantur illæ telæ, raritate texturæ, & macularum pervia latitudine, nobis *Crepe*, & *Crepsline*. Idem.

d *In Ceo*] Ἐν κῷ. Ariſt. Unde *Coa veſtis*. Tibullus:

Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa
Texerat.

Ovidius:

Sive erit in Cois, Coa decere putat.

Erat autem pellucida, ſub qua fere corpus tranſpareret. Tales Spartianis virginibus φαινομηρίδας, quas διαζώστους induebant, dum ſaltarent & exercerentur. Vide γυμνὸν in diction. Conſtant. & ſupra cap. 17. lib. 6. *Idem.*

e *Ut denudet fœminas veſtis.*] Ac ſi dicat, nihil abſurdius fieri poſſe, quam cum veſtis, ad tegendum partes, quibus pudor debetur, inventa, eadem ad nudandum eas adhibeatur pellucida. *Gelen.*

f *Bombycas & in Co inſula, &c*] Bombycum naturam & lanificii ſolertiam ſtrictim indicavit Alexand. ab Alex. c. 9. lib. 4. *Dalec.*

g *Radentes foliorum, &c.*] Lege: *foliorum lanuginem vellere, hanc ab his cogi, unguium carminatione mox trahi, inter ramos tenuari ſeu pectine, poſtea adprehenſa involvi nido corpori volubili.* Vide *Salm.* in Tert. pall. p. 233. *Radentes foliorum lanuginem.*] Fallitur Plinius. Lanuginem enim tenuem & ſubtilem, qua nidus obvolvitur, Papilio non è foliis radit, quibus inſidet, ſed ex alvo ſua promit. *Dalec.*

a *Volu-*

Poſtea [1] apprehenſam corpori involvi nido [a] volubili. Tum ab homine tolli fictilibuſque vaſis tepore & furfurum eſca nutriri: atque ita ſubnaſci ſui generis plumas, quibus veſtitos [b] ad alia penſa dimitti. [c] Quæ vero [2] cœpta ſint lanificia, [d] humore lenteſcere, [e] mox in fila tenuari junceo fuſo. [f] Nec puduit [3] has veſtes uſurpare etiam viros, levitatem propter æſtivam. In tantum à lorica gerenda [4] diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam veſtes. Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.

1 apprehenſa nidum involvi corpori advolutum. *D.*

2 capta. *V.*

3 has veſtes etiam viros levitate uſurpare propter onera æſtiva. V. levitate. *Parm.*

4 deceſſere mores, ut onere ſit etiam veſtis. *Ch.*

CAP. XXIV.

De araneis & generatione eorum.

[g] ARaneorum his non abſurde jungatur natura, digna vel [5] præcipua admiratione. Plura autem ſunt genera, nec dictu neceſſaria in tanta notitia. [h] Phalangia ex his appellantur, quorum noxii

5 præcipue. M.

a *Volubili.*] Tereti, oblongo, ovato. *Dalec.*

b *Ad alia penſa dimitti.*] Ut eodem ordine vermiculos gignant, unde fiant erucæ, quæ neant alia vellera. *Idem.*

c *Quæ vero cœpta ſint lanificia.*] Lege: *Quæ vero capta ſit lanitia humore lenteſcere. Lanitiam* dixit lanitium. lanitiam quæ capta eſt, vocat lanuginem illam hirſutam & hiſpidam bombycis, quæ adhæret cortici bombycini folliculi, quæque ſic implexa & implicita eſt, ut evolvi expedirique nequeat, niſi prius humore lenteſcat. Vide *Salmaſ.* in Tertull. Pall.

d *Humore lenteſcere.*] Aquæ tepentis. *Dalec.*

e *Mox in fila tenuari junceo fuſo.*] Lege: *Mox in fila tenuari juncto foco.* Inhærens igitur & implexa bombycis lanugo primum aqua adſpergebatur, ut lenteſceret, ut facilior lentiorque fieret ad evolvendum, deinde etiam adjuncto & adhibito foco tenuabatur in fila. Vid. *Salmaſ.* in Tertull. pall. p. 138.

f *Nec puduit has veſtes, &c.*] Seneca epiſt. 123. *Nonne videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum fœminis veſtem? &c.* Idem epiſt. 115. veſtem eam *pellucentem* vocat. Plura de hac re Clemens Alexand. c. 3. lib. 3. Pædag. εἰς τοὺς καλλωπιζομένους. Apud Tacit. lib. 3. Annal. Tiberius accuſat promiſcuas virorum & fœminarum veſtes. *Dalec. Nec puduit, &c. levitatem propter æſtivam.*] Primum fœminarum laſcivia his uſa eſt, quæ gauderent nuditatem ſuam per eas adſpectari. Deinde viri quoque uſurpare cœperunt, ob delicatam levitatem æſtati convenientem. *Gelen. Nec puduit, &c.*] Lege: *Nec puduit has veſtes uſurpare etiam viros, levitate propterea æſtiva. In tantumque à lorica, &c.* De bombyce Coa ita ſcribit cap. 22. ejuſdem libri: *telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum quæ bombycina appellatur. prima eas retorqueri rurſuſque texere invenit in Coo mulier Pamphile Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminas veſtis.* Vide *Salmaſ.* in Tertull. pall. p. 226. 227.

g *Araneorum his non abſurde, &c.*] Ariſt. hiſt. cap. 39. lib. 9. *Dalec.*

h *Phalangia.*] Phalangiorum genera exactius diſtinguuntur cap. 4. l. 29. *Idem.*

a *Noxiis*

[a] noxii morſus, corpus exiguum, varium, acuminatum, [b] aſſultim [1] ingredientium. [c] Altera eorum ſpecies, nigri, prioribus cruribus longiſſimis. Omnibus internodia terna in cruribus. Luporum [2] nomine minimi, non texunt. Majores [3] in terra cavernis exigua veſtibula præpandunt. [d] Tertium eorundem genus erudita operatione conſpicuum. Orditur telas, tantique operis materiæ uterus ipſius ſufficit: [e] ſive ita corrupta alvi natura ſtato tempore (ut Democrito placet) ſive eſt quædam intus lanigera fertilitas: tam moderato ungue, tam tereti filo, & tam æquali deducit ſtamina, ipſo ſe pondere uſus. Texere à medio incipit, [f] circinato orbe [g] ſubtegmina annectens: maculaſque paribus ſemper intervallis, ſed ſubinde creſcentibus, ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas [h] ſcutulato [4] rete graſſantes? [i] quam non ad hoc videtur pertinere [5] cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, [k] ipſa per ſe tenax ratio tramæ? quam laxus ad flatus, [6] [l] non ad reſpuenda, quæ

1 ingredientia. *D.*
2 nomine in *M.* & *Ch.* d. *neque agnoſcit Turn.*
3 in terra cavernarum. *V.* internæ cavernæ. *Turn.* interna & cavernis) exig. *Ch.* in terra & ſepibus. *Ariſt.*
4 rete ad capiendas muſcas, circa graſſantes. *V.* circumcurſantes. *Turn.* *quod non placet. Alii,* craſſeſcentes. *Alii,* creſcentes, *& rectius.*
5 cribr. plexitas t. & q. politura artis i. p. ſ. t. r. textrinæ. *V.*
6 ac non. *M.* & *Ch.*

a *Noxii morſus.*] Δηκτικοὶ *Dalec.*

b *Aſſultim ingredientium.*] Πηδητικοί. *Idem.*

c *Altera eorum ſpecies.*] Phalangiorum alterum hoc genus eſt, morſu non infeſtum. Ariſtot. *Idem.*

d *Tertium eorundem genus erudita, &c.*] Σοφώτατον Ariſt. vocat. Eſt & alterum Araneorum genus morſu non infeſtum. *Idem.*

e *Sive ita corrupta*] Eam Democriti opinionem Ariſtoteles improbat, araneamque non ex interiore corpore reddi putat tanquam excrementum, ſed exteriore velut corticem quendam, qui in filum tenuatus netur. *Idem*

f *Circinato orbe, &c.*] Circinatum vocat tam abſolutum, ut circino ductus videri poſſit. *Gelen.*

g *Subtegmina annectens.*] Quæ ſtamina ſubtus tegunt, κρόκας, tramam Ariſtot. *Idem.*

h *Scutulato.*] Vide quod annotatum eſt ad cap. 48. lib. 8. *Dalec.*

i *Quam non ad hoc videtur pertinere.*] Lege: *Quam non ad hoc videtur pertinere crebratæ pexitas telæ, &c. Crebrata* tela eſt densè texta, & multo ſubtemine farta, quæ res pexitatem floccorum facit. *Samaſ.* 391. a.

k *Ipſa per ſe tenax ratio tramæ?*] Id eſt villoſa & lanuginoſa filorum natura. Turneb. denſitas. Panni enim cum pexi ſunt tractis lanæ filis denſiores fiunt ac tectiores. Ad araneos domeſticos potius, quam phalangia, pertinet hæc orationis ſplendida expoſitio. *Dalec.*

l *Non ad reſpuenda.*] Heſiodus:

Τῇ γὰρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος
ἀράχνης.

Hac enim net fila in aëre ſuſpenſus araneus. Idem.

a *Dere-*

quæ veniant, ſinus: [a] derelicta [1] laſſo prætenti ſummæ parte, ut arbitrari licet illa quæ difficile cernuntur: atque ut in plagis lineæ offenſæ præcipitant in ſinum? ſpecus ipſe qua concameratur architectura, & contra frigora quanto villoſior? quam remotus à medio, aliudque [2] agenti ſimilis? incluſus vero ſic, ut ſit, nec ne, intus aliquis, cerni non poſſit? [3] Age, firmitas quanta irrumpentibus ventis? qua pulverum mole degravante? Latitudo telæ ſæpe inter duas arbores, cum exercet artem & diſcit texere: longitudo fili à culmine, ac rurſus à terra per illud ipſum [4] velox reciprocatio: ſubitque pariter ac fila [5] deducit. Cum vero captura incidit, quam vigilans & paratus [6] ad curſum? licet extrema hæreat plaga, ſemper in medium currit: [7] quia ſic maxime totum concutiendo implicat. Sciſſa protinus reficit, [8] ad polituram ſarciens. Namque & lacertarum catulos venantur: [9] hos primum tela involventes, & tunc demum labra utraque morſu apprehendentes, amphitheatrali ſpectaculo cum contigit. Sunt ex eo & auguria. Quippe incremento amnium futuro telas ſuas altius tollunt. Iidem ſereno [10] non texunt, nubilo texunt. Ideoque [11] multæ araneæ imbrium ſigna ſunt. [b] Fœminam putant eſſe quæ texat, marem qui venetur: ita paria fieri merita conjugio. Aranei conveniunt clunibus: [c] pariunt vermiculos ovis ſimiles. Nam nec horum differri poteſt genitura, quoniam inſectorum vix ulla alia narratio eſt. [12] [d] Pariunt autem ova ea in telas, ſed ſparſa,

1 laxe prætendenti, ſumma parte, ut architectari liceat fila, quæ difficile cernuntur, & quæ. *D. vel ex Tol.* ut arbitrere licia, & fila quæ, &c. laſſo prætendi ſumma parte arbitrari liceat, illa difficile cernuntur. *Turn. & Ch.*

2 agentis. *Ch.*

3 Age, firmitas: quando rumpentibus. *Tol. & M.*

4 felix. *Tol.* velut. *V.*

5 reducit. *Dal.*

6 accurſus. *Ch.*

7 Ex quo ſic, &c. implicet. *V.*

8 abolita reſarcit. *Tol.*

9 *Lege*, os primum tela involventes, *ex Ariſt. hiſt. anim. c. 27. & Ch. niſi quod habet* involvente.

10 retexunt. *Ch.*

11 multa aranea. *Ch.*

12 Pariunt autem omnia in tela (*ſic Ch.*) expanſa. *Parm.* tela. *Vet.*

a *Derelicta laſſo pratenti, &c.*] Senſus erit: prætentæ telæ ſummam partem imperfectam præ laſſitudine ab araneo derelictam. *Gelen.*

b *Fœminam putant eſſe qua texat.*] Ariſtoteli fœmina venatur & texit, mas capturæ particeps eſt. Ariſtot. *Dalec.*

c *Pariunt vermiculos ovis ſimiles.*] Eos unguento Nardino dilutos ad dentium dolorem Archigenes valde probat lib. *5.* κτὰ τόπυς *Idem*

d *Pariunt autem ova ea in telas.*] Alii ſubtili & brevi, alii craſſiore, alii in rotundo telæ ſinu Ut quiſque pullus exit protinus ſalit, & filum emittit. Ariſtot. Hæc Plinius pervertit. *Idem.*

a *Sem-*

ſparſa, quia ſaliunt, atque ita emittunt. [1] Phalangius tantum in ipſo ſpecu incubat magno numero: qui ut [2] emerſerit, matrem conſumit, ſæpe & patrem: adjuvat enim [3] incubare. Pariunt autem & [4] tricenos, cæteræ pauciores. Et incubant triduo. Conſummantur aranei quater ſeptenis diebus.

CAP. XXV. *De ſcorpionibus.*

SImiliter [5] his & ſcorpiones terreſtres, vermiculos ovorum ſpecie pariunt, ſimiliterque [6] pereunt: peſtis importuna [7] veneni ſerpentium, niſi quod graviore ſupplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali ſemper ictu, & fœminis fere in totum: viris autem matutino, [8] exeuntes cavernis, priuſquam aliquo fortuito ictu [9] jejunum egerant venenum. [a] Semper cauda in ictu eſt: nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. Ferit & obliquo ictu [10] [b] & inflexo. Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus auctor eſt, [c] in novem genera deſcriptis, per colores maxime ſupervacuos, quoniam non eſt ſcire, quos minime exitiales prædixerit. Geminos [11] quibuſdam aculeos eſſe [12] mareſque ſæviſſimos. Nam coitum [13] iis tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die, cum incan-

1 Phalangia, &c. incubant magnum numerum. *Ch.* Phalangium, &c. *Alii.*

2 emerſit. *Ch.*

3 incubatum. *V.* incubantem. *Dal.*

4 *Alii,* trecenos *ſive* trecentos: *ex eodem Ariſt. loco jam citato.*

5 his, *in M. d.*

6 pereunt. *M.*

7 Veneno. *Dal.*

8 exeuntibus è. *D.* cum exeunt è. V.

9 jejuni. *D.* jejunum. *V. & Ch.*

10 inflexu. *V. M.*

11 quibuſdamque.

12 maribuſque.

13 his tribuunt. *Ch.*

a *Semper cauda in ictu eſt.*] Lucilius apud Nonium in Tenta.

Muſcipula ut tenta, atque ut ſcorpius cauda ſublata. Dalec.

b *Et inflexo.*] Præſertim cum retrocedunt, ac, ut ait Plautus in Caſina receſſim:

Receſſim cedam ad parietem, imitabor Nepam.

Idem.

c *In novem genera deſcriptis, per colores maxime ſupervacuos, quoniam non eſt ſcire, &c.*] Legendum reor, *In novem genera deſcriptu per colores maxime. Supervacuo, quoniam non eſt ſcire, &c.* Deſcribit etiam in novem genera Apollodorum, ſeu Apollodori ſectatorem ſecutus Avicennas auctor quidem ut barbarus ſane eximius, ſed qui ab ipſis barbaris medicis, qui ex illo hauriunt, quique divinis tantum non honoribus colunt, minime percipiatur, culpa tum peſſimi tralatoris, tum etiam ſcriptorum & impreſſorum ignorantia, innumeris ſcatens erroribus, qui à doctioribus medicis, Græce & Latine peritis ſubinde deprehenduntur. Tradit id ſectione 6.1.4. tractatu 5. Quod etiam feciſſe videtur ſequente documento, *Pennas ineſſe quibuſdam.* Pint.

a *Con-*

incanduere Solis ardoribus. Itemque cum ſitiunt, [1] inexplebiles potu. [a] Conſtat & ſeptena caudæ internodia ſæviora eſſe. Pluribus enim ſena ſunt. Hoc malum Africæ volucre etiam Auſtri faciunt, [2] pandentibus brachia, ut remigia ſublevantes. Apollodorus idem [3] plane quibuſdam ineſſe pennas tradit. Sæpe Pſylli, qui reliquarum venena terrarum invehentes quæſtus ſui cauſa peregrinis malis implevere Italiam, hos quoque importare conati ſunt: ſed vivere intra Siculi cœli regionem non potuere. Viſuntur tamen aliquando in Italia, ſed innocui, multiſque aliis in locis, [b] ut circa Pharum in Ægypto. [c] In Scythia interimunt etiam ſues, alioquin vivaciores contra venena talia: nigras quidem [4] celerius, ſi in aquam ſe immerſerint. Homini icto putatur eſſe remedio [d] ipſorum cinis [5] potus in vino. Magnam adverſitatem oleo merſis [e] & ſtellionibus putant eſſe, innocuis duntaxat iis, qui & ipſi carent ſanguine lacertarum figura. Atque ſcorpiones

1 inexplebili. *Ch.*

2 pandentes br.nt remigio. *D.* & ut remigio ſe ſubl. *Alii.*

3 plene. *Ch.*

4 celerius & quoſvis ſi in. *ex Ariſt.*

5 potamus. *M.*

a *Conſtat & ſeptena, &c.*] Diſſentit à Plinio Avicennas allegato loco, quoſdam tradens ſex habere in cauda ſpondylos, & eſſe lethales, alios vero pauciores. Sed, ut puto, menda eſt in Avicenna, legendumque in eo *ſeptem*, non *ſex*. Confirmat hoc Ælianus lib. 8. de Hiſt. animal., Nicandri quoque interpres in Theriacis ex Apollodori auctoritate *ſeptem* quibuſdam internodia eſſe ſcribit cum Plinio. *Pintian.*

b *Ut circa Pharum, &c.*] Vide c. 29. lib. 8. Ariſt. hiſtor. *Dal.*

c *In Scythia interimunt etiam ſues.*] Scorpionem gigni in Scythia frigidiſſima regione, haud ſimile vero eſt, cum etiam in Italia tanto minus aëris inclementiæ obnoxia, raro (Plinio teſte) viſantur. Legendum igitur, *In Caria interimunt etiam ſues.* Ariſtot. lib. 8. c. 28. *Morſus beluarum ex locorum diverſitate plurimum differunt, ut in Pharo locisque aliis ſcorpiones non lædunt. At in aliis & præcipue in Caria multi & magni & nocui ſunt, & ſi vel hominem, vel quamvis beſtiam percuſſerint, interimunt. Nec ſues evadere poſſunt, quanquam cæteros violentos ictus minime ſentiunt. Et nigri eorum potiſſimum interimuntur: quisque tamen celerrime interit, ſi ictus adierit aquam.* Hæc Ariſtoteles, in cujus Latina tralatione non *Caria*, ſed *Scythia*, ut in Plinio, legas. Ita puto de induſtria faciente Theodoro, quod auctoritatem Plinianorum exemplarium ſequi, quam Græcorum maluerit. Sed rem non recte perſpexit: nam Græcam lectionem veram eſſe, Latinam vero falſam, & à veritate diſſidentem, & ratio & natura ipſa clamitat. *Pintian.*

d *Ipſorum cinis potus in vino.*] Conſtat quotidianis experimentis ſcorpium in oleo demerſum, ac ſuffocatum ſi teratur & vulneri à ſcorpione illato imponatur, remedium eſſe præſentiſſimum. *Dalec.*

e *Stellionibus.*] Τοῖς ἀσκαλαβώταις. vide cap. 4. 29. *Idem.*

a *Ab*

piones in totum [1] nulli nocere, quibus non ſit ſan- 1 nulli. *Dal.*
guis. Quidam & [a] ab ipſis fœtum devorari arbi-
trantur. Unum modo relinqui ſolertiſſimum, & qui
ſe ipſius matris clunibus imponendo, tutus & à cau-
da & à morſu loco fiat. Hunc eſſe reliquorum ulto-
rem, qui poſtremo genitores [2] ſuperne conficiat. 2 ſupremus. *Dal.*
Pariuntur autem undeni.

CAP. XXVI. *De ſtellionibus & cicadis.*

[3] CHamæleonum [b] ſtelliones [4] quodammodo 3 Chamæleones ſtellionum. *Dal.*
[c] naturam habent, rore tantum viventes,
præterque [d] araneis. Similis cicadis vita: quarum 4 hi quodam. nat. *Ch.*
duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, &
[5] noviſſime pereunt: [e] ſunt autem mutæ. Sequens 5 noviſſimæ. *V.*
eſt volatu rara. Quæ [6] canunt, vocantur [f] achetæ: 6 cantant. *M.*
& quæ minores [7] ex eis ſunt, tettigoniæ: ſed illæ 7 Echetæ. ἠχῆται. *Dal.*
magis canoræ. Mares canunt in utroque genere: 8 his. *Ch.*
fœminæ ſilent: gentes veſcuntur iis ad Orientem,
etiam Parthi opibus abundantibus. Ante coitum
[g] mares præferunt, à coitu fœminas, ovis earum
[9] correptis quæ ſunt candida. Coitus ſupinis. Aſpe- 9 corrupti. *M. Ch.* & *Pint.* id eſt, illecti, deliniti. *Lego*, ejus utero collectis.
ritas præacuta in dorſo, qua excavant fœturæ locum
in terra. Fit primo vermiculus, dein ex eo, quæ
vocatur tettigometra, cujus cortice rupto circa ſol-
ſtitia evolant, noctu ſemper: primum nigræ atque
duræ.

a *Ab ipſis fœtum, &c.*] Pelli interficique à prole tradit Ariſtot. *Dalec.*

b *Stelliones.*] Stelliones dictos quidam volunt, quod eorum tergus velut ſtellis notatum ſit. At Verrius apud Feſtum, quod cibo virus ſtillet. Tertullianus de cibis Judæorum: *Quis ſtellionem?* (repete comedit) *ſed maculas execratur, prædam de aliena morte quærentes?* Idem.

c *Naturam habent.*] Cap. 30. lib. 5. hiſt. Ariſt. *Idem.*

d *Araneis.*] Inter ſtellionem & araneum bellum eſſe ſcribit Ariſtot. cap. 1. lib. 9. hiſt. *Idem.*

e *Sunt autem mutæ.*] Sunt autem magis mutæ, & volatu raræ: ſequuntur majores quæ noviſſimæ. Prodeunt & primæ pereunt ac cum canunt vocantur Echetæ, ut quæ minores. Ex Ariſtot. cap. 30. lib 5. hiſt. *Idem.*

f *Acheta.*] Echetæ ἠχῆται. Pauſaniæ Echetæ ſunt maximæ cicadæ: minima vero κερκώπης, & ἀχολαμελίαι. Grammatici quidam *Echetas* mares eſſe volunt, *Tettigonias* vero, vel, ut aliqui ſcribunt, *Titigonias*, ἀπὸ τῦ τιτίζειν, fœminas mutas. Sunt & Suidæ τέττιγες ἀκανθίαι ſic dictæ quod in ſpinis vivant. Vide Rhod. c.6.17. *Idem.*

g *Mares præferunt.*] In cibo ſuaviores ſunt. Ariſtot. *Idem.*

duræ. Unum hoc ex iis quæ vivunt, & ſine ore eſt. [a] Pro eo quiddam [1] aculeatum linguis ſimile, & [b] hoc in pectore, quo rorem lambunt. [c] Pectus ipſum fiſtuloſum: hoc canunt achetæ, [2] ut diximus. De cætero in ventre [3] nihil eſt. Excitatæ cum ſubvolant, humorem reddunt, quod ſolum argumentum eſt rore [4] eaſdem ali. Iiſdem ſolis nullum ad excrementa corporis foramen. [5] Oculi tam hebetes, ut ſi quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, tranſeant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum: ſurculariam, quæ ſit grandior: frumentariam, quam alii avenariam vocant. Apparet enim ſimul cum frumentis areſcentibus.

1 aculeatarum. *Ch.* aculeatorum *ex Ariſt. Dal.*
2 echetæ. *Dal.*
3 excrementi nihil eſt *ex Ariſt.*
4 Eas. *Ch.*
5 Oculis. V.

Cap. XXVII.

Cicadæ ubi non ſint, & ubi mutæ.

Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum: idcirco [6] ſunt Cyrenis [d] circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis aut umbroſis [7] nemoribus. Eſt quædam & iis locorum differentia. In Mileſia regione paucis ſunt locis. Sed in [8] Cephalenia amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit. [e] At in Rhegino agro ſilent omnes: [f] ultra flumen in Locrenſi canunt. Pennarum illis natura quæ apibus, ſed pro corpore amplior.

6 non ſunt. *Ch.*
7 nec nemorib. *Ch.*
8 Cephalenia. *Ch.*

Cap.

a *Pro eo quiddam, &c.*] Quiddam longum, adnexum, eorum linguæ ſimile, quæ aculeum in ore habent. Ariſt. cap. 7. 4. hiſt. *Dalec.*

b *Hoc in pectore.*] Nihil Ariſtoteles. *Idem.*

c *Pectus ipſum fiſtuloſum.*] Diſtinguuntur, quod Echetæ infra ſuccinctum diviſi ſunt, & conſpicuam membranam oſtendunt, non item Tettigoniæ. Ariſtot. *Idem.*

d *Circa oppidum.*] Circa oppidum, ſed nullæ in campis. Ariſt. *Idem.*

e *At in Rhegino, &c.*] Idem & Pauſanias in Eliacis. *Idem.*

f *Ultra flumen.*] Cæcinum, quod Rheginum agrum dividit à Locrenſi. *Idem.*

Scara-

CAP. XXVIII.

De pennis inſectorum, & [a] ſcarabæorum generibus.

INſectorum [1] quædam binas gerunt pinnas, ut muſcæ; quædam quaternas, ut apes. Membranis & cicadæ volant. Quaternas habent, [b] quæ aculeis in alvo armantur. Nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis advolat pennis Illis enim ultionis cauſa [2] datum eſt, his aviditatis. Nullis eorum pennæ reviviſcunt avulſæ. Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt. [c] Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſupervenit, ut [3] ſcarabæis, quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus: [d] ſed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, biſulcis dentata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad morſum coëuntibus, [4] [e] infantum etiam remediis ex cervice ſuſpenduntur. [5] [f] Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus, qui è fimo [6] ingenteis pilas averſi pedibus [7] volutant, parvoſque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fœtus ſui [g] nidulantur. [h] Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. [i] Alii focos & prata crebris foraminibus excavant nocturno ſtridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium [8] colore

[1] autem quædam. M. & Ch.
[2] datum; & his. Ch.
[3] Tabris. Ariſt. c. 19. lib. 5. hiſt. ſcarabæis. Quorum ri f. penna, his, &c. V.
[4] infantium. Ch.
[5] Lucanos. Ch.
[6] fingentes. Dal.
[7] volitant. M.
[8] candore. Pint. fulgore. Alii.

a *Scarabæorum generibus.*] Scarabæorum genera ſunt, Lucani, Stercorarii, κηπελίοις. Fullones. cap. 11. lib. 30. Virides cap. ult. lib. 29. Mylagrides, ſive Mylabrides: Grylli: Blattæ piſtrinariæ. Mololonthæ, χρυσίζουσι: Rutuli prægrandes: Longipedes: Tauri, eoſdem cum Lucanis quidam eſſe putant, à cornibus dictos. c. 19. lib. 5. hiſt. *Idem.*

b *Quæ aculeis in alvo armantur.*] Ut apes, veſpæ, fuci, crabrones. *Idem.*

c *Quibuſdam.*] Τοῖς κολεοπτέροις. *Idem.*

d *Sed in quodam, &c.*] Tauris: hi procreantur ex verme in arido ligno naſcente, & Praſocourides gignunt. Ariſtot. cap. 19. lib. 5. hiſt. *Idem.*

e *Infantium etiam remediis ex cervice ſuſpenduntur.*] Heic *remedia* ſunt amuleta, φυλακτήρια. *Salmaſ.* 439. a.

f *Lucanos vocat hos Nigidius.*] Scaliger comment. in Varr. legi poſſe credit, *Lucas vocat hos Nigidius, &c.* qua forma elephantos appellarunt Lucas boves, eadem ut Lucas ſcarabæos nominent. *D.*

g *Nidulantur.*] Velut in nido reponunt & recondunt. *Idem.*

h *Volitant alii magno, &c.*] Vide dictionem κόρυβον in Diction. Conſtant. *Idem.*

i *Alii.*] Grylli. *Idem.*

1 πυγολάμπιδες. *Ariſt.*

lore [1] lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compreſſu obumbratæ, non ante matura pabula, aut poſt deſecta conſpicuæ. E contrario tenebrarum [2] alumna blattis vita, lucemque fugiunt, in balineis maxime humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutuli atque prægrandes ſcarabæi tellurem aridam, favoſque parvæ ac fiſtuloſæ modo ſpongiæ, [3] medicato melle fingunt. [a] In Thracia juxta Olynthum locus eſt parvus, in quo unum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura: nulli cauda niſi ſcorpioni. Hic eorum ſolus & brachia habet, & in cauda ſpiculum. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, ut aſilo, ſive tabanum dici placet: item [4] culicibus, & quibuſdam muſcis. Omnibus autem his in ore & pro lingua ſunt hi aculei. Quibuſdam hebetes, neque ad punctum, ſed ad ſuctum, ut muſcarum generi, [5] in quo lingua evidens fiſtula eſt. Nec ſunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignava, ut papilionibus. Quædam inſecta carent [6] pennis, ut ſcolopendræ. [b] Inſectorum pedes [7] quibus ſunt, in obliquum moventur. Quorundam extremi longiores foris curvantur, ut locuſtis.

2 alumna blattis vita. Lucem eæ fugiunt. V. alumnæ blattæ. Vitam lucemque fugiunt. *Parm.*

3 è medio. *Ch.*

4 culici. *Ch.*

5 in quo loco. *V.*

6 pinnis, ut ſcolopendra. *Ch.*

7 quibus multi ſunt. ex *Ariſt.* ἔντομα πολύποδα, &c. Inſectorum multipedes qui ſunt. *Alii.*

Cap. XXIX. *De locuſtis.*

8 in terra. *M.*

9 ſpiculæ caudæ. *Dal.* ſpinæ aculeo. *Alii.*

10 exitium. *M.* & *Ch.*

Hæ pariunt, [8] in terram demiſſo [9] ſpinæ caule, ova condenſa, autumni tempore. Ea durant hieme ſub terra. Subſequenti anno exitu veris emittunt parvas, nigrantes & ſine cruribus, penniſque reptantes. Itaque vernis aquis intereunt ova: ſicco vere major proventus. Alii duplicem earum fœtum, geminumque [10] exitum tradunt: [c] Vergiliarum

a *In Thracia juxta, &c.*] Ariſtotel. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dal.*

b *Inſectorum pedes, &c.*] Vide cap. 4. lib. 11. Vide in Dict. Conſtant. in voce σκολοπένδρα. *Idem.*

c *Vergiliarum exortu parere, &c.*] Vergiliæ

rum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. Quidam Arcturi occaſu renaſci. Mori matres cum pepererint, certum eſt, verniculo ſtatim circa fauces enaſcente, qui eas ſtrangulat. Eodem tempore mares obeunt. Tam frivola ratione morientes, ſerpentem cum libuit, necant ſingulæ, faucibus ejus apprehenſis mordicus. [1] Non naſcuntur, niſi in planis & rimoſis locis. In India ternûm pedum longitudinis eſſe traduntur, cruribus & fœminibus ſerrarum uſum [2] præbere, cum inaruerint. Eſt & alius earum obitus. Gregatim ſublatæ vento in maria aut ſtagna decidunt. Forte hoc [3] caſuque evenit, non (ut priſci exiſtimavere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis tranſiri, continuata plurium [4] dierum (quod maxime miremur) fame quoque, quam propter externa pabula petere ſciunt. Deorum [5] iræ peſtis ea intelligitur. Nanque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum ſtridore, ut aliæ alites credantur: Solemque [6] obumbrant, [7] ſolicite ſuſpectantibus populis, ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum ſit maria tranſiſſe, immenſos tractus permeant, [8] diraque meſſibus contegunt nube, multa contactu adurentes: omnia vero morſu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa [9] maxime coortæ infeſtant, ſæpe populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex etiam eſt ter anno debellandi eas, [10] primo ova [11] obterendo, deinde fœtum,

1 non naſcuntur in rimoſis locis. *Cb.*

2 præbentes. *V.*

3 caſu evenit. *Cb.*

4 dierum profectione. Quod maxime miremur, famem quoque quam propter externa pabula petiere, ſciunt imminere: ac deorum iræ. *V.*

5 mira peſtis ea. *M.* deorum mire. *Cb.*

6 obumbrent. *V.*

7 ſolicitis. *M. & Cb.*

8 diramque meſ. cont. nubem. *M. & Cb.*

9 maxima cohorte. *M.*

10 prima. *Cb.*

11 adjicere. *M. &* *mox* qui ceſſerit. *prave utrunque.*

gilias exoriuntur Plinio lib. 18. Sexto Idus Maji, Columellæ Nonas Maji. Canis ortus eſt ſeptimo Kal. Auguſti fere. Fieri igitur nequit, ut locuſtæ quæ Vergiliarum exortu peperere, obeant ad Canis ortum, cum Ariſtotele auctore lib 5. cap. 28. & Plinio paulo poſt, matres poſtquam fœtificavere, è veſtigio extinguantur, & mares itidem eodem tempore; itaque puto ordine converſo ſic legi debere, *Vergiliarum exortu parere, deinde obire, & ad Canis ortum renaſci.* Pint.

tum, poſtremo adultas: deſertoris pœna in eum, qui ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Gracculos quoque ob id colunt, adverſo volatu occurrentes earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox earum proficiſci ab [1] occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere [a] quaſi dentes exiſtimantur, eoſque inter ſe terendo ſtridorem edere, [2] circa duo æquinoctia maxime, ſicut cicadæ circa ſolſtitium. Coitus locuſtarum, qui & inſectorum omnium quæ coëunt, marem portante fœmina, [3] in eum fœminarum ultimo caudæ reflexo, tardoque digreſſu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

1 occipitii videtur eo loco ubi commiſſura ſcapularum. Habere. *D.*
2 circa duo maxime æquinoctia. *Pint.*
3 in alvum. *D.*

CAP. XXX. *De formicis noſtratibus.*

PLurima inſectorum vermiculum gignunt. Nam & [b] formicæ ſimilem [4] ovis vere: & hæ communicantes laborem, [5] ut apes: ſed illæ faciunt cibos, hæ condunt. [6] Et ſi quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires eſſe majores. Gerunt ea morſu. Majora averſæ poſtremis pedibus moliuntur, humeris obnixæ. Et iis Reip. ratio, memoria, cura. Semina arroſa condunt, ne rurſus in fruges exeant è terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt atque ſiccant. Operantur & noctu [7] plena Luna. Eædem interlunio ceſſant. Jam in opere qui labor? quæ

4 apib. *Pint. ex M.*
5 ut apes laborem: ſed apes utiles faciunt. *V. & M. Quedam manuſc. verba illa*, laborem ut apes: ſed illæ, *non habent.*
6 Ac ſi. *Ch.*
7 plenæ Lunæ. *Ch.*

a *Quaſi dentes.*] Ariſt. cap. 9. lib. 4. hiſtor. πηδάλια vocat, quaſi navium clavos & gubernacula. *Dal.*

b *Et formica.*] Theocritus,

Μυρμάκων ὅτι πλοῦτος αἰεὶ κέχυται μυχοίταν.

Idem:

Μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.

Idem:

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.

Eleganter Apulejus lib. 6. Aſini, undas populorum ſepedum vocat formicarum herbam, quæ ſex pedibus ambulant. *Id.*

a *Indica*

quæ ſedulitas? Et quoniam ex diverſo convehunt altera alterius [1] ignara, certi dies ad recognitionem mutuam [2] nundinis dantur. Quæ tunc earum concurſatio? quam diligens cum obviis quædam collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere ſemitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit quantulacunque aſſiduitas. [3] Sepeliuntur inter ſe viventium ſolæ, præter hominem. Non ſunt in Sicilia pennatæ.

1 ignaræ. *Ch.* ignara, ut ſigna invicem recognoſcant, certi. *V.*
2 velut nundinis. *D.*
3 Sepeliunt. *Ch.*

CAP. XXXI. *De Indicis.*

[a] INdicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cavernis egerunt terræ, in regione ſeptentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Ipſis color [4] felium, magnitudo Ægypti [5] luporum. Erutum hoc ab iis tempore hiberno, [b] Indi furantur æſtivo fervore, conditis propter vaporem in [6] cuniculos formicis: quæ tamen odore ſolicitatæ provolant, crebreque lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritaſque eſt cum amore auri.

4 fœdus. *M.*
5 Vulpium. *Strab.*
6 cuniculis. *M.*

CAP. XXXII. *De diverſitate inſectorum.*

MUlta autem inſecta & aliter [c] naſcuntur, [7] atque in primis ex rore. Inſidet hic [8] raphani folio primo vere, & ſpiſſatus Sole [9] in magnitudinem milii cogitur. [10] Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo [11] [d] eruca: quæ adjectis diebus accre-

7 atque aſilus in primis. *M.* papilio. *Ariſt.*
8 braſſicæ. *Dioſc.*
9 minus milio. *ex Ariſt.*
10 Inde porro gignitur. *Dal.*
11 uruca. *Ch.*

a *Indicæ formicæ cornua.*] Nearchus apud Strabon. lib. 15. formicæ id genus pellem ſibi viſam refert, pardi pelli ſimilem. Addit poſtea Strabo, ex iis formicis quaſdam alatas eſſe. In Pephno inſula candidas eſſe tradit Pauſanias in Laconicis. *Dalec.*

b *Indi furantur æſtivo fervore.*] Et fugientes ferarum carnem huc illuc abjiciunt, quæ inſequentes detineat. Strabo. *Idem.*

c *Naſcuntur.*] Quod de univerſo quodam genere inſectorum Ariſtoteles prodidit, Plin. hic de papilione particulatim refert. *Idem.*

d *Eruca.*] Eruca, quæ immobilis accreſcit, ſed adjectis diebus, duro tecta cortice & araneis obſita, ad tactum tantum movetur. Hujus erucæ, quam tum chryſalidem appellant, rupto cortice evolat papilio: ex Ariſt. *Idem.*

accreſcit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum movetur [1] aranei. Hæc eruca, quam chryſalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.

CAP. XXXIII.

De animalibus in ligno & ex ligno naſcentibus.

Sic quædam [2] ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno. Nec enim coſſi tantum in eo, ſed etiam tabani ex eo naſcuntur, [3] & alia, ubicunque humor eſt nimius: ſicut intra hominem tæniæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine. [4] Jam in carne exanimi, & [a] viventium quoque hominum [b] capillo: qua fœditate & [c] Sylla dictator, [d] & Alcman ex clariſſimis Græciæ Poëtis, obiere. Hoc quidem & aves infeſtat: phaſianas vero interimit, niſi pulverantes ſeſe. Pilos habentium aſinum tantum immunem hoc malo credunt [5] & oves. Gignuntur autem & veſtis genere, præcipue lanicio interemptarum à lupis ovium. Aquas quoque quaſdam, quibus lavamur, fertiliores ejus generis, invenio apud auctores. Quippe cum [6] & cæteræ id gignant, [e] quod [7] animalium minimum exiſtimatur. Alia rurſus generantur [f] ſordibus [8] aridi ſoli, poſte-

1 *Quidam poſt movetur diſtinctionem collocant: reliqua mutilata adnotant, ut palam fit ex Ariſt. de animal. lib. 5. cap. 19. In Ch. legitur,* movetur araneo ocreta quam chryſ ap. rup. deinde eo cort. &c.

2 exinde. *M.* ex imbri. *Ch.*

3 alibi. *Tol.* alias. *Ch.*

4 jam in carne viventium quoque hominum, & capillo. *M.* capillo, *quidam expungunt.*

5 & boves. *De ovibus id falſum eſt.*

6 etiam ceræ. *M. & Ch.* & caſei vetuſti. *ex Ariſtot.* ἐν τυρῷ παλαιουμένῳ, non ἐν κηρῷ.

7 animal id. *Ch.*

8 à radiis ſolis. *M.*

a *Viventium quoque hominum capillo.*] Poſtremum verbum, *capillo*, additum ab indocto lectore conſtantiſſime aſſevero, ignorantia ſequentis hiſtoriæ, de exitu Syllæ & Alcmanis, quam & ſupra lib. 7. retulit Plinius, & ante eum Ariſtoteles lib. 5. cap. 31. *Accidit*, inquit, *morbus hic nonnullis hominibus præ nimio corporis humore: & quidem aliquos ea fœditate obiiſſe proditum eſt, ut Alcmanem poëtam, & Pherecydem Syrium.* Pint.

b *Capillo.*] Pediculos ſignificat ſive pedes, unde pedicoſus apud Feſtum, Titinnio & Lucilio. Plautus in Curculione,

Item genus eſt lenonum inter homines meo quidem animo,
Ut muſcæ, culices, pedeſque, pulicesque, cimices.
Odio, & malo, & moleſtiæ, bono uſui-que eſtis nulli.

Dalec.

c *Sylla dictator*] Serenus:

Sylla quoque infœlix tali languore pereſus.
Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci.

Vide cap. 43. lib. 7. *Dalec.*

d *Et Alcman.*] Adde & Pherecydes. Ariſtot. cap. 31. libr. 5. hiſtor. & Plato ipſe, ut ſcribit Myronianus apud Laërtium. Vide Eraſmum proverb. Pediculi Platonis. *Idem.*

e *Quod animalium, &c.*] Ἄκαρι vocat Ariſtot. cap. 32. lib. 5. hiſt. *Idem.*

f *Sordibus aridi ſoli.*] Pulices. *Idem.*

a *Volu-*

poſteriorum crurum laſcivia [1] petauriſtarum. Alia pulvere humido in cavernis, [a] volucria.

1 petauriſtis. M. poſterior. laſcivia crurum & auris. Ch.

CAP. XXXIV.

De animali, cui cibi exitus non eſt.

[b] EST animal ejuſdem [2] turpitudinis, [c] infixo [3] ſemper ſanguini capite vivens, atque ita intumeſcens, unum animalium cui cibi non ſit [4] exitus: dehiſcitque nimia ſatietate, alimento ipſo moriens. [5] Nunquam hoc in jumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus [d] aliquando, in quibus omnia. In ovibus & in capris hoc ſolum. [6] Æque eſt mira ſanguinis & hirudinum generi in paluſtri aqua ſitis. Namque & hæ toto capite conduntur. Eſt & volucre canibus peculiare ſuum malum, aures maxime [7] lancinans, [8] qua defendi morſu non queunt.

2 temporis. Ch. 3 ſemper capite ſanguine. M. 4 exitus cum nimia dehiſcit. M. 5 Nonnunquam. Pint. 6 Æque mira. M. & Ch. 7 lanians. M. 8 quæ. Ch.

CAP. XXXV. *De tineis & culicibus.*

IDem pulvis in lanis & veſte [e] tineas creat, præcipue ſi araneus una includatur. Sitit enim & omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. [f] Eſt earum genus tunicas ſuas trahentium quo cochleæ modo. Sed harum pedes cernuntur. Spoliatæ [9] expirant. Si accrevere, faciunt chryſalidem. Ficarios culices caprificus generat. Cantharidas vermiculi ficorum & pyri, & peuces, & [10] cynachantæ, & roſæ. Venenum hoc remedia ſecum habet: alæ medentur: quibus dem-

9 adſpirant. Ch. 10 oxyacanthæ. Alii. cynorrhodon intelligunt.

a *Volucria*] Muſcæ. *Dalec.*

b *Eſt animal ejuſdem turpitudinis.*] Ricinus, κρότων. *Idem.*

c *Infixo ſemper, &c.*] Columella Redivium vocat, quia ſuctu carnem animalium reſolvit. Redivire, ſolvere, priſcum verbum. Vide cap. 11. lib. 30. *Idem.*

d *Aliquando.*] Imo frequentiſſime, quamobrem vocant κυνοραιστὰς. Ariſt. *Idem.*

e *Tineas creat.*] Aquaticarum meminit cap. 3. lib. 31 *Idem*

f *Eſt earum genus tunicas ſuas, &c*] In pellibus eæ naſcuntur. Xylophthoron vocat Ariſtot. cap. 32. lib. 5. hiſt. *Idem.*

demptis, letale eſt. Rurſus alia genera culicum aceſcens [1] natura gignit. [2] [a] Quippe cum & in nive candidi [3] reperiantur, & vetuſtiore vermiculi: in media quidem altitudine rutili (nam & ipſa nix vetuſtate [4] rubeſcit) hirti pilis, grandiores torpenteſque.

CAP. XXXVI. *De pyrali, ſive pyrauſta.*

Gignit [5] aliqua & contrarium naturæ elementum. Siquidem [b] in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni, majoris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, à quibuſdam [6] pyrauſta. Quandiu eſt in igne, vivit: cum evaſit longiore paulo [7] volatu, emoritur. Hypanis fluvius in Ponto, circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas: quibus erumpit [8] volucre quadrupes ſupradicti modo, nec ultra unum diem vivit, [9] unde [c] hemerobion vocatur. Reliquis talium ab initio ad finem ſeptenarii ſunt numeri, culici [d] & vermiculo ter ſepteni, [10] corpus parientibus quater ſepteni. Mutationes & in alias figuras tranſitus, trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex his

1 materia. *Dal.*
2 *locus mire depravatus & confuſus verborum ordo. Vide Ariſt. hiſtor. animal. lib. 5. cap.* 19.
3 inveniantur. *Ch.*
4 rufeſcit. *Ch.*
5 aliquando contrarium natura. *M.*
6 Pyrotus. *Alii.* Pyrato. *Ch. Vide Senecam c.* 6. *lib.* 5. *quæſt. natur.*
7 volatu, tunc moritur. *M.*
8 volucres quadrupedes ſupradictæ. *Man.* volucre quadrupedes ſupradictæ. *Ch.*
9 unde Ephemeron. *Ariſt.*
10 ova par. *Ariſt. c.* 20. *l.* 5. *hiſt.*

a *Quippe cum & in nive candidi, &c. Nam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit, hirti pilis, grandiores torpenteſque.*] Locus miris modis confuſus, & Cimmeriis (ut ajunt) involutus tenebris. Cujus reſtitutio (ſi modo reſtitutus eſt) magno nobis labore conſtitit. Hoc igitur pacto ſcribendum cenſemus: *Quippe cum in nive vetuſtiore vermiculi reperiantur rutili (nam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit) & hirti pilis. In media quidem candidi & grandiores, torpenteſque.* Ariſtotel. Hiſt. An. lib. 5. cap. 19. *Quin etiam in his quæ putredinem nullam poſſe recipere exiſtimantur, naſci animalia novimus, ut vermes in nive vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis & rubidi, quoniam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit. Sed in nive media terra candidi & grandiores inveniuntur. Torpent omnes ac difficulter moventur.* Pint. Leg. *Quippe cum & in media nive candidi inveniantur vermiculi, & vetuſtiore quidem rutili; nam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit, hirti pilis grandiores torpenteſque.* Vide Ariſt. lib. 5. cap. 19. de Hiſt. animal. *Salmaſ.* pag. 177. b.

b *In Cypri ærariis, &c.*] Lege, *In Cypri ærarii fornacibus & medio ignium majoris muſcæ magnitudinis, &c.* Salmaſ. 177.

c *Hemerobion vocatur.*] Vide in Diction. Conſt. vocem ἐφήμερος. Tali tempore id culicum genus in Arari naſcitur, eodemque die mortuum aquis innatat, piſcibus avidiſſime conſectantibus, Lugdunenſes piſcatores vocant *de la Manne.* Dalec.

d *Et vermiculo ter ſepteni.*] Et plurimis vermium ſpeciem habentibus τοῖς σκωληκοειδέσι Ariſtot. *Idem.*

a *Taba-*

his pennata, autumno fere moriuntur: [1][a] tabani quidem etiam cæcitate. Muſcis humore exanimatis, ſi cinere condantur redit vita.

CAP. XXXVII.

Hiſtoria naturæ animalium per ſingula membra.

[2] NUnc per ſingulas corporis partes, præter jam dicta, membratim tractetur hiſtoria. Caput habent cuncta, quæ ſanguinem. In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices, diverſi quidem generis: [b] Phœnici plumarum ſerie, è medio eo exeunte alio: pavonibus crinitis arbuſculis, [3][c] ſtymphalides cirro: [4] phaſianæ corniculis: præterea, [5] parvæ quæ ab illo [d] gallerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen [6] dederat alaudæ. [e] Diximus & [7] cui plicatilem criſtam dediſſet natura, per medium caput à roſtro

1 tabani etiam quidam. *Pint.*
2 itaque nunc per ſingulas corporum. *M. legit*, & corporum. *Cb.*
3 ſtymphalidi. *M.*
4 phaſianis *V.*
5 Paro, atque ab illo galeritæ appellatæ quondam, quæ. V. paro, & avi quæ. *M.* parra & quæ. *M. aliud*, parvæ, aut quæ *Cb.*
6 dedit. *M. & V.*
7 cuidam pl. cr dediſſe naturam. *M. non probo.*

a *Tabani quidem etiam cæcitate.*] Oculis aqua tumentibus, & inflatis: Ariſtot. ὀμμάτων ἐξυδρωπιζόντων. *Dal*

b *Phœnici plumarum ſerie è medio eo exeunte alio.*] Lege *alia*. Dicit in capite paucis avium, & diverſi quidem generis apices eſſe: Phœnici eſſe plumarum ſerie alia exeunte è medio eo, id eſt, è medio capite. caput ergo pluma coopertum phœnice, ut ceteris avibus. è medio eo alia plumarum ſeries exit quæ apicem facit. Et legend. ſequentia: *Stymphalidi, cirro: phaſianæ, corniculis: præterea parvæ avi quæ ab illo galerita appellata quondam*, *&c.* dicit cornicula apicem phaſianæ facere, & præterea parvæ volucri, quæ ab illo apice corniculato Galerita quondam appellata, poſtea dicta alauda Gallico vocabulo, etiam legioni nomen dederit. Phaſianæ Colchicæ, *geminas ex pluma aures ſubmittunt ſurriguntque*; ut idem ait lib. x. cap. 48. has plumeas aures ſive apices, heîc vocat *cornicula*. ita & galeritæ avis λόφον ſive apicem, quod inſtar ſit corniculi atque inde dicta *galerita ἡ κορυδαλίς*, à corniculis ſcilicet galeæ. *Salmaſ.* pag. 547. b.

c *Stymphalides cirro.*] Stymphalides Arabiæ peculiares, ibi ſimiles, gruum magnitudine, roſtro validiore, ſed non adunco, venatores invadunt, & plerumque interimunt, perforatis etiamnum ferreis, æneiſque loricis. Remedium, corticeum thoracem objicere, in quo defixum roſtrum hæreat. Eas Herculem ſagittis quidem impetiviſſe, Piſander Camireus tradit, ſed non occidiſſe. Plura de his Rhodig. cap. 11. 16. Stymphalidem eſſe putant nonnulli viſam plurimis annis avem in aula Maximiliani Imperatoris, Philippi generi, & Caroli nepotis, quem Germani vocaverunt, *Vogel Hain.* Dalec.

d *Galerita.*] Κορυδαλὶς Græcis. Theocritus εἰδυλ. 3. οὐδ' ἐπὶ τυμβίδιος κορυδαλλίδες ἠλαίνον). Cauſam ejus nominis reddit in Avibus Ariſtophanes. Meminit & Galenus 11. Simplicium. *Idem.*

e *Diximus & cui plicatilem.*] Numidicam gallinam intelligit, deſcriptam cap. 29. libro 20. aut potius upupam. *Idem.*

roſtro reſidentem. Et fulicarum generi dedit [1] cirros. Pico quoque Martio & grui Balearicæ. Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis, [2] corporeum, ſerratum: nec carnem id eſſe nec cartilaginem, nec callum jure dixerimus, verum peculiare. Draconum enim criſtas qui viderit non reperitur. Cornua multis quidem & aquatilium, & marinorum, & ſerpentum variis data ſunt modis: ſed quæ jure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum. Actæonem enim, [a] & [3] Cippum etiam in [4] Latina hiſtoria fabuloſos reor. Nec alibi major naturæ laſcivia. Luſit animalium armis. [b] Sparſit hæc in ramos, ut cervorum. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Aliorum [5] finxit in palmas, digitoſque emiſit ex iis: unde [6] [c] platycerotas vocant. [d] Dedit ramoſa capreis, ſed parva: nec fecit decidua. Convoluta in anfractum arietum generi, ſeu cæſtus daret, infeſta tauris. In hoc quidem genere, & fœminis tribuit: in multis tantum maribus. Rupicapris in dorſum adunca, damis id adverſum. Erecta autem, rugarumque ambitu contorta, & in leve faſtigium exacuta (ut [e] lyras [7] diceres) ſtrepſiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia eadem, ut aures, [f] Phrygiæ armentis: [8] Trogloditarum, in terram directa:

1 ſcirrhos. *Dal. id eſt, calloſam duritiam.*

2 corpore conſertum, nec carnem ita eſſe. *M. prave.* corpore conſerratum. *V. & Ch.*

3 cibum (*vel* in cibum, *in emend.*) *Ch.*

4 Latia. *Tol. & Ch.*

5 fudit. *Ch.*

6 platygerontas. *Ch.*

7 dicerent. *M. & Ch.*

8 Trogodytarum. *M.*

a *Et Cippum.*] De Genitio Cippo vide Valerium cap. 6. lib 5. Cornu in fronte nobilis fœminæ natum, quam *de Fortiue* Mompeſſulani vocant, digiti longitudine, filo paulatim adſtricto præciſum, vidi anno 1542. *Dalec.*

b *Sparſit hæc in ramos ut cervorum: aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictu.*] Subulones, ſunt *οἱ σπαθῖναι*, vel *πασσαλίαι*. vulgo dicimus *brocards:* nam *broca* Gallis ſunt verua. Et caprearum quoque cornua, cum recta & ſimplicia ſint, *brocas* vocant noſtri venatores, ut in cervis *daguas.* Latini *ſubulas* & *ferulas.* Græci *σπάθας*, & *πασσάλους*. *Salmaſ.* p. 222.

c *Platycerotas vocant.*] Εὐρυκέρωτας vocat Oppianus in Cyneget. Animal eſt cervo minus, cauda proportione corporis longiore, pilo magis albicante, arunco carens, cornibus maxime patulis. Nullum ei cum cervo amicitiæ vinculum, raroque ob id ſimul degunt: Gallia, *un Dain.* Brod. cap. 21. 6. *Dalec.*

d *Dedit ramoſa capreis, ſed parva, nec fecit decidua.*] Falſum eſt; nam capreis cornua decidunt, ut cervis. *Salmaſ.* pag. 224. b.

e *Lyras.*] Sulcos. *Dalec.*

f *Phrygiæ armentis.*] Bobus. *Idem.*

a *Medio*

directa: qua de cauſa obliqua cervice paſcuntur. Aliis ſingula, & hæc [a] medio capite, aut [b] naribus ut diximus. [1] Jamque aliis ad incurſum robuſta, aliis ad ictum, aliis adunca, aliis [2] redunca, aliis ad jactum, pluribus modis, ſupina, converſa, [3] connexa: omnia in mucronem migrantia. In quodam genere pro manibus ad ſcabendum corpus. Cochleis ad prætentandum iter: corporea hæc, ſicut ceraſtis: aliquando [c] & ſingula. Cochleis ſemper bina, & ut [4] prætendantur ac reſiliant. [d] Urorum cornibus [5] Barbari Septentrionales [e] potant: [6] urnaſque binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa [7] haſtilia cuſpidant. Apud nos in laminas ſecta tranſlucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt: multaſque alias ad delicias [8] conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ [f] ceroſtrota picturæ genere dicuntur. Omnibus autem cava, [9] & in mucrone demum concreta ſunt. Cervis autem tota ſolida, & omnibus annis decidua. Boum attritis ungulis, cornua unguendo arvina, medentur agricolæ. Adeoque ſequax natura eſt, ut in ipſis viventium corporibus ferventi cera flectantur, atque inciſa [10] naſcentium in diverſas partes torqueantur, ut ſingulis capitibus quaterna [11] fiant. Tenuiora fœminis plerumque ſunt, ut in [12] pecore multis: ovium nulla, nec cervarum, nec quibus multifidi pedes, nec ſolidipe-

1 Jam quidem. M. Jam quod. Cb.
2 trunca, aliis projecta. M.
3 convexa. M.
4 protendantur. M.
5 Barbaria Septentrionalibus potatur. Cb.
6 urniſque bina. Cb.
7 his pila. V. M.
8 comparantur. D. conquiruntur. Alii.
9 & mucrone. M.
10 naſcendo. V.
11 fiant tenuiora. Fœminis. Pint.
12 pecore. Multis avium. M.

a *Medio capite.*] Orygi. *Dalec.*
b *Naribus.*] Rhinoceroti. *Idem.*
c *Et ſingula.*] Ceraſtis. *Idem.*
d *Urorum cornibus, &c.*] Leg. *Urorum cornibus barbari Septentrionales potant, urniſque bina capitis unius cornua implent.* Salmaſ. *Urorum cornibus, &c.*] Uri hodie Moſcovitis, *Thur.* Dalec.
e *Potant.*] Traditum ab antiquis, priuſquam pocula reperta fuiſſent, cornibus homines bibiſſe, indeque fictum verbum, ἐγκεράσαι, id eſt, οἶνον ἐπιχεῖν, vinum affundere. Rhodig. cap. 1. 30. Athenæus lib. 11. p 234 & 235 *Idem.*
f *Alii præfixa haſtilia cuſpidant.*] Lege: *alii præfixa his pila cuſpidant.* Et paulo poſt legas, *multaſque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceſtrota picturæ genere dicuntur.* κεστρωτὰ genus encauſtices fuit, qua ceſtro, id eſt, vericulo pingebatur in ebore & cornu, quod genus κεστρωτὸν vocabant & ἐγκαυστόν. *Salmaſ.*
g *Ceroſtrata.*] Ceroſtrata fiebant teſſellis cornuum vario colore pictis, & ligno inſertis, vulgo *Marqueterie.* Dal.

a *Capi-*

lidipedum ulli, excepto aſino Indico, qui uno armatus eſt cornu. Biſulcis bina tribuit: [1] nulli ſuperne primores habenti dentes. Qui putant eos in cornua abſumi, facile coarguuntur cervarum natura, quæ neque dentes habent, ut neque mares, nec tamen cornua. Cæterorum oſſibus adhærent, cervorum tantum cutibus enaſcuntur. [a] Capita piſcibus portione corporum maxima, fortaſſis ut mergantur. [b] Oſtrearum generi nulla, nec ſpongiis, nec aliis fere quibus ſolus ex ſenſibus tactus eſt. Quibuſdam indiſcretum caput eſt, ut cancris. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem promiſcue maribus ac fœminis, apud intonſas utique gentes. Atque etiam nomina ex eo capillatis Alpium incolis, [2] Galliæ Comatæ: ut tamen ſit aliqua in hoc terrarum differentia. Quippe [c] Myconii carentes eo gignuntur, ſicut in Cauno lienoſi. Et quædam animalium naturaliter calvent, ſicut [3] ſtruthiocameli, & [4] corvi aquatici, quibus apud Græcos nomen eſt inde. Defluvium eorum in muliere rarum, in ſpadonibus non viſum, nec in ullo ante Veneris uſum. Nec infra cerebrum aut infra verticem, aut circa tempora atque aures. Calvitium uni tantum animalium homini, [d] præterquam innatum. Canities homini tantum [5] [e] & equis, ſed homini ſemper à priori parte capitis, tum deinde ab averſa. [6] [f] Vertices bini homini tantum. Aliquibus

1 nullis qui ſuperne primores habent. V.

2 & Galliæ. M.

3 ſtruthocameli. *Tol. & Co.*

4 corvi Alpini. *Aquatici enim caneſcunt, Alpini calveſcunt, à Græcis propterea dicti* φαλακροκόρακες. *cap.* 48 *lib.* 10

5 & equo. *Ch.*

6 vertices bini hominum tantum aliquibus. Capitis oſſa, &c. *Ariſt. lib.* 1. *hiſt. an. cap.* 7. & M.

a *Capita piſcibus, &c.*] Quidnam in capite & ſingulis hominum partibus religioſum, venerabile, & ingenii morumque ſit indicium & argumentum, vide apud Alex. ab Alexand. cap. 19. lib. 2. *Dalec.*

b *Oſtrearum generi nulla.*] Ob id Turpilius vocat *inoras oſtreas*, ἀστόμους:
In acta cooperta alga inoras oſtreas.
Vide Feſtum. *Idem.*

c *Myconii carentes, &c.*] Hinc Myconios proverbiali loco *calvos* appellant. Vide Eraſmum in Chiliadibus. *Idem.*

d *Præterquam innatum*] Ut Phalacrocoraci. *Idem.*

e *Et equis.*] Vide cap. 27. lib. 13. apud Rhodig. *Idem.*

f *Vertices bini homini tantum*] Δικορύφους cap. 7. lib. 1. hiſtor. intelligit, τῇ τῶν τριχῶν λύσει capillorum diſcrimine ac diſtinctione, non gemino verticis faſtigio. *Idem.*

a *Corpo-*

quibus capitis oſſa plana, tenuia, ſine medullis, ſerratis pectinatim ſtructa compagibus. Perfracta non queunt ſolidari: ſed exempta modice non ſunt letalia, in vicem eorum ſuccedente [a] corporea cicatrice. Infirmiſſima eſſe urſis, duriſſima pſittacis, ſuo diximus loco.[b] Cerebrum omnia habent animalia quæ ſanguinem: [1] etiam in mari, quæ mollia appellavimus, quamvis careant ſanguine, ut polypi. Sed homo portione maximum & humidiſſimum, omniumque viſcerum frigidiſſimum, duabus ſupra ſubterque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum eſt. [2] Cætero viri, quam fœminæ, majus. [c] Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, & reliquis ſine pingui. Aliud eſſe, quam medullam eruditi docent, quoniam coquendo dureſcat. Omnium cerebro medio inſunt [3] oſſicula parva. Uni hominum infantia palpitat, nec corroboratur ante primum ſermonis exordium. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. [4] Hanc habent ſenſus

1 æque in. M.

2 cætera viro. Ch.

3 *lego*, oſcula parva, *per quæ nimirum in fauces pituita colatur*, χοάνην *tanquam infundibulum Anatomici vocant.*

4 Hoc habet ſenſum. M.

a *Corporea cicatrice.*] Τοῦ πώρου. Dalec.

b *Cerebrum.*] Ἔγκαρ Lycophron vocavit, indeque ut ſcribit Plutarch. in Sympoſ. apud Homerum Iliad. π.

—— τὴν δ' ἤμιν ἔγκαρ@ αἴση.

Sophocles in Trachin. λευκὸν μυελὸν vocat. Rhod. cap.23. lib.3. *Idem.*

c *Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, & reliquis ſine pingui.*] Ex his verbis, ſenſus hic elicitur: Homines cerebrum habere carens venis & ſanguine: Reliquorum autem animalium cerebrum carere pingui: quaſi innuat, humanum non carere. Nam ſi & hominum & reliquorum animalium cerebrum pingui carere intellexiſſet Plinius, aliter locutus eſſet. At cerebrum humanum pingue habere, falſum eſt, ſi Ariſtotelem audimus lib. 1. cap. 16. ita ſcribentem: *Cerebrum omnibus privatum ſanguine eſt, nec venam intra ſe ullam continet, ad tactum frigidum per naturam eſt.* Nulla hic mentio pinguis in cerebro humano eſt. Idem lib.2. de partibus An. cap. 7. *Sed enim medullam calidam eſſe pluribus ſane rationibus conſtat. Cerebri autem frigiditas & tactu percipi poteſt, & ratione intelligitur, quod omnium maxime humorum corporis ſanguine caret, quippe quod nihil ſanguinis habeat, ſqualloreque obſitum ſit atque horridum.* Item quod pingue eſt, non facile exſiccatur, lib.5. De generat. cap. 3. At cerebrum congelatur & dureſcit, 2. de part. Animal. & Plinio paulo poſt, *Ergo, &c.* Quam ob rem legendum hic, non *Sine pingui*, ſed *Sui pingue.* Verum locus eſt mutilus & defraudatus aliquot verbis, ſi recte conjicio, Ariſtot. lib. 3. cap 7. *Cerebrum*, inquit, *ut adipe pingueſcentium, pinguiuſculum eſt veluti ſuis, ſic ſebo obeſorum ſqualidiuſculum ſentitur, ut ovu.* Pintian.

a Cervis

ſenſus arcem: huc venarum omnis à corde vis ten-
1 hoc culmen. *Cb.* dit, hic deſinit: [1] hic culmen altiſſimum, hic men-
2 Omnibus. *Cb.* tis eſt regimen. [2] Omnium autem animalium in
3 ante oſtendunt. M. priora pronum, quia & ſenſus [3] ante nos tendunt.
Ab eo proficiſcitur ſomnus: hinc capitis nutatio.
Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. [a] Cer-
4 Muſculi. *Rond. contra Ariſt. cap. 15. lib. 2. hiſt.* vis in capite ineſſe [4] vermiculi ſub linguæ inanitate,
& circa articulum, qua [5] caput jungitur, numero
5 jungitur humero. M. viginti produntur. [b] Aures homini tantum immo-
biles. [c] Ab iis Flaccorum cognomina. Nec in
alia parte fœminis majus impendium, margaritis
dependentibus. [d] In Oriente quidem & viris, au-
rum geſtare eo loci, decus exiſtimatur. Animalium
aliis majores, aliis minores. Cervis tantum ſciſſæ,
6 forici. *Cb.* ac velut diviſæ: [6] foricibus piloſæ. Sed auriculæ
omnibus, animal duntaxat generantibus, excepto
vitulo marino atque delphino, & quæ cartilaginea
appellavimus, & viperis. Hæc cavernas tantum
7 delphines, quos. M. habent aurium loco, præter cartilaginea, & [7] del-
phinum, quem tamen audire manifeſtum eſt. Nam
& cantu mulcentur & capiuntur attoniti ſono.
8 Quanam audiant. M. & *Cb.* [8] Quonam modo audiant, mirum. Iidem nec olfa-
ctus veſtigia habent, cum olfaciant ſagaciſſime.
Pennatorum animalium buboni tantum & toto plu-
mæ, velut aures: cæteris cavernæ ad auditum.
Simili modo ſquamigeris atque ſerpentibus. In e-
quis & omnium jumentorum genere indicia animi
9 nutantes. *Parm.* præferunt: feſſis marcidæ, [9] micantes pavidis, ſub-
rectæ furentibus, reſolutæ ægris. Facies homini
tantum, cæteris os, aut roſtra. [e] Frons & aliis, ſed
homi-

a *Cervis in capite ineſſe vermiculi.*] Contra Ariſtot. cap. 15. lib. 2. hiſtor. *Daiec.*

b *Aures homini tantum immobiles.*] Quibuſdam mobiles viſæ ſunt: mihi etiam adoleſcens viſus, qui & aures & capitis cutem prompte moveret. *Idem.*

c *Ab iis Flaccorum cognomina.*] A pendulis & flaccidis auriculis. *Idem.*

d *In Oriente quidem & viris, &c.*] Juvenalis Satyr. 1.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtra
Arguerint.

Idem

e *Frons & aliis, &c.*] *Nubem frontis* inde

hòmini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, [a]ſeveritatis index. [1] [b] In aſcenſu ejus [c] ſupercilia homini, & pariter & alterne mobilia, & in iis pars animi. Negamus, annuimus. [d] Hæc maxime indicant faſtum. Superbia aliubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiuſque invenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet. Subjacent oculi, [e] pars corporis pretioſiſſima, & qui lucis uſu vitam diſtinguant à morte. Non omnibus animalium hi: oſtreis nulli: quibuſdam concharum dubii. Pectines enim, ſi quis digitos adverſum hiantes eos moveat, contrahuntur, ut videntes. Et ſolennes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum [f] talpis viſus non eſt: oculorum effigies ineſt, ſi quis prætentam detrahat

1 in anima ſenſus ejus ſupercilia. *Al. legendum fortaſſis*, index, animoque ſenſum. Supercilia, &c. *Pint. legit*, in animo eſt uſus ejus. Quidam index omnium conſenſu.

inde Latini Græcique vocant ſeverum, triſtem & cogitatione majore vel ægritudine perturbatum vultum. Horat.

Deme ſupercilio nubem.

Eurip. in Hyppolyto coron.

Στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξεται.

Victorius cap. 14. lib 16. *Dalec.*

a *Severitatis index.*] Addo his, & pudoris: unde frontem, vel os perfricuiſſe dicuntur, τὸ μέτωπον τρίψαι, qui verecundiam abjecerunt, & impudenter in aliquo negotio ſe gerunt. Vide Victorium cap. 6. 8. *Idem.*

b *In aſcenſu*] Veluti, τὰ γεῖσα, ſeu γεισώματα. id eſt, ſuggrundia quædam, vide Rhod. cap. 27. lib. 3. *Idem.*

c *Supercilia homini.*] Supercilia ſalire & palpitare veteres bonum omen crediderunt, quod & polliceretur ex animi ſententia ſucceſſura quæ optamus. Plautus in Pſeudolo:

Atque id futurum unde, unde dicam neſcio,
Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

Suidæ ex Poſſidonio id παλμικὸν οἰώνισμα eſt: παλμοσκόποι, ii qui tali vaticinatione utuntur. Apud Theocritum quidam oculum dextrum ſibi ſalire ait. *Idem.*

d *Hæc maxime indicant faſtum.*] Inde ſupercilium attollere dicuntur arrogantes, faſtuoſi, ſeveri, triſtes, duri, & aſperi homines, Græcis τὰς ὀφρῦς αἴρειν. Diphilus,

Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε
Διόνυσε, καὶ σοφώτατ', ὡς ἡδύς τις εἶ.
Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος,
Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθῃς γελᾶν;
Τὸν δ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν.

Victorius cap. 1. 8. *Idem.*

e *Pars corporis pretioſiſſima.*] Hinc veteres quod clariſſimum eſt *oculeum* dixerunt. Plautus in Curcul.

Huic proximum illud oſtium oculiſſimum;
Salve, vidiſtin' oſtium oculiſſimum?

Idem in Aſinaria:

Da meus ocellus.

Idem.

f *Talpis viſus non eſt.*] Et muſculis, quos Curtos ruſtici vocant, in terra ſemper defoſſis. *Idem.*

1 πυγολάμπιδες. *Ariſt.*

lore [1] lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compreſſu obumbratæ, non ante matura pabula, aut poſt deſecta conſpicuæ. E contrario tenebrarum [2] alumna blattis vita, lucemque fugiunt, in balineis maxime humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutuli atque prægrandes ſcarabæi tellurem aridam, favoſque parvæ ac fiſtuloſæ modo ſpongiæ, [3] medicato melle fingunt. [a] In Thracia juxta Olynthum locus eſt parvus, in quo unum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura: nulli cauda niſi ſcorpioni. Hic eorum ſolus & brachia habet, & in cauda ſpiculum. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, ut aſilo, ſive tabanum dici placet: item [4] culicibus, & quibuſdam muſcis. Omnibus autem his in ore & pro lingua ſunt hi aculei. Quibuſdam hebetes, neque ad punctum, ſed ad ſuctum, ut muſcarum generi, [5] in quo lingua evidens fiſtula eſt. Nec ſunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignava, ut papilionibus. Quædam inſecta carent [6] pennis, ut ſcolopendræ. [b] Inſectorum pedes [7] quibus ſunt, in obliquum moventur. Quorundam extremi longiores foris curvantur, ut locuſtis.

2 alumna blattis vita. Lucem eæ fugiunt. V. alumnæ blattæ. Vitam lucemque fugiunt. *Parm.*

3 è medio. *Ch.*

4 culici. *Ch.*

5 in quo loco. *V.*

6 pinnis, ut ſcolopendra. *Ch.*

7 quibus multi ſunt. *ex Ariſt.* ἔντομα πολύποδα, &c. Inſectorum multipedes qui ſuut. *Alii.*

Cap. XXIX. *De locuſtis.*

HÆ pariunt, [8] in terram demiſſo [9] ſpinæ caule, ova condenſa, autumni tempore. Ea durant hieme ſub terra. Subſequenti anno exitu veris emittunt parvas, nigrantes & ſine cruribus, penniſque reptantes. Itaque vernis aquis intereunt ova: ſicco vere major proventus. Alii duplicem earum fœtum, geminumque [10] exitum tradunt: [c] Vergiliarum

8 in terra. *M.*

9 ſpiculæ caudæ. *Dal.* ſpinæ aculeo. *Alii.*

10 exitium. *M.* & *Ch.*

a *In Thracia juxta, &c.*] Ariſtotel. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. *Dal.* lib. 11. Vide in Dict. Conſtant. in voce κανθαρολέθρος. *Idem.*

b *Inſectorum pedes, &c.*] Vide cap. 4.

c *Vergiliarum exortu parere, &c.*] Vergiliæ

rum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire, & alias renaſci. Quidam Arcturi occaſu renaſci. Mori matres cum pepererint, certum eſt, vermiculo ſtatim circa fauces enaſcente, qui eas ſtrangulat. Eodem tempore mares obeunt. Tam frivola ratione morientes, ſerpentem cum libuit, necant ſingulæ, faucibus ejus apprehenſis mordicus. [1] Non naſcuntur, niſi in planis & rimoſis locis. In India ternûm pedum longitudinis eſſe traduntur, cruribus & fœminibus ſerrarum uſum [2] præbere, cum inaruerint. Eſt & alius earum obitus. Gregatim ſublatæ vento in maria aut ſtagna decidunt. Forte hoc [3] caſuque evenit, non (ut priſci exiſtimavere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis tranſiri, continuata plurium [4] dierum (quod maxime miremur) fame quoque, quam propter externa pabula petere ſciunt. Deorum [5] iræ peſtis ea intelligitur. Nanque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum ſtridore, ut aliæ alites credantur: Solemque [6] obumbrant, [7] ſolicite ſuſpectantibus populis, ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum ſit maria tranſiſſe, immenſos tractus permeant, [8] diraque meſſibus contegunt nube, multa contactu adurentes: omnia vero morſu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa [9] maxime coortæ infeſtant, ſæpe populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex etiam eſt ter anno debellandi eas, [10] primo ova [11] obterendo, deinde fœtum,

1 non naſcuntur in rimoſis locis. *Cb.*

2 præbentes. *V.*

3 caſu evenit. *Cb.*

4 dierum profectione. Quod maxime miremur, famem quoque quam propter externa pabula petiere, ſciunt imminere: ac deorum iræ. *V.*

5 mira peſtis ea. *M.* deorum mire. *Cb.*

6 obumbrent. *V.*

7 ſolicitis. *M. & Cb.*

8 diramque meſ. cont. nubem. *M. & Cb.*

9 maximà cohorte. M.

10 prima. *Cb.*

11 adjicere. *M. & mox* qui ceſſerit. *prave utrunque.*

giliæ exoriuntur Plinio lib. 18. Sexto Idus Maji, Columellæ Nonas Maji. Canis ortus eſt ſeptimo Kal. Auguſti fere. Fieri igitur nequit, ut locuſtæ quæ Vergiliarum exortu peperere, obeant ad Canis ortum, cum Ariſtotele auctore lib 5. cap.28. & Plinio paulo poſt, matres poſtquam fœtificavere, è veſtigio extinguantur, & mares itidem eodem tempore; itaque puto ordine converſo ſic legi debere, *Vergiliarum exortu parere, deinde obire, & ad Canis ortum renaſci.* Pint.

tum, poſtremo adultas: deſertoris pœna in eum, qui ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Gracculos quoque ob id colunt, adverſo volatu occurrentes earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis & hæc in cibo gratæ. Vox earum proficiſci ab [1] occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere [a] quaſi dentes exiſtimantur, eoſque inter ſe terendo ſtridorem edere, [2] circa duo æquinoctia maxime, ſicut cicadæ circa ſolſtitium. Coitus locuſtarum, qui & inſectorum omnium quæ coëunt, marem portante fœmina, [3] in eum fœminarum ultimo caudæ reflexo, tardoque digreſſu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

1 occipitii videtur eo loco ubi commiſſura ſcapularum. Habere. *D.*

2 circa duo maxime æquinoctia. *Pint.*

3 in alvum. *D.*

CAP. XXX. *De formicis noſtratibus.*

Plurima inſectorum vermiculum gignunt. Nam & [b] formicæ ſimilem [4] ovis vere: & hæ communicantes laborem, [5] ut apes: ſed illæ faciunt cibos, hæ condunt. [6] Et ſi quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires eſſe majores. Gerunt ea morſu. Majora averſæ poſtremis pedibus moliuntur, humeris obnixæ. Et iis Reip. ratio, memoria, cura. Semina arroſa condunt, ne rurſus in fruges exeant è terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt atque ſiccant. Operantur & noctu [7] plena Luna. Eædem interlunio ceſſant. Jam in opere qui labor? quæ

4 apib. *Pint. ex M.*

5 ut apes laborem: ſed apes utiles faciunt. *V. & M. Quædam manuſc. verba illa*, laborem ut apes: ſed illæ, *non habent.*

6 Ac ſi. *Ch.*

7 plenæ Lunæ. *Ch.*

a *Quaſi dentes.*] Ariſt. cap. 9. lib. 4. hiſtor. πηδάλια vocat, quaſi navium clavos & gubernacula. *Dal.*

b *Et formicæ.*] Theocritus,

Μυρμάκων ὅτι πλοῦτος αἰεὶ κέχυται μυχοέντων.

Idem:

Μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.

Idem:

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.

Eleganter Apulejus lib. 6. Aſini, undas populorum ſepedum vocat formicarum herbam, quæ ſex pedibus ambulant. *Id.*

a *Indica*

quæ ſedulitas? Et quoniam ex diverſo convehunt altera alterius [1] ignara, certi dies ad recognitionem mutuam [2] nundinis dantur. Quæ tunc earum concurſatio? quam diligens cum obviis quædam collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere ſemitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit quantulacunque aſſiduitas. [3] Sepeliuntur inter ſe viventium ſolæ, præter hominem. Non ſunt in Sicilia pennatæ.

1 ignaræ. *Ch.* ignara, ut ſigna invicem recognoſcant, certi. *V.*
2 velut nundinis *D.*
3 Sepeliunt. *Ch.*

CAP. XXXI. *De Indicis.*

[a] INdicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cavernis egerunt terræ, in regione ſeptentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Ipſis color [4] felium, magnitudo Ægypti [5] luporum. Erutum hoc ab iis tempore hiberno, [b] Indi furantur æſtivo fervore, conditis propter vaporem in [6] cuniculos formicis: quæ tamen odore ſolicitatæ provolant, crebroque lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritaſque eſt cum amore auri.

4 fœdus. *M.*
5 Vulpium. *Strab.*
6 cuniculis. *M.*

CAP. XXXII. *De diverſitate inſectorum.*

MUlta autem inſecta & aliter [c] naſcuntur, [7] atque in primis ex rore. Inſidet hic [8] raphani folio primo vere, & ſpiſſatus Sole [9] in magnitudinem milii cogitur. [10] Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo [11] [d] eruca: quæ adjectis diebus accre-

7 atque aſilus in primis. *M.* papilio. *Ariſt.*
8 braſſicæ. *Dioſc.*
9 minus milio. *ex Ariſt.*
10 Inde porro gignitur. *Dal.*
11 uruca. *Ch.*

a *Indicæ formicæ cornua.*] Nearchus apud Strabon. lib. 15. formicæ id genus pellem ſibi viſam refert, pardi pelli ſimilem. Addit poſtea Strabo, ex iis formicis quaſdam alatas eſſe. In Pephno inſula candidas eſſe tradit Pauſanias in Laconicis. *Dalec.*

b *Indi furantur æſtivo fervore.*] Et fugientes ferarum carnem huc illuc abjiciunt, quæ inſequentes detineat. Strabo. *Idem.*

c *Naſcuntur.*] Quod de univerſo quodam genere inſectorum Ariſtoteles prodidit, Plin. hic de papilione particulatim refert. *Idem.*

d *Eruca.*] Eruca, quæ immobilis accreſcit, ſed adjectis diebus, duro tecta cortice & araneis obſita, ad tactum tantum movetur. Hujus erucæ, quam tum chryſalidem appellant, rupto cortice evolat papilio: ex Ariſt. *Idem.*

accreſcit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum movetur [1] aranei. Hæc eruca, quam chryſalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.

CAP. XXXIII.

De animalibus in ligno & ex ligno naſcentibus.

SIc quædam [2] ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno. Nec enim coſſi tantum in eo, ſed etiam tabani ex eo naſcuntur, [3] & alia, ubicunque humor eſt nimius: ſicut intra hominem tæniæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine. [4] Jam in carne exanimi, & [a] viventium quoque hominum [b] capillo: qua fœditate & [c] Sylla dictator, [d] & Alcman ex clariſſimis Græciæ Poëtis, obiere. Hoc quidem & aves infeſtat: phaſianas vero interimit, niſi pulverantes ſeſe. Pilos habentium aſinum tantum immunem hoc malo credunt [5] & oves. Gignuntur autem & veſtis genere, præcipue lanicio interemptarum à lupis ovium. Aquas quoque quaſdam, quibus lavamur, fertiliores ejus generis, invenio apud auctores. Quippe cum [6] & cæteræ id gignant, [e] quod [7] animalium minimum exiſtimatur. Alia rurſus generantur [f] ſordibus [8] aridi ſoli, poſte-

1 *Quidam poſt* movetur *diſtinctionem collocant: reliqua mutilata annotant, ut palam fit ex Ariſt. de animal. lib. 5. cap. 19. In Ch. legitur,* movetur araneo ecreta quam chryſ ap. rup. deinde eo cort. &c.

2 exinde. *M.* ex imbri. *Ch.*

3 alibi. *Tol.* alias. *Ch.*

4 jam in carne viventium quoque hominum, & capillo. *M.* capillo, *quidam expungunt.*

5 & boves. *De ovibus id falſum eſt.*

6 etiam ceræ. *M. & Ch.* & caſei vetuſti. ex *Ariſtot.* ἐν τυρῷ παλαιουμένῳ, non ἐν κηρῷ.

7 animal id. *Ch.*

8 à radiis ſolis. *M.*

a *Viventium quoque hominum capillo.*] Poſtremum verbum, *capillo*, additum ab indocto lectore conſtantiſſime aſſevero, Ignorantia ſequentis hiſtoriæ; de exitu Syllæ & Alcmanis, quam & ſupra lib. 7. retulit Plinius, & ante eum Ariſtoteles lib. 5. cap. 31. *Accidit*, inquit, *morbus hic nonnullis hominibus præ nimio corporis humore: & quidem aliquos ea fœditate obiiſſe proditum eſt, ut Alcmanem poëtam, & Therecydem Syrium.* Pint.

b *Capillo.*] Pediculos ſignificat ſive pedes, unde pedicoſus apud Feſtum, Titinnio & Lucilio. Plautus in Curculione,

Item genus eſt lenonum inter homines meo quidem animo,
Ut muſca, culices, pedeſque, puliceſque, cimices.
Odio, & malo, & moleſtia, bono uſuique eſt u nulli.

Dalec.

c *Sylla dictator*] Serenus:

Sylla quoque infœlix tali languore pereſus.
Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci.

Vide cap. 43. lib. 7. *Dalec.*

d *Et Alcman.*] Adde & Pherecydes. Ariſtot. cap. 31. libr. 5. hiſtor. & Plato ipſe, ut ſcribit Myroniaous apud Laërtium. Vide Eraſmum proverb. Pediculi Platonis. *Idem.*

e *Quod animalium, &c.*] Ἄκαρι vocat Ariſtot. cap. 32. lib. 5. hiſt. *Idem.*

f *Sordibus aridi ſoli.*] Pulices. *Idem.*

a *Volu-*

poſteriorum crurum laſcivia [1] petauriſtarum. Alia pulvere humido in cavernis, [a] volucria.

1 petauriſtis. M. poſterior. laſcivia crurum & auris. Ch.

CAP. XXXIV.

De animali, cui cibi exitus non eſt.

[b] EST animal ejuſdem [2] turpitudinis, [c] infixo [3] ſemper ſanguini capite vivens, atque ita intumeſcens, unum animalium cui cibi non ſit [4] exitus: dehiſcitque nimia ſatietate, alimento ipſo moriens. [5] Nunquam hoc in jumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus [d] aliquando, in quibus omnia. In ovibus & in capris hoc ſolum. [6] Æque eſt mira ſanguinis & hirudinum generi in paluſtri aqua ſitis. Namque & hæ toto capite conduntur. Eſt & volucre canibus peculiare ſuum malum, aures maxime [7] lancinans, [8] qua defendi morſu non queunt.

2 temporis. Ch.
3 ſemper capite ſanguine. M.
4 exitus cum nimia dehiſcit. M.
5 Nonnunquam. Pint.
6 Æque mira. M. & Ch.
7 lanians. M.
8 quæ. Ch.

CAP. XXXV. *De tineis & culicibus.*

IDem pulvis in lanis & veſte [e] tineas creat, præcipue ſi araneus una includatur. Sitit enim & omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. [f] Eſt earum genus tunicas ſuas trahentium quo cochleæ modo. Sed harum pedes cernuntur. Spoliatæ [9] expirant. Si accrevere, faciunt chryſalidem. Ficarios culices caprificus generat. Cantharidas vermiculi ficorum & pyri, & peuces, & [10] cynachantæ, & roſæ. Venenum hoc remedia ſecum habet: alæ medentur: quibus dem-

9 adſpirant. Ch.
10 oxyacanthæ. Alii cynorrhodon intelligunt.

a *Volucria*] Muſcæ. *Dalec.*
b *Eſt animal ejuſdem turpitudinis.*] Ricinus, κρότων. *Idem.*
c *Infixo ſemper, &c.*] Columella Redivium vocat, quia ſuctu carnem animalium reſolvit. Redivire, ſolvere, priſcum verbum. Vide cap. 11. lib. 30. *Idem.*
d *Aliquando.*] Imo frequentiſſime, quamobrem vocant κυνοραιστὰς. Ariſt. *Idem.*
e *Tineas creat.*] Aquaticarum meminit cap. 3. lib. 31 *Idem*
f *Eſt earum genus tunicas ſuas, &c*] In pellibus eæ naſcuntur. Xylophthoron vocat Ariſtot. cap. 32. lib. 5. hiſt. *Idem.*

a *Quip-*

demptis, letale eſt. Rurſus alia genera culicum aceſcens [1]natura gignit. [2] [a] Quippe cum & in nive candidi [3]reperiantur, & vetuſtiore vermiculi: in media quidem altitudine rutili (nam & ipſa nix vetuſtate [4]rubeſcit) hirti pilis, grandiores torpenteſque.

CAP. XXXVI. *De pyrali, ſive pyrauſta.*

GIgnit [5]aliqua & contrarium naturæ elementum. Siquidem [b]in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni, majoris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, à quibuſdam [6]pyrauſta. Quandiu eſt in igne, vivit: cum evaſit longiore paulo [7]volatu, emoritur. Hypanis fluvius in Ponto, circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas: quibus erumpit [8]volucre quadrupes ſupradicti modo, nec ultra unum diem vivit, [9]unde [c]hemerobion vocatur. Reliquis talium ab initio ad finem ſeptenarii ſunt numeri, culici [d]& vermiculo ter ſepteni, [10]corpus parientibus quater ſepteni. Mutationes & in alias figuras tranſitus, trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex his

1 materia. *Dal.*
2 *locus mire depravatus & confuſus verborum ordo. Vide Ariſt. hiſtor. animal. lib. 5. cap. 19.*
3 iuveniantur. *Ch.*
4 ruſeſcit. *Ch.*
5 aliquando contrarium natura. *M.*
6 Pyrotus. *Alii.* Pyrato. *Ch. Vide Senecam c. 6. lib. 5. quæſt. natur.*
7 volatu, tunc moritur. *M.*
8 volucres quadrupedes ſupradictæ. *Man.* volucre quadrupedes ſupradictæ. *Ch.*
9 unde Ephemeron. *Ariſt.*
10 ova par. *Ariſt. c. 20. l. 5. hiſt.*

a *Quippe cum & in nive candidi, &c. Nam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit, hirti pilis, grandiores torpenteſque.*] Locus miris modis confuſus, & Cimmeriis (ut ajunt) involutus tenebris. Cujus reſtitutio (ſi modo reſtitutus eſt) magno nobis labore conſtitit. Hoc igitur pacto ſcribendum cenſemus: *Quippe cum in nive vetuſtiore vermiculi reperiantur rutili (nam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit) & hirti pilis. In media quidem candidi & grandiores, torpenteſque.* Ariſtotel. Hiſt. An. lib. 5. cap. 19. *Quin etiam in his quæ putredinem nullam poſſe recipere exiſtimantur, naſci animalia novimus, ut vermes in nive vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis & rubidi, quoniam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit. Sed in nive media terra candidi & grandiores inveniuntur. Torpent omnes ac difficulter moventur.* Pint. Leg. *Quippe cum & in media nive candidi inveniantur vermiculi, & vetuſtiore quidem rutili: nam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit, hirti pilis grandiores torpenteſque.* Vide Ariſt. lib. 5. cap. 19. de Hiſt. animal. *Salmaſ.* pag. 177. b.

b *In Cypri ærariis, &c.*] Lege, *In Cypri ærarii fornacibus & medio ignium majoris muſcæ magnitudinis, &c.* Salmaſ. 177.

c *Hemerobion vocatur.*] Vide in Diction. Conſt. vocem ἐφήμερος. Tali tempore id culicum genus in Arari naſcitur, eodemque die mortuum aquis innatat, piſcibus avidiſſime conſectantibus, Lugdunenſes piſcatores vocant *de la Manne.* Dalec.

d *Et vermiculo ter ſepteni.*] Et plurimis vermium ſpeciem habentibus τοῖς σκωληκοειδέσι Ariſtot. *Idem.*

a *Taba-*

his pennata, autumno fere moriuntur: [1] [a] tabani quidem etiam cæcitate. Muſcis humore exanimatis, ſi cinere condantur redit vita.

CAP. XXXVII.

Hiſtoria naturæ animalium per ſingula membra.

[2] NUnc per ſingulas corporis partes, præter jam dicta, membratim tractetur hiſtoria. Caput habent cuncta, quæ ſanguinem. In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices, diverſi quidem generis: [b] Phœnici plumarum ſerie, è medio eo exeunte alio: pavonibus crinitis arbuſculis, [3] [c] ſtymphalides cirro: [4] phaſianæ corniculis: præterea, [5] parvæ quæ ab illo [d] gallerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen [6] dederat alaudæ. [e] Diximus & [7] cui plicatilem criſtam dediſſet natura, per medium caput à roſtro

1 tabani etiam quidam. *Pint.*
2 itaque nunc per ſingulas corporum. *M. legit*, & corporum. *Cb.*
3 ſtymphalidi. *M.*
4 phaſianis *V.*
5 Paro, atque ab illo galeritæ appellatæ quondam, quæ. V. paro, & avi quæ. *M.* parra & quæ. *M. aliud*, parvæ, aut quæ *Cb.*
6 dedit. *M. & V.*
7 cuidam pl. cr dediſſe naturam. *M. non probo.*

a *Tabani quidem etiam cæcitate.*] Oculis aqua tumentibus, & inflatis: Ariſtot. ὀμμάτων ἐξυδρωπιώντων. Dal

b *Phœnici plumarum ſerie è medio eo exeunte alio.*] Lege *alia.* Dicit in capite paucis avium, & diverſi quidem generis apices eſſe: Phœnici eſſe plumarum ſerie alia exeunte è medio eo, id eſt, è medio capite. caput ergo pluma coopertum phœnice, ut ceteris avibus. è medio eo alia plumarum ſeries exit quæ apicem facit. Et legend. ſequentia: *Stymphalidi, cirro: phaſianæ, corniculis: præterea parvæ avi quæ ab illo galerita appellata quondam, &c.* dicit cornicula apicem phaſianæ facere, & præterea parvæ volucri, quæ ab illo apice corniculato Galerita quondam appellata, poſtea dicta alauda Gallico vocabulo, etiam legioni nomen dederit. Phaſianæ Colchicæ, *geminas ex pluma aures ſubmittunt ſurriguntque*; ut idem ait lib. x. cap. 48. has plumeas aures ſive apices, heîc vocat *cornicula.* ita & galeritæ avis λόφον ſive apicem, quod inſtar ſit corniculi atque inde dicta *galerita ἡ κορυδαλὶς*, à corniculis ſcilicet galeæ. *Salmaſ.* pag. 547. b.

c *Stymphalides cirro.*] Stymphalides Arabiæ peculiares, ibi ſimiles, gruum magnitudine, roſtro validiore, ſed non adunco, venatores invadunt, & plerumque interimunt, perforatis etiamnum ferreis, æneiſque loricis. Remedium, corticeum thoracem objicere, in quo defixum roſtrum hæreat. Eas Herculem ſagittis quidem impetiviſſe, Piſander Camireus tradit, ſed non occidiſſe. Plura de his Rhodig. cap. 11. 16. Stymphalidem eſſe putant nonnulli viſam plurimis annis avem in aula Maximiliani Imperatoris, Philippi generi, & Caroli nepotis, quem Germani vocaverunt, *Vogel Hain.* Dalec.

d *Galerita.*] Κορυδαλὶς Græcis. Theocritus εἰδυλ. 3. (ᾠδ' ἐπὶ τυμβίδιος κορυδαλλίδες ἠλαίνον). Cauſam ejus nominis reddit in Avibus Ariſtophanes. Meminit & Galenus 11. Simplicium. *Idem.*

e *Diximus & cui plicatilem.*] Numidicam gallinam intelligit, deſcriptam cap. 29. libro 20. aut potius upupam. *Idem.*

roſtro reſidentem. Et fulicarum generi dedit [1] cirros. Pico quoque Martio & grui Balearicæ. Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis, [2] corporeum, ſerratum: nec carnem id eſſe nec cartilaginem, nec callum jure dixerimus, verum peculiare. Draconum enim criſtas qui viderit non reperitur. Cornua multis quidem & aquatilium, & marinorum, & ſerpentum variis data ſunt modis: ſed quæ jure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum. Actæonem enim, [a] & [3] Cippum etiam in [4] Latina hiſtoria fabuloſos reor. Nec alibi major naturæ laſcivia. Luſit animalium armis. [b] Sparſit hæc in ramos, ut cervorum. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Aliorum [5] finxit in palmas, digitoſque emiſit ex iis: unde [6] [c] platycerotas vocant. [d] Dedit ramoſa capreis, ſed parva: nec fecit decidua. Convoluta in anfractum arietum generi, ſeu cæſtus daret, infeſta tauris. In hoc quidem genere, & fœminis tribuit: in multis tantum maribus. Rupicapris in dorſum adunca, damis id adverſum. Erecta autem, rugarumque ambitu contorta, & in leve faſtigium exacuta (ut [e] lyras [7] diceres) ſtrepſiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia eadem, ut aures, [f] Phrygiæ armentis: [8] Trogloditarum, in terram directa:

1 ſcirrhos. *Dal. id eſt, calloſam duritiam.*

2 corpore conſertum, nec carnem ita eſſe. *M. prave.* corpore conſerratum. *V. & Ch.*

3 cibum (*vel* in cibum, *in emend.*) *Ch.*

4 Latia. *Tol. & Ch.*

5 fudit. *Ch.*

6 platygerontas. *Ch.*

7 dicerent. *M. & Ch.*

8 Trogodytarum. *M.*

a *Et Cippum.*] De Genitio Cippo vide Valerium cap. 6. lib 5. Cornu in fronte nobilis fœminæ natum, quam *de Fortiuc* Mompeſſulani vocant, digiti longitudine, filo paulatim adſtricto præciſum, vidi anno 1542. *Dalec.*

b *Sparſit hæc in ramos ut cervorum: aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis.*] Subulones, ſunt οἱ σπαθῖναι, vel πατταλίαι. vulgo dicimus *brocards:* nam *broca* Gallis ſunt verua. Et caprearum quoque cornua, cum recta & ſimplicia ſint, *brocas* vocant noſtri venatores, ut in cervis *daguas.* Latini *ſubulas* & *ferulas.* Græci σπάθας, & πατάλους. *Salmaſ.* p. 222.

c *Platycerotas vocant.*] Εὐρυκέρωτας vocat Oppianus in Cyneget. Animal eſt cervo minus, cauda proportione corporis longiore, pilo magis albicante, arunco carens, cornibus maxime patulis. Nullum ei cum cervo amicitiæ vinculum, raroque ob id ſimul degunt: Gallis, *un Dain.* Brod. cap 21. 6. *Dalec.*

d *Dedit ramoſa capreis, ſed parva, nec fecit decidua.*] Falſum eſt; nam capreis cornua decidunt, ut cervis. *Salmaſ.* pag. 224. b.

e *Lyras.*] Sulcos. *Dalec.*

f *Phrygiæ armentis.*] Bobus. *Idem.*

a *Medio*

directa: qua de cauſa obliqua cervice paſcuntur. Aliis ſingula, & hæc [a] medio capite, aut [b] naribus ut diximus. [1] Jamque aliis ad incurſum robuſta, aliis ad ictum, aliis adunca, aliis [2] redunca, aliis ad jactum, pluribus modis, ſupina, converſa, [3] connexa: omnia in mucronem migrantia. In quodam genere pro manibus ad ſcabendum corpus. Cochleis ad prætentandum iter: corporea hæc, ſicut ceraſtis: aliquando [c] & ſingula. Cochleis ſemper bina, & ut [4] prætendantur ac reſiliant. [d] Urorum cornibus [5] Barbari Septentrionales [e] potant: [6] urnaſque binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa [7] haſtilia cuſpidant. Apud nos in laminas ſecta tranſlucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt: multaſque alias ad delicias [8] conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ [f] ceroſtrota picturæ genere dicuntur. Omnibus autem cava, [9] & in mucrone demum concreta ſunt. Cervis autem tota ſolida, & omnibus annis decidua. Boum attritis ungulis, cornua unguendo arvina, medentur agricolæ. Adeoque ſequax natura eſt, ut in ipſis viventium corporibus ferventi cera flectantur, atque inciſa [10] naſcentium in diverſas partes torqueantur, ut ſingulis capitibus quaterna [11] fiant. Tenuiora fœminis plerumque ſunt, ut in [12] pecore multis: ovium nulla, nec cervarum, nec quibus multifidi pedes, nec ſolidipe-

1 Jam quidem. *M.* Jam quod. *Cb.*
2 trunca, aliis projecta. *M.*
3 convexa. M.
4 protendantur. *M.*
5 Barbaris Septentrionalibus potatur. *Cb.*
6 urniſque bina. *Cb.*
7 his pila. V. M.
8 comparantur. *D.* conquiruntur. *Alii.*
9 & mucrone. M.
10 naſcendo. V.
11 fiant tenuiora. Fœminis. *Pint.*
12 pecore. Multis avium. M.

a *Medio capite.*] Orygi. *Dalec.*
b *Naribus.*] Rhinoceroti. *Idem.*
c *Et ſingula.*] Ceraſtis. *Idem.*
d *Urorum cornibus, &c.*] Leg. *Urorum cornibus barbari Septentrionales potant, urniſque bina capitu unius cornua implent.* Salmaſ. *Urorum cornibus, &c.*] Uri hodie Moſcovitis, *Thur.* Dalec.
e *Potant.*] Traditum ab antiquis, priuſquam pocula reperta fuiſſent, cornibus homines bibiſſe, indeque fictum verbum, ἐγκεραίσαι, id eſt, οἶνον ἐπιχέειν, vinum affundere. Rhodig. cap. 1. 30. Athenæus lib. 11 p 234 & 235 *Idem.*
f *Alii præfixa haſtilia cuſpidant.*] Lege: *alii præfixa his pila cuſpidant.* Et paulo poſt legas, *multaſque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceſtrota picturæ genere dicuntur.* κεστρωτὰ genus encauſtices fuit, qua ceſtro, id eſt, vericulo pingebatur in ebore & cornu, quod genus κεστρωτὸν vocabant & ἐγκαυτόν. *Salmaſ.*
g *Ceroſtrata.*] Ceroſtrata fiebant teſſellis cornuum vario colore pictis, & ligno inſertis, vulgo *Marqueterie.* Dal.

a *Capi-*

lidipedum ulli, excepto aſino Indico, qui uno armatus eſt cornu. Biſulcis bina tribuit: [1] nulli ſuperne primores habenti dentes. Qui putant eos in cornua abſumi, facile coarguuntur cervarum natura, quæ neque dentes habent, ut neque mares, nec tamen cornua. Cæterorum oſſibus adhærent, cervorum tantum cutibus enaſcuntur. [a] Capita piſcibus portione corporum maxima, fortaſſis ut mergantur. [b] Oſtrearum generi nulla, nec ſpongiis, nec aliis fere quibus ſolus ex ſenſibus tactus eſt. Quibuſdam indiſcretum caput eſt, ut cancris. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem promiſcue maribus ac fœminis, apud intonſas utique gentes. Atque etiam nomina ex eo capillatis Alpium incolis, [2] Galliæ Comatæ: ut tamen ſit aliqua in hoc terrarum differentia. Quippe [c] Myconii carentes eo gignuntur, ſicut in Cauno lienoſi. Et quædam animalium naturaliter calvent, ſicut [3] ſtruthiocameli, & [4] corvi aquatici, quibus apud Græcos nomen eſt inde. Defluvium eorum in muliere rarum, in ſpadonibus non viſum, nec in ullo ante Veneris uſum. Nec infra cerebrum aut infra verticem, aut circa tempora atque aures. Calvitium uni tantum animalium homini, [d] præterquam innatum. Canities homini tantum [5] [e] & equis, ſed homini ſemper à priori parte capitis, tum deinde ab averſa. [6] [f] Vertices bini homini tantum. Aliquibus

1 nullis qui ſuperne primores habent. V.

2 & Galliæ. M.

3 ſtruthocameli. *Tol. & Co.*

4 corvi Alpini. *Aquatici enim canescunt, Alpini calveſcunt, à Græcis propterea dicti φαλακροκόρακες. cap. 48. lib. 10*

5 & equo. *Ch.*

6 vertices bini hominum tantum aliquibus. Capitis oſſa, &c. *Ariſt. lib. 1. hiſt. an. cap. 7.* & M.

a *Capita piſcibus, &c.*] Quidnam in capite & ſingulis hominum partibus religioſum, venerabile, & ingenii morumque ſit indicium & argumentum, vide apud Alex. ab Alexand. cap. 19. lib. 2. *Dalec.*

b *Oſtrearum generi nulla.*] Ob id Turpilius vocat *inoras oſtreas*, ἀςόμους:
In alta cooperta alga inoras oſtreas.
Vide Feſtum. *Idem.*

c *Myconii carentes, &c.*] Hinc Myconios proverbiali loco *calvos* appellant. Vide Eraſmum in Chiliadibus. *Idem.*

d *Præterquam innatum*] Ut Phalacrocoraci. *Idem.*

e *Et equis*] Vide cap. 27. lib. 13. apud Rhodig. *Idem.*

f *Vertices bini homini tantum*] Δυκορύφους cap. 7. lib. 1. hiſtor. intelligit, τῇ τῶν τριχῶν λυσμῷ capillorum diſcrimine ac diſtinctione, non gemino verticis faſtigio. *Idem.*

a Corpo-

quibus capitis oſſa plana, tenuia, ſine medullis, ſerratis pectinatim ſtructa compagibus. Perfracta non queunt ſolidari: ſed exempta modice non ſunt letalia, in vicem eorum ſuccedente [a] corporea cicatrice. Infirmiſſima eſſe urſis, duriſſima pſittacis, ſuo diximus loco.[b] Cerebrum omnia habent animalia quæ ſanguinem: [1] etiam in mari, quæ mollia appellavimus, quamvis careant ſanguine, ut polypi. Sed homo portione maximum & humidiſſimum, omniumque viſcerum frigidiſſimum, duabus ſupra ſubterque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum eſt. [2] Cætero viri, quam fœminæ, majus. [c] Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, & reliquis ſine pingui. Aliud eſſe, quam medullam eruditi docent, quoniam coquendo dureſcat. Omnium cerebro medio inſunt [3] oſſicula parva. Uni hominum infantia palpitat, nec corroboratur ante primum ſermonis exordium. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. [4] Hanc habent ſenſus

1 æque inſ. M.

2 cætera viro. Ch.

3 lego, oſcula parva, *per quæ nimirum in fauces pituita colatur*, χοάνην *tanquam infundibulum Anatomici vocant.*

4 Hoc habet ſenſum. M.

a *Corporea cicatrice.*] Τȣ̃ πύρȣ. *Dalec.*

b *Cerebrum.*] Ἔγκαρ Lycophron vocavit, indeque ut ſcribit Plutarch. in Sympoſ. apud Homerum Iliad. α.

—— τλιῶ δ᾽ ἦμιν ἔγκεφαλ@ αἴση.

Sophocles in Trachin. λευκὸν μυελὸν vocat. Rhod. cap. 23. lib. 3. *Idem.*

c *Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, & reliquis ſine pingui.*] Ex his verbis, ſenſus hic elicitur: Homines cerebrum habere carens venis & ſanguine: Reliquorum autem animalium cerebrum carere pingui: quaſi innuat, humanum non carere. Nam ſi & hominum & reliquorum animalium cerebrum pingui carere intellexiſſet Plinius, aliter locutus eſſet. At cerebrum humanum pingue habere, falſum eſt, ſi Ariſtotelem audimus lib. 1. cap. 16. ita ſcribentem: *Cerebrum omnibus privatum ſanguine eſt, nec venam intra ſe ullam continet, ad tactum frigidum per naturam eſt.* Nulla hic mentio pinguis in cerebro humano eſt. Idem lib. 2. de partibus An. cap. 7. *Sed enim medullam calidam eſſe pluribus ſane rationibus conſtat. Cerebri autem frigiditas & tactu percipi poteſt, & ratione intelligitur, quod omnium maxime humorum corporis ſanguine caret, quippe quod nihil ſanguinis habeat, ſqualloreque obſitum ſit atque horridum.* Item quod pingue eſt, non facile exſiccatur, lib. 5. De generat. cap. 3. At cerebrum congelatur & dureſcit, 2. de part. Animal. & Plinio paulo poſt, *Ergo, &c.* Quam ob rem legendum hic, non *Sine pingui*, ſed *Sui pingue.* Verum locus eſt mutilus & defraudatus aliquot verbis, ſi recte conjicio, Ariſtot. lib. 3. cap 7. *Cerebrum*, inquit, *ut adipe pingueſcentium, pinguiuſculum eſt veluti ſuis, ſic ſebo obeſorum ſqualidiuſculum ſentitur, ut ovis.* Pintian.

a *Cervix*

ſenſus arcem: huc venarum omnis à corde vis tendit, hic deſinit: [1] hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. [2] Omnium autem animalium in priora pronum, quia & ſenſus [3] ante nos tendunt. Ab eo proficiſcitur ſomnus: hinc capitis nutatio. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. [a] Cervis in capite ineſſe [4] vermiculi ſub linguæ inanitate, & circa articulum, qua [5] caput jungitur, numero viginti produntur. [b] Aures homini tantum immobiles. [c] Ab iis Flaccorum cognomina. Nec in alia parte fœminis majus impendium, margaritis dependentibus. [d] In Oriente quidem & viris, aurum geſtare eo loci, decus exiſtimatur. Animalium aliis majores, aliis minores. Cervis tantum ſciſſæ, ac velut diviſæ: [6] ſoricibus piloſæ. Sed auriculæ omnibus, animal duntaxat generantibus, excepto vitulo marino atque delphino, & quæ cartilaginea appellavimus, & viperis. Hæc cavernas tantum habent aurium loco, præter cartilaginea, & [7] delphinum, quem tamen audire manifeſtum eſt. Nam & cantu mulcentur & capiuntur attoniti ſono. [8] Quonam modo audiant, mirum. Iidem nec olfactus veſtigia habent, cum olfaciant ſagaciſſime. Pennatorum animalium buboni tantum & toto plumæ, velut aures: cæteris cavernæ ad auditum. Simili modo ſquamigeris atque ſerpentibus. In equis & omnium jumentorum genere indicia animi præferunt: feſſis marcidæ, [9] micantes pavidis, ſubrectæ furentibus, reſolutæ ægris. Facies homini tantum, cæteris os, aut roſtra. [e] Frons & aliis, ſed homi-

1 hoc culmen. *Cb.*
2 Omnibus. *Cb.*
3 ante oſtendunt. M.
4 Muſculi. *Rond. contra Ariſt. cap. 15. lib. 2. hiſt.*
5 jungitur humero. M.
6 ſorici. *Cb.*
7 delphines, quos. M.
8 Quanam audiant. M. & *Cb.*
9 nutantes. *Parm.*

a *Cervis in capite ineſſe vermiculi.*] Contra Ariſtot. cap. 15. lib. 2. hiſtor. *Dalec.*

b *Aures homini tantum immobiles.*] Quibuſdam mobiles viſæ ſunt: mihi etiam adoleſcens viſus, qui & aures & capitis cutem prompte moveret. *Idem.*

c *Ab iis Flaccorum cognomina.*] A pendulis & flaccidis auriculis. *Idem.*

d *In Oriente quidem & viris, &c.*] Juvenalis Satyr. 1.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtra
Arguerint.

Idem

e *Frons & aliis, &c.*] *Nubem frontis* inde

homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, [a] ſeveritatis index. [1] [b] In aſcenſu ejus [c] ſupercilia homini, & pariter & alterne mobilia, & in iis pars animi. Negamus, annuimus. [d] Hæc maxime indicant faſtum. Superbia alíubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiuſque invenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet. Subjacent oculi, [e] pars corporis pretioſiſſima, & qui lucis uſu vitam diſtinguant à morte. Non omnibus animalium hi: oſtreis nulli: quibuſdam concharum dubii. Pectines enim, ſi quis digitos adverſum hiantes eos moveat, contrahuntur, ut videntes. Et ſolennes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum [f] talpis viſus non eſt: oculorum effigies ineſt, ſi quis prætentam detrahat

1 in anima ſenſus ejus ſupercilia. *Al. legendum fortaſſis*, index, animoque ſenſum. Supercilia, &c. *Pint. legit*, in animo eſt uſus ejus. Quidam index omnium conſenſu.

inde Latini Græcique vocant ſeverum, triſtem & cogitatione majore vel ægritudine perturbatum vultum. Horat.

Deme ſupercilio nubem.

Eurip. in Hyppolyto coron.

Στυγνὸν δ᾽ ὀφρύων νέφος αὔξεται.

Victorius cap. 14. lib. 16. *Dalec.*

a *Severitatis index.*] Addo his, & pudoris: unde frontem, vel os perfricuiſſe dicuntur, τὸ μέτωπον τρίψαι, qui verecundiam abjecerunt, & impudenter in aliquo negotio ſe gerunt. Vide Victorium cap. 6. 8. *Idem.*

b *In aſcenſu*] Veluti, τὰ γεῖσα, ſeu γεισώματα id eſt, ſuggrundia quædam, vide Rhod. cap. 27. lib. 3. *Idem.*

c *Supercilia homini.*] Supercilia ſalire & palpitare veteres bonum omen crediderunt, quod & polliceretur ex animi ſententia ſucceſſura quæ optamus. Plautus in Pſeudolo:

Atque id futurum unde, unde dicam neſcio,
Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

Suidæ ex Poſſidonio id παλμικὸν οἰώνισμα eſt: παλμοσκόποι, ii qui tali vaticinatione utuntur. Apud Theocritum quidam oculum dextrum ſibi ſalire ait. *Idem.*

d *Hæc maxime indicant faſtum.*] Inde ſupercilium attollere dicuntur arrogantes, faſtuoſi, ſeveri, triſtes, duri, & aſperi homines, Græcis τὰς ὀφρῦς αἴρειν. Diphilus,

Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε
Διόνυσε, καὶ σοφώτατ᾽, ὡς ἡδύς τις εἶ.
Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος,
Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθῃ γελᾶν;
Τὸν δ᾽ ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν.

Victorius cap. 1. 8. *Idem.*

e *Pars corporis pretioſiſſima.*] Hinc veteres quod clariſſimum eſt *oculeum* dixerunt. Plautus in Curcul.

Huic proximum illud oſtium oculiſſimum;
Salve, vidiſtin' oſtium oculiſſimum?

Idem in Aſinaria:

Da meus ocellus.

Idem.

f *Talpis viſus non eſt.*] Et muſculis, quos Curtos ruſtici vocant, in terra ſemper defoſſis. *Idem.*

trahat membranam. Et inter aves [1] ardeolarum genere, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt. Optimi augurii, cum ad Auſtrum[2] volant, Septentrionemve: ſolvi enim pericula & metus narrant. Nigidius nec locuſtis nec cicadis eſſe dicit. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu [3] implent. Nec lumbricis ulli ſunt, vermiumve generi. Oculi homini tantum diverſo colore: cæteris in ſuo cuique genere ſimiles. Et equorum quibuſdam glauci, ſed in homine numeroſiſſimæ varietatis atque differentiæ, grandiores, modici, parvi, prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clariſſime cernere, ſicut in colore caprinos. Præterea alii contuentur longinqua, [a] alii niſi prope admota, non cernunt. Multorum viſus fulgore Solis conſtat, nubilo [b] die non cernentium, nec poſt [4] occaſus. Alii interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. De geminis pupillis, aut quibus noxii viſus eſſent, [5] ſatis diximus. [6] Cæſii in tenebris clariores. [c] Ferunt Tiberio Cæſari, nec alii geni-

1 inter ardeolarum genera. *M.* inter aves in ardeolarum genere. *Alii.*
2 volent. *Ch.*
3 adimplent. M.
4 occaſum. *M.*
5 diximus. Tiberio Cæſari in tenebris clariores. Ferunt ipſi alia quam genitorum mort. *M.* Ferunt Tiberio Cæſari aliam quam cæterorum mortalium. *V.*
6 Orcis. V.

a *Alii niſi prope admota.*] Ἀμβλυώπες. *Dalec.*

b *Die non cernentium.*] Νυκταλώπων. *Idem.*

c *Ferunt Tiberio Caſari, &c.*] In ſcriptis veterum mentio fit hujus oculorum vitii. Dio in Tiberio ἀμβλυωπίαν nominat, medicorum nonnulli νυκταλωπίαν, cujus proprium eſſe ſcribunt, ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. verum νυκταλωπίαν alii aliter interpretantur. Galen. lib. 7. De Hippocratis & Platonis ſcitis: Καὶ οἶδα γέ τινα τῶν οὕτω παθόντων, διηγούμενον ἡμῖν, ὡς πρὶν παθεῖν ἀνοιχθέντων τῶν βλεφάρων ἑώρα φῶς πολὺ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὅπερ ἀμέλει, κἀμοὶ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑπάρχει. Vides rem pro vulgari, & quæ pleriſque accidat, haberi. quare etiam Alexander Aphrodiſeus ejus rei, ſeu tranſlatitiæ, cauſam quærit, explicatque, Problematum lib. I. quæſt. LXIX. Equidem vix putem reperiri aliquem poſſe, naturæ præſertim calidioris atque igneæ, cui non aliquando in adoleſcentia id evenerit. mihi certe & cum junior eram perſæpe, & nunc quoque aliquando id ipſum ſolet accidere. Verum ut diutius aliquis luce illa fruatur, & in tenebris videat, legat, taliaque præſtet, id vero non jam tranſlatitium, ſed plane miraculoſum eſt. Atque hujuſcemodi oculos Tiberius dicitur habuiſſe: fortaſſe & Aſclepiodorus Philoſophus, cui præceptor Proclus. Hic enim in denſis tenebris & adſtantes dignoſcebat, & literas legebat, ut in Bibliotheca narrat Photius. *Caſaubon.* Fuit & pater meus oculis cœruleis dilutioribus, quibus interdum noctu videbat, ut in crepuſculo ſolemus, quod & mihi contigit, à pueritia ad viceſimum tertium annum. Nam

poſtea

genitorum mortalium, fuiſſe naturam, ut expergefactus noctu paulifper, haud alio modo, quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris ſeſe obducentibus. [a] D. Auguſto equorum modo glauci fuere, [1] ſupraque hominem [2] albicantis magnitudinis. Quam ob cauſam diligentius ſpectari eos, iracunde ferebat. Claudio Cæſari ab angulis candore carnoſo ſanguineis venis ſubinde ſuffuſi: [b] Cajo principio rigentes. Neroni, niſi cum conniveret, ad prope admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in Caji principis ludo fuere, in iis duo omnino, qui contra comminationem aliquam non coniverent, & ob id invicti. Tantæ hoc difficultatis eſt homini. Pleriſque vero naturale, ut [3] nictare non ceſſent, quos pavidiores accepimus. Oculus unicolor nulli, cum candore omnibus [4] medius color differens. Neque ulla ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maxime, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, tranſverſi, limi, ſummiſſi, blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. Ardent, [5] intenduntur, [6] humectant, connivent. [7] Hinc illæ miſericordiæ lacrymæ. Hos cum [8] oſculamur, animum ipſum videmur attingere. Hinc fletus & rigantes ora rivi. Quis ille humor eſt, in dolore tam fœcundus & paratus? aut ubi reliquo tempore? [c] Animo autem videmus, animo cernimus: oculi, ſeu vaſa quædam, viſibilem ejus partem accipiunt, atque tranſmittunt.

Sic

1 ſuperque. *Cb.*

2 albicantes & magni. *Dal.*

3 nictari. *Cb.*

4 mediuſculo, (*leg.* medio colore) differentes. M.

5 incenduntur. M.

6 humeſcunt. V. nictant. *Pint.*

7 Hinc illa miſ. lacryma. *M.* *Cb.*

8 exoſculamur, au. ipſi videtur att. *Cb.*

poſtea hoc in me, ut multa alia mutavit. *Joſ. Scaliger.*

a *D. Auguſto.*] Auguſtus exiſtimari volebat divinum oculis ſuis vigorem ineſſe, ac ideo qui eum conruerentur vultum ſummirrere ſolitos, quaſi ad ſplendidum ſolis fulgorem. *Suetonius.*

b *Cajo principio rigentes.*] Albicantes & magni. Idem Suetonius in Cajo. *Dalec.*

c *Animo autem videmus.*] Rhodig. cap.30. lib.2. hunc locum diligenter expoſuit. *Idem.*

a *Quin*

Sic magna cogitatio obcæcat, abducto [1] intus viſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. [a] Quin & patentibus dormiunt [b] lepores, multique hominum, [2] [c] quod corybantiam Græci dicunt. Tenuibus multiſque membranis eos natura compoſuit, calloſis contra frigora caloreſque in [3] extremo [d] tunicis, quas ſubinde [4] purificant lacrimationum ſalivis, lubricos propter incurſantia & mobiles. [e] Media eorum cornua feneſtravit pupilla, cujus anguſtiæ non ſinunt vagari in certam aciem, & velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant: aliis nigri, [5] aliis atri, aliis rufi, aliis glauci coloris orbibus circundatis, ut [6] habili miſtura & accipiatur circumjecto candore lux, & temperato repercuſſu non obſtrepat. Adeoque iis abſoluta vis ſpeculi, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt, ut pleræque alitum è manibus hominum oculos potiſſimum appetant, quod effigiem ſuam in iis cernentes, velut ad cognata deſideria ſua tendunt. Veterina tantum

1 mentis. *Tol. & M.*

2 quod Corybantia regrediuntur. *Turn.* quod corybantiare Græci dicebant. *Scalig.* quas corybantias. *Ch.*

3 extimo. *M.* extumo. *Ch.*

4 purificat lacrym. ſaliva. M.

5 aliis ravi. *Alii & Ch.*

6 Habili miſtura ut accip. *Ch.*

a *Quin & patentibus, &c.*] Leg. *Quin & patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quos κορυβαντιᾷν Græci dicunt.* Κορυβαντιᾷν Græci dicebant eos qui patentibus oculis dormiebant, etiamſi furore aliquo ab illis dæmonibus immiſſo id eis minime contingeret, ſed natura. *Salmaſ.* 1086. a.

b *Lepores.*] Apud Suidam ideo δορκελωεῖς, vocantur, ὅτι ἐνναζοντες, id eſt κοιμώμενοι δέρκονται. quod dormientes vident, id eſt, tanquam videant oculos aperiunt. *Dalec.*

c *Quod corybantiam Græci dicunt.*] Turneb. cap 24. lib. 13. Adverſ. legit: *quos Corybantia*, nimirum Corybantum ſacra, regrediunt: id eſt, ſanitati reſtituunt. Qui ſic dormiunt ſani eſſe non putantur. Maleſanos autem curabant Corybantum ſacris, quibus ægros tum animo, tum corpore initiabant. Ego vero cum ſciam κορυβαντιᾷν eſſe furere ac inſanire, & qui furore divino percelluntur, oculos diſtorqueant, ex dimidioque apertos, ex dimidio clauſos oſtendant, ut inter dormiendum lagophthalmi, & lepores, nihil mutandum eſſe puto. Scaliger in Catul. legit, *quos Corybantiare credunt.* Imaginoſum eum morbum vocant, ut & phrenitin, quo qui laborant, aures putant ſibi perpetuis imaginibus, id eſt, muſicis carminibus perſonari, & vigiliis ac inſomnia vexantur, oculiſque patentibus dormiunt. Varro in Prometheo:

Leviſomna mens ſonorinas imagines
Adſatur: non umbrantur ſomno pupulæ.

Eum morbum ſuperſtitioſa vetuſtas credidit Corybantibus immitti, non ab iis ſanari. *Hæc Scaliger.*

d *Tunicis.*] Κερατοειδῆ ſignificat. *Dalec.*

e *Media eorum cornea, &c.*] In Rhagoeide tunica, non cornea, aperta ea feneſtra eſt. *Idem.*

a *Sed*

tum quædam, [1] ad incrementa Lunæ morbos ſentiunt. [a] Sed homo ſolus emiſſo humore cæcitate liberatur. Poſt viceſimum annum multis reſtitutus eſt viſus. Quibuſdam ſtatim naſcentibus negatus nullo oculorum vitio: multis repente ablatus ſimili modo, nulla præcedente injuria. Venas ab iis pertinere ad cerebrum, peritiſſimi auctores tradunt: [2] [b] ego ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redundatione ejus [3] eruitur oculus. [c] Morientibus operire, rurſuſque in rogo patefacere, Quiritium [4] magno ritu ſacrum eſt: ita more condito, ut neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cœlo non oſtendi, nefas. Uni animalium homini depravantur: unde cognomina Strabonum & Pætorum. [d] Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur, [e] Coclites vocabantur: qui parvis utriſque [5] Ocellæ: [f] Luſcini injuriæ cognomen [6] habuere. Nocturnorum animalium, [7] velut felium, in tenebris fulgent radiantque oculi, ut contueri non ſit: & [8] capreæ lupoque ſplendent, lucemque jaculantur. Vituli marini & hyænæ in mille colores tranſeunt ſubinde. Quin & in tenebris multorum piſcium [9] refulgent aridi, ſicut robuſti caudices vetuſtate putres. Non connivere diximus,

quæ

1 ad crementa. *Ch.*

2 ego & ad *Ch*

3 vertitur. *M. Lego.* excæcatur, extinguitur. *Alii.*

4 magne, *in Tol. d. & in M.*

5 Ocelli.

6 habuerunt. *Ch.*

7 veluti. *Ch.*

8 Capræ. *Ch.*

9 refulgent ſicut aridi caudices. *M.* refulgent ſicut aridi roboris caudices.

a *Sed homo ſolus, &c.*] In ſuffuſionis morbo. Humor in eo morbo non educitur, ſed aut tranſponitur, ne pupillam occupet. *Dalec.*

b *Ego ad ſtomachum, &c.*] Falſum id eſt, anatomicæque hiſtoriæ repugnans. *Idem.*

c *Morientibus illos operire.*] Apud Virg. Æneid. Mercurius ψυχοπόμπος. ---- *Lumina morte reſignat*, nempe à cognatis clauſos, in pyra & rogo aperit. Servius illic inepte exponit, *claudit & perturbat.* Turneb. cap. 5. 26. Varro apud Nonium in Sigillo, *Contra lex Mavia eſt in pietate, ne filii patribus luce clara ſigillent oculos*, id eſt, occludant. *Idem.*

d *Ab iiſdem qui altero lum. orbi, &c.*] Ut hoc interſit inter Luſcinum & Coclitem; quod hic ſit unoculus natus; ille per vim eluſcatus Porro Coclitem eo modo opici ex Cyclope detorſerunt, quo ex Ganymede Catamitum. Fuerunt autem *Coclites* Horatiorum gentis. *Gelen.*

e *Coclites vocabantur.*] Varroni 6. de ling. Lat. *Cocles*, quaſi *ocles*, qui unum haberet oculum. Plautus in Curcul.

De Coclitum proſapia te eſſe arbitror:
Nam hi ſunt unoculi.

Dalec.

f *Luſcini injuria cognomen habuere.*] Feſto *Lucinis* ſine, S, quibus oculi ſunt hebetiores: inde *obiucinare*, & *allucinare.* Idem.

a *Mulie-*

quæ non obliquis oculis, ſed circumacto capite cernerent. [1] Chamæleontis oculos ipſos circumagi totos tradunt. Cancri in obliquum aſpiciunt. Cruſta fragili [2] incluſis rigentes. Locuſtis ſquilliſque magna ex parte ſub eodem munimento præduri eminent. Quorum duri ſunt, minus cernunt, quam quorum humidi. Serpentium catulis, & hirundinum pullis, ſi quis eruat, renaſci tradunt. Inſectorum omnium, [3] & quibus teſtacea operimenta, oculi moventur, ſicut quadrupedum aures. Quibus fragilia operimenta, iis oculi duri. Omnia talia, & piſces & inſecta, non habent genas nec integunt oculos. Omnibus membrana vitri modo tranſlucida obtenditur. Palpebræ in genis homini utrinque. [a] Mulieribus vero etiam [4] infectæ quotidiano. Tanta eſt decoris affectatio, [b] ut tingantur oculi quoque. Alia de cauſa [5] hoc natura dederat, ſeu vallum quoddam viſus, & prominens munimentum contra occurſantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas, haud immerito Venere abundantibus tradunt. Ex cæteris [6] nulli ſunt, niſi quibus & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedibus in ſuperiore tantum gena, [7] volucribus in inferiore: & quibus molle tergus, ut ſerpentibus: & quadrupedum quæ ova pariunt, ut lacertæ. [8] Struthiocamelus alitum ſola, ut homo, utrinque palpebras habet. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant. Graviores alitum inferiore gena connivent. Eædem [9] nictantur, ab angulis membrana obeunte. Columbæ & ſimilia utraque connivent. At quadrupedes quæ ova pariunt,

1 chamæleonis. *Ch.*

2 incluſos gerentes. *Tol. & Ch.*

3 teſtacei operimenti. *Ch.*

4 infectæ. Quotidiana tanta eſt. M. infectu quotidiano. Tan. *Ch.*

5 has *ſub.* palpebras. *Dal.*

6 nullis. *Dal.*

7 ut & ſtruthocamelo alitum ſoli. Cæteris volucribus in neutra, & quibus molle, &c. lacertæ Homo utrinque, &c. habet. Nec genæ, &c. luctationes. Ex iis quæ an. gen. graviores *Pint.* è *M. & Ariſt.* c. 14. *lib.* 2. *hiſt. & cap. ult.*

8 Simia quadrupedum ſola. *V.*

9 nictarit ab ang. membr. exeunte. *M.*

a *Mulieribus vero etiam infecta, &c.*] Quotidianam infectionem recte Plinius vocat eum ornatum. Nam quibus mulieribus illita fuco ſemel eſt facies, id niſi quotidie fiat, turpiſſimis rugis & lurido colore ſtatim illa fœdatur. *Dal.*

b *Ut tingantur oculi quoque.*] Juven.
Illa ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu.
Divus Hieronymus *orbes* vocat *ſtibio fuliginatos.* Vide Rhodig. c.28.3. *Idem.*

a *Unde*

riunt, ut teſtudines, crocodili, inferiore tantum ſine ulla nictatione, propter præduros oculos. Extremum ambitum genæ ſuperioris, antiqui cilium vocavere: [a] unde & ſupercilia. Hoc vulnere aliquo diductum [b] non coaleſcit, [1] ut in paucis humani corporis membris. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII. tabularum interdicto [c] radi [2] à fœminis eas vetantes. [d] Pudoris hæc ſedes. [3] Ibi maxime oſtenditur rubor. [4] Infra eas hilaritatem riſumque indicantes buccæ. Et altior homini tantum, quem novi mores ſubdolæ [e] irriſioni [5] dicavere, naſus. Non alii animalium nares eminent: Avibus, ſerpentibus, piſcibus foramina tantum ad [6] olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina Simorum, [f] Silonum. Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium & narium defue-

1 ut & in paucis. *D.* ut ex paucis. *Alii.* ut pauca hum. cor. membra. *V. Nempe, bucca, præputium, c. 11. lib. 3. hiſt. Ariſt.*
2 à fœminis, *in* M. *d.*
3 ubi. M.
4 Intra eas hilaritates. M. Infra eas hilaritates *Ch.*
5 dictavere. M. & *Ch.*
6 olfactum. M.

a *Unde & ſupercilia.*] Inde & Varro dictos oculos, quaſi *ocilios*, id eſt, ciliis occultos, ut ait Lactantius. *Rhodig. cap.* 27. 3.

b *Non coaleſcit.*] Hippocrates Aphoriſ. 19. 6. *Dalec.*

c *Radi à fœminis eas vetantes.*] Unguibus lacerari, cruentari, proſcindi, Feſto fidicines, raſores veteribus dicti, quod fides radant & obterant. Ne vel illæ igitur in ſe raderent, quod decoris affectatione fieri ſolet à quibuſdam, vel, ne in viris raderent. Tonſores enim ante annum ad urbe condita 454. in Italia non fuiſſe, auctor ſcribit cap. 59. lib. 8. Lex ea fuit Decemviralis: *Mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo habento:* Rævard. cap. 15. in leg. duodecim Tabul. Solon, quod in ejus vita Plutarchus ſcripſit, *ἀμυχὰς κοπτομένων ἀφεῖλεν*, Plangentium lacerationes ſuſtulit. *Idem.*

d *Pudoris hæc ſedes.*] Apud Athenæum pag. 279. linea 37. Ariſtoteles *τὴν αἰδῶ ἐν ὀφθαλμοῖς κεῖσθαι* ſcribit. *Idem.*

e *Irriſioni dicavere.*] Horatius:

---- *Naſo ſuſpendit adunco.*

Martialis:

Naſutus ſis uſque licet, ſis denique naſus.

μυκτὴρ ὕβρεις πνέων Gregorio: *εἰρώνεια μυκτὴρ* inde *μυκτηρίζειν, μυκτηρισμός, μυκτηριστής.* & alia id genus, *μυκτηρίζει*, qui, quod ait Plaut. frigidam ſubdole ſuffundit, deridet, clanculum mordet, maledictiſque ac probris inceſſit. Brod. cap. 32. 4. *Idem.*

f *Silonum.*] Silones prominentibus ſuperciliis Nonio, quod Silenus prominentibus ſuperciliis fingeretur: hic vero, naſus ſurſum verſus, repandus eſt, quos etiam *Silos*, ut ex Feſto diſcimus, appellabant, unde galeæ quoque, inquit idem, à ſimilitudine Silæ dicebantur. Alii *Cilonum.* Cilones in Gloſſis *στενοκέφαλοι*, anguſto capite, quibus à partu contigit. Caper Grammaticus. Chilones vero, Labeones. Cujacius cap. 26. 10. obſervat. Arnob. lib. 3. Ergo eſſe dicendum eſt quoſdam capitones, cilunculos, frontones, labeones: atque in his alios mentones, nævimos ac naſicas, &c. Vide locum. *Idem.*

a *Brocci.*]

1 Brochi. Ch.

2 rodentibus. M.

3 terreſtris eodem quo cæteræ modo *ex Ariſt. cap. 7. lib. 3. hiſt. Legitur*, Sc. modo, *in Tol.*

4 cibum acuti: lati qui conficiunt, & duplices: qui diſcr. eum. *Dal.*

5 eum *ſub.* cibum. *Dal.*

6 genuinos. V. & *Ch*: intimos, abditiſſimos.

7 ſed ſui omnes. V.

defuere. Labra, à quibus [1] [a] Brocci, Labeones dicti, & [b] os probum duriuſve, animal generantibus: pro iis cornea & acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta: herbas [2] eruentibus limumque, lata ut ſuum generi. Jumentis vice manus ad colligenda pabula ora: apertiora laniatu viventibus. Mentum nulli præter hominem, nec malæ. Maxillas crocodilus tantum ſuperiores movet: [3] terreſtres quadrupedes: eodem, quo cætera, more, præterquam in obliquum. Dentium tria genera: ſerrati aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coëuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut ſerpentibus, piſcibus, canibus. Continui, ut homini, equo. Exerti, ut apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum [c] qui digerunt [4] cibum, lati & acuti: qui conficiunt duplices: qui diſcriminant eos, canini appellantur. Hi ſunt ſerratis longiſſimi. Continui aut utraque parte oris ſunt, ut equo: aut [5] ſuperiore primores non ſunt, ut bubus, ovibus omnibuſque quæ ruminant. [d] Capræ ſuperiores non ſunt, præter primores [6] geminos. Nulli exerti, quibus ſerrati. Raro fœminæ, & tamen ſine uſu. Itaque cum [e] apri percutiant, fœminæ ſues mordent. Nulli, cui cornua, exerti: [7] ſed omnibus concavi, cæteris dentes ſolidi. Piſcium omnibus ſerrati, præter ſcarum: huic uni aquatilium plani. Cætero multis eorum in lingua & toto ore: ut turba vulnerum molliant, quæ attritu ſubigere non

a *Brocci.*] Brochi, ſive Bronchi, quibus os prominet, & exorti dentes ſunt. *Nonius.* Dalec.

b *Os probum duriuſve.*] Ut in equo frenum admittente, vel recuſante. Aliud eſt *os probum* hominis, nempe cum quadam majeſtatis ſpecie morum integritatem & probitatem indicans, quale in Pompejo ſupra cæteros mortales inſigne fuiſſe dixit cap. 12. lib. 7. *Idem.*

c *Qui digerunt.*] Dividunt, *οἱ τομεῖς.* *Idem.*

d *Capræ ſuperiores non ſunt, præter primores geminos.*] Verum hoc non eſſe, ſupra Plinius monſtravit, nullum ſcribens cornua habere, cui ſuperne primores eſſent dentes, ſumpſitque id ex Ariſtotele lib. 2. cap. 1. *Pint.*

e *Apri percutiunt.*] Exertis dentibus. *Dalec.*

a *Sed*

non [1] queant. Multis & in palato, atque etiam [2] in cauda. Præterea in os vergentes, [3] ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi adminiculum. Similes aſpidi & ſerpentibus: [a] ſed duo in ſupera parte dextera lævaque longiſſimi, tenui fiſtula perforati, ut ſcorpionum aculei, venenum infundentes. Non aliud hoc eſſe quam fel ſerpentium, & inde [4] venis ſub ſpina ad os [5] pervenire, diligentiſſimi auctores ſcribunt. Quidam unum eſſe eum: & quia ſit aduncus, reſupinari, cum momorderit. Aliqui tunc decidere eum, rurſuſque recreſcere facilem decuſſu, & ſine eo eſſe, [7] quos tractari cernamus. Scorpionis caudæ ineſſe eum & pleriſque ternos. [7] Viperæ dentes gingivis conduntur. Hæc [8] eadem prægnans veneno, [9] impreſſo dentium repulſu virus fundit in morſus. Volucrum nulli dentes præter veſpertilionem. Camelus una ex iis, quæ non ſunt cornigera, in ſuperiori maxilla [10] primores non habet. Cornua habentium [11] nulli ſerrati. Et cochleæ dentes habent: indicio eſt à minimis earum [12] derosa vitis. At in marinis cruſtata & cartilaginea [13] primores habere, item echinis quinos eſſe, unde intelligi potuerit, miror. Dentium vice aculeus inſectis. Simiæ dentes, ut homini. Elephanto intus ad mandendum quatuor, præterque eos qui prominent, maſculis reflexi, fœminis recti atque proni. Muſculus marinus, qui balænam antecedit, nullos habet: ſed pro iis, ſetis intus os [14] hirtum & linguam etiam ac palatum. [b] Terreſtrium minutis quadrupedibus, primores bini utrinque longiſſimi. Cæteris cum ipſis naſcuntur: homini, poſtquam natus eſt, ſeptimo menſe. Reliquis [15] perpetuo manent. [c] Mutantur homini, leoni, jumento, cani,

&

1 queunt. *M.*
2 in gula. *Rondel. c. 7. lib. 3. & V.*
3 ut. M.
4 Venas. *Cb.*
5 pervenire, & has per ventrem deſcendere diligentiſſimi. V.
6 quas. *M. ſub.* viperas. *Sic & Cb.*
7 Viperis. *M. & Cb.*
8 eodem. *Cb.*
9 impreſſu dent. repulſa *M.*
10 priores. *Cb.*
11 nullis. *Cb.*
12 derodi vites. V.
13 primos. *V. & Cb.*
14 hirſutum. *Tol.*
15 perpetui. *Cb.*

a *Sed duo in ſupera parte.*] Viperæ mari quatuor, fœminæ duo. *Dalec.*

b *Terreſtrium minutis quadrupedibus.*] Cuniculis, ſciuris, ſoricibus, canibus, &c. *Idem.*

c *Mutantur homini.*] Anno vero ſeptimo

& [1] ruminantibus. Sed leoni & cani, non niſi canini appellati. Lupi dexter caninus, in magnis habetur operibus. [a] Maxillares, qui ſunt à caninis, nullum animal mutat. Homini noviſſimi, qui genuini vocantur, circiter viceſimum annum gignuntur, multis & octogeſimo. Fœminis quoque, ſed quibus in juventa non fuere [2] nati, decidere in ſenecta, & mox renaſci certum eſt. [3] Zanclen Samothracenum civem, cui renati eſſent poſt centum & quatuor annos, Mutianus viſum à ſe prodidit. [b] Cætero maribus plures, quam fœminis, in homine, pecude [4] caprive. [c] Timarchus Nicoclis filius Paphii, [d] duos ordines habuit maxillarum. Frater ejus non mutavit primores, ideoque prætrivit. Eſt exemplum [5] dentis, homini & in palato geniti. At canini amiſſi caſu aliquo, nunquam renaſcuntur. [e] Cæteris ſenecta [6] rubeſcunt, equo tantum candidiores fiunt. Ætas veterinorum dentibus [7] indicatur. Equo ſunt numero XL. Amittit triceſimo menſe primores utrinque binos: ſequenti anno totidem proximos, cum ſubeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui ſexto anno

1 ſubantibus. *M. & Tol.*

2 nati. Decidere. *M.*

3 Zanclem, Samothracem, cui, &c. Civem *quidem in Tol. deeſt.*

4 capris, ſuo. V. & *Pint. & Ariſt. cap. 3. l. 2. hiſt.*

5 Dentes homini & palató gigni. *M.*

6 rufeſcunt. *Ch.*

7 judicatur. *Ch.*

primo fere primum decidunt. Plautus in Mænech.

Quot eras annos natus, cum te pater à patria avehit?

M. Septennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum.

Idem in Mercatore,

----puer eſt ille quidem ſtulta:

Nam illi quidem haud ſane diu eſt, cum dentes exciderunt.

Dalec.

a *Maxillares, &c.*] Hoc falſum eſſe, vide apud Veſalium cap. 11. libro 1. *Idem.*

b *Cætero maribus plures*] Falſum hoc ex Ariſtotelis fide Plinius tradit. *Idem.*

c *Timarchus Nicoclis filius Paphii.*] Scribendum reor, *Timarchus Nicoclis filius pater duos, &c.* Pollux lib. 2. cap. dentibus: *Nicoclis autem Cyprii pater, ad quem Athenienſis ſophiſta moralia ſcripſit præcepta, Timarchus nomine, duplicem ordinem dentium habuit.* Pronomen *illius* adjecit Plinius, quaſi clari principis & celebrati monumentis tanti Oratoris. *Pint.*

d *Duos ordines habuit, &c.*] De Mithridatis filia id quoque Valerius ſcribit lib. 1. de miraculis. *Dal.*

e *Cæteris ſenecta rubeſcunt: equo tantum, &c.*] Scribendum exiſtimo *liveſcunt*, non *rubeſcunt*: ut illud Ovidianum de Invidia:

-----livent rubigine dentes.

Ariſtoteles lib. 2. cap. 3. *Agitur certe in equis contra atque in cæteris animalibus: cum enim cæteris in ſenectute dentes nigreſcant, equo candidiores redduntur.* Pint.

a *Erum-*

anno renaſcuntur. Septimo omneis habet & renatos, & immutabiles. Equo caſtrato prius, non decidunt dentes. Aſinorum genus triceſimo menſe ſimiliter amittit, deinde ſenis menſibus. Quod ſi non prius peperere quam decidant poſtremi, ſterilitas certa. [1] Boves bimi mutant, [2] Suibus decidunt nunquam. Abſumta hac obſervatione, ſenectus in equis, & cæteris veterinis, intelligitur [3] dentium brochitate, ſuperciliorum canitie, & circa ea lacunis, cum ferè XVI. annorum exiſtimantur. Hominum dentibus quoddam ineſt virus. Namque & ſpeculi nitorem ex adverſo nudati hebetant, & columbarum fœtus implumes necant. Reliqua de iis in generatione hominum dicta ſunt. [a] Erumpentibus [4] morbi corpora [5] infantium accipiunt. Reliqua animalia, quæ ſerratos habent, ſæviſſima dentibus. Linguæ non omnibus eodem modo. [b] Tenuiſſima ſerpentibus & triſulca, vibrans, atri coloris, & ſi extrahas, prælonga: lacertis bifida & piloſa: vitulis quoque marinis duplex: ſed ſupra dictis capillamenti tenuitate: cæteris ad circumlambenda ora. Piſcibus paulo minus quam tota adhærens, crocodilis tota. Sed in guſtatu, linguæ vice carnoſum aquatilibus palatum. Leonibus ac pardis, omnibuſque generis ejus, etiam felibus, [6] imbricatæ aſperitatis, ac limæ ſimilis, attenuanſque lambendo cutem hominis. [7] Quæ cauſa etiam [8] manſuefacta, ubi ad vicinum ſanguinem pervenit [c] ſaliva, invitat ad rabiem. De purpurarum linguis

1 Bubus bis mutantur. M. *Ariſt. lib. 6. hiſt. cap. 21. vulgatam probat.* Boves bimutant. *Ch.*

2 Suibus non decidunt unquam. *Ch.*

3 dentium rubore, bronchitate. V.

4 morbos. *Dal.*

5 infantiæ. M. infantia. V. infantium. *Ch.* ſæviſſime dentiunt. *Ch.*

6 muricatæ. V.

7 Qua de cauſa etiam manſuefactorum ubi ad vicinum ſanguinem pervenit ſaliva, invitat. *Sic lego.*

8 manſuefactam. M. *& Ch.*

a *Erumpentibus morbi corpora, &c.*] Hippocrates Aphoriſ 25. 3. *Dalec.*

b *Tenuiſſima ſerpentibus & triſulca.*] Plautus in Aſinaria;

Fac proſerpentem beſtiam duplicem ut habeam linguam.

In Pœnulo,

Qui noſtra veniſti huc tentatum magalia,

Biſulca lingua, quaſi proſerpens beſtia.

In Perſa:

Tanquam proſerpens beſtia bilinguis eſt, & ſceleſtus.

Ariſt. quidem lib. 2. de part. animal. cap. ult. biſulcam linguam ſerpentibus tribuit, non triſulcam. *Idem.*

c *Saliva, invitat ad rabiem.*] Si ira concitati, ut dum Venere ſtimulantur, aut

guis diximus. [a] Ranis prima cohæret, intima abſoluta à gutture, qua vocem [1] mittunt. Mares tum vocantur ololygones. Stato id tempore evenit, cientibus ad coitum fœminas. Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces, palpitante ibi lingua ululatus [2] ejicitur. Tunc extenti buccarum ſinus perlucent, oculi flagrant labore [3] perpulſi. Quibus in [4] poſteriori parte aculei, iis & dentes & lingua. Apibus etiam prælonga, eminens & cicadis. Quibus aculeus in ore fiſtuloſus, iis nec lingua nec dentes. Quibuſdam inſectis intus lingua ut formicis. [5] Cæterum lata elephanto præcipue. Reliquis in ſuo genere ſemper abſoluta: homini tantum ita ſæpe conſtricta venis, [b] ut intercidi eas neceſſe ſit. Metellum Pontificem adeo inexplanatæ fuiſſe accepimus, ut multis menſibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere. Cæteris [c] ſeptimo ferme anno ſermonem exprimit. Multis vero talis ejus ars [6] contingit, ut avium & animalium vocis [7] indiſcrete edatur imitatio: intellectus ſaporum eſt cæteris in prima lingua, homini & in palato. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas, [d] uvæ nomine, ultimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua, [8] epigloſſis appellata, nulli ova generantium. [9] Opera ejus gemina, duabus [10] interpoſitæ fiſtulis. Interior [11] earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. [e] Hanc operit in epulando, ne

1 mittunt mares cum, &c. *M.* & *Ch.* *Alii* quam mittunt vocant ololygonem. *Ex Ariſt. lib. 4.* *hiſtor. cap. 9.*
2 editur. *M.* elicitur. V. & *Ch.*
3 perculſi. V.
4 poſteriore p. a. & his. *Ch.*
5 Veterinis lata, elephanto perexigua. *Tint. ex Ariſt. cap. 6. lib. 2. hiſt.*
6 contigit. V.
7 indiſcrete. V. diſcrete. *Ch.*
8 Epig. appell. *in M. deeſt,* & *Ch.*
9 Opercula. V.
10 interpoſita. *Ch.*
11 Exterior. V.

aut devorato animali venenato, putrive carne contrectantium cutem lambendo radant *Dalec.*

a *Ranis prima cohæret, &c.*] Lege: *Ranis prima cohæret, intuma abſoluta à gutture, qua vocem mittunt mares, cum vocantur Ololygines. Stato tempore, &c.* Salmaſ. 1318. a.

b *Vt intercidi eas neceſſe ſit.*] In Ancynogloſſo morbo. *Dalec.*

c *Septimo ferme anno, &c.*] Cum tardiſſime. *Idem*

d *Vva nomine.*] Gurgulionis potius. Morbi nomen uva eſt. *Idem.*

e *Hanc operit in epulando, ne ſpiritu & voce illac meante.*] Neceſſaria eſt hoc loco diligentior attentio: hæc ſi adhibita ſit, non diſplicebit, puto, commentum

ne ſpiritu [1] ac voce illac meante, ſi potus cibuſve in alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera [2] exterior [3] appelletur ſane gula, qua cibus atque potus [4] devoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, is ad ventrem Hanc per vices operit, cum ſpiritus tantum aut vox commeat, [a] ne reſtagnatio intempeſtiva [5] alvi obſtrepat. Ex cartilagine & [b] carne arteria, gula [6] [c] nervo & carne conſtat. Cervix nulli, niſi quibus utraque hæc. Cæteris collum, [d] quibus tantum gula. Sed quibus cervix, è multis [e] vertebratiſque orbiculatim oſſibus [7] flexilis ad circumſpectum [f] articulorum nodis jungitur. Leoni tantum, & lupo, & hyænæ, ex ſingulis rectiſque oſſibus [8] rigens. Cætero [g] ſpinæ annectitur, ſpina lumbis, oſſea: ſed tereti ſtructura, per media foramina à cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſe ei naturam, quam cerebro, colligunt: quoniam prætenui ejus membrana modo inciſa ſtatim expiretur. Quibus longa crura, iis longa & colla. Item aquaticis, quamvis brevia crura habentibus: [9] ſimili modo uncos ungues. Guttur homini tantum & ſuibus

1 & voce illa. *Ch.*

2 interior. *V.*

3 appellatur. *Ch.*

4 devolant. *Ch.*

5 alimenti obrepat. *Dal. Alii*, irrumpat.

6 è nervo. *Ch.*

7 flexitilis. *M.*

8 riget. *Dal.*

9 *Alii reponendum monent* diſſimili, *ut antea legebatur, nec aliter in V.*

rum noſtrum. Exiſtimo verba hæc, ordine turbato ſcripta eſſe, ſcribendaque ad hunc modum, *Exterior earum appellatur arteria, ſpiritu, ac voce illa meante, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſi potus cibuſve alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera interior eſt, appellatur ſane gula, qua cibus atque potus devoratur. Tendit hac ad ſtomachum, deinde in ventrem. Hanc per vices operit, cum ſpiritus tantum aut vox commeat, ne reſtagnatio alicui intempeſtiva obſtrepat.* Hoc pacto ſi legas, par ordo ſervabitur in deſcribenda utraque fiſtula à præſtantiſſimo ſcriptore. Nam primum nomen & ſitus indicatur. Secundo, quid per utramque commeet. Tertio, quo tendant. Quarto & ultimo, quando & cui uſui ab epiglottide operiatur. Porro emendavi, *Illa meante*, pro *illac meante*, ex vetere lectione. *Pint.*

a *Ne reſtagnatio intempeſtiva*] Recurſus cibi è ventriculo in fauces & os redundatio, per vomitum rejectio. *Dalec.*

b *Carne arteria*] Carnoſa tunica. *Idem.*

c *Nervo & carne conſtat.*] Membranoſa carne. *Idem.*

d *Quibus tantum gula.*] Ut piſcibus *Idem.*

e *Vertebratis orbiculatim, &c.*] Κύβως Arrianus poëta dixit, ἀςραγάλυς Tryphiodorus, Hadrian. Jun. cap. 4. 2. *Idem.*

f *Articulorum nodis jungitur.*] Lucilius 4. Satyrarum, de corpore hominum:

Hæret verticulis adfixum in poſteriore
Parte, atque articulis: nobis talus, atque genus eſt.

Idem.

g *Spina.*] Metaphreno. *Idem.*

a *Intu-*

bus [a] intumeſcit, aquarum quæ potantur [b] plerumque vitio. Summum gulæ fauces vocantur, [1] extremum ſtomachus. Hoc nomine eſt ſub arteria jam carnoſa inanitas adnexa ſpinæ [2] ad latitudinem ac longitudinem [3] lagenæ modo fuſa. Quibus fauces non ſunt, ne ſtomachus quidem eſt, nec colla, nec guttur, ut piſcibus, & ora ventribus junguntur. [c] Teſtudini marinæ lingua nulla, nec dentes: roſtri acie comminuit omnia. [4] [d] Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modum [5] rubi, ad conficiendos cibos [6] decreſcentibus crenis [7] quicquid appropinquat ventri. Noviſſima aſperitas, ut ſcobina fabri. Cor animalibus cæteris in medio pectore eſt homini tantum infra lævam papillam, turbinato [8] mucrone in priora eminens. Piſcibus ſolis ad os ſpectat. Hoc primum naſcentibus formari in utero tradunt: deinde cerebrum, ſicut tardiſſime oculos. Sed hos primum emori, cor noviſſime. Huic præcipuus calor. Palpitat certe, & quaſi alterum [9] movetur animal, intra præmolli firmoque opertum membranæ [e] involucro, munitum coſtarum & pectoris muro, [10] ut pariat præcipuam vitæ cauſam & origi-

1 poſtremum. *M.*

2 *etiam M.* in longit. ac latit. lag. mo. effuſa. V.

3 lacunæ modo fuſæ. *M.* lacunæ, &c. *Ch.*

4 poſt arteriam eſt. V.

5 tubi. V.

6 deterentibus. *Alii.* *Alii*, diſpeſcentibus.

7 quo magis ap. V.

8 mucrone priore. *M.*

9 movetur intra animalia præmolli, &c. *Ch.* mo. intra animal. præm. *M. Lego*, alterum intro movetur anima præm. &c.

10 ut par erat. *Alii*, ut pareat. *Ch.*

a *Intumeſcit.*] Morbo Bronchocele. *Dalec.*

b *Plerumque vitio.*] Præſertim auctore Vitruvio, apud Equicolas Italiæ, & & Medullos Alpinos, vulgo *Miollans*, & *la vallée de Tarentaiſe.* Juvenal. Satyr. 13.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus.

Idem.

c *Teſtudini marina lingua nulla.*] Hæc ad ſuperiora pertinent, ubi de dentibus agitur. *Idem.*

d *Poſtea arteria & ſtomachus.*] Legendum videtur, *poſt arteriam ſtomachus.* Nam ut ex verbis Ariſtotelis lib. 1. c. 16. patet, priorem locum arteria obtinet, poſteriorem ſtomachus. Illud vero noſcendum, tractationem hanc ſtomachi & corruptam apud Plinium, & interruptam haberi, verbis partim depravatis, partim alienis falſiſque intermiſtis, ut totus hic locus ſic fortaſſe emendatius ſcribi poſſit: *Summum gulæ fauces vocantur, poſtremum ſtomachus. Hoc nomen etiam, jam carnoſa inanitas, adnexa ſpina, ad latitudinem ac longitudinem lagena modo fuſa. Eſt autem denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis, quicquid appropinquat ventri. Noviſſima aſperitas, ut ſcobina fabri. Quibus fauces non ſunt, ne ſtomachus quidem eſt, nec colla, nec guttur, ut piſcibus, ſed ora ventribus junguntur. Cor animalibus, &c.* Pint.

e *Involucro.*] Pericardio. *Dalec.*

a *Ani-*

[1] originem. [1] Prima domicilia intra ſe [a] animo & ſanguini præbet, [b] ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino: ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ [2] in priora & terga diſcurrunt, [3] ſparſæque ramorum ſerie, per alias minores [4] omnibus membris vitalem ſanguinem rigant. Solum hoc viſcerum vitiis non maceratur, nec ſupplicia vitæ trahit: læſumque mortem illico affert. Cæteris corruptis, vitalitas in corde durat. Bruta exiſtimantur animalium, quibus durum riget: audacia, [c] quibus parvum eſt: pavida, quibus prægrande. Maximum autem eſt portione muribus, lepori, aſino, cervô, pantheræ, muſtelis, hyænis, & omnibus [5] timidis, aut [6] propter metum maleficis. [d] In Paphlagonia bina perdicibus corda. [e] In equorum corde & boum oſſa reperiuntur interdum. Augeri id per ſingulos annos in homine, [7] ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non vivere hominem ultra centeſimum annum defectu cordis, Ægyptii exiſtimant, quibus

mos

1 originem primam. Domic. Cb.

2 in prorſa. M. & Cb.

3 ſparſaque. Cb.

4 omnia membra Vitali ſanguine.

5 timidis nimia, aut. M. Lego, timidis ac minimis.

6 præter. V.

7 & ad binas. Tol.

a *Animo.*] Τῷ θύμῳ. Medici in eo ſitum eſſe τὸ ὀργανιστικὸν putant, ut in capite. λογιστικὸν, id eſt, νοῦν mentem quam ab animo dividunt. Virg. 6. Æneid.

----- *magnam cui mentem animumque*
Delius inſpirat vates.

Catullus,

Mens animi tantis fluctuat ipſa malis.

Turneb. cap. 44. 28. *Dalec.*

b *Sinuoſo ſpecu & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino.*] Aliquot hic ſuſpicor verba librariorum incuria omiſſa. Nam cum ſit locus manifeſte ab Ariſtotele tralatus, diverſam refert ſententiam. Forte igitur Plinius ſic ſcriptum reliquit: *Sinuoſo ſpecu & in magnis animalibus triplici, in minoribus gemino, in nullo non aliquo.* Ariſtoteles libro tertio, capite etiam tertio: *Habent intra ſe corda omnia ſinum triplicem, ſed magnitudine varia: minutiſſimorum enim animalium ſinus arctiores ſunt, ita ut unus qui amplior eſt, vix conſpici poſſit, reliqui ſenſum effugiant. Mediocrium animalium ſecundus, etiam conſpicuus eſt. Maximorum perſpici omnes poſſunt.* Et libro De partibus animalium tertio, capite quarto: *Ventriculum triplicem cor magnorum animalium habet, duplicem minorum, unum ad poſtremum; nullumque eſt quod ſine ullo ventriculo conſtet.* Pint.

c *Quibus parum eſt.*] Σπλάγχνον & ἀσπλαγχνίδας veteres vocarunt, κατ' ἐξοχὴν. Hinc ἄσπλαγχνος, timidus: εὔσπλαγχνος, virilis, ſtrenuus. Rhodig. cap. 16. 14. *Dalec.*

d *In Paphlagonia bina, &c.*] De hac re Rhodiginus loco citato. *Idem.*

e *In equorum corde & boum, &c.*] Cervorum, & omnium prægrandium animalium. *Idem.*

a *Hir-*

1 Hirto. *Alii, & Cb.* mos eſt cadavera aſſervare medicata. [1] [a] Hirſuto corde gigni quoſdam homines proditur, neque alios [2] fortioris eſſe induſtriæ, ſicut Ariſtomenem Meſſenium, [b] qui ccc. occidit Lacedæmonios. Ipſe convulneratus & captus, ſemel [3] [c] per cavernam latomiarum evaſit, anguſtos vulpium aditus ſecutus. Iterum captus, ſopitis cuſtodibus ſomno, ad ignem advolutus lora cum corpore exuſſit. [d] Tertio capto Lacedæmonii pectus diſſecuere [4] cauſa videndi, [e] hirſutumque cor repertum eſt. In corde ſummo pinguitudo eſt quædam lætis extis. [f] Non ſemper autem in parte extorum habitum eſt. L. Poſthumio Albino Rege ſacrorum poſt centeſimam [5] viceſimam tertiam Olympiadem, [g] cum rex Pyrrhus ex Italia diſceſſiſſet, cor in extis aruſpices inſpicere cœperunt. Cæſari Dictatori, quo die primum veſte purpurea proceſſit, atque in ſella aurea

2 fortiores eſſe induſtria. V.

3 per cavernas lautumiarum evaſit, anguſtias vulpium, &c. *M. & Cb.*

4 viventi. *V. alii Cod. & Cb.*

5 viceſimam ſextam. *Tol. & meum & Ch.*

a *Hirſuto corde gigni, &c.*] Valer. Max. cap. ult. lib. 1. *Dal.*

b *Qui* ccc. *occidit Lacedæmonios.*] Qui ter Hecatomphonia, centum Laconibus ter in prælio occiſis, Jovi Itomatæ, veteri Meſſeniorum inſtituto, fecit. Pauſan. in Meſſen. Plutarchus in Romulo, Poliænus lib. 2. Stratag. Clemens Alexandrinus in Protrep. Leopardus cap. 19. lib. 6. *Idem.*

c *Per cavernam latomiarum evaſit.*] Scribendum, *Lautumiarum*, haud *Latomiarum*, tum ex Toletano & Salmanticenſi apographis, tum ex Livio ſexto & vigeſimo volumine; ſed evidentiſſime ex Seneca noſtro, lib. declam. 9. declamat. 4. extra controverſiam de Sabino quodam: *Ille etiam*, inquit, *cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, ne nunc, inquit, quemquam veſtrum decipiat nomen: Lautumia illa, minime lauta res eſt. Jocabatur in miſeriis & periculis ſuis. In quibus non debuiſſe, quis neſcit? potuiſſe, quis credit?* Nec ignoro quæ de hac dictione ab indoctis & elementariis grammaticis afferantur. *Pintian.* *Per cavernam, &c.*] Conjectum εἰς καιάδα, ſcribit Pauſan. Fuit autem καιάδας Lacædemoniis σπήλαιόν τι καὶ δεσμωτήριον, εἰς ὅπερ κακούργους ῥίπτειν, εἰσβάλλειν, ἀπάγειν, εἰώθασιν. Nam καιάδες, foſſæ, hiatuſque ſunt, ῥωχμοὶ καὶ ὀρύγματα, terræ motu recluſi, οἱ καῖοι· unde Homero feræ ὀρεσκῷοι dicuntur. Rhodig. cap. 9. 17. *Dalec.*

d *Tertio capto Lacedæmonii, &c.*] Pauſanias lib. 4. extremum diem Rhodi apud Damagetum Ialyſi regem, cui tertiam filiam nuptum dederat, ſcribit. *Idem.*

e *Hirſutumque cor repertum eſt.*] Idem ſcribitur in Hermogene Rhetore, Leonida, Lyſandro, cane Alexandri. De fatuo ſcribit Plato: ἀνδραποδώδεις ἔχειν ἐπὶ τῆς ψυχῆς τρίχας. Rhod. ibid. *Idem.*

f *Non ſemper autem in parte, &c.*] Qua religione & ceremonia aruſpex, flamen, ſacerdos, cultro ferreo, oblongo (Feſtus *ciunaculum* vocat) exta divideret, ac diſpicienda ſibi retegeret: vide apud Alex. ab Alex. c. 17. 4. *Idem.*

g *Cum rex Pyrrhus, &c.*] Valer. Max. lib. 1. cap. 6. de prodigiis. *Idem.*

a *Pulmo*

aurea [1] ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit. Unde quæſtio magna de divinatione argumentantibus, potueritne ſine [2] ullo viſcere hoſtia vivere, an ad tempus amiſerit? Negatur cremari poſſe in iis, qui cardiaco morbo obierint: negatur & veneno interemptis. Certe extat oratio Vitelli, qua reum Piſonem ejus ſceleris coarguit, hoc uſus argumento: palamque teſtatus, non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris cremari. Contra genere morbi defenſus eſt Piſo. [3] Sub eo [a] pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco ſpongioſus, ac fiſtulis inanibus cavus. Pauca eum (ut dictum eſt) habent aquatilia [4] ac cætera ova parientia exiguum, ſpumoſum nec ſanguineum: ideo non ſitiunt. Eadem eſt cauſa, quare ſub aqua diu ranæ & phocæ urinentur. Teſtudo quoque, quamvis prægrandem & ſub toto tegumento habeat, ſine ſanguine tamen habet. Quanto minor hic corporibus, tanto velocitas major. Chamæleonti portione maximus, & nihil aliud intus. Jecur in dextra parte eſt. In eo quod [b] caput extorum vocant,

1 inſedit. V.
2 illo.
3 ſuper eo. Dal.
4 ac. Dal.

a *Pulmo eſt.*] Tumorem & animi faſtum in pulmone veteres collocarunt: unde Græcis μέγα πνεῖν: & proverbium, *De pulmone revellere*, id eſt, ſtultam & arrogantem opinionem animo eximere. Perſius:

Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.

Eraſm. in Chiliad. Plaut. in Epid.

Dii immortales otioſe iſſe admiror pedibus pulmoneis,
Qui probitet prius veniſſe, quam tu adveniſti mihi.

id eſt, molliſſimis, tardiſſimis. Theocr. Eidil. 25.

Μεσσηγὺς δ' ἔβαλον στήθεων, ὅτι πνεύμονος ἕδρα.

Dalec.

b *Caput extorum vocant.*] Summam & altiſſimam hepatis fibram ita vocant. Vide Alex. ab Alex. cap. 25. 5. Id geminum vel impenſe auctum, vel fibra introrſum replicata contractum, fœlicia promittebat, triſtia vero luridum, ſanioſum, puſtuloſum, coctura tabeſcens, quovis modo vitioſum. *Fibrum* Varroni, extremum: inde veſtimentorum fimbriæ, & fibra, extremum in jecore, quod *extorum caput* auctor vocat. Perſ. Satyr. 2.

Rem ſtruere exoptas caſo bove, Mercuriumque
Accerſis fibra.

Fiſſum etiam *jecoris*, haruſpicum vocabulum fuit: nempe rima, unde profertur vena, quæ partuum umbilico inſeritur. Hinc *fiſſiculare exta*, vel extorum proſicia Apulejo & Martiano: nempe rimari, contemplari, θυοσκοπεῖν, καρδιουλκεῖν, Luciano. *Scalig.* In extis vero proſecta, & proſicia, partes quæ coctæ & reciſæ diis offerebantur. *Nonius.* Turn.

vocant, magnæ varietatis. M. Marcello circa mor-
1 exitu. *M. prave.* tem, cum periit ab Annibale, defuit in [1] extis. Sequenti deinde die geminum repertum eſt. Defuit & C. Mario, cum immolaret Uticæ: item Cajo principi Kalend. Januariis, cum iniret Conſulatum, quo anno interfectus eſt: Claudio ſucceſſori ejus, quo menſe interemptus eſt veneno. Divo Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ
2 ſex, *in M. deeſt.* die, [2] ſex victimarum jecinora replicata intrinſecus
3 una. V. ab [3] ima fibra reperta ſunt: [4] reſponſumque dupli-
4 viſum tum quoque eſt. V. caturum intra annum imperium. Caput extorum triſtis oſtenti [a] cæſum quoque eſt, præterquam in ſolicitudine ac metu. Tunc enim perimit curas.
5 Prilietum. Bina jecinora leporibus [b] circa [5] Briletum & Tharnen, & in Cherroneſo ad Propontidem. Mirumque, tranſlatis alio interit alterum. In eodem eſt fel, non omnibus datum animalibus. In Eubœæ Chalcide nullum pecori. In Naxo prægrande geminumque, [6] ut prodigii loco utrunque advenæ.
6 & prod. loc. utr. fit advenis. V. [c] Equi, muli, aſini, cervi, capræ, apri, cameli, delphini,

c.39.26. Apud Feſtum exta vel muta ſunt, è quibus nihil reſponſi aut divinationis elicitur: vel adjutoria, quæ quidpiam indicant. Hic autem extorum ſignificatio de hepate ſolo accipienda eſt: non enim vel abſque jecinore hoſtiæ inventæ ſunt, vel cum duplici: ſed in prima hoſtia Marcelli jecinoris caput defuit: in ejuſdem ſecunda duplex repertum eſt. Plutarchus in Marcello, Valerius lib. 1. c. 6. de prodigiis. *Dal.*

a *Cæſum quoque eſt.*] Cultro victimarii tactum ac vulneratum. *Idem.*

b *Circa Briletum.*] Circa Biſaltiam, Theopompus apud Athenæum lib. 6. *Idem.*

c *Equi, muli, aſini, cervi, capræ, apri, cameli, delphini, non habent.*] Capras fel non habere, falſum eſt, docente id vel Plinio libro vigeſimo octavo, capite decimo. Idcirco legendum videtur, *capreæ.* haud *capræ.* Ariſtoteles lib. ſecundo, capite quinto decimo: *Fel aliis adnectitur jecori, aliis minime. Ex genere enim quadrupedum quæ animal generant, cervo & damæ deeſſe notatum eſt, atque etiam equo, mulo, aſino, vitulo marino, & murium nonnullis.* Item libro quarto de partibus animalium, cap. 2. *Quædam felle omnino carent, ut equus, mulus, aſinus, cervus, dama. Camelus non diſcretum, ſed venulis quibuſdam confuſum habet. Vitulus etiam marinus caret: & inter piſces marinos delphinus.* Porro damam ex genere caprearum ſilveſtrium, Plinius ſupra retulit libro octavo, cap. 54. At Dioſcorides libro ſecundo, cap. 69. fel habere tradit, & inunctum ſanare luſcioſos. Illud quoque animadvertendum, apri, quem Plinius inter animalia felle carentia enumerat, nullam inveniri in Ariſtotele mentionem. E contrario Ariſtoteles vitulum marinum fel habere negat: Plinius paulo poſt fel habere tradit. Sed *apri* nullo modo legi poſſe liquet ex Dioſcoride, qui loco ci-

cato

phini, non habent. Murium aliqui habent. Hominum paucis non eſt, quorum valetudo [1] firmior & vita longior. Sunt qui equo non quidem in jecore eſſe, ſed in alvo putent: & [a] cervo in cauda, aut inteſtinis. Ideo tantam habent amaritudinem, [b] ut à canibus non attingantur. Eſt autem nihil aliud, quam purgamentum [2] peſſimi ſanguinis, & ideo in materia ejus eſt. Certe jecur nulli eſt, niſi ſanguinem habentibus. Accipit hoc à corde, cui jungitur: funditque in venas. [c] Sed in felle nigro inſaniæ cauſa homini, [d] morſque toto reddito. Hinc & in mores crimen, bilis nomine. Adeo magnum eſt in hac parte virus, cum ſe fundit in animum. Quin & [3] toto corpore vagum, [e] colorem quoque oculis aufert: illud quidem redditum, etiam ahenis: nigreſcuntque contacta eo: ne quis miretur id venenum eſſe ſerpentium. Carent eo, qui [4] abſinthium [5] veſcuntur in Ponto. [f] Sed renibus & parte tantum altera

1 firma. *M.*

2 peſſimuſque ſanguis. *M.* peſſimumque. *Ch.* peſſimum. *V. quod placet: fel enim atque optimi atque peſſimi ſanguinis excrementum eſt.*

3 toto vagum corpore. *M.*

4 abſinthio. *M.*

5 paſcuntur. V.

tato ſuem fel habere prodit, & ex Plinio libro vigeſimo octavo, capite decimo, ubi in uſibus medicinæ utile eſſe fel apri indicat. Quo pacto igitur curandum hoc carcinoma? Nempe ut permutatis ſedibus, in locum aprorum vituli marini commeent, & apri in vitulorum marinorum. Sic fiet ut Plinius non diſſentiat ab Ariſtotele: &, quod pejus eſt, à ſeipſo. *Pint.*

a *Et cervo in cauda.*] De Achaino tantum id Ariſt. c. 15. 2. hiſt. *Dalec.*

b *Ut à canibus non attingantur.*] Falſum id eſſe, docent venatores, qui capto cervo, in more habent ejus viſceribus, inteſtinis, ſanguine canes cibare, id quod dicunt, *faire la curée.* Idem.

c *Sed in felle nigro inſania, &c.*] Plaut. in Amphit.

---- Delirat uxor. SO. *Atra bile percita eſt:*
Nulla res tam delirantes homines concinnat cito.

Idem in Capt.

---- ardent oculi: fune opus, Hegio.
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem.

Idem.

d *Morſque toto reddito.*] Hippocrates Aphoriſ. 24. 4. *Idem.*

e *Colorem quoque oculis aufert.*] Plaut. in Menæch.

Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur color.
Ex temporibus atque fronte? ut oculi ſcintillant? vide.

Et paulo poſt:

Ut pandiculans oſcitatur? quid faciam mi pater?

In Curcul.

Quis hic eſt homo cum collatino ventre, atque oculis herbeis.

Idem.

f *Sed renibus & parte tantum altera inteſtino jungitur in corvis, coturnicibus, phaſianis: quibuſdam inteſtino tantum, ut columbis, accipitri, muranis.*] Nulla ratione verbum, *renibus*, tolerari poteſt, quia utitur exemplo avium, quas renibus & veſica carere Ariſtoteles auctor eſt libro ſecundo, capite decimo ſexto, & Plinius

altera inteſtino jungitur in corvis, coturnicibus, phaſianis: quibuſdam inteſtino tantum, ut columbis, accipitri, murænis. Paucis avium in jecore. Serpentibus portione maxime copioſum, & piſcibus. Eſt autem pleriſque toto inteſtino, ſicut accipitri, milvo. Præterea [1] in jecore eſt & [2] cetis omnibus: [3] vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Aruſpices id Neptuno & [4] humoris potentiæ dicavere: [a] geminumque fuit Divo Auguſto, quo die apud Actium vicit. [b] Murium jecuſculis fibræ ad numerum Lunæ in menſe [c] congruere dicuntur totidemque inveniri, quotum lumen ejus ſit. Præterea bruma increſcere. Cuniculorum [5] exta in Bætica ſæpe gemina reperiuntur. Ranarum rubetarum altera fibra à formicis non attingitur, propter venenum ut arbitrantur. [d] Jecur maxime, vetuſtatis patiens, centenis durare annis, obſidionum exempla prodidere. Exta ſerpentibus & lacertis longa. Cecinæ Volaterrano dracones emicuiſſe de extis

læto

1 in pectore eſt. *Ch.*

2 cæteris avibus. *M.* & *Ch.* cæteris animalibus. *V.*

3 aptis quidem ad. *Pint.* vituli marini fel non habent. *Ariſt.*

4 Junonis. *M.*

5 exta in *M.* deſt.

Plinius infra cap. 33. De reliquo locus eſt lacunoſus & lacer, in quo partim verba de ſunt, partim in ditionem alienam migrarunt, partim etiam redundant. Qua enim ratione Plinius columbas & accipitres avium ſpecies, murænis piſcibus conjunxiſſet? Legi itaque verius poſſet, *Sed avibus ex parte tantum ventri: aliis inteſtino jungitur, ut columbis, corvis, coturnicibus, phaſianis.* Nam de accipitre mox paulo, ob idque ſupervacaneam eſſe eam dictionem putaverim. Ariſtoteles libro ſecundo, capite quintodecimo: *Quod etiam in avibus pari modo perſpectum eſt: aliis enim ventri, aliis inteſtino jungitur, ut columba, corvo, coturnici, hirundini, paſſeri: aliis jecori ſimul & ventri, ut capricipiti: aliis jecori ſimul & inteſtino, ut accipitri, milvo.* Pintian.

a *Geminumque fuit Divo Auguſto.*] Arato ſacrificanti idem cum accidiſſet, aruſpex vaticinatus eſt reconciliatas iri civium diſſenſiones, quod eventu veriſſimo conſequutum eſt. *Alex. ab Alex. cap. 25. 5.* Fellis magnitudo in extorum obſervatione fortunata omnia feliciaque promittit. *Dalec.*

b *Murium jecuſculis fibræ.*] Plutarch. Quæſt. 5. 4. Sympoſ. non de quovis mure id ſcripſit, ſed de Mygale, id eſt, Araneo mure: quem Ægyptii venerabantur quia cæcus ſit, tenebras luce priores & antiquiores exiſtimantes: deinde quod ſolus è muribus ætate quinta naſcatur, id eſt, novilunio: & quod ſeneſcente Luna jecur ejus minuatur. *Idem.*

c *Congruere dicuntur, &c.*] Vide infra cap. 4. lib. 29. *Idem.*

d *Jecur maxime, &c.*] Turnebus cap. 23. lib. 20. adverſ. adnotavit hunc locum ſuſpectum eſſe, nec tamen reſtituere potuit. *Idem. Jecur maxime, &c.*] Sic lege: *Jecur vetuſtatis maxime patiens: centenis durare annis Oxyrynthon exempla prodidere.* Vide Salmaſ. 1315. a.

a *Exta*

læto prodigio traditur: & profecto nihil incredibile ſit, exiſtimantibus, Pyrrho regi, quo die periit, præciſa hoſtiarum capita repſiſſe, ſanguinem ſuum lambentia. [a] Exta homini ab inferiore viſcerum parte [1] ſeparantur [b] membranis, quæ [c] præcordia appellant, quia cordi [2] prætenduntur, quod Græci appellaverunt phrenas. [d] Omnia quidem principalia viſcera, [e] membranis propriis, ac velut vaginis incluſit providens natura: in hac fuit & peculiaris cauſa vicinitas alvi, ne [3] cibo ſupprimeretur animus. Huic certe refertur accepta ſubtilitas mentis: [f] ideo nulla eſt ei caro, ſed nervoſa exilitas. In eadem præcipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum, [4] ad quas ſubit, non alibi tenuiore cute humana, ideo ſcabendi dulcedine ibi [5] proxima. Ob hoc in præliis gladiatorumque ſpectaculis mortem cum riſu trajecta præcordia attulerunt. [g] Subeſt venter ſtomachum habentibus,

cæte-

1 ſeparant membrana, quæ. *Ch.*

2 prætenditur. *Pint.* quia à corde prætenditur. *Ch.*

3 cibis. *V.*

4 *Id falſum. Subit enim ad ſextam coſtam. Lege,* ad quas fere ſubit.

5 præcipua. *V.*

a *Exta homini ab inferiore.*] Exta non viſcera quævis ſunt, ſed ſupra præcordia, cor & pulmo; quod in ſuo ſitu extant, id eſt, infra præcordia, ventriculus, jecur, lien. quod aliis, ut renibus, veſicæ, lactibus, utero, ſuperpoſita ſint. Non ergo præter rem Plinius inferiorem hic viſcerum partem dixit. Chifletius legit, *ab interiore*, quod non probo. *Dalec.*

b *Membranis quæ præcordia appellant.*] Vetus lectio correctius *Membrana* habet, non *Membranis*. Nam ſeptum tranſverſum à Græcis diaphragma appellatum, una duntaxat eſt, non plures membranæ. *Pint.*

c *Præcordia appellant.*] Diſſipium ſive diſſeptum Macrobius vocat cap. 6. lib. 1. in ſomn. De hoc viſcere multa Rhodiginus cap. 12. lib. 4. διάφραγμα & διάζωμα Græci vocant. Grammatici συμπλεῖν εἰς τὸ φρονεῖν, καὶ φλεγμαῖνον παραφρονοῦσαν ποιεῖν credunt, quod negat Hippocrates lib. de ſacro morbo: nullam enim iis ineſſe δύναμιν, ὥστε φρονεῖν καὶ νοεῖν. Idem Ariſtot. 3. de part. animal. οὐκ μετέχειν μὲν τοῦ φρονεῖν, ἀλλ' ἴχνος εἶναι τῶν μετεχόντων, καὶ ἐπίδηλον ποιεῖν τὴν μεταβολὴν τῆς διανοίας: ut omittatur Galeni judicium, lib. τῶν πεπονθ. μορ. & de adminiſtrat. anatomic. Brodæus cap. 14. 5. *Dalec.*

d *Omnia quidem principalia viſcera, membranis propriis ac velut vaginis incluſit providens natura.*] Verbum, *principalia*, adulterinum invectitiumque ducimus, quod omnia viſcera, non tantum principalia membranis natura involverit. Ariſtoteles libro de partibus animalium tertio, capite 11. *Membranis omnia viſcera includuntur, quod tegmine opus eſt, quo illæſa ſerventur.* Idem ſcribit libro De hiſtoria animalium tertio, capite tertiodecimo. *Pint.*

e *Membranis propriis.*] Præter communes. *Dalec.*

f *Ideo nulla eſt ei caro.*] Falſum id eſſe monſtrat Anatome. Septi quidem ambitus nervoſus & membranoſus eſt, media vero pars carnoſa. *Idem.*

g *Subeſt venter ſtomachum habentibus,*

cætera

1 Inteſtinum. *Dal.* inteſtinus enim ab ore incipit & quibúſdam eodem reflectitur. *Ch.*
2 cani. *D.*
3 tacite. *Dal.*
4 ad. M.
5 cibus. Cætero. M.
6 cileos à quo cap. V. illa à quibus, &c. *Alii* V.
7 ad alvum. *Dal.*
8 quædam. V.

cæteris ſimplex, ruminantibus geminus, ſanguine carentibus nullus. [1] Inteſtinis enim quibuſdam ab ore incipiens quadam via eodem reflectitur ut ſepiæ, polypo. In homine adnexus infimo ſtomacho, ſimilis [2] canino. His ſolis animalium inferiori parte anguſtior: itaque & [3] ſola vomunt, quia repleto propter [a] anguſtias ſupprimitur cibus, quod accidere non poteſt iis, quorum ſpatioſa laxitas eum [4] in inferiora tranſmittit. [b] Ab hoc ventriculo lactes in homine & ove, per quas labitur [5] cibus, in cæteris [6] ile: à quibus capaciora inteſtina ad alvum, hominique flexuoſiſſimis orbibus. Idcirco magis avidi ciborum, quibus [7] ab alvo longius ſpatium. Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Aves [8] quoque geminos ſinus habent quædam: unum, quo merguntur recentia, [c] ut guttur: alterum,

cæteris ſimplex, ruminantibus geminus.] Legendum reor, *Ruminantibus quadrigeminus.* Atiſtoteles libro ſecundo, capite 17. *Sed ventris diſſimilitudo. Primum quod quadrupedes vivipara, cornigera, altera maxilla dentata quaternos ejuſmodi habent ſinus, quæ quidem & ruminare dicuntur. Gula enim incipiens ab ore, deorſum tendit ad pulmonem, ſeptumque tranſverſum Hinc ſe ad ventrem applicat majorem, qui parte interiere aſper interceptuſque eſt; ac prope gulæ commiſſuram ſinum ſibi adnexum habet, quem ex argumento reticulum vocant. Eſt enim ventri extrinſecus ſimilis, intus reticulis mulierum implexis, magnitudine multo quam venter minor. Hunc excipit omaſum parte interiere aſperum, cancellatum, cruſtatum, magnitudine reticuli. Abomaſum venter ab eo alius jungitur, magnitudine amplior omaſo, forma oblongior, cancellis intus & cruſtis multis, magnis & lævibus innormatus. Mox inteſtinum jam ſequitur. Cornigera altera maxilla dentata omnia ad hunc modum ſuum habere ventrem certum eſt: ſed differunt inter ſe magnitudine, aut figura, atque etiam quod gula vel in medium ventris tendat, vel in latus vergat. At vero omnia dentata maxilla utraque ventres ſingulos habent, ut homo, canis, ſus, urſus.* Pint.

a *Anguſtias*] Inferioris partis ad pyloron. *Dalec.*

b *Ab hoc ventriculo lactes, &c.*] Lege, *A ventriculo lactes, per quas labitur cibus: cætera, ilia à quibus, &c.* Ineptus quidam addidit margini, in *homine & bove:* quaſi vero lactium, ilium, ſive eilei, & craſſiorum Inteſtinorum non eadem ſtructura ſit, quæ & hominis. Lactes auctor vocat νῆστιν, jejunum & δωδεκαδάκτυλον: Ilia τὸ εἰλεὸν: capaciora, κῶλον τυφλὸν, ἀέθυ His diſtribuitur & ſeparatur cibus ab inutilibus purgamentis. Varro in Prometheo, *Retrimenta cibi quæ exierant per poſticum, evallefecerunt*, id eſt, ejecerunt. Lactes *pantices*, priſco & obſoleto verbo Plautus appellat in Pſeud.

--- improba vini modo cupida eſtis:
Eo vos veſtroſque pantices adeo madefacitis,
Cum ego hic ſim ſiccus.

Apud Feſtum *pantices*, frux ventris. Meſareon vocant medici, & meſentereon. *Idem.*

c *Ut guttur.*] Πρόλοβον Ariſtoteli, inglu-

rum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata, ut gallinæ, palumbes, columbæ, perdices. Cæteræ fere carent eo, [a] ſed gula patentiore utuntur, ut gracculi, corvi, [1] cornices. [b] Quædam neutro modo, ſed ventrem proximum [2] habent, quibus prælonga colla & anguſta, ut porphyrioni. Venter ſolidipedum aſper & durus. Terreſtrium aliis denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim [3] mordacis. Quibus neque dentes utrinque, nec ruminatio, hic conficiuntur cibi, hinc in alvum delabuntur. Media hæc umbilico adnexa in omnibus, in homine [4] ſuillæ infima parte ſimilis, à Græcis appellatur colon, ubi dolorum magna cauſa eſt. Anguſtiſſima canibus, qua de cauſa vehementi niſu nec ſine cruciatu, levant eam. Inſatiabilia animalium quibus à ventre protinus recto inteſtino tranſeunt cibi, ut lupis cervariis, & inter aves mergis. Ventres elephanto quatuor, cætera [5] ſuibus ſimilia: [c] pulmo quadruplo major bubulo. Avibus venter carnoſus calloſuſque. In ventre hirundinum pullis lapilli [6] candido aut [d] rubenti colore, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. Et in juvencarum ſecundo ventre pilæ rotunditate nigricans tophus, nullo pondere: ſingulare, ut putant, remedium ægre parientibus, ſi tellurem non attigerit. [e] Ventriculus atque inteſtina pingui ac tenui omen-

1 coturnices. M.

2 habent. Quibuſdam. *Pint. ex Ariſt. c. ult. lib. 2. hiſt.*

3 mordacis, quibus dentes utrinque nec ruminatio. Hic. M. mordacis. Quib. dentes utrinque nec ruminatio. Hic. *V.*

4 ile inf. par. ſimile ſuillo è Græcis. *V.*

5 ſubus. *Ch.*

6 candidi. M.

ingluviem Latinis priſcis, apud Feſtum, gigerium: Galli vocant *Gizier.* Dalec.

a *Sed gula patentiore utuntur.*] Vel tota vel prope ventrem. Ariſtot. cap. ult. lib. 2. hiſt. *Idem.*

b *Quædam neutro modo.*] Ut paſſeres. *Idem.*

c *Pulmo quadruplo major bubulo.*] Memoriæ lapſus, venia dignus. Nam quod Ariſtoteles de jecore ſcribit, Plinius pulmoni tribuit: niſi quis malit errorem in librarium detorquere. Ariſtoteles libro ſecundo, capite ultimo: *Exta quoque eadem ſuillis proxima, ſed majora. Jecur enim quadruplo majus bubulo eſt, & reliqua pari ratione excepto liene: hic enim minor portione eſt.* Pintianus.

d *Rubenti colore.*] Dioſcoridi alter eſt coloris varii, alter ſinceri. *Idem.*

e *Ventriculus atque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur, præterquam ova gignentibus.*] Secus Ariſtoteles libro quarto De partibus animalium, capite tertio: *Omentum membrana eſt, aut ſevoſa aut adipoſa, ſcilicet utro modo pingueſcere animal ſolet, oritur id de medio*

 ventre,

1 tam cæteris, quam ova gigni. *V. conſentiente Ariſt. lib. 4. cap. 3. & 4. de part. anim.* omento integuntur, [1] præterquam ova gignentibus. Huic adnectitur [a] lien in ſiniſtra parte adverſus jecori, cum quo locum aliquando permutat, ſed prodigioſe. Quidam eum putant ineſſe ova parientibus, item ſerpentibus admodum exiguum: ita certe apparet in teſtudine, & crocodilo, & lacertis; & ra-

2 Cynocephalo. *Parm. prave.* nis. [2] Ægocephalo avi non eſſe conſtat, neque iis quæ careant ſanguine. Peculiare curſus impedimentum aliquando in eo: quamobrem inuritur curſorum laborantibus. Et per vulnus etiam exempto vivere animalia tradunt. Sunt qui putent [b] adimi

3 joci. *V. & M.* ſimul riſum homini: intemperantiamque [3] ejus conſtare lienis magnitudine. Aſiæ regio Scepſis appellatur, [c] in qua minimos eſſe pecori tradunt, & inde

4 invecta. *Ch.* ad lienem [4] inventa remedia. At in Brileto & Tharne quaterni renes cervis: contra pennatis ſquamo-

5 De cætero. *Ch.* ſiſque nulli. [5] Cætero ſummis adhærent lumbis. Dexter omnibus elatior, & minus pinguis ſicciorque. Utrique autem pinguitudo è medio exit, præterquam in vitulo marino. Animalia in renibus

6 pinguiſſima oves, lethaliter quidem circum. *M.* [6] pinguiſſima: oves quidem lethaliter circum eos concreto pingui. Aliquando in eis inveniuntur lapilli. Renes habent omnia quadrupedum, quæ animal generant: ova parientium teſtudo ſola, quæ

& alia

ventre, tam univentri quam multiventri generi, qua veluti ſutura deſcribitur. Ineſt enim & in ventre, ut in corde ſutura veſtigium quoddam, unde omentum exorſum reliquam ventris partem cunctaque inteſtina complectitur in omnibus ſanguine preditis, tum terreſtribus tum aquaticis animalibus. Idem auctor eodem libro, capite primo, Omentum habere omnia animalia ſanguine prædita, ſcribit. Quare æſtimandum, an hic legi debeat, *Præterque*, non *Præterquam*. Pint.

a *Lien in ſiniſtra, &c.*] Plautus in Curculione,

Nunc jam quaſi zona liene cinctus ambulo:
Geminos in ventre habere videor filios.
Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar miſer.

Apud eundem in Mercatore, Acanthio celerrimo curſu properans ait:

Perii, ſeditionem facit lien: occupat præcordia.
Perii: animam nequeo vertere: nimis nihil tibicen ſiem.

Dalec.

b *Adimi ſimul riſum homini.*] Ob uſum aſpleni. *Idem.*

c *In qua minimos, &c.*] Apud Rhodig. cap. 18. 4. Horus nec ridere, nec odorari, nec ſternutare tradit πλεῖας σπληνικοὺς. *Idem.*

a Coſta

& alia omnia viſcera: [1] ſed homo bubulis ſimiles, velut è multis renibus compoſitos. Pectus, hoc eſt oſſa, præcordiis & vitalibus natura circumdedit: at ventri, quem neceſſe erat increſcere, ademit. Nulli animalium circa ventrem oſſa. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maxime. [a] Coſtæ homini tantum octonæ, ſuibus denæ, cornigeris tredecim, ſerpentibus triginta. Infra alvum eſt à priore parte veſica, quæ nulli ova gignentium, præter teſtudinem: nulli niſi ſanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium. Inter eam & alvum [b] arteriæ, [c] ad pubem tendentes, [3] quæ ilia appellantur. In veſica lupi lapillus, qui Syrites [4] appellatur. Sed in hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta. Veſica membrana conſtat, [d] quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit: [5] neque qua cerebrum aut cor involvitur, plura enim membranarum genera. Fœminis eadem omnia præterque veſicæ junctus utriculus, [e] unde dictus uterus: [6] quod alio nomi-

1 ſed ut homo, &c. *Ch.* ſed hominibus ſimilis, v. è m. r. compoſitus. Ren homini bubulo ſimilis, &c. ut. V.

2 & coſtas. *Tint.* Pectus præcordiis. *M.*

3 quæ inguina. D.

4 vocetur. *Ch.* & *M.*

5 nec. *Ch.*

6 quem in homine. V. quod in homine. *D.*

a *Coſta homini tantum octona.*] Apud Pauſaniam lib. 1. Protophani Magneſio in Olympia eodem die pancratio & lucta victori, coſtæ, ut in aliis hominibus, diſcretæ non fuerunt, ſed os unum continuum à jugulo ad ſitum uſque poſtremæ nothæ coſtæ. Lego vero; *Coſta homini tantum duodena.* Niſi forte ſuperiores octonas tantum intelligat, veras & legitimas, non adnumeratis quatuor ſpuriis. *Dalecamp.*

b *Arteria.*] Aut vaſa genitalia marium, aut venæ & arteriæ ad crura deſcendentes. *Idem.*

c *Ad pubem tendentes.*] Pubem τὸ ἐφήβειον, nunc κῆπον veteres dixerunt, tam fœminarum quam marium: unde proverbium, γλυκεῖ ὀπώρᾳ ἐκλελοιπότος φύλακος. nunc πεδίον, in fœminis præſertim. Ariſtophanes:

Νὴ δ' ὦ Βοιωτία, καλόν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον.

Λ. Καὶ νὴ Δία κομψότατα τὴν βληχὼ παρατετιλμένα.

quo in loco feſtive *pulegium* vocat pudendi pilos: nunc λειμῶνα. Euripides in Cyclope.

Ἵν' ἔστι τουτί τ' ὀρθὸν ἐξανιστάναι,
Μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρεσκευασμένου
Ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος:

Scaliger nunc κλειτπύελον, ὑδιαῖον βρύχθον χειμάῤῥων, ut Latini eugium. *Idem.*

d *Quæ vulnerata cicatrice, &c.*] Hippocrates Aphoriſ. 18. 6. *Idem.*

e *Unde dictus uterus.*] Lucilio lib. 21. Satyr. *bulga*, quaſi folliculus, loculus:

Ita ut quiſque noſtrum è bulga eſt matris in lucem editus.

Inde *vulva*. Idem.

nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam. Hæc viperæ [1] & intra ſe parientibus, duplex: ova generantium adnexa præcordiis: & in muliere geminos ſinus ab utraque [2] parte laterum habet, [3] funebris quoties [4] verſa ſpiritum incluſit. Boves gravidas negant præterquam dextero vulvæ ſinu ferre, etiam [5] cum geminos ferant. Vulva [6] ejecto partu melior quam edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis optima: contra [7] effœtis. A partu, præterquam eodem die [8] ſuis occiſæ, livida ac macra. Nec novellarum ſuum,[9] præterquam primipararum probatur, potiuſque veterum, [10] dum ne effœtarum, nec biduo ante partum, aut poſt partum, aut quo ejecerint die. Proxima [11] ejectitiæ eſt occiſæ uno die poſt partum. [a] Hujus & ſumen optimum, ſi modo [12] fœtus non hauſerit: ejectitiæ deterrimum. Antiqui [b] abdomen vocabant, [13] priuſquam calleret [14] id, ſcientes occidere non aſſueti. Cornigera una parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, ſevo

pin-

1 &. V. ac. *Dal.*
2 parte alterum. *D.*
3 funera. M. funeſta. M. *aliud*, funera. V.
4 everſa. *Dal*
5 ſi. V.
6 feeto. *Ch.*
7 effœta. *Dal.*
8 ſive occiſa. *Dal.*
9 præter primiparas probantur. *Ch.*
10 necdum. V. M.
11 abjectitiæ. M. abjectitia. *Ch.*
12 fœtus lac non. *Dal.*
13 prius callere id ſioentes, ante occidere. V.
14 inſcientes.

a *Hujus & ſumen optimum.*] Vide ſupra cap. 51. lib. 8. Delicias, cupedias, & ganeam è ſuibus peti ſolitas Plautus memorat in Carbonaria,

Sic ego pernam, ſumen ſuis ſpectile, callum, glandia.

Idem in Captivis,

Dii immortales, ut ego callos pratruncabo tergorios:
Quanta peſtis pernis veniet? quanta labes larido?
Quanta ſumini abſumendo? quanta callo calamitas? &c.

Idem in Menæch.

---- de foro obſonarier
Glandulam ſuillam, laridum, peronidem, aut
Sinciput, aut polimenta porcinea, &c.

Idem in Pſeud.

Pernam, callum, glandium, facito ut in aqua jaceant.

Sinciput *ophthalmia* vocaſſe videtur. Plautus in Captivis. Scaliger in Carbonaria legit, *Eſto, pernam, ſumen ſueris, ſpectile, &c.* ac *ſpectile*, ex Feſto interpretatur carnem ſub umbilico. Eidem ſcriptori *Petimen* dicitur ex Nevio, quod eſt inter duos armos ſuis, ut pectus. Nævius,

Petimine porcino qui meruerat.

Dalec.

b *Abdomen vocabant.*] Abdomen Plautus in Milite dixit pudenda, & teſtes,

Vide iſtic tibi ſit acutus Cario culter probe.
Car. *Quin jamdudum geſtio mœcho hoc abdomen adimere,*
Ut faciam quaſi puero in collo pendeant crepundia.

De ſumine feſtive Martialis:

Eſſe putes nondum ſumen, ſic ubere largo
Effluit, & vivo lacte papilla tumet.

Idem.

a *Biſulc*

pingueſcunt. [a] Biſulca ſciſſiſve in digitos pedibus, & non cornigera, adipe. Concretus hic, & cum refrixit, fragilis: ſemperque in fine carnis. Contra [1] pingue inter carnem cutemque, [1] ſucco liquidum. Quædam non pingueſcunt, ut lepus, perdix. Steriliora cuncta pinguia, & in maribus & in fœminis. Seneſcunt celerius præpinguia. Omnibus animalibus eſt quoddam in oculis pingue. Adeps cunctis [2] ſine ſenſu, [3] qui nec arterias habet, nec venas. Pleriſque animalium eſt [4] pinguitudo ſine ſenſu: [b] quam ob cauſam ſues ſpirantes à muribus tradunt [5] arroſas. Quin & L. Apronii Conſularis viri filio detractos adipes, levatumque corpus [6] immobili onere. [7] Et medulla [8] ex eodem videtur eſſe, in juventa rubens, & ſenecta albeſcens. Non niſi cavis hæc oſſibus nec cruribus jumentorum aut canum: quare fracta non ferruminantur, [c] quod [9] defluente evenit medulla. Eſt autem pinguis iis, quibus adeps, [10] ſevoſa cornigeris: nervoſa & in ſpina tantum dorſi, oſſa non habentibus, ut piſcium generi: urſis nulla: leoni in [11] fœminum & brachiorum oſſibus, paucis exigua admodum: [12] [d] cætera tanta duritia, ut ignis elidatur, velut è ſilice. Et iis dura, quæ [e] non pingueſcunt: aſinorum ad [13] tibias canora. Delphinis oſſa, non ſpinæ: animal enim pariunt: ſerpentibus ſpinæ. Aquatilium mollibus nulla, ſed corpus circulis carnis vinctum, ut ſepiæ atque loligini.

1 ſevum & liquidum. *M.* Lego ſucco-ſum, &c.
2 ſine ſanguine, quia. *V.*
3 quia. *Ch.*
4 pinguedo. *M.*
5 roſas. *M.*
6 immobile. *V.*
7 Et medulla videtur juventa rubens, ſenecta albeſcens. *M.* Et m. ex e. v. e. juventa rubens, in ſen. *Ch.*
8 ex humidis. *Ariſt. c.* 29. *lib.* 3. *hiſt.*
9 deficiente. *V.*
10 obeſa. *M. prave.*
11 femorum & tibiarum. *V.*
12 cætorum tanta in iis duritia. *V.* cætera oſſa tanta dur. *V. alii.* cætera ſunt tanta duritia. *Ch.*
13 tubas. *Ch.*

a *Biſulca ſciſſiſve in digitos pedibus.*] Et quæ dentata ſunt utrinque. Ariſtot. cap. 17 3. hiſtor. *Dalec.*

b *Quam ob cauſam.*] Varro lib. 2. cap. 4. Rei ruſticæ. *In Arcadia ſcio me eſſe ſpectatum ſuem, quæ præ pinguedine carnis non modo ſurgere non poſſet: ſed etiam ut in ejus corpore ſorex exeſa carne nidum feciſſet, & peperiſſet mures.* Idem.

c *Quod defluente evenit, &c.*] Transeunte in fracturæ locum. *Idem.*

d *Cætera tanta duritia, ut ignis elidatur velut è ſilice.*] Exemplar Salmanticenſe, *Cæteris in tanta duritia.* Legendum arbitror, *Cæterum ineſt tanta duritia*, vel potius permutatis verbis, *Cæterum tanta in iis duritia.* de oſſibus enim leonis loquitur. Ariſtoteles libro tertio, capite ſeptimo: *Conſtat profecto leo præcipue omnium animalium oſſibus ſolidis. Sunt enim adeo dura, ut ex iis concuſſis ignis velut è ſilice elidatur.* Pint.

e *Non pingueſcunt.*] Sed ſevum gignunt. *Dalec.*

a *Carti-*

gini. Et inſectis negatur æque eſſe ulla. [a] Cartilaginea aquatilium habent medullam in ſpina. Vituli marini cartilaginem, non [1] oſſa. Item omnium auriculæ ac nares, quæ [2] modicum eminent, [3] flexili mollitia, naturæ providentia, ne frangerentur. [b] Cartilago rupta non ſolideſcit. Nec præciſa oſſa recreſcunt, præterquam veterinis ab ungula ad [c] ſuffraginem. Homo creſcit in longitudinem [4] ad annos uſque ter ſeptenos: tum deinde ad plenitudinem. Maxime autem pubeſcens [d] nodum quendam ſolvere, & [e] præcipue ægritudine, ſentitur. [f] Nervi orſi à corde, bubuloque etiam circumvoluti, ſimilem naturam & cauſam habent, [g] in omnibus lubricis applicati oſſibus: [5] nodoſque corporum, qui vocantur articuli, [h] alibi interventu, alibi ambitu, alibi tranſitu ligantes, hic teretes, illic lati, [6] ut in unoquoque poſcit figuratio. [7] Neque ii ſolidantur incili: mirumque vulneratis ſummus dolor, [8] præfectis

1 oſſa cartilaginea omnium. *V.*
2 modo. *Ch.*
3 flexibili mollitie. *M.*
4 uſque ad ter ſeptenos: tum. *Ch.* ad annos quater ſeptenos. *M.*
5 nodiſque. *Parm.*
6 ut quæque poſcit figur. *M.* *Alii*, ut quæque poſcit figuræ ratio.
7 Nec hi. *Ch.*
8 perfectis. *V.*

a *Cartilaginea aquatilium.*] Raja, lamia, canicula. *Dalec.*

b *Cartilago rupta non ſolideſcit.*] Hippoc. Aphor. 19. 6. *Idem.*

c *Suffraginem.*] Articulum quo tibiæ pes annectitur, & quo pedis verſura fit. *Idem.*

d *Nodum quendam ſolvere.*] Articulum qui auctum impedit. Fabuloſum hoc. An, ut, cum abditur & reponitur, quidpiam in ſacculo, vel pera, nodo ſolet id colligi & colligari, cum vero promitur, nodum ſolvi opus eſt: hac etiam metaphora *nodum ſolvere*, pubeſcens dicitur, cum in ejus corpore clauſi, deliteſcentes, & velut nodo compreſſi morbi ſeſe produnt, & palam fiunt. *Idem.*

e *Præcipue ægritudine, ſentitur.*] Cenſorinus auctor eſt, ſeptimo quoque anno articulos quoſdam naturam oſtendere, id eſt, rerum cauſſas, τὰς περφύσεις, & congruentes, convenienteſque occaſiones, ac in his novi ſemper aliquid. Rhod. cap. 21. 19. Seneca de beneficiis ſcribit ſeptimum quemque annum ætati ſignum imprimere, qua ratione ſeptenarios Climactericos tanquam ſcanſiles, vocant, Ptolomæo hanc obſervationem repudiante, Rhod. c. 2. 21. *Idem.*

f *Nervi orſi à corde, bubuloque etiam circunvoluti, ſimilem naturam & cauſam habent.*] Hermolaus, *Bibulo* nobis potius, quam *Bubulo*, ut ſcribamus præcipit: quanquam in ſecunda editione priore ſententia prope repudiata, in dubium vocat utro modo legi debeat: nequaquam id facturus, ſi libros De generatione animalium accuratius evolviſſet; in quorum ultimo volumine, capite ſeptimo, hæc verba leguntur: *Sed potiſſimum tauri nervoſi ſunt & eorum cor ita conſtat. Itaque contentiorem eam obtinent partem, qua ſpiritum movent quaſi fidiculam intentam. Talem cordis bubuli eſſe naturam ſignificatur, vel eo oſſe quod in nonnullis gignitur. oſſa enim naturam nervorum requirunt.* Pint.

g *In omnibus, &c.*] Animalium corporibus. *Dalec.*

h *Alibi interventu.*] In coxa. In cubito. In manus tendinibus. *Idem.*

a *In*

ſectis nullus. Sine nervis ſunt quædam animalia, ut piſces: arteriis enim conſtant. Sed neque [1] ex molli piſcium generi. Ubi ſunt nervi, interiores conducunt membra, ſuperiores revocant. Inter hos latent arteriæ, id eſt, ſpiritus ſemitæ. His innatant venæ, id eſt, ſanguinis rivi: arteriarum pulſus, [a] in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum, [b] in modulos certos, legeſque metricas, per ætates, ſtabilis, aut citatus aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem [2] deſertus, obſervatione tamen crebri aut languidi ictus, [c] gubernacula vitæ temperat. Arteriæ carent ſenſu: nam [d] & ſanguine. [3] Nec omnes vitalem continent [4] ſpiritum: præciſiſque torpeſcit tantum pars ea corporis. [e] Aves nec venas nec arterias habent: item ſerpentes, teſtudines, lacertæ minimumque ſanguinis. Venæ in prætenues poſtremo [5] fibras ſubter totam cutem diſperſæ, adeo in anguſtam ſubtilitatem tenuantur, ut penetrare ſanguis non poſſit, aliudve quam exilis humor ab illo, qui cacuminibus innumeris ſudor appellatur. [f] Venarum in umbilico nodus ac coitus.

1 his molles piſcium generis. *Ch.*

2 deſerta. V. deſertas. *Alii V ut illic* arte, *hic* leges *ſubaudiatur.*

3 Nec, *deeſt, in V.*

4 ſpiritum. Præciſis torp. *V.*

5 fimbrias. *Ch.*

6 humor foraminibus innumeris ſtillans qui ſudor. V. humor ille, qui foraminibus, innumeris ſudor, &c. V. *alii.*

CAP.

a *In cacumine, &c.*] Τοῖς ἄκροις, extremis partibus corporis, muſculis & carne non tectis. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium venas & arterias τὰ ἀγγεῖα, ſic indicat: *Quamnam te eſſe dicam? feram? qui manu fervidos corporis fontes operis, & lacus ſanguinis, teque vita levas ferreo enſe.* Scalig.

b *In modules certos legeſque metricas per ætates ſtabilis aut citatus, aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinæ vate miranda arte nimiam propter ſubtilitatem deſertus.*] Exemplar Salmant. *In modulos certos, legeſque metricas per ætates ſtabilis, aut citatius aut tardius deſcriptas ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem deſertas.* Scribendum opinor, *In modulos certos, legeſque metricas per ætates ſtabilis, aut citatioris aut tardioris, deſcriptas ab Herophilo medicinæ vate miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem deſertas.* Poſſet etiam legi *Deſerta*, non *Deſertas*, vel *Deſertus*, ut referat artem, vel Plinii auctoritate, libro 29. capite primo: *Deſerta* (inquit) *& hæc ſecta eſt, quoniam neceſſe erat in ea literas ſcire.* Pint.

c *Gubernacula vitæ temperat.*] Robur naturæ monſtrat, aut imbecillitatem. *Dal.*

d *Et ſanguine.*] Falſum hoc, ſumptum ex Eraſiſtrati diſciplina. *Idem.*

e *Aves nec venas, nec arterias habent.*] Contra Ariſtoteles lib. 3. cap. 4. omne animal ſanguinis compos venas habere tradit. *Pint.*

f *Venarum in umbilico nodus ac coitus.*] Scribe

Cap. XXXVIII.

De ſanguine & quorum celerrime ſiccetur, quorum non coëat, quorum graviſſimus vel tenuiſſimus, quorum nullus.

SAnguis quibus multus & pinguis, iracunda: maribus, quam fœminis, nigrior: & juventæ magis quam ſenio: & [a] inferiore parte pinguior. Magna & in eo [1] vitalitatis portio. Emiſſus ſpiritum [2] ſecum trahit: tamen tactum non ſentit. Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior: ſapientiora, quibus tenuior: [b] timidiora, quibus minimus: [c] at quibus nullus, hebetia. Taurorum celerrime coit atque dureſcit, [d] ideo peſtifer potu maxime. [e] Aprorum, [3] & cervorum, caprearumque, & [4] bubalorum omnium non ſpiſſatur. Pinguiſſimus aſinis, homini tenuiſſimus. [5] Iis, quibus plus quaterni pedes, nullus. Obeſis minus copioſus, quoniam abſumitur pingui. Profluvium ejus uni fit in naribus homini, [6] aliis nare altera, aliis utraque, quibuſdam per inferna: multis per ora ſtato tempore, ut nuper Macrino [7] Viſco viro Prætorio, & omnibus annis Voluſio Saturnino urbis præfecto, qui nonageſimum etiam exceſſit annum. Solum hoc in corpore tem-

1 utilitatis. *M.* pravæ. *ſic tamen Ch.*
2 trahit ſecum: tactum tamen non. *Tol.*
3 ac. *Ch.*
4 hinnulorum. V.
5 His. *Ch.*
6 aliis nare alterutra: quibuſdam. *Ch.*
7 Viſco, *deeſt in V. & M.*

Scribe cum majore litera, & aliter, *In umbilico venarum nodoſus coitus.* ex utroque exemplari. *Idem.*

a *Inferiore parte pinguior.*] Sanguis emiſſus vaſeque exceptus, ſuperne ſemper dilutior eſt. inferne vero nigrior, ſpiſſior, magis concretus. *Dalec.*

b *Timidiora quibus minimus: at quibus nullus, hebetia*] Poſtremum verbum redundat, ex ambobus exemplaribus. Reliqua ſic lego, *Timidiora quibus minimus, aut quibus nullus.* Pint.

c *At quibus nullus, hebetia.*] An in formicis id conſtet & apibus, videndum *Dalec.*

d *Ideo peſtifer potu maxime.*] Vide c.9. l.8. & quæ ad eum locum adnotata ſunt, & Scalig. in Catul. de Cimbro declamatore. *Idem.*

e *Aprorum, & cervorum, caprarumque aut bubalorum omnium non ſpiſſatur.*] Eadem hic, quæ ſuperius notata fuit, menda. Scribendum enim *Caprearum*, non *Caprarum.* Ariſtoteles libro tertio, capite ſexto, *Genus id ergo fibrarum, quanquam majori ex parte, in ſanguine omnium animalium ineſt, tamen cervi, damæ, bubali, & aliorum quorundam ſanguini deeſt: quocirca eorum ſanguis non perinde ut cæterorum ſolet, concreſcit.* Ubi autem Plinius *capream* vertit, ibi apud Ariſtotelem Theodorus *damam* transfert. *Pint.*

a *Quæ*

temporarium ſentit incrementum. Siquidem hoſtiæ abundantiorem fundunt, ſi prius bibêre. [a] Quæ animalium latere certis temporibus diximus, non habent tunc ſanguinem, præter exiguas admodum circa corda guttas, miro opere naturæ: [1] ſicut in homine, vim ejus ad minima momenta mutari, [2] non modo tanto minore ſuffiſi materia, verum ad ſingulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris, pluribus modis, item ruboris. Alius enim iræ, & alius verecundiæ. Nam & in metu [3] refugere, & nuſquam eſſe certum eſt: multiſque non transfluere transfoſſis: quod homini tantum evenit. Nam [b] quæ mutari diximus, colorem alienum accipiunt quodam repercuſſu: homo ſolus in ſe mutat. Morbi omnes morſque ſanguinem abſumunt.

1 ſicut & in. *M.*
2 non morbo tantum. *Fmt.* non modo tantum minore ſuffuſa ma. V. non modo tantum in ora ſuffuſa materia. M. non modo tanto minore materia ſuffuſa. *Ch.*
3 transfugere. M.
4 oſtreas. M.
5 terga. *Ch.*
6 innati. V.
7 ſit dur. terg. & trib. ſolert. *Tol.* Quæ vero ratio crocodilis, ſi non cruori, ſed duritiæ tergoris. V.
8 ut inde torreantur eſcæ. *Parm.* ut inde venabula fiant. *Ariſt. cap. 7. lib. 2. hiſt.*
9 quædam eſt ing. V.
10 impenetrabilem cutem. V. imp. ſetas. *V. alii.*

CAP. XXXIX.

An in ſanguine principatus, & de tergore & pilis, & mammis.

SUnt qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent, ſed cute operimentiſque corporum magis aut minus bruta eſſe, [4] ut oſtrea & teſtudines: boum [5] tergora, ſetas ſuum obſtare tenuitati [6] immeantis ſpiritus, nec purum liquidumque tranſmitti: ſic & in homine, cum craſſior calloſiorve excludat cutis: [c] ſeu vero non crocodilis [7] & duritia tergoris tribuatur & ſolertia. Hippopotami corii craſſitudo talis, [8] ut inde tornentur haſtæ, & tamen [9] quædam ingenio medica diligentia. [d] Elephantorum quoque tergora [10] impenetra-

a *Quæ animalium.*] Urſos, glires, ſerpentes, mures Alpinos. *Dalec.*

b *Quæ mutari diximus.*] Polypum, chamæleontem. *Idem.*

c *Seu vero non crocodilis, &c.*] Coarguit enim hoc exemplo quorundam opinionem, qui ſubtilitatem animi conſtare cute operimentiſque corporum putabant. *Gelenius.*

d *Elephantorum quoque tergora.*] Leg. *Elephantorum quoque è tergore Mauri impenetrabiles cetras habent.* Mauri apud quos elephanti plurimi, ex eorum tergore cetras faciebant, quæ erant impenetrabiles. *cetra* Maurorum clypeus. *Salmaſ.* 307. b.

a *Quæ*

netrabiles ceteras habent, cum tamen omium quadrupedum ſubtilitas animi præcipua perhibeatur illis: Ergo cutis ipſa ſenſu caret, maxime in capite, ubicunque per ſe ac ſine carne eſt, vulnerata non coit, ut in bucca cilioque. [a] Quæ animal pariunt, pilos habent: quæ ova, pennas, aut ſquamas, aut corticem, [1] aut teſtam, ut teſtudines: aut cutem puram, ut ſerpentes. Pennarum caules omnium [2] cavi, præciſique non creſcunt: evulſæ renaſcuntur. Membranis volant fragilibus inſecta, humentibus hirundines in mari, ſiccis inter tecta veſpertilio. [3] Horum alæ quoque articulos habent. Pili à cute [4] exeunt craſſa hirti, fœminis tenuiores, equis in juba largi, in armis leoni: daſypodi & in buccis intus & in pedibus, quæ utraque Trogus & in lepore [5] tradit hoc exemplo libidinoſiores hominum quoque hirtos colligens. [6] Villoſiſſimum animalium lepus. [b] Pubeſcit homo ſolus: quod niſi [7] contingat, ſterilis in gignendo eſt, ſeu [8] mas, ſeu fœmina. Pili in homine partim ſimul, partim poſtea gignuntur. [c] Congeniti autem non deſinunt, [d] ſicut nec fœminis magnopere. Inventæ tamen quædam defluvio capitis invalidæ, [9] ut & lanugines

1 aut teſtam. *in V. & M. deeſt. deeſt & in Ch.*
2 avium præciſi non. M. cavi, præciſæ non. *Ch.*
3 Horum quoque alæ. *Tol. & M.*
4 exeunt. Craſſi hirtis. *Salm. lego*, Craſſi maribus.
5 tradidit. *Ch.*
6 Villoſiſſimus. M. & *Ch.*
7 contigit. *Cb.*
8 maſculus. M.
9 & lanugine. *Tol. & Ch.* velut lanugines, cum. V. ut & languidiores. *Par.*

a *Quæ animal pariunt, &c.*] An de delphinis & caniculis id verum ſit, conſiderandum. *Dalec.*

b *Pubeſcit homo ſolus.*] In mento. Alioqui pleriſque animalibus circa pudendum veluti pubes naſcitur. Vide Rhodiginum c. 21. lib. 19. *Idem.*

c *Congeniti autem non deſinunt.*] Pili congeniti auctore Ariſtotele libro tertio, capite undecimo, ſunt pili capitis, ſuperciliorum, & palpebrarum. Hos nos non deſinere, procul à vero eſt. Sequitur enim haud multo poſt, *Libidinoſis congeniti maturius defluunt.* quod & ipſum, ut reliqua prope omnia, ab Ariſtotele mutuatus eſt. Eſt igitur *Deſunt*, non *Deſinunt*, legendum: ut ſit ſenſus, in ortu congenitos nunquam deeſſe: at poſt genitos deeſſe: nam his qui ante pubertatem caſtrati ſunt, non exeunt, & poſt pubertatem exciſis ſoli decidunt, præterquam pubis. Et fieri poteſt ut homo, tum mas tum etiam fœmina, pilis poſt genitis careat, jam inde ab ortu naturæ vitio contracto. Hæc Ariſtoteles ante dicto loco. *Pint.* Quidam legunt, *non decidunt.* Dalec.

d *Sicut nec fœminis magno opere.*] Locus eſt dimidiatus, mutiluſque. Nam (ut puto) Plinius ſcriptum reliquit; *Spadonibus, pueris non cadunt pili, ſicuti neque fœminis magno opere.* Et ex eodem Ariſtotele eodem loco, *Calvitii* (inquit) *mulieres eſſe immunes, pueros & ſpadones* *apertum eſt.* Pint.

nes oris, cum menſtrui curſus ſtetere. Quibuſdam
[a] poſt geniti viris ſponte non gignuntur. Quadru-
pedibus pilum cadere atque ſubnaſci annuum eſt.
Viris creſcunt maxime in [1] capite, mox in barba. 1 capilld. *M.* & *Cb.*
Reciſi, non, ut [2] herba ab ipſa inciſura augentur, 2 herbæ ab cætera. *M.* herba ab cætera. *Cb.*
ſed ab radice exeunt. Creſcunt & in quibuſdam
morbis, maxime [3] phthiſi, & in ſenecta: defun- 3 tuſſi. *M.* & *Cb.*
ctorum quoque corporibus. Libidinoſis congeniti,
maturius defluunt: [b] agnati, celerius [4] recreſcunt. 4 decreſcunt. V. & *Cb.* *Lege*, excreſcunt.
[c] Quadrupedibus ſenectute [5] craſſeſcunt lanæque 5 craſſeſcunt rareſcuntque lanæ. M.
rareſcunt. Quadrupedum dorſa piloſa, [6] ventres 6 venter glaber. *M.*
glabri. Boum coriis glutinum excoquitur, tauro-
rumque [7] præcipuum. Mammas homo ſolus è ma- 7 & id præc. V.
ribus habet: cætera animalia mammarum notas
tantum. Sed ne fœminæ quidem in pectore, niſi
quæ poſſunt partus ſuos attollere. Ova gignentium
nulli: nec lac, niſi animal parienti: volucrum ve-
ſpertilioni tantum. Fabuloſum enim arbitror [d] de
ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere.
[e] Eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem convenit:
ſed quæ ſit avium, conſtare non arbitror.

CAP. XL. *Notabilia animalia quæ mammis.*

ASinis à fœtu dolent: ideo ſexto menſe arcent
partus, cum equæ anno prope toto præbeant.
Quibus ſolida ungula, nec ſupra geminos [8] fœtus: 8 partus. V.
hæc omnia binas habent mammas, nec aliubi, quam
in

a *Poſt geniti viris ſponte, &c.*] Ut pubes & barba. *Dalec.*

b *Agnati.*] Barba, pubes. *Idem.*

c *Quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt, lanaque rareſcunt.*] Neque hic locus vitio caret. Legendumque, *Quadrupedibus ſenectute creſcunt lana, quanquam rareſcunt.* Ariſtoteles lib. tertio, cap. undecimo: *Quadrupedum etiam pili lanave ſenectute prolixius augentur, quanquam rareſcant fiantque pauciores.* Pint.

d *De ſtrigibus.*] Vide Serenum c. de infantibus dentientibus, aut Strige vexatis. Maleficas fœminas & quaſi lemures etiam hodie Itali vocant *Strighe.* Vide in Lex. Conſtant. vocem κερχναλίσς. *Dalec.*

e *Eſſe in maledictis jam antiquis, &c.*] Plaut. in Pſeud.

Et homines ſibi cœnas coquunt: cum condiunt,
Non convivis condiunt, ſed ſtrigibus:
Vivis convivæ inteſtina quæ exedunt:

Ovid. lib. 6. Faſt. *Idem.*

in [1] feminibus. Eodem loco biſulca & cornigera: boves quaternas, oves capræque binas. Quæ numeroſo fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent, toto ventre duplici ordine, ut ſues, generoſæ duodenas, vulgares [2] binis minus: ſimiliter canes. Alia ventre medio quaternas, ut pantheræ: alia binas, ut leænæ. Elephas tantum ſub armis duas: nec in pectore, ſed citra in alis occultas. [3] Nulli in feminibus digitos habentium. [4] Primis genitis in quoque partu ſues primas præbent: [5] eæ ſunt faucibus proximæ: [6] & ſuam quiſque novit in fœtu quo genitus eſt ordine, eaque alitur, nec alia. Detracto illa alumno ſuo ſterileſcit illico, [a] ac reſilit. Uno vero ex omni turba relicto, ſola munifex, quæ genito fuerat attributa, deſcendit. Urſæ mammas quaternas gerunt. Delphini binas in ima alvo papillas tantum, nec evidentes, [7] & paulo in obliquum porrectas. Neque aliud animal incurſu [8] lambitur. Et balænæ [9] autem vitulique mammis nutriunt fœtus.

CAP. XLI. *De lacte & unde caſeus non fiat.*

MUlieri ante ſeptimum menſem [10] [b] profuſum lac, inutile. Ab eo menſe, quod [11] vitalis eſt partus, ſalubre. Pleriſque autem [c] totis mammis, atque etiam [12] alarum ſinu fluit. [13] Cameli lac habent, donec iterum [14] graveſcant. Suaviſſimum hoc exiſtimatur ad unam menſuram [15] tribus aquæ additis. Bos ante partum non habet. Ex primo ſemper à partu [d] coloſtra fiunt: quæ, ni admiſceatur aqua, in

pumi-

1 femoribus. V.
2 binas. V.
3 nullis. *Ch.*
4 Primis ingenitis, &c. *Ch.* Primo geniti in quaque parte ſ. p. premunt. *M.* & V.
5 Et ſi eſſeæ ſunt ſ. p. tamen ſuam. V. *prave.*
6 &, *in M. deeſt.*
7 paulum. *Ch.*
8 lambitur. Balænæ autem, vitulique marini mammis *D.*
9 autem, *in M. deeſt.*
10 ſuſum, &c. quo vital. M.
11 vitales partus. *Ch.*
12 in alium ſinus. M. alarum ſinus. *Ch.*
13 Cameli lac mulgetur, ne iterum graveſcat. *Parm.*
14 gravideſcant. *D.*
15 tribus, duabuſve.
Ariſt. c. 5. lib. 7. hiſt.

a *Ac reſilit.*] In alvum redit, contacta, flaccida, rugoſa. *Idem.*

b *Profuſum lac, inutile.*] Varro in Andabatis, *Candidum lacte papilla cum fluit, ſignum putant partuis, quod hic ſequatur mulierem è partu liquor:* Apud Nonium. Idem de liberis educandis: *Eam nutricem oportet eſſe adoleſcentem. Anuis enim ut ſanguis deterior, ſic lac.* Lac enim, ut quidam dicunt Phyſici, ſanguinis ſpuma eſt. *Idem.*

c *Totis mammis.*] Ariſt. c. 11. lib. 7. hiſt. *Idem.*

d *Coloſtra fiunt.*]Vulgo, *Betton. Idem.*

a *Caſeus*

pumicis modum coëunt duritia. Aſinæ prægnantes continuo lacteſcunt. [1] Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio. [a] Caſeus non fit ex utrinque dentatis, quoniam eorum lac non coit. Tenuiſſimum camelis, mox equis: [b] craſſiſſimum aſinæ, ut quo coaguli vice utantur. Conferre aliquid & [2] candori in mulierum cute exiſtimatur. [c] Poppæa certe Domitii Neronis [3] conjux, quingentas ſecum per [4] omnia trahens fœtas, balnearum etiam [5] ſolio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. [6] Omne autem lac igne [7] ſpiſſatur, frigore ſereſcit. Bubulum caſeo fertilius, quam caprinum, ex eadem menſura pene altero tanto. Quæ plures quaternis mammas habent, caſeo inutilia, & meliora quæ binas. Coagulum [8] hinulei, leporis, hœdi laudatum. Præcipuum tamen daſypodis, quod & profluvio alvi medetur, [9] unius utrinque dentatorum. Mirum barbaras gentes, quæ lacte vivant, ignorare aut ſpernere tot ſeculis caſei dotem, denſantes id alioquin [d] in acorem jucundum, & pingue butyrum; ſpuma id eſt lactis, concretiuſque quam quod ſerum vocatur. Non omittendum in eo olei vim eſſe, & barbaros omnes infanteſque noſtros ita ungi.

1 Pullo. V. Pullos. *Ch.*

2 candore. *M.*

3 conjux, *in M. deeſt.*

4 omnia loca trahens. *Salm.*

5 ſolium. *M.*

6 omne autem igne ſpiſ. frig. fervescit. *Ch.*

7 ſpiſſatum humore fervescit. *Parm.*

8 inutile leporis. *Parm prave.* hinuli, leporis. *Dal.*

9 unius. *Ch.*

CAP. XLII. *De diverſitate caſeorum.*

LAus caſeo Romæ, ubi omnium gentium bona cominus judicantur, è provinciis, Nemauſenſi præcipua, Leſuræ [e] Gabalicique pagis, ſed brevis

a *Caſeus non fit ex utrimque dentatis.*] Fit ex aſinarum & equarum lacte, quæ utrinque dentatæ ſunt. *Dalec.*

b *Craſſiſſimum aſinæ.*] Falſum id medicorum omnium judiciis, qui tenuiſſimum poſt humanum eſſe putant. *Idem.*

c *Poppæa certe Domitii, &c.*] Juvenal. Sat. 6.

--- atque illo lacte fovetur,
Propter quod ſecum comites educit aſellas
Exſul Hyperboreum ſi dimittetur ad axem.

Vide infra c. 12. lib. 28. *Idem.*

d *In acorem jucundum.*] Mechlam, oxygala. *Idem.*

e *Gabalicique pagis.*] Ballici (quare

ac muſteo tantum commendatio. Duobus Alpes generibus pabula ſua approbant: Dalmaticæ [a] Doclearem mittunt, Ceutronicæ [b] Vatuſicum. Numeroſior Apennino. [c] Cebanum hic è Liguria mittit, ovium maxime lactis: Æſinatem ex Umbria: miſtoque Hetruriæ atque Liguriæ confinio, Lunenſem magnitudine conſpicuum: quippe & ad ſingula millia pondo premitur. Proximum autem urbi Veſtinum, [1] eumque è Cæditio campo laudatiſſimum. Et caprarum gregibus ſua laus eſt, [2] recenti maxime, [d] eam augente gratiam fumo: qualis in ipſa urbe conficitur, cunctis præferendus. Nam Galliarum ſapor medicamenti vim obtinet. Trans maria vero Bithynus fere in gloria eſt. Ineſſe pabulis ſalem, etiam ubi non detur, ita maxime intelligitur, omni in ſalem caſeo ſeneſcente, quales redire in muſteum ſaporem, aceto & thymo maceratos, certum eſt. Tra-

1 Cruſtuminumque & è. V. laudatiſſimum & Capityum: Gregibus. V Capnityum *alii*, *alii* Epityrum *legunt*, *quod ſequitur quidem* aug. grat. fumo, *lectionem* Capnityron *probat*.

2 Agrigenti *quidam legunt*.

ita legendum putem, mox dicam) pagi vulgo *les Baux*, villæ aut potius caſæ, in ſaltuoſis nemoribus ſitæ, qua itur ex Avenione Tarraconem. Leſura, etiamnum hodie, *Leſo*, pagus aliquot domunculis conſtans. Ibi caprarum & ovium multi greges aluntur, è quorum lacte fiunt caſei molliuſculi, præpingues, præcipuæ commendationis apud Avenionenſes & circumvicinos. Hodie *fromages des Baux*. Lego *Ballici*, depravatumque puto ab iis, qui cum neſcirent hujus rei hiſtoriam, & alibi in hoc ſcriptore legiſſent *Gabales*, ex illis Gabalicos pagos ſibi finxerunt. In Gaballis, vel ut legitur cap. 19.4. *Gabalibus*, vulgo *Genauden*, eſt etiam mons Leſora vulgo, *Loſere*, unde Tarnis fluvius oritur memoratus à Plinio loco citato. Ejus meminit Sidonius Apollinaris in Propemptico ad libellum.

Hinc te Leſora, Caucaſum Scytharum
Vincens, aſpiciet., citroque Tarnis.

Roaldes.

a *Doclearem mittunt.*] *Drina di Sclavonia.* Idem.

b *Vatuſicum.*] Hodie is vocatur *fromage de Taſſi*: quaſi Paſſiacus pro Vatuſico, & fortaſſis vox, qua Plinius utitur, corrupta eſt. Aliis *fromages de ſainct Bon en Tarentaiſe.* Idem.

c *Cebanum hic è Liguria mittit.*] Cebanum, *du marquiſat de Ceve.* Ejus regionis incolæ hos caſeos vocant, *Robles*, & bonitate cum Placentinis ac Marſolinis conferunt. *Idem.*

d *Eam augente gratiam fumo.*] Romæ & in pleriſque Italiæ locis caſeus & ſiccabatur & colorabatur fumo. Columel. cap. 8.7. Eſt etiam non ingrati ſaporis muria perduratus, atque ita maligni ligni vel culmi fumo coloratus. Apud Ulpianum Ariſtot. cenſet, ex taberna caſearia in ædificium alienum quod ſuperius eſt, fumum jure non immitti, niſi fuerit nominatim conſtituta ſervitus: alioqui vicino negatoriam actionem competere. Duaren. cap. 24. 1. Anniv. Martial. in Xenila,

Non quemcunque locum, nec fumum caſeus omnem,
Sed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit.

Briſſon. cap. 15.4. *Idem.*

a *Uni*

Tradunt Zoroaſtrem in deſertis caſeo vixiſſe annis viginti, ita temperato, ut vetuſtatem non ſentiret.

CAP. XLIII.

Differentia membrorum hominis à cæteris animalibus.

TErreſtrium ſolus homo bipes. [a] Uni [1] juguli, humeri, cæteris armi: uni ulnæ. Quibus animalium manus ſunt, intus tantum carnoſæ: extra nervis & cute conſtant. [b] Digiti quibuſdam in manibus ſeni. M. Curiatii ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepimus, & Volcatium Sedigitum, illuſtrem in Poëtica. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, & digitis adverſus univerſis flectitur: per ſe vero in obliquum porrigitur, craſſior cæteris. Huic minimus menſura [2] par eſt: duo reliqui ſibi, inter quos medius longiſſime protenditur. [c] Quibus ex rapina victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus,

1 Ungulæ. *Al. Lego,* jugula.

2 pari. *M.*

a *Uni juguli*] Jugula, τὰς κλεῖδας, etiam ſimiis, talpis, ſciuris, muribus Alpinis auctor neſciit. *Dalec.*

b *Digiti quibuſdam in manibus ſeni.*] Pollex (in pedibus, halluchus) μέγας, ἀντίχειρ, Index, ſalutaris, δεικτικὸς, λιχανὸς: Medius infamis, verpus μέσος, ἰατρὸς, καταπύγος: Annularis, παράμεσος, δακτυλιώτης: Minimus, auricularis μικρὸς, ὠτίτης. Medium unguem oſtendere, probroſe ac contumelioſe deſpicere. Juvenalis:

---- cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

Martial.

Rideto multum, qui te Sextile cynædum
Dixerit, & digitum porrigito medium

Alex. ab Alexand. cap. ult. 4. *Idem.*

c *Quibus ex rapina victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, reliquis quaterni. Leonus, lupi, canes, & pauca in poſterioribus quoque quinos ungues habent, uno juxta cruris articulum dependente. Reliqua quæ ſunt minora, digitos quinos.*] Verbum *leones* ſcribi non debet cum majore litera, ut præbeat initium ſequentibus, ſed cum minore, ut adjungatur præcedentibus. Legendumque, *Reliquis quaterni, ut leonibus, lupis, canibus:* ex Ariſtotele evidenter libro De partibus animalium quarto, capite nono. *Ut nonnullorum quorum pedes in digitos finduntur. Ob id pedes priores quinis diſtinctos digitis habent, poſteriores quaternis, ut leones, & canes, atque etiam lupi & panthera: quintus enim eorum quinto magnoque manus reſpondet. Sed quæ parva interdigitata ſunt poſteriores etiam quinque digitos obtinent, quoniam ſerpere ſolent, ſcilicet ut unguibus numeroſioribus apprehendendo, facilius obrepant ad ſublimiora.* Item, non, *Ungues* præfert utrunque exemplar, ſed *Lynces*, & ut reor non male: de digitis enim hic agitur tantum. De unguibus infra capite 45. Præterea addenda conjunctio *&*, ſcribendumque, *Minora & digitos quinos.* Pint.

dibus, reliquis quaterni. Leones, lupi, canes, & pauca in poſterioribus quoque quinos ungues habent, uno juxta cruris articulum dependente: reliqua quæ ſunt minora, [1] digitos quinos. Brachia non omnibus paria [2] ſecum. Studioſo Thraci in C. Cæſaris ludo notum eſt dextram fuiſſe prorceriorem. Animalium quædam, ut manibus, utuntur priorum miniſterio pedum: ſedentque ad os illis admoventia cibos, ut ſciuri.

1 & digitos. *M.* & *Ch.*
2 eſſe. *M.*

Cap. XLIV. *De ſimiarum ſimilitudine.*

[3] Nam ſimiarum genera [a] perfectam hominis [4] imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, [5] quas ſolæ quadrupedum & in inferiore habent gena. Jam mammas in pectore, & brachia & crura in contrarium ſimiliter flexa: in manibus ungues, digitos longioremque medium. Pedibus paulum differunt. [b] Sunt enim, ut manus, prælongi, [c] ſed veſtigium palmæ ſimile faciunt. Pollex quoque his, & articuli, ut homini, [d] ac præter genitale & hoc in maribus tantum, viſcera etiam interiora omnia ad exemplar.

3 Jam. *Pint.*
4 ſimulationem. *M.*
5 quæ ſ. q. & inferiorem h. genam. *M.* quas ſ. q. & inferiorem h. genam. *V.*

Cap.

a *Perfectam hominis imitationem, &c.*] Auctore Galeno, ridiculam, exhilarandis oblectandiſque pueris natam, ſumma tamen æquitate naturæ in ejus fabricando corpore, quod animam non minus ridiculam eo veſtierit. Therſitis deformem turpemque faciem, Lycophron cum exprimere conatur, πιθηκόμορφον appellat. Rhod. cap. 10. 3. vide c. 54. 8. Plaut. in Moſtell. *Vide ut faſtidit ſimia?* id eſt, monſtrum hominis. Idem in milite glorioſo, *Pithecium hæc eſt præ illa, & Sphinturnicium.* Dalec.

b *Sunt enim ut manus prælongi.*] Lego *Prælonga*, tum ex utroque apographo, tum etiam Ariſtotele, libro ſecundo; capite octavo, *Pedes*, inquit, *ſui generis habent: ſunt enim velut manus majuſculæ, & digitis ut manus conſtant, medio longiore, veſtigium etiam manus ſimile eſt.* Ex quibus Ariſtotelis verbis planum fit, locum etiam ſequentem mendoſum eſſe. *Pint.*

c *Sed veſtigium palmæ ſimile faciunt.*] Scribendum enim; *Et veſtigium palmæ ſimile faciunt.* Idem.

d *Ac præter genitale tantum, & hoc in maribus.*] Legendum ex Salmanticenſi exemplari, *Et præter genitale, & hoc in manibus tantum.* Nam qui dicit, *præter* (modo de eadem re intelligat) non neceſſe habet addere *tantum:* an non ſatis eſt dicere, omnia animantia eſſe muta præter hominem, niſi addas etiam, *tantum?* Idem.

a *Defun-*

CAP. XLV. *De unguibus.*

UNgues [1] clauſulæ nervorum ſummæ exiſtimantur. Omnibus hi, quibus & digiti. Sed ſimiæ imbricati, hominibus lati, & [2] [a] defuncto creſcunt: rapacibus unci: cæteris recti, ut canibus, præter eum qui à crure pleriſque dependet. Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, ſed indiviſi, ac leviter diſcreti, [3] unguliſque haud unguibus [4] ſimiles, & pedes majores priores. [b] In poſterioribus articuli breves. Idem poplites [5] intus flectit hominis modo. Cætera animalia [c] in diverſum poſterioribus [6] articuli pedibus, quam prioribus. Nam quæ animal generant, genua ante ſe flectunt, & ſuffraginum [7] artus in averſum. Homini genua & cubita contraria: Item urſis & ſimiarum generi, ob id minime pernicibus. [d] Ova parientibus quadrupedum, crocodilo, lacertis, priora genua poſt curvantur, poſteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obliqua humani pollicis modo. [e] Sic & multi-

1 ungues, qui clauſ. ner. ſum. exiſtimantur, omnibus iis, quibus & dig. *M.*
2 defunctis. *V.*
3 ungulæque. *M.* unguliſque non. *Ch.*
4 ſimiles. Crura majora priora. In poſterioribus imis malleoli breves. *ex Ariſt. l. 2. c. 1. hiſt. anim.*
5 poſteriores, *ex Ariſt.*
6 articulis & pedibus. *M.*
7 articulum. *M. & V.*

a *Defuncto creſcunt.*] Rationem vide apud Rhodig. cap. 24. lib. 3. petitam ex Ariſtot. problem. *Dalec.*

b *In poſterioribus articuli breves.*] Scrib. *In poſterioribus marculi breves.* Ariſtotel. libro ſecundo, capite primo. *Excepto elephanto, qui digitos numero quinque indiviſos leviterque diſcretos, crura priora multo poſterioribus longiora & malleolos poſterioribus imis cruribus poſſidet.* Pint.

c *In diverſum poſterioribus articuli pedibus quam prioribus.*] Sententia imperfecta, præterque ante reddita, ut ſupervacuum fuerit eam repetere. Quapropter tollenda hæc verba è medio tanquam ocioſa puto. Id ſi fiat, priora cum ſequentibus mirè quadraverint. *Idem.* Lego, *tam poſter. &c.*

d *Ova parientibus quadrupedum crocodilo, lacertis, priora genua poſt curvantur, poſteriora in priorem partem.*] Verba corruptiſſima, à mente Ariſtotelis, & à veritate ipſa abhorrentia. Primo Ariſtotelis verba prætexam, deinde ad eorum exemplar, quomodo reſtitui Pliniana queant, oſtendam. Ariſtoteles ergo libro ſecundo capite primo, ſic inquit, *At oviperis quadrupedibus, crocodilo, lacertæ, & reliquis generis ejuſdem, crura tum priora, tum poſteriora retro flectuntur, paululum in latus vergentia: nec ſecus in cæteris multipedibus agitur, niſi quod medii pedes ſubinde ambigui amplius in latus flectuntur.* Hæc Ariſtoteles, quem ſecutum Plinium, exiſtimo in hæc verba, aut his ſimilia ſcripſiſſe, *Ova parientibus quadrupedum, ut crocodilo, lacertis priora genua poſterioraque poſt curvantur.* reliqua, ut ſuperflua, demenda. *Pint.*

e *Sic & multipedibus præterquam noviſſima ſalientibus.*] Si relata paulo ante Ariſtotelis verba diligentius inſpiciantur, patebit, *Subeuntibus* hic, aut ſi mavis,

 Subſe-

multipedibus, præterquam noviſſima ſalientibus. Aves, ut quadrupedes, alas in priora curvant, ſuffragine in poſteriora. [a]Hominis genibus quædam & religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant, fortaſſis quia ineſt iis vitalitas. Nanque in ipſa genu utriuſque commiſſura dextra, lævaque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt: qua perfoſſa, ſeu [1]jugulo, ſpiritus fugit. Ineſt & aliis partibus quædam religio: [b]ſicut dextra oſculis averſa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græciæ in ſupplicando [c]mentum attingere mos

1 in gulis. *M.* vinculis. V.

Subſequentibus, non *Salientibus* eſſe legendum: ut ſit ſenſus, crocodilo & lacertis eſſe crura obliqua, & item in multipedibus, præterquam in cruribus ſubeuntibus poſtrema, hoc eſt, interjacentibus prima & noviſſima, quæ auctore Ariſtotele ambigua ſunt. *Idem.* *Sic & multipedibus, &c.*] Pintianus ex Ariſtot. cap. 1. 2. hiſtor. legit, *præterquam noviſſima ſubeuntibus aut ſubſequentibus* (ſub. pedibus) *qui ambigui ſunt:* Ego nil muto, ſenſumque perſpicuum ac verum eſſe puto, *ſalientibus multipedibus*, ut araneo, locuſtæ, noviſſima ſive poſtrema crura eſſe minus obliqua, ſed recta potius, quoniam eorum nixu ſaliendo antrorſum in rectum ſe vibrant. *Dalec.*

a *Hominis genibus, &c.*] Priamus apud Homerum, Achillem oraturus ut filii corpus redimere liceret.

Γούνων ἀψάμενοι λιτανεύσομεν αἴκ' ἐλεήσῃ.

Apud eundem Iliad. ι.

—— λαβὼν εἰλλίσσετο γούνων.

Apud Tryphiodorum Sinon perjurus Priamo advolutus *ἱκεσίαις παλάμῃσιν ἥψατο γούνων.* Apud Euripidem Oreſtes ſupplex Menelaum ſic alloquitur.

Τῶν σῶν γονάτων περιπτέλεια θιγγάνω.

Inde apud Syneſium:

Πρηνὴς καὶ γονυπετὴς ἱκέτης γενόμενος.

Virgilius:

Et genua amplectens effatur talia ſupplex.

Claudianus de raptu Proſerpinæ:

--- genibuſque ſuas cum ſupplice fletu
Admovere manus.

Idem.

b *Sicut dextra oſculis, &c.*] Varro Callimachum ſecutus, rationem affert, quod omnium rerum auctoritas dextræ viribus conſtet: ideoque majores, cum ſe mutuo ſalutarent, hac parte corporis ſe potiſſimum veneratos fuiſſe. Plethon lib. 2. rerum Græc. ejus conſuetudinis meminit. Diodorus Perſis id fidei pignus ſanctiſſimum eſſe tradit. Ariſtophanes in Nubibus *κύσόν με καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.* Nam, inquit, interpres, *ἔθος ἦν ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις.* Rhod. cap. 3. 4. Eodem loco *ὀπισθέναρ* extima & averſa manus pars, quam Catoni de provincia diſcedenti, raro & inuſitato quodam honore milites oſculatos fuiſſe tradit Plutarchus. *Idem.*

c *Mentum attingere mos erat.*] Ulyſſi, ut inexorabili & duro objicit Hecuba, quod vultum avertiſſet, *ὡς μὴ προσθιγεῖν γενειάδος.* Apud Homerum ſupplices contingunt mentum eorum quos rogant, ut vel annuant, vel apud alios pro ſe intercedant: dextram, ut quod precantur faciendum ſuſcipiant: genua, ut in eo, quod facere aggreſſi fuerint, pergant. Hadr. Jun. cap. 11. 2. Supplicandi omnia genera priſcis uſurpata, ſed & quas

mos erat. [a] Eſt in aure ima memoriæ locus, quem tangentes [1] [b] atteſtamur. Eſt poſt aurem æque dextram Nemeſios, (quæ Dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem invenit) quo referimus [2] tacto ore proximum à minimo digitum, veniam ſermonis à diis [3] ibi recondentes. [c] Varices in cruribus viro tantum: [d] mulieri raro. [e] C. Marium, [4] qui ſepties conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum unum [5] hominem, Oppius auctor eſt. [f] Omnia animalia

1 atteſtantur. *M.* anteſtantur. *K.*
2 tactus more. *M.* tactum ore. *Ch.*
3 expoſcentes. *V.*
4 C. Mario q. ſ. Coſ ſtante ſibi, &c. *Ch.*
5 hominum *Ch. leg.*

& quas cui Deo humani corporis partes ſacras eſſe vetuſtas putaverit, recenſet Alex. ab Alexand. cap. 19. lib. 2. *Dalec.*

a *Eſt in aure ima memoriæ locus.*] Hinc *vellere aurem*, admonere dicimus. Virgilius:

---- mihi Cynthius aurem
Vellit & admonuit.

Ejus quoque tamen partis contrectatio, benevolentiam, qua parentes nos proſequimur, auditus ſenſu animis noſtris inſeri monet, ſicut Clemens Alexandrinus 5. Stromat. expoſuit. Quamobrem olim mos fuit, ut pueri patres oſcularentur arreptis utrinque auribus, quod oſculi genus Pollux libro 10. χύτραν vocat.

Et fœtus matrona dabit, natuſque parenti
Oſcula comprenſis auribus eripiet.

Theocrit.

Οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας ὅτι μὲ πρὰν οὐκ ἐφίλασε
Τῶν ὤτων καθελοῖσ' ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

Canterius cap. 19. lib. 1. Plaut. in Aſinaria:

Prehende auriculis, compara labella cum labellis.

Idem.

b *Atteſtamur.*] Lego cum veteribus, *anteſtamur*. *Anteſtari*, teſtem vocare prehenſa tritaque auricula, cum adverſarius, qui vadanti non paruit, in jus trahitur. Horat. Serm. Sat. 9. 16.

---- & quo turpiſſime? magna
Exclamat voce. Et, licet anteſtari? ego vero
Oppono auriculam rapit in jus.

Vide Lipſium epiſt. 27. 4. *Idem.*

c *Varices.*] Varices *flegmina* veteres appellarunt, quod flexuoſæ & tortuoſæ venæ ſint ac in multos ſinus divaricatæ. Plautus in Epidico,

Alium tibi comitem melius quærere, ita dum te ſequor,
Laſſitudine me invaſerunt miſerum in genua flegmina.

Tamæ Feſto. Lucilius,

Inguen ne exiſtat, papula, tamana an boa noxit.

Varicoſos Lucilius, ut ex ejus verbis poſt paulo adſcriptis manifeſtum eſt, *Vatraces* appellavit. *Idem.*

d *Mulieri raro.*] Frequentiores hoc ſeculo fœminis quam viris. *Idem.*

e *C. Marium qui ſepties conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum unum hominem, Oppius auctor eſt.*] Non uni tantum homini, C. Mario ſtanti, varices extractæ ſunt, ſed aliis poſt eum auctore Cicerone ſecunda Tuſculana. *Cajus*, inquit, *Marius ruſticanus vir, ſed plane vir, cum ſecaretur, ut ſupra dixi, principio vetuit ſe alligari. Neque quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. Cur ergo poſtea alii? Valuit auctoritas.* Patet ex his Ciceronis verbis legendum apud Plinium, aut *primum omnium*, aut *primum hominem.* nam *unum hominem* non procedit. *Pint.*

f *Omnia animalia à dextris partibus incedunt, ſiniſtris incubant.*] Ex his verbis priora Ariſtotelica ſunt ex lib. 2. cap. 1. *Initium*, inquit, *incedendi omnibus à dextris partibus.* Repetit idem lib. de inceſſu animalium. Poſteriora ſuſpecta habeo, hærenſque nihil audeo ſtatuere. Certe illud cotidie cernimus, differenter modo dextris, modo ſiniſtris partibus incubare animalia. *Idem.*

 a *Plau-*

malia à dextris partibus incedunt, [1] ſiniſtris incubant. Reliqua, ut libitum eſt, gradiuntur. Leo tantum & camelus pedatim, hoc eſt ut ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur. Pedes homini maximi, fœminis [2] tenuiores in omni genere. Suræ homini tantum, & [3] crura carnoſa. Reperitur apud auctores quendam in Ægypto non habuiſſe ſuras. [4] Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. Nanque & hinc cognomina inventa, Planci, [a] Plauti, [5] Scauri, Panſæ, ſicut à cruribus [b] Vari, Vatiæ, [6] Vatinii: quæ vitia & in quadrupedibus. Solidas habent ungulas, quæ non ſunt cornigera: igitur [7] pro eis telum ungula eſt illis. Nec talos habent eadem. At quæ biſulca ſunt, habent: [c] Iidem digitos habentibus non ſunt: neque in prioribus pedibus omnino ulli. Camelo tali ſimiles bubulis, ſed minores paulo. [d] Eſt enim biſulcus diſcrimine exiguo pes imus, veſtigio [8] carnoſo, ut urſi: qua de cauſa in longiore itinere ſine calciatu fatiſcunt.

1 ſiniſtris magis incubant. V. ſiniſtra incubant. *Cb.*

2 tenuiores in omni genere ſuræ. Homini. V. & M.

3 Carnoſæ. *Cb.*

4 Planta. *Dal.*

5 Panſæ, Scauri. *Cb.*

6 Vatii. *Dal.*

7 pro his telum ungulæ ineſt illis. *Cb.*

8 carnoſus ut urſis. *Cb.*

Cap. XLVI. *De ungulis.*

Ungulæ veterino tantum generi renaſcuntur. Sues in Illyrico quibuſdam locis [e] ſolidas habent ungulas. Cornigera fere biſulca. Solida ungula,

a *Plauti.*] Plauti quaſi πλατεῖς: Scauri, quaſi γαῦροι. quibus tali ſive malleoli eminent. *Dalec.*

b *Vari.*] Varis Valgi, qui & Vaciæ, contrarii ſunt. Vari enim diſtortis ſunt cruribus extrorſum, Valgi vero ſeu Vaciæ introrſum. Valgos *Compernes* Lucilius vocat, lib. 17. Satyr.

Compernem aut Varam fuiſſe Amphitryonis ἄκοιτιν.

Nonius. Legendum vero hic puto *Vacia*, quoniam eos Vacaces Lucilius vocat lib. 27. Satyr.

Ut ſi progeniem antiquam qua eſt Maximus Quintus,

Vacax, qua varicoſus, & vatrax. Vacaces, Vatiæ, Vatii ſunt quos *Valgos* dicimus. *Idem.*

c *Iidem digitos habentibus non ſunt.*] Ex Ariſtot. hoc Plinius. Aſtragalum tamen ſeu talum in homine eſſe indicat anatome, atque id in epiſtolis Seneca, & Herodotus, affirmant. *Idem.*

d *Eſt enim biſulcus, &c.*] Legend. *Eſt enim biſulcum* (ſc. Camelus biſulcum eſt animal) *diſcrimine exiguo, pes imus veſtigio carnoſo ut urſo: qua de cauſa, &c.* Salmaſ. pag. 986. b.

e *Solidas habent ungulas.*] Solipedides ſunt. Ariſtot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. ἐν Μακεδονίᾳ δὲ τῇ ἐν τῇ Ἠμαθιώτων χώρᾳ τὰς σῦς εἶναι μώνυχας. *Dal.*

a *Uni-*

gula, & bicorne nullum. [a] Unicorne aſinus tantum Indicus: unicorne & biſulcum oryx. Talos aſinus Indicus unus ſolidipedum habet. Nam ſues ex utroque genere exiſtimantur, [1] ideo fœdi earum. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile convicti. Lynx tantum digitos habentium, ſimile quiddam talo habet: leo etiamnum [2] tortuoſius. Talus autem rectus eſt in articulo pedis ventre [3] eminens, concava in vertebra ligatus.

CAP. XLVII. *De pedibus avium & unguibus.*

[b] Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter utrumque diviſis digitis adjecta latitudine. Sed omnibus quaterni digiti, tres in [4] priore parte, unus à calce. [c] Hic deeſt quibuſdam longa crura habentibus. [d] Iynx ſola utrinque binos habet. Eadem linguam ſerpentium ſimilem in magnam longitudinem porrigit. [e] Collum circumagit [5] in averſum. Ungues ei grandes ſeu gracculis. Avium quibuſdam gravioribus, in cruribus additi radii. [f] Nulli uncos habentium ungues, longi pedes. Por-

1 ideo feruntur diverſi earum fœtus. *Var.* ideoque fœtus earum. *V. alii legunt, mutata diſtinctione:* Avium quibuſdam gravioribus in cruribus additi radii, ſed nulli uncos habentium ungues. Longipedes porrectis ad caudam cruribus volant. *Vide Ariſt. lib 2. hiſt. an. cap. 12. unde totus hic locus.*

2 tortuoſos. *M.*

3 eminens concavo in vert. *M. & Ch.*

4 ſuperiore. *Parm.*

5 in adverſum ſe. M. Circumagit collum averſum. V.

a *Unicorne aſinus tantum Indicus, &c.*] Unico ac ſingulari cornu, animalia ſeptem armata legimus: Rhinocerontem, Orygem, Monocerontem Æliano cap. 3. lib. 7. & auctori cap. 21. lib. 1. Bovem Indicum cap. & lib. citatis. Equum Indicum, è cujus cornu poculum factum veneni noxam frangit, Æliano cap. 12. lib. 4. Aſinum Indicum, in cujus cornu eadem vis comperta eſt, & contra multos alios morbos efficax, Æliano cap. 22. lib. 5. Aſinos id genus, quotannis Indiæ rex publico ſpectaculo committit, Æliano cap. 42. lib. 4. Biſontem Æliano cap. 44. lib. 4. Ludov. Bertheme cap. 2. lib. 4. Navigat. ſuarum, in inſula Zeilam vaccas aſſerit ſe vidiſſe uno tantum cornu præditas. *Dalec.*

b *Avium aliæ digitatæ.*] Ariſtot. l. 2. cap. 12. hiſt. *Idem.*

c *Hic deeſt quibuſdam.*] Quin & Pſittaci, Meropes, Pici, nocturnarumque multæ. Lego, itaque ex Ariſtot. cap. 12. lib. 2. hiſt. *Iynx cum aliis paucis utrinque.* Idem.

d *Iynx ſola utrinque, &c.*] Iyngis ſimplex & teres lingua eſt, ſerpentis vero biſulca, cap. 17. lib. 2. de part. animal. & capite ultimo, lib. 2. hiſtor. quamvis triſulcam ſerpentibus eſſe Plinius tradat, cap. 37. lib. 11. Confertur igitur Iyngis lingua non cum lingua ſerpentum, ſed cum ejus vibratu, quo ſerpens exertam profert. *Idem.*

e *Collum circumagit in averſum.*] Vetus lectio, *Collum circumagit in adverſum ſe.* Forte legendum, *Collum circumagit in averſa ſe.* hoc eſt collum in averſum torquet, non averſo corpore. Ariſtoteles lib. 11. cap. 12. *Collum retro intorquet, quieſcente reliquo corpore.* Pint.

f *Nulli uncos habentium ungues, longi pedes. Porrectis ad caudam cruribus volant.*] Lego, *Nulli uncos habentium ungues:*

Porrectis ad caudam cruribus volant: quibus breves, contractis ad medium. a Qui negant volucrem ullam ſine pedibus eſſe, confirmant & apodas habere, & [1] ocen, & drepanin, [2] in eis quæ rariſſime apparent. Viſæ jam etiam ſerpentes anſerinis pedibus.

1 Necto-rem. V.
2 ex his quæ. Ch.

CAP. XLVIII. *De pedibus inſectorum.*

INſectorum pedes [3] primi longiores, duros habentibus oculos, ut ſubinde pedibus eos [4] tergeant, ſeu notamus in muſcis. Quæ ex his noviſſimos habent longos, ſaliunt ut locuſtæ. Omnibus autem his ſeni pedes. Araneis quibuſdam prælongi accedunt bini. Internodia ſingulis terna. Octonos & ma-

3 primo. Ch.
4 tergant. V.

gues: Longipedes adporrectis ad caudam cruribus volant. hoc ſenſu, Nulli uncunguium datos à natura radios. Longipedes porrectis; &c. Ariſtoteles lib. 11. cap. 12. *Sicut nonnulla ex avibus genera, quibus natura calcar etiam dederit. Sed nulli datum hoc eſt, cui ungues adunci ſunt.* Et paulo ante eodem loco Ariſtoteles; *Cauda etiam tali qualis data quadrupedibus eſt, volucres carent; ſed pennis conditam gerunt. Brevem, quæ longipedes ac planipedes ſunt, majorem autem, quæ è contrario conſtant: quæ vel contractis ad ventrem pedibus volant, cum illa cauda puſilla gerula porrectis in caudam cruribus ferantur.* Pint.

a *Qui negant volucrem ullam ſine pedibus eſſe, confirmant & apodas habere, & ocen, & drepanin.*] Hermolaus pro *oten*, ut antea legebatur *nycterin* emendavit, quod in vetuſtis codicibus non *oten*, ſed *nectorem*, habeatur. Cujus ſententiam minime approbo. Cur enim Hermolaum rogo ad ſignificandum veſpertilionem Græca voce uſus eſſet Plinius, cum Latina & receptiſſima præſto & ad manus eſſet? præſertim ab ipſo Plinio (ut alios ſileam) ſemper alias uſurpata. Nunquam enim ejus avis mentio incidit, ut non ſemper veſpertilionem appellarit, haud alio nomine. Sic lib. 10. cap. 51. & 61. & lib. 11. cap. 37. & 39. & lib. 29. c. 30. ſemper veſpertilionem, nunquam nycterin appellat. Ego pro *nectorem*, non *nycterin*, ut Hermolaus, ſed (quamvis dura caſtigatio videri poſſit) *hirundinem* ſcriberem, ex eodem cujus teſtimonio Hermolaus utitur Ariſtot. libro eodem, cap. 1. ubi tria avium genera, quæ hic recenſentur à Plinio, conjunctim memorat his verbis. *Sic nonnullæ aves depedes ſunt, quæ ob eam rem apedes à parvitate pedum nuncupantur: quod genus avicula pennis plurimum valet, ſicut cætera quoque prope ſimilia, ut pennis prævalere, ſic pedibus degenerare videntur, ut hirundo & falcula ſive riparia. Hæc enim omnia & moribus & volatu, & ſpecie, proxima inter ſe conſpiciuntur. Apparet apes omnibus anni temporibus: riparia æſtate tantum cum imber inceſſit; tunc enim & apparet & capitur: denique rara hæc avicula eſt.* Hæc Ariſtoteles, apud quem *apedas* Theodorus vertit, ego cum Plinio & cæteris qui Latine locuti ſunt, *apodes*, dixiſſem, dictione quidem Græca, ſed jam pridem à Latinis recepta: quod item in *drepani* feciſſem & plurimis aliis, quæ cum Plinius tantus vir Græcis enunciet vocabulis, Theodorus ut ei viſum eſt, hoc aut illo modo vertit, unde apud alios magnam, apud me nullam laudem conſecutus eſt. *Idem.*

a *Quia*

& marinis eſſe diximus, polypis, ſepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium movent, pedes in orbem aut in obliquum. [1] Iidem ſoli animalium rotundi. Cætera binos pedes duces habent, cancri tantum quaternos. Quæ hunc numerum pedum exceſſere terreſtria, ut plerique vermes, non infra duodenos habent, aliqua vero & centenos. Numerus pedum impar nulli eſt. Solidipedum crura ſtatim juſta naſcuntur menſura: poſtea exporrigentia ſe verius quam creſcentia. Itaque in infantia ſcabunt aures poſterioribus: quod addita ætate non queunt: [a] quia longitudo ſuperficiem corporum [2] ſolam ampliat. Hac de cauſa inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt, nec uſque dum cervix ad juſta incrementa perveniat.

1 Iidem ſolis: *vel* iiſdem ſolis. *Dal.*

2 ſols. M.

CAP. XLIX. *De pumilionibus & genitalibus.*

PUmilionum genus in omnibus animalibus eſt, atque etiam inter volucres. Genitalia maribus quibus eſſent [3] retro, ſatis diximus. Oſſea ſunt lupis, vulpibus, muſtelis, [4] viverris: unde etiam calculo humano remedia præcipua. Urſo quoque ſimul atque expiraverit, corneſcere ajunt. Camelino arcus intendere, Orientis populis [5] fidiſſimum. Nec non aliqua [b] gentium quoque in hoc diſcrimina, & ſacrorum etiam, [c] citra perniciem [6] amputanti-

3 retro ſat. *Salm.* retrorſa. *M. & Ch.*

4 viverræ ſunt, inde. etiam. M. Sunt in iis etiam. V.

5 fideliſſimum. V.

6 amputatis. *M.*

a *Quia longitudo ſuperficiem corporum ſolam, &c.*] Locus eſt depravatiſſimus, & quantum conjectura aſſequi poſſum, ſic aut reſtituendus, aut tanquam concerpta veſtis pro tempore, quoad peritior artifex adhibeatur, reſarciendus, *Quæ [ætas] longam reddit cervicem, crura ſolum ampliat.* Pint. Hæc conjectura non admodum firma. Leg. *queunt, quia crurum ſuperficies ſola, non longitudo ampliat.* Dal.

b *Gentium quoque.*] Ut Judæorum, Ægyptiorum. *Dalec.*

c *Citra perniciem amputantibus.*] Teſta Samia, infra cap. 12. lib. 39. ſub finem. *Præciſos* ob id vocat Lampridius in Heliogabalo: *Jactavit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi devinxit.* Solebant porro illi fanatici & lymphati, velut divino ſpiritu afflati, & æſtu quodam mentis perciti, vagari, caput jactare, contorquere, huc illuc flectere furibundorum ſpecie, virilitatem amputare, vaticinari: quæ, ut Plutarchus ait, μανίᾳ καὶ τῷ ὀργιαζομένῳ σὺν ῥιψαυχένι κλόνῳ. Lucanus:

---- *crinemque rotantes*
Sanguinei populis cecinerunt triſtia Galli.

Briſſonius cap. 13. 2. *Idem.*

a Con-

tantibus Matris Deum Gallis. [a] Contra mulierum paucis prodigioſa aſſimilatio: ſicut hermaphroditis utriuſque ſexus: quod etiam quadrupedum generi accidiſſe Neronis principatu primum arbitror. Oſtentabat certe hermaphroditas [1] ſubjunctas carpento ſuo equas, in [2] Treverico Galliæ agro repertas: ſeu plane viſenda res eſſet, principem terrarum inſidere portentis. Teſtes pecori armentoque ad crura decidui, ſubus adnexi: delphino prælongi ultima conduntur alvo, & elephanto occulti. Ova parientium lumbis intus adhærent: qualia ocyſſima in Venere. Piſcibus ſerpentibuſque nulli, ſed eorum vice binæ ad genitalia à renibus venæ. Buteonibus terni. [b] Homini tantum injuria, aut ſponte naturæ franguntur: idque tertium ab hermaphroditis & ſpadonibus ſemiviri genus habent. Mares in omni genere fortiores, præterquam in pantheris & urſis.

1 ſubjuges. V. ſubjungi. *M.*
2 Triveria. *Cb.*

CAP. L. *De caudis.*

CAudæ, præter hominem ac ſimias omnibus fere [3] animalibus, & ova gignentibus, [4] pro deſiderio corporum: nudæ hirtis, ut apris: parvæ villoſis, ut urſis: [5] prælongis ſetoſæ, ut equis. Amputatæ lacertis & ſerpentibus renaſcuntur. Piſcium [6] meatus gubernaculi modo regunt: [7] atque etiam [8] in dextram atque lævam motæ, ut remigio quodam

3 animal. *Cb.*
4 pro differentia.
5 prælongæ & ſetoſæ equis. *Dal.*
6 natatus.
7 æque. *M.*
8 in dextram ac. *Cb.*

a *Contra mulierum paucis, &c.*] Ταῖς τελβάσι, quæ tentiginem in ſumma vulva marium pudendo ſimilem habent. *Dalec.*

